BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
8
40 K
4
ROMA

y 2 21

OPERA
PETRI BLESENSIS, BATHONIENSIS QVONDAM IN ANGLIA ARCHIDIACONI, ET APVD CANTVARIENSEM ARCHIEPISCOPVM CANCELLARII.

OPE ET STVDIO

IOANNIS BVSÆI NOVIOmagi, Societatis IESV Theologi,

EX PERVETVSTIS BIBLIOTHECIS nunc primum in lucem producta, ac innumeris mendis collatione aliquot Codicum M.SS. emaculata, variisq; Lectionibus, Notis, Præfationibus & Indicibus illuſtrata.

QVORVM OMNIVM,

ELENCHVM PAGINA PROXIMA REPRAESENTABIT.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

8. 40. K. 4.

B. PAVLVS IN II. AD TIMOTH. CAP. IV.

Teſtificor coram DEO & IESV CHRISTO, qui iudicaturus eſt viuos & mortuos, & per aduentum ipſius & regnum eius prædica verbum inſta opportunè, argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina.

MOGVNTIÆ,

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA IOANNIS ALBINI.

cIↃ. IↃ. C.

ELENCHVS

OMNIVM QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

I. PRAEFATIONES *binæ. altera ad Archiepiſcopum Moguntinum, altera ad candidum Lectorem.*

II. *Elenchus Auctorum, quorum teſtimoniis P. Bleſenſis vſus eſt.*

III. *Elenchus duplex in Epiſtolas. alter eorum, ad quos epiſtolas ſuas Bleſenſis dedit. alter eorum, quorum nomine quaſdam epiſtolas conſcripſit.*

IV. *Epiſtolarum CLXXX. Liber Vnus.*

V. *Elenchus exhortationum, vel ſermonum.*

VI. *Sermonum LI. Liber Vnus.*

VII. *Elenchus Opuſculorum Decem.*

VIII. *Tractatus de Transfiguratione Domini.*

IX. *Tractatus de Conuerſione S. Pauli Apoſtoli.*

X. *Compendium ſuper Iob.*

XI. *Tractatus de peregrinatione Hieroſolymitana accelerandа.*

XII. *Inſtructio Fidei Chriſtianæ ad Soldanum Iconij.*

XIII. *Liber de Confeſſione ſacramentali.*

XIV. *Liber de Pœnitentia, vel Satisfactione.*

XV. *Canon Epiſcopalis, vel Tractatus de Officio Epiſcopi.*

XVI. *Inuectiua contra deprauatorem.*

XVII. *Tractatus de Amicitia Chriſtiana.*

XVIII. *Variæ Lectiones & Notæ breues in Opera P. Bleſenſis.*

XIX. *Index teſtimoniorum S. Scripturæ, veteris & noui Teſtamenti.*

XX. *Index rerum præcipuarum & Sententiarum.*

XX[illegible] *[illegible] Prouerbiorum, vulgariumque dictorum à Bleſenſi vſurpato-[illegible].*

X[illegible] *[illegible]cum barbararum, vel quæ barbaræ videri [illegible]*

ACCESSIT

Tra[illegible] e conſcriptus de myſteriis Venerabilis Sacra[illegible] [illegible] etro, vt apparet, Bleſenſi.

REVE-

REVERENDISSIMO ET ILLVSTRISSIMO DOMINO D. VVOLFGANGO, S. SEDIS MOGVNTINÆ ARCHIEPISCOPO, SACRI ROMANI IMPERII PER Germaniam Archicancellario, Principi Electori, &c. Domino clementiſſimo.

IOANNES BVSÆVS.

HADRIANVS CÆSAR, ÆLIO Spartiano teſte, quondam Lege, de Theſauris, cauit, *vt ſi quis in ſuo reperiſſet, ipſe potiretur; ſi quis in alieno, dimidium Domino daret.* Repertus à me iampridem eſt, REVERENDISSIME & ILLVSTRISSIME Princeps, in fundo Domus Tuæ, quam nuper Societati noſtrę, opere viſendo, impendio perliberali è fundamentis excitaſti, litterarius Theſaurus nouus PETRI BLESENSIS, Bathoniẽſis olim in Anglia Archidiaconi, & apud Archiepiſcopũ Cantuarienſem Cancellarij. hunc cui alij offerre, non dimidiatum, ſed ſolidum & integrum debeo, niſi Amplitudini Tuæ? Theſaurum appellare non vereor, gemina de cauſa. Altera, quod annos amplius quadringentos eouſque abditus & retruſus

in Bibliothecis delituerit, vt nõ modo nomen hominis multis, quãtumuis eruditis, ſit inauditum, verumetiã curioſiſsimorum huius æui antiquariorum oculos, & manus hactenus effugerit. Altera, quod dum vixit, ſummo in pretio ſemper eius ſcripta apud Principes vtriuſque Reipub. viros fuerint, vt abundè teſtari poſſunt vel ſolæ Epiſtolarũ, quas ſuo alienóue nomine exarauit, inſcriptiones. Nam ad Pontifices Maximos minimum tredecim conſcriptas inuenias. ad Cardinales & Apoſtolicæ Sedis Legatos quaternas. ad Reges Reginaſue quindenas. ad Archiepiſcopos varios non pauciores. ad Angliæ Galliarũmque Epiſcopos pæne quadragenas; ad variorũ cœnobiorum Abbates vicenas. Ad inferiores denique Pręlatos, vt Archidiaconos, Decanos, Canonicorum vel Monachorum conuẽtus circiter tricenas. Omitto reliquos inferioris ordinis vel ſtatus homines. SOLDANVS Iconij Saracenorum Princeps maiorum ſuorum ſuperſtitionẽ pertæſus ſub annum Domini M. CLXVIII. ab ALEXANDRO III. Pontifice Romano aliquã Fidei Chriſtianæ formulam poſtularat: nullus ad eam breui ſcripto complectendam habilior accommodatiorque repertus eſt noſtro PETRO BLESENSI. Qua per Pontificios Legatos tranſmiſſa, SOLDANVS mox

vltro

vltro ſe ſuaui CHRISTI iugo, caputque ſacris Baptiſmi aquis tingendũ ſubiecit. HENRICVS III. potentiſsimi Anglorum Regis HENRICI II. maior natu filius, exemplo deterrimo, vna cum fratribus & matre ALEONORA Regina in paterni nominis exitium, faces palam ſubdente Rege vicino, conſpirarat. Quis ad reſtinguendum hoc incendium promptior occurrit BLESENSI, perſcriptis vndique ad præcipuos Eccleſiæ Summates epiſtolis, vt collatis auxiliis conſiliiſq; inteſtinum ignem conſopirent? RICHARDVS deinde Anglorum Rex, dum ſacro bello in Palæſtina defunctus per Hungariam & Auſtriam ementito habitu cum paucis ad ſuos reuerteret, primò à LEOPOLDO Auſtriæ Dynaſta captus, deinde etiam ab HENRICO VI. Cæſare in carcerem apud Vangiones detruſus eſt, & ſupra anni ſpacium ingemiſcẽte ad funeſtum caſum non Anglia modo tota, ſed etiam orbe Chriſtiano, in eo detentus. Quis tunc aut crebrius, aut vehementius, nomine Reginæ Anglicanæ, Cœleſtini Eccleſiæ Monarchæ, aliorumque Principum aures, quàm BLESENSIS, pulſauit, vt florentiſsimi adoleſcentis, qui cum tanta ſui Chriſtianiq; nominis gloriæ contra infeſtos humani generis hoſtes in Oriente depugnaſſet, tandem misererentur? Habes Illuſtriſ-

ſime Antiſtes in hoc ipſo opere eiuſdẽ argumenti Epiſtolam à Bleſenſi noſtro ad deceſſorẽ tuum CONRADVM Moguntinum tunc Archiepiſcopum, cum quo illi iam olim in ſcholis ob hoſpitij ſocietatem ſumma neceſsitudo interceſſerat, datam. Fuit is è Comitum de Vittelsbach proſapia, OTTONIS Palatini Comitis germanus frater, qui primum à FRIDERICO I. dicto Ahenobarbo, (quod legitimo Pontifici ALEXANDRO III. contra Octauianum ſchiſmaticum adhæſiſſet) ſede Archiepiſcopali pulſus eſt. deinde ab ipſo ALEXANDRO III. Epiſcopatu Sabinenſi in Italia donatus, & in Purpuratorum Patrum numerum allectus, ac denique extincto ſchiſmate, poſtliminio cum ſumma gloria Moguntinenſi throno reſtitutus. Hic ergò CONRADVS, litteris Bleſenſis impulſus, Cæſari imprimis auctor fuit, vt dictus Angliæ Rex, quemadmodum diſertè teſtatur eiuſdẽ ſeculi ſcriptor GVILIELMVS Neubrigenſis, opinione omnium citius vinculis eximeretur. Vnde autem PETRVS noſter tantam ſibi apud ſummos Magiſtratus nominis, prudentiæ, eruditionis collegerit celebritatẽ, non eſt dictu procliue; conſtat enim eũ in primo ætatis flore, cum ſcriptis epiſtolis vel libris nondum innotuiſſet, & Regi Siciliæ adoleſcentulo à conſiliis eſſet,

ſet, bis ad Epiſcopalem dignitatem, ſemel etiam ad Archiepiſcopatum Neapolitanum concordibus Canonicorũ ſuffragiis poſtulatum eſſe, ac perfacilè eum aditurum fuiſſe, niſi tanti honoris faſtigium pro ſua inſigni animi ſubmiſsione reſpuiſſet. Ego tamẽ, quantũ ex diutina ſcriptorum eius peruolutatione, cõiicere poſſum, inde potiſsimum auguror conciliatam tantam nominis famã, quod ingenij ſui monumenta, non ſolum politioris litteraturæ, quod rarum erat in eius æui ſcriptoribus, luminibus tanquam ſtellis illuſtrarit, verum etiam quod omnis ferè eius oratio, perinde atque Thaumaturgi illius BERNARDI, cui σύγχρονος fuit, paſsim diuinarum Scripturarum agmine, ſupra omne aurum, argentumque & lapidem pretioſum fulgidiore, ita inſtructa & denſata incedat, vt quod olim apud M. TVLLIVM in Oratore, Q. MVTIVS SCÆVOLA ſcitè ad exagitandum ALBVTIVM quendam, id nos contra ad collaudandum BLESENSEM ex priſco Poeta LVCILIO iure accinere poſsimus.

Quàm lepide λέξεις compoſtæ, vt teſſerulæ omnes
Endo pauimento, atque emblemate vermiculato?

Legatur vel vnum opuſculum de itinere Hieroſolymitano accelerando, & deprehendetur, quod dico.

Atque

Atque hæc palmaris cauſa eſt, cur Theſauri nomenclaturam huic Bleſenſis operi tribuere auſus fuerim, quod iterum Reuerendiſs. & Illuſtriſs. Celſ. T. non dimidium, quod HADRIANI lex, ſed ſolidum & integrum, quod perpetua tua in nos beneficentia poſtulat, offero, ac vt veteri Votorum formula vtar, do, dedico, conſecro: quo clariſsimi nominis tui auctoritate, tanquam clypeo, in hoc quaſi veſtibulo tectum atque communitum, neglectis Homeromaſtigũ cauillis, in hominũ manus, liberius venire audeat. Numēq; diuinũ enixè cũ toto Collegio precor, vt ſicut Illuſtriſsima Celſ. T. vetera beneficia cumulãdo nouis, de nobis licet immerentibus, prolixe mereri non ceſſat, ita eam nobis, vrbi, ditioni, Eccleſiæ, vniuerſoque Imperio quàm diutiſsimè ſoſpitem incolumemq; conſeruet. MOGVNTIÆ, ex Archiepiſcopali Collegio tuo, ipſis B. BONIFACII Archiepiſcopi Mogunt. Feriis.

Anno ſeculari M. DC.

PRAE-

PRÆFATIO IOANNIS BVSÆI AD CANDIDVM LECTOREM.

MIRARIS, ſat ſcio, Candide Lector, quid me Moguntiaci in Germania degentem in eam mentem impulerit, vt hominis Galli, Petri Bleſenſis, litterarium partum, iam pœnè deſperatum atque depoſitum, atque in paucis bibliothecis cum blattis & tineis hactenus dimicantem tandem in lucem produxerim. Poſſem occurrere, Moguntiacum olim inter Gallicanas vrbes numeratum: ſed nolo candori tuo hunc fucum modo aſpergere; dicam ingenuè, quod res poſtulat. Quintus ſupra viceſimum agitur annus, cum me Theologicarum prælectionum primitias adornantem ingens cupido cœpit, non ante inſcendere Magiſterij iſtius cathedram, quàm extremis ſaltem labris, quicquid ſacrorum ſcriptorum, tam veterum quàm recentium in Bibliotheca noſtra ſatis locupleti exſtaret, delibaſſem, & in aduerſaria ſumma capita earum rerum, quæ à quoque auctore tractarentur, breuiſſimè coniecisſem. Ergo dum huic operi omni ſtudio & conatu totus inſiſto, ecce tibi in oculos incurrunt Petri Bleſenſis epiſtolæ, idque duplici exemplo, altero manu exarato, altero æneis formulis iam olim naſcente primum in hac vrbe Typographéio excuſo. Occaſio editionis. *Quid agerem? ne nomen quidem hominis mihi id temporis innotuerat. ad Ioannis Trithemij Elenchum de ſcriptoribus Eccleſiaſticis confugio. Offendo eum D. Bernardi ſeculo vixiſſe; Alexandro III. Pontifice Maximo, Friderico Ahenobarbo Cæſare floruiſſe. Epiſtolas aliquot mox percurro. legẽti faſtidium adimit ſtyli grauitas, argumenti varietas, acumen ſententiarum, teſtimoniorum diuinæ ſcripturæ denſitas, ſummorum hominum, ad quos ſcribit auctoritas, ac deniq; mira in coarguendis quorumlibet mortalium vitiis libertas: prorſuſq; apud animum meum conſtituo, hunc ſcriptorem digniſſimum eſſe, qui tandem in omnium eruditorum manus perueniat. Abdo vtrumque codicem in quandam Bibliothecæ Moguntinæ quaſi latebram, vnde à Pharmacopolarum tuti cucullis, depromi, quando per otium collibitum eſſet, poſſent. Hoc otium, quoniam mihi ante biennium contigit, cœpi Bleſenſem in manus ſumere, horis ſubſeciuis*

peruolutare vndique exemplaria; quæ breui temporis interuallo, laboreque exiguo ſupra bina domeſtica, ab amicis nactus ſum quaterna M. SS. hoc eſt, tot, quot ferè mendis omnibus expurgandis, lacuniſque ſupplendis ſatis eſſe videbantur. Ac primum quidem in membranis

Codices M. SS. vnde.

exſcriptum benignè ſuppeditauit huic Vrbi proxima Carthuſia. Alterum exhibuit Collegium Societatis IESV *Confluentinum. Tertium Carthuſia Herbipolitana. Poſtremum optimæ notæ Collegium Societatis noſtræ Spirenſe Colonia quoque è Collegio eiuſdem Societatis miſit Commentarium breuem in Iob. Et Franciſcani Patres è Confluentia, Tractatum de amicitia Chriſtiana. Vtrumq; opuſculũ ante annos fortè octoginta impreſſum. Deniq; & Louanio, opera ac ſtudio R. P. Martini Delrij, è Societatis* IESV *Bibliotheca magno meo gaudio accepi exhortationes, vel ſermones eiuſdem Bleſenſis quinquaginta nõ inelegãti manu accuratè in membrana deſcriptos. Pro quo inſigni beneficio mihi, totiq; Reipub. litterariæ præſtito religioſiſſimis Patribus immortales habeo & ago gratias Quid verò poſt ſedulam omnium codicũ inſpectionem, collationemq; in molienda huius operis editione præſtiterim, antequã ad Bleſenſem, eiuſq; ſcripta veniam, iamiam candidè, & ſine ſupercilio, vt Lectori ſuum conſtet de omnibus iudicium, indicabo. Septem enim mea*

Auctor editionis quid præſtiterit.

quantulacunq; opella ei acceſſere. Præfationes. Epiſtolarum argumenta. Emaculatio ab innumeris mendis & corruptelis, quæ omnia opplerant exemplaria. Variæ lectiones cum breuibus Notis. Elenchi omnes & Indices, ac demum quicquid margines vndique obſedit.

De argumentis.

Argumenta præfixi epiſtolis, tum quod iam ante in nonnullis exemplaribus quædam, licet ieiuna & ſtylo ac grauitate auctoris indigna, præfixa fuiſſent: tum, quod præcipua epiſtolarũ, quæ ſubinde ſunt lõgiores, capita oculis Lectoris ſtatim obiiciant. Inter Mendas, (exceptis paucis quæ librariorũ inſcitiæ

De mendis.

attribui poſſe videbantur) μνημόνικα ἁμαρτήματα Auctoris, in diuinarum litterarum, & aliorum Scriptorum ſententiis citandis commiſſa, non annumero, vt cum, exempli cauſſa, Salomoni tribuit verba Micheæ prophetæ epiſt. 11. cum Zachariam citat pro Hieremia. ep. 141. cũ Suſas vrbem ſubſtituit Bethuliæ, ep. 65. cum Hieronymum non ſemel allegat pro Seneca ep. 9. 120. & alibi. cum Ciceronem pro Macrobio, epiſt 120. His

enim

enim lapſibus nullam lituram induxi, ſed tantum, ne halucinandi occaſio Lectori daretur, ad oram germanum ſententiæ auctorē adſcripſi. In Lectionum verò variarum album ea tātum menda reieci, quæ incerta erant & ambigua, ac paucis verbis exponi non poterant. nam quæ paucis poterant, annotaui in margine. manifeſta autem errata, quamuis plures etiam codices inquinaſſent, prorſus obliteraui. Notarum nomine potiſſimum intelligo examen & cenſuram quorundam dogmatū Petri Bleſenſis, quæ licet fidei Catholicæ non aduerſentur, tamen non ſatis cum doctrina hoc tempore in Eccleſia magis probata & recepta cōſpirant. deinde obſcuriorum quarundā vocum & locorum explanationē. Iam, quod attinet ad ea, quæ margines occuparunt, noris amice Lector, nō exiguo mihi labore ea conſtitiſſe, tū quod in iis congerēdis nullum ab exemplaribus obtigit præſidium, tum quòd pleraq; teſtimonia, vel eorum auctorum, quibus attribuuntur, nō fuere, vel certe iiſdē expreſſa verbis inueniri in fontibus ſuis non potuêre. Cuius rei cauſa alia non fuit, quā quod Bleſenſis exiſtimaſſe videtur, non tàm verborum, quàm intelligentiæ verbis ſubiectæ, etiam in Sacris Scripturis citandis (in quibus tamen maiore religione opus erat) rationem habendam eſſe. Eundem laborem non parum adauxit cura indagandorum propriorū nominum, quæ initiali tantum littera in plurimis epiſtolis indicantur, eoq; plus, quo crebrius codices in exprimenda littera variarunt. nonnunquam etiā ſuppreſſerunt, aut etiam loco litteræ adulterinū nomen ſuppoſuerunt. In quorum nominū coniectura, quo minus fallerer, imprimis fecit Lectio Hiſtoricorū, qui res in Anglia vel Gallia Bleſenſis ſeculo geſtas accuratius ſunt perſecuti, atq; eorum præcipuè, qui æquales noſtro Bleſenſi fuere, vt Guilhelmus Neubrigenſis, Sigebertus Gemblacenſis, & poſt illos Mathæus Paris. qui auctor, quoniam vberius res Anglicanas per ſingulos annos proſecutus eſt, pluri-ma ſanè nomina eorum, ad quos Bleſenſis epiſtolas conſcripſit, prodidit. Quocirca ea nomina, quæ certis indiciis & veſtigiis ſum aſſecutus, non dubitaui ad epiſtolæ oram annotare. de reliquis, quæ ſuſpenſum animum tenuêre, in Notis coniecturam meam patefeci. Neque ſuperuacaneus hic labor cuiquam videri debet: poteſt enim ex certa hac nomenclatura geminus decerpi fructus. Vnus, quod nominibus ſemel explo-

De Notis.

De marginal. citationibus.

De inſcriptione Epiſtol.

ratis facile coniici poteſt, quo tempore epiſtolæ ſint exaratæ. Alter, quod tempus exploratè cognitum plurimum iuuare poteſt, ad cognoſcendas diiudicandaſque earum rerum hiſtorias, quæ ſæpiſſimè in hiſce epiſtolis indicantur. Neſcio enim quam vim epiſtolæ ſibi vendicare ſoleant ad ſtabiliendam rerum geſtarum veritatem, præ Chronogra-
De Indicibus. phorum commentariis. Venio demum ad Elenchos vel Indices, de
I. quibus illud primò monendum occurrit, in Indicem locorum Scripturæ ſacræ ea tantum teſtimonia me conieciſſe, quæ vel copioſam vel breuem aliquam explicationem, ſiue hiſtoricam, ſiue allegoricam à Ble-
II. ſenſi accepiſſent. In rerum & ſententiarum Indicem, profanis gentilium dictis vel factis ferè prætermiſſis, ea potiſſimum retuli, quæ ad ſacram & Theologicam doctrinam exornandam poterant pertinere.
III. Auctorum elenchus non eorum tantum nomina continet, quæ Bleſenſis nominatim expreſſit, ſed aliorum etiam, quorum ſententiis vel teſtimoniis ſuppreſſo autore fuit vſus: vt B. Bernardi, cuius nomen nuſquam prodidit, licet aliquot illuſtres eius ſententias vſurparit: & Ioannis Sariſberienſis, Carnotenſis Epiſcopi, ex cuius Polycratico multa in his epiſtolis deſcripſit, vti quibuſdam locis ad marginem adnotaui: licet eum non ſemel ſuum Magiſtrum fuiſſe profiteatur, & nonnullas etiam epiſtolas ad eundem dictarit. Addidi, morem quorundam huius
IV. ſeculi ſcriptorum ſecutus, & Indicem Prouerbiorum, aliorumque vulgarium dictorum, quibus Petrus noſter fuit vſus, ſiue verè prouerbia fuerint, hoc eſt, communi hominum ſermone trita, vt eſt illud. Simia in tecto, rex fatuus in ſolio. Et. Bonum ſeruat caſtellum, qui cuſtodierit corpus ſuum. quorum vtrumque eodem ſeculo vſurpauit B. Bernardus. Deinde illud. Ignis in ſinu, ſerpens in gremio, & mus in pera. quod vſurpauit eodem ſeculo exeunte Innocentius III. ſiue non fuerint verè prouerbia, ſed tanquam prouerbia tantum citentur, vt eſt iſtud. Abel eſſe non poteſt, quem Cain malitia non exercet. Et. Non eſt
V. Iacob, quem Eſau non perſequitur. Poſtremò clauſi opus totum indice vocabulorum Barbarorum, eorumque quæ barbara ab aliquibus haberi poſſent: conueniens enim erat, vt quæ à Latinorum colonia exulabant, in Augiæ quaſi ſtabulum retruderentur. Ex quo indice, Candide Lector,

ctor, haud obſcurè diſces crebriorem impurarum quarundam vocum vſum, non Bleſenſis imperitiæ, ſed ſeculi vitio attribuendum, cum eiuſdem generis quamplurimæ tum in ſuperioris, tum eiuſdem æui ſcriptoribus, atque etiam in B. Bernardi libris longe elegantiori ſtylo conſcriptis, (ego enim pauculas tantum, quæ memoriæ occurrerant, annotaui) inueniantur. Verum iam tempus eſt vt ad noſtrum Petrum Bleſenſem veniamus, eumque non ex aliorum commentariis, ſed ex ſuis ſcriptis depingamus; in quibus tam expreſſam ſui, hoc eſt, familiæ ſuæ, doctrinæ, virtutum, librorum editorum, omniumque rerum à ſe geſtarum effigiem reliquit, vt aliorum auctorum elogiis præconiiſque non magnopere indigeamus. Vt verò hæc vitæ morumque imago cuiuſque oculis clarius ſubiiciatur, capitibus quibuſdam vel ſectionibus narrationem diſtinguemus, & vbi res poſtulabit, ipſum Petrum ſe ſuorum verborum penicillo delineantem inducemus, ac locum etiam, vnde quodq; elogium deſumptum ſit, annotabimus.

HISTORICA RELATIO

DE PETRI BLESENSIS BATHONIENSIS ARCHIDIACONI VITA, MORIBVS, ET SCRIPTIS, EX EIVS Epiſtolis, aliiſq; Opuſculis excerpta.

DE PETRI BLESENSIS GENERE, parentibus, fratribus, patria.

Bleſenſis patria. PETRI BLESENSIS natale ſolum fuiſſe BLESAS, vr-
bem iam olim à nobiliſſimis Comitibus Bleſenſibus in
Gallia notiſſimam, cognomen ſatis demonſtrat, ac in
epiſtolis non ſemel ipſe perſpicuè declarat. PAREN-
TES autem eius genere virtuteque fuiſſe nobiles, & fortunis in mi-
nore Britannia copioſos, teſtatur epiſtola 49. his verbis. DEVM *te-
ſtor & innocentiam* CHRISTI, *Patrem meum vixiſſe innocenter & ſanctè.*
Parentes. *fuit enim homo ſimplex, & rectus, ac timens* DEVM, *ſine querela & dolo, man-
ſuetus, & mitis, & humilis. Quod quidem non adeò confidenter aſſererem, niſi
quia idipſum vos, & tota prouincia cognouiſtis. Indubitanter ſcitis, quod ſi pater
meus fuiſſet litteris imbutus, prudentia & ſancta eius conuerſatio copioſiſſimè
ſuffeciſſet ad regimen eminentiſſimæ dignitatis. Confidenter extollo & prædico
patrem meum, cuius me malo filium exſtitiſſe, quàm illius nobilis proditoris, à
quo noſter æmulus, ſicut ſcitis, iactitat ſe fuiſſe progenitum. Nihil equidem mihi
conſcius ſum, nec vos apud vos aliquid inuenire poſſetis, vnde poſſit eſſe notabilis
pater meus, niſi quia non fuit de ditioribus regionis. Certè virtus in diuitiis non
conſiſtit: nam ecce peccatores & abundantes in ſæculo obtinuerunt diuitias. Et*
Fortunæ. *tamen ſatis iudico diuitem exſtitiſſe, cui & ſuis, & pauperibus* CHRISTI,
*quorum ſe miniſtrum deuotiſſimum ſemper exhibuit, ſuæ facultates ſufficerent
abundanter. Satis commendabiliter diues fuit, qui in ædificiis, in terris, in pratis
& vineis abundauit. Sanè, etſi pauperrimus extitiſſet, nobilitatis tamen titulos*
Nobilitas. *paupertas non adimit, ſicut publicè notum eſt. Pater meus & mater mea de opti-
matibus minoris Britanniæ traxerunt originem. Nec iſtud ad iactantiam dico,
ſed vt obſtruatur os loquentium iniqua, qui de ſua nobilitate ſatis degenere, de-
trahendi ſumunt audaciam. Veram quidem & commendabilem reputo nobili-
tatem, cum generis claritate virtutem.* Hæc ille contra quoſdam, qui eius
Frater. nomen, paternumque denigrare conabantur. FRATREM habuit
GVILIELMVM Bleſenſem, qui vt erat ab adoleſcentia ſua æquè
humanioribus, ac diuinis litteris egregiè excultus, ita præclara inge-
nij ſui in vtroque genere monumenta poſteris reliquit, comœdias,
tragœdias, epigrammata, ſermones, aliaque opera Theologica, vt li-
quet ex epiſtola 93. tantique eius iudicium fecit noſter Petrus, vt o-
puſcula

puſcula ſua calculo eius probanda vel damnanda ſubiecerit epiſt. 77. Monaſtices cultorem fuiſſe, initium ep. 65. prodit, idque in familia D. Benedicti, epiſtola 90. ac tandem ad ſummam Maniacenſis cœnobij, quod in Sicilia eſt, præfecturam euectum, ac à Summo Pontifice inſignibus Pontificiis donatum teſtatur epiſtola 90. in qua noſter Bleſenſis ſuaſor & auctor ei fuit, vt non ſolum dignitate Abbatis ſe abdicaret, & adminiſtrationem cœnobij in manus Romani Pontificis reſignaret, ſed etiam Sicilia deſerta in Franciam reuerteret, ibique reliquum vitæ curſum potius obſequendo, quàm imperando aliis conficeret. Quod eius factum multis laudibus extollit epiſt. 93. Aliorum vel fratrum, vel ſororum nuſquam mentionem vllam facit.

QVIBVS LITTERIS OPERAM DEDERIT, vbi, & quibus vſus Magiſtris.

PRIMVM quantos progreſſus prima ætate in politioribus litteris habuerit, paſſim epiſtolæ oſtendunt. Creber enim eſt in Poëtarum verſibus citandis, profaniſque exemplis & ſententiis Ethnicorum commemorandis, ſic vt hoc nomine apud quoſdam, quaſi profana ſacris miſceret, perperam audierit: qua de re purgat ſe epiſtola prima & octaua. Imprimis autem variis carminibus affabrè contexuit totam epiſtolam 72. Etſi verò Poëſi inhoneſtæ, & fabulis tempus aliquod ætatis dederit, tamen maturè ſe ad ſaniora ſanctioraque ſtudia animum conuertiſſe indicat epiſtola 76. *Ego ſiquidem*, inquit, *nugis & cantibus Venereis quandoque operam dedi, ſed per gratiam illius, qui me ſegregauit ab vtero matris meæ, reieci hæc omnia à primo limine iuuentutis.* Eodem pertinet ſtudium Eloquentiæ, quo vehementer ſe fuiſſe oblectatum fatetur epiſtola 26. *Lex ſæcularis*, ait, *glorioſa ſupellectili verborum, leporeque, & orationis vrbanitate laſciuiens me vehementer allexerat & inebriauerat mentem meam.* Fuiſſe autem, vt illa tempora ferebant, diſertum, inde apparet, quod epiſtola octaua ſcribit ſe rogatu condiſcipulorum ſuorum BONONIAE in Italia crebras exhortationes ad Iuriſprudentiæ auditores habuiſſe. Et ſermones, quos hoc opere in lucem producimus, conſtat ferè habitos in ſcholis, cœnobiis, & publicis Paſtorum & Prælatorum Synodis. At abeſt, dices, ab eius dictione illa latini ſermonis venuſtas, abſunt deliciæ & lenocinia verborum. Eſto. at non abeſt ſua quædam laudanda grauitas, ac mira in ſcribendo vis & efficacitas, oratorum propria. Quæ ni adfuiſſet, non tot principes viri, Epiſcopi, Archiepiſcopi, Reginæ, Reges, Pontifex Maximus illi toties epiſtolarum nomine ſuo in negociis grauiſſimis conſcribendarum prouinciam

Bleſenſis gnarus poëſeos.

Rhetorices.

ciam demandaſſent. Emenſo artium liberalium curriculo ad Academiam Bononienſem ſe contulit, vt Iuri Cæſareo Pontificioque operam daret, vt eſt epiſt. 26. cuius vtriuſque peritiſſimum fuiſſe nõ ſemel ſcripta eius demonſtrant. nam epiſt. 19. & 115. controuerſias binas ex medio iure Eccleſiaſtico; epiſtola vero 71. aliam ex iuris ciuilis viſceribus accuratè definit. Adhæc epiſt. 6. ait ad ſe ſocioſque ſuos clericos, cum in aula Cantuarienſis Archiepiſcopi RICHARDI degeret, (apud quem & Cancellarij munere functus eſt) omnes nodoſas totius Regni Anglicani quæſtiones delatas. Ex Italia in Gallias citius, quàm optabat, reuerſus, Lutetiæ Pariſiorum ſe ad Theologię ſtudium applicuit, vt eſt in epiſt. 26. idque tanta cupiditate & ardore, tunc & reliquo vitæ curſu eſt complexus, vt non modò à Codicis, Pandectarumque lectione, (niſi forte temporis fallendi cauſa) ciuiliumq; cauſarum tractatione tandem abſtinuerit, verumetiam vehementer clericos ſit cohortatus, ſi ſaluti ſuæ conſultum velint, poſthabito Legum ſtudio, ad ſacræ Theologiæ ſcholas mox conuolent, vt videre licet in epiſt. iam dicta & 140. Cæterum, quantum ipſe ex indefeſſa ſacrorum voluminum lectione, aſſiduaque commentatione in ampliſſimo illo Pariſiaeorum ſtudiorum mercatu quæſtum compendiumque fecerit, palam clamant epiſtolæ, ſermones, opuſcula. Iam verò nec MEDICINAE ignarum fuiſſe Bleſenſem non obſcurè declarat epiſtola 43. in qua, ab omni librorum præſidio deſertus, & in itinere exiſtens, nobili viro cum hemitritęa febri grauiter conflictanti, more medicorum, medicinam fecit, totiuſque curationis ſuæ rationem cuidam Medicinæ Doctori, quoniam iter cœptum proſequendum erat, in hac ipſa epiſtola perſcripſit. Sed & MATHESEOS eum delibaſſe myſteria indicat epiſtola octaua. Quod ad MAGISTROS eius denique attinet, vnum nominatim tantum agnoſcere videtur IOANNEM Sariſberienſem, poſtea Carnotenſem epiſcopum, virum in iure ciuili, vt ipſe loquitur epiſt. 70. præcipuum, & humanitatis totius ac Philoſophiæ peritiſſimum, vt Polycraticus eius omnibus doctis notus, & Petri quoque laudibus epiſtola vigeſimaſecunda ornatus, abundè teſtatur.

Iuriſprud. | Theologiæ. | Medicinæ. | Matheſeos. | Magiſter eius Ioan. Sariſberienſ.

VBI POST CONFECTA LITTERARVM ſtudia vixerit, quibuſque Officiis functus.

Bleſenſis venit in Siciliã.

SI temporum rationem indagemus, videtur poſt deſerta litterarum ſtudia primò effloruiſſe in Sicilia. Nam ſe cum STEPHANO adoleſcente nobiliſſimo Comitis Perticenſis filio, à Siciliæ Regina, cuius erat conſobrinus, è FRANCIA euocato, in Siciliam veniſſe

aperte

apertè confitetur epiſt. 46. at is, ſi THOMAE Fazelli ſcriptoris Siculi narrationi cap. 5. lib. 7. Decad. ſecundæ nitamur, in Siciliam peruenit circa annum Domini 1167. Huc, vt appulit, mox pueritiæ Regis Siculi GVILIELMI II. politiori litteratura informandæ adhibitus eſt vnius anni, vt eſt in epiſt. 66. interuallo. Deinde regiis litteris tabelliſque obſignandis Præfectus, atq; omnium regni conſiliorum particeps, & tantum non director factus. ſic enim ſcribit epiſtola 131. ad quendam nepotem ſuum Monaſteriolanum Priorem. *Tu frequenter ex ipſius Papæ, qui nunc ſedet, ac pleriſque Cardinalibus eius, qui in diebus meis legatione functi ſunt, fratris etiam mei, & Abbatis S. Dionyſij, aliorumque magnatum, qui in terra ſunt, relatione cognoſcere potuiſti, quod cum in Sicilia eſſem Sigillarius & Doctor Regis* GVILHELMI *ſecundi tunc pueri, atque poſt Reginam & Panormitanum electum* (STEPHANVM) *diſpoſitio regni ſatis ad meum penderet arbitrium.* Verum neque licuit, neque libuit bono Bleſenſi per tetram quorundam æmulorum inuidiam diu in hoc honoris faſtigio conquieſcere. Vt primum enim cognouit Dominum ſuum STEPHANVM, (ad Regni Cancellariatum, & Archiepiſcopatum Panormitanum iam ante euectum) perduellium quorundam Siculorum coniuratione in eius exitium conſpirantium, regno in Palæſtinam excedere coactum, (vbi & breui ſpiritum DEO reddidit) ilicò, licet lecto affixus, cogitare cœpit de aula regia regnoque deſerendo. ſic enim loquitur in epiſt. 90. ad fratrem ſuum Guilielmum, tunc in Sicilia Abbatem. QVAM *atrociter coniurauerint in exitium Domini* STEPHANI *Panormitani electi & Regij Cancellarij Siculi proditores relatione non indiget. Ego autem cũ in illa turbatione & egreſſu Domini medio hemitritæo laborarem, de mandato Domini Regis curæ & cuſtodiæ Salernitani Archiepiſcopi commiſſus ſum, qui non minorem circa me diligentiam exhibuit, quàm ſi Dominus, aut filius eius eſſem. Ex quo autem conualui, acceſſi ad Dominum Regem, petens ab eo, & magnatibus curiæ licentiam recedendi. Rex autem per Dominum Salernitanum, & per R. electum Syracuſanum me ſolicitari multipliciter fecit, vt in curia eius & ſigilli officio remanerem: ſed non potui ad hoc precibus, aut promiſſis, aut muneribus inclinari.* Et infra. *Quandam igitur Genuenſium nauem, quam cœperant Siculi pyratæ cum hominibus & mercibus dedit mihi Dominus Rex munitam omni genere victualium cum mattis, cum culcitris, cum tapetis. Præſtitoque à Genuenſibus iuramento de exhibenda mihi fidelitate, ac tutela mei corporis & meorum, qui circiter quadraginta poterant æſtimari, venimus Genuam, & à magnatibus terræ, & maximè ab his, qui apud Siculos in palatina magnificentia me viderant, cum honore ſuſceptus ſum: qui quantum honorem & obſequiũ impenderint mihi, facile verbis explicare nõ poſſem.* Huc vſq; ille. vnde liquet quanto in pretio Bleſenſis fuerit in primo ætatis virilis flore.

Præceptor Regis Siculi.

Sigillifer regius.

Siciliam deſerit.

Genuam venit.

QVOD E SICILIA DIGRESSVS, PERVENErit ad aulam Henrici II. Regis Anglorum.

QVod verò è SICILIAE Regno digreſſus ſub annum Domini 1168. (eo enim anno STEPHANVS Regni Cancellarius iuxta Fazelli hiſtoriam fuga elapſus eſt) in Galliam reuerſus, non diu in ea ſubſtiterit, ſed mox ad aulam Principis alicuius conceſſerit, inde conſtat, quod epiſtola 139. ſcribat ſe omne vitæ tempus, vel in ſcholis, vel in curia conſumpſiſſe. A curia ergò ad curiam tranſierit. Ad quam verò, niſi ad Anglicanam? Certè in epiſtola 128. HENRICI II. Regis Anglorum inuitatu in Angliam ſe pertractum apertè prædicat. Id autem eo ipſo anno, quo Siciliæ valedixit, vel certè inſequenti eueniſſe multa probant. Primum, quod nullam in natali ſolo cunctandi voluntatem vnquam, niſi ſub vitæ finem, vt oſtendit epiſtola 20. & 162. habuerit. Deinde, quod in epiſtola 160. ad Odonem Epiſcopum Pariſienſem anno eiuſdem æui 97. data (Mauritius enim eius deceſſor, teſte Demochare in libro de Miſſæ Sacrificio capite 20. anno 96. inter viuos eſſe deſierat) aſſeuerat ſe totos annos ſex ſupra viginti in Regno Angliæ vixiſſe, qui numerus ſi retrò ineatur ad ſeptuageſimum vel ſexageſimum nonum nos reuocabit, quo Angliam ſit ingreſſus. Quod autem iam ante ſeptuageſimum illum annum in Anglia verſatus fuerit, non obſcurè patefacit epiſtola 22. & 24. In quarum altera meminit coronationis Henrici III. Regis Anglorum filij, in altera verò monaſtici inſtituti à S. Thoma Cantuarienſi Archiepiſcopo in Gallia ſuſcepti. quorum vtrumque anno ſeptuageſimo factum hiſtoriæ produnt. nec mirum. nam anno proximè ſequenti ſeptuageſimo primo S. Thomas gladiis impiorum occubuit. Quam grauibus autem negotiis procurandis, legationibuſque difficilimis obeundis ad Principes, Reges, Pontificem Maximum cum ſummo vitæ diſcrimine, quamdiu in aula regia fuit, præfuerit in multis epiſtolis, maximè autem epiſtola 41. & 56. elucet, tantique laboris nullum ampliorem fructum ſe retuliſſe teſtatur epiſtola 14. quàm quod regiæ maieſtati eſſet cariſſimus. *Ego ſanè*, inquit, *diſpendia enormium expenſarum, & ſuper omnia iacturam perditi temporis deplorarem: niſi, quia maximum reputo laboris mei fructum, quod noſtrum Principem per gratiam* DEI *& ſuam ſemper habui propitium, mitem, affabilem, & benignum. Nunquam porrexi ei preces, quas non admiſerit liberaliter: præparationem etiam cordis mei in pluribus eius benignitas quandoque præuenit. Diligebam ipſum, & diligo, & ſemper diligam ex affectu, nec me diligat* DEVS, *cum ab ipſius dilectione deſiſtam: gratia namque*

In Angliam venit.

XXV. annis vixit in ea.

I. in aula regis.

namque eius me perpetuò vindicauit in ſuum: ſuumque ſemper erit, ſi quid cogito, ſi quid ſcribo, ſi quid ſum, ſi quid valeo. Sed mores aulæ regiæ vaniſſimos breui pertæſus, cur de tranquilliori vitæ ratione ineunda cogitaſſet, initio eiuſdem epiſtolæ his verbis exponit. *Ductus equidem quodam ſpiritu ambitionis me totum ciuilibus vndis immerſeram, & eorum, quæ retro ſunt oblitus me ad anteriora, ſed non more Apoſtoli, porrigebam. Veruntamen caſtigans caſtigauit me Dominus, & morti non tradidit me: quem* Paruus fuit *lecto doloris affligens, in corpus paruum, abiectum, & miſerum, ſpiritum ſuæ* ſtatura. *indignationis effudit. Anxiabar ad mortem, iamque animæ & corporis diuortium certiſſimè imminebat: ſed intelligens Pater miſericordiarum, quia datura eſſet mihi vexatio intellectum, iratus miſericordiæ recordatus eſt, ſimulque ſpiritum iræ ſuæ cohibuit, & à me ambitionis ſpiritum exſufflauit,* &c. *Sic pallium cum Ioſeph, cum Matthæo telonium, ſyndonem cum Ioanne, cupiditatis hydriam cum Samaritana relinquere & abiurare decreui. Adiuuit me Dominus, & ambitionis ardorem, quem prius in me torrentes auri & argenti temperare non poterant, ros diuinæ miſerationis exſtinxit.* AVLAM II. vixit in aula Archiep. Cantuar. ergo regiam ſæcularem, cum Eccleſiaſtica Archiepiſcopi Cantuarienſis RICHARDI, qui S. THOMAE Martyri ſucceſſit, commutauit, cui à conſiliis & epiſtolis fuit, vt epiſtola ſexta, aliæq; multæ nomine RICHARDI ad varios ſcriptæ oſtendunt. Sedet bis, vt ep. 38. & 130. palam ſe Archiepiſcopi Cantuarienſis Cancellarium in epigraphe Cancellarius eiuſdem. litterarum indigitat.

QVAS FVNCTIONES IN ECCLEſia ſuſtinuerit.

VIx dubitandum eſt Bleſenſem, à tempore quo totum ſe diuinarum Scripturarum ſtudio Pariſiis dedidit, vel etiam ante, cum Clericus quãdo factus. Bononiæ ad auditores Iuriſprudentiæ ſermones habuit, in Cleri numerum cooptatum fuiſſe. certè à primo in Britanniam ingreſſu eum Bathonienſi Archidiaconatu donatum teſtantur pleræque omnes epiſtolarum inſcriptiones. Bathon. Archid. Bathonia enim Comitatus Somerſetani in Anglia oppidum eſt, quod quando Epiſcopali infula inſignitum ſit tradit Polyd. Virgil. in Anglicanæ hiſtoriæ libro nono. Neque à ratione alienum eſt, ſi opinemur eum multo ante quàm in Angliam veniret Eccleſiaſtico beneficio in Gallia ornatum, ſiue Bleſis in patria ſua, vbi primus inter primos Eccleſiam reſtituit, vt gloriatur epiſt. 78. ſiue Canonicus Carnoti. Carnoti, fuiſſe. Nam epiſtola 49. & 70. quæ eſt ad Ioannem Carnotenſem Epiſcopum, vocat ſe Canonicum Carnotenſem Eccleſiæ B. MARIAE. In eadem quoque 49. & 130. grauiſſimè conqueritur, ſibi à quibuſdam eiuſdem Eccleſiæ Collegis Præpoſituræ Carnoten-

ſis dignitatem iniquè interuerſam. Sed & Decanum ſe fuiſſe Eccleſiæ cuiuſdam Ceſtrenſis perhibet ep. 143. Quanto autem cum dedecore tantus vir Archidiaconatu ſuo extremis vitæ annis deiectus ſit,

Archidiaconatu pellitur.

Ipſe miſerandum in modum deplorat epiſtola 149. *Vtinam*, inquiens, *maxima pars cerebri atque maxillarum totius miſeri corporis mei liqueſcat in lachrymas, vt poſſim flere & plangere, quod ſuſtinere & videre non poſſum. A Rege H. vocatus in Angliam, & ab eo, atque filiis eius ditatus largitionibus effuſis, nec non ab Archiepiſcopis & Epiſcopis, & vniuerſis magnatibus terræ communi veneratione vſque ad malitiam huius temporis exaltatus, nunc occaſione quarundam litterarum, quæ & per taciturnitatem veritatis, & per expreſſionem falſitatis obtentæ ſunt à Domino Papa crudeliſſimè circumuento, coram toto clero & populo tantæ ciuitatis, quorum cura & cuſtodia mihi commiſſa eſt, ſenex & emeritus à iuuene, ſimplex & valetudinarius ab ambitioſo, manſuetus & innocens à verſuto: &, vt temperatius loquar, turpi crimine diffamatus, ab omni honore Archidiaconatus mei violenter expellor.*

Fit Archidiac. Londin.

Ex Archidiacono Bathonienſi deinde factus eſt Archidiaconus Londinenſis, qua appellatione quoque paucas quaſdam epiſtolas inſcriptas videmus. Cæterum non multo poſt vehementer de eo ſuſcepto indoluit. *O quàm quietius*, (exclamat in epiſtola 151. ad INNOCENTIVM III. Papam) *& tutius mihi eſſet ſemper latuiſſe ſub modio, quàm in Archidiaconatum Londinenſem inconſultius aſcendiſſe. Verè ſuper ventum aſcendi. Nam Archidiaconatus ille draco eſt, non habens, vnde poſſit viuere, niſi vento. Ille ſiquidem honor eſt in ſolis & nudis, & puris intellectibus. Nam cum ſint in illa ciuitate quadraginta millia hominum, atque centum & viginti Eccleſiæ, nec à laicis decimas vel primitias, vel oblationes, quamuis ſacerdotio fungar, accipio, &c. nec aliquas conſuetudines debitas Archidiaconis poſſum elicere a ſubiectis. Ego tamen ſupra vires meas correctioni, & eruditioni, tam cleri, quàm populi, anxia & indefeſſa ſolicitudine me impendo. Nunquid magnum eſſet, ſi ſpiritualia ſeminantes temporalia meteremus? Vbi eſt, ſumite pſalmum, & date tympanum?* Ac tandem concludit. *Sanctiſſime & potentiſſime* INNOCENS, *cum ſis nocentium malleus, & innocentium conſolator, aut ab hoc Archidiaconatu Apoſtolica benignitate me liberes, aut ſecundum gratiam tibi datam à* DEO, *ſic ipſum ſola iuſſione per aliquos bonos viros ordines ac diſponas, quatenus apud poſteros gratiæ & gloriæ tuæ memoria ſuper omnem memoriam perſeueret.* An verò alterum illorum à Summo Pontifice impetrarit, id ex ſcriptis eius colligi non poteſt. Videtur ergo vel in hoc Archidia-

Obiit ergò circa annum Domini 1200.

conatu in Anglia, vel certè eo tandem deſerto in natali ſolo vitam cum morte commutaſſe. nam quanto deſiderio vitæ in patria claudendæ deſiderio teneretur his verbis ſatis declarat in epiſt. ad Odonem Pariſien. antiſtitem ſupra citata. *Heu mihi*, inquit, *quia incolatus*

meus

meus prolongatus eſt tanto tempore, & non eſt, qui compatiatur exuli, non eſt qui commoueatur ſuper contritione Ioſeph. Nunquid ſemper ero vagus & profugus ſuper terram? nemo finem imponet peregrinationi meæ, vt ſaltem ſemel ante ſupremi ſpiritus exhalationem in aere natiuo mihi liceat reſpirare? Et infra. *Cui non licet in patria viuere, ſaltem liceat ſepeliri: &, vt in verſu Lucani claudatur epiſtola, Liceat tumulo ſcripſiſſe* CATONIS MARTIA. *ſic liceat mihi ſcribere*, PETRVS ODONIS. Quod autem quidam Nouatores hoc ſeculo ſcribere auſi fuerint PETRVM BLESENSEM tandem etiam ad Archiepiſcopatum Rothomagenſem in Normannia euectum eſſe, id prorſus commentitium eſſe iam iam docebimus.

AN, VT SCRIBVNT CENTVRIATORES Magdeburgici, PETRVS *Bleſenſis tandem euectus ſit ad Archiepiſcopatum Rothomagenſem?*

CENTVRIATORES Magdeburgici centuria 12. ſuæ hiſt. Eccleſiaſt. cap. 10. de Epiſcopis & Doctoribus, dum pag. 1574. Archiepiſcoporum Rothomagenſium Catalogum deſcribunt, noſtrum quoque Bleſenſem in eorundem numero collocant: ac tale ei ponunt Elogium.

Petrus Bleſenſis ex parentibus nobilitate generis conſpicuis minoris Britanniæ vel Galliæ natus fuit. Is Bononiæ primum iuriſprudentiæ operam dedit: quam tamen facultatem poſtea deſeruit, totū ſeſe ſtudio Theologiæ mancipans Pariſiis. Medicinæ & Philoſophiæ ignarus non fuit. Hiſtoriarum, & veterum quidem mediocrem habuit cognitionem, vt ex eius epiſtolis apparet. Præceptor Guilhelmi 2. Regis Siciliæ adhuc pueri fuit. Præpoſitus Carnotenſis fuit aliquandiu. Archidiaconatum Bathonienſem primum, deinde Londinenſem, & poſtremo etiam Cantuarienſem adeptus eſt. Medicum, & Cancellarium Cantuarienſis Archiepiſcopi agens. Ac licet Neapolitanum Archiepiſcopatum, & Boſſenſem etiam ſemel atque iterum ipſi oblatos, recuſarit ſuſcipere, tamen Rothomagi Archiepiſcopum tandem egit, vt patet ex epiſt. 20. Bathoniæ tandem ſepultus eſt. Hucuſque illi. In quo elogio, nemo nō, qui vel ſolas Epiſtolarum Bleſenſis inſcriptiones inſpexerit, quatuor manifeſta errata, ne dicam mendacia, deprehendet. Primum, quod affirment eum poſt Archidiaconatum Bathon. & Londin. etiam Cantuarienſem ad extremum adeptum: vbi enim vnquam ſe Cantuarienſis Eccleſiæ Archidiaconum fuiſſe prodidit? Alterum, quod fingant eum fuiſſe Archiepiſcopi Cantuarienſis Medicum. ſi enim fuit Archidiaconus, hoc eſt, in ſummo pænè gradu clericorum (Archidiaconi enim tunc in Anglia Epiſcopis erant dignitate proximi) quomodo contra Canones potuit eſſe profeſſione Medicus? Tertium, quod ex I. Balæo ſcriptore

Non fuit Archid. Cātuar.

Nec Medicus.

Non ſepultus Bathoniæ. Zuingliano addant, cum tandem Bathoniæ ſepultum. At ſi Rothomagi Archiepiſcopus fuit in Gallia, quomodo Bathoniæ ſepultus eſt in Anglia, quomodo in ea vrbe, in qua per ſummum dedecus ei ereptus eſt, vt ante diximus, Archidiaconatus? Quartum eſt, quod aiunt, cum tandem Rothomagi Archiepiſcopum factum. Sed ſi Archiepiſcopus ibi aliquando fuit, quis quæſo eius fuit deceſſor? Hugo, inquiunt. At quo anno ille deceſſit? vt conſtare queat, quo anno Bleſenſis ei ſucceſſerit? Reſpondent anno à CHRISTI ortu 1165. Id fieri non poteſt. nam eo anno Bleſenſis nullum adhuc Archidiaconatus honorem adierat, ne quidem Bathonienſis, quem tamen titulum omnes ferè præferunt epiſtolæ. Sed ne quidem in Siciliam peruenerat; iam enim ſupra ex Siculo hiſtorico Fazello oſtendimus, cum ſub annum 1167. vna cum Perticenſi Comite STEPHANO

Non fuit Archiepiſc. Rothomag. I. Ratio.

II. primum in Siciliam appuliſſe. Deinde, ſi Bleſenſis aliquando Archiepiſcopus Rothom. fuit, quis illi vita defuncto ſucceſſit? Rothrodus, aiunt, & poſt illum, Gualterus de Conſtantiis. Ridiculè profectò. Nonne in hoc epiſtolarum opere ternas, minimum, habes nomine Rothrodi Rothomag. tunc Archiepiſcopi à Bleſenſi exaratas epiſtolas? nonne alias nonnullas ad Rothrodi iam mortui ſucceſſo-

III. rem Gualterum? Adhæc, ſcribunt hoc loco Centuriones iſti, & rectè, Rothrodum vitam cum morte commutaſſe anno CHRISTI 1182. at Bleſenſis poſt illum annum plurimas epiſtolas Bathonienſis adhuc Archidiaconus ſcripſit, nominatim ad Vrbanum & Cœleſtinum, Romanos Pontifices. Londinenſis autem Archidiaconus demum factus, etiam ad INNOCENTIVM III. qui Pontificatum in-

IV. iit anno Domini *1198*. Denique dicant, quis hiſtoricorum Bleſenſem in numerum Rothomagenſium Archiepiſcoporum retulerit? Non Sigebertus, eiuſue continuator, non Guilielmus Neubrigenſis, non Polydorus Virgilius, (quorum tamen teſtimonia hoc ipſo loco citant) ſed nec ipſe Balæus. At illi & alij, (vt Mathæus Paris, qui cum autoribus iam citatis, ſæpe Rothomag. Archiepiſc. nomina in rerum Anglicanarum hiſtoria exprimunt) non tacent Hugoni Rothrodum & Gualterum ſucceſſiſſe. Eundem ordinem & tabulæ Eccleſiaſticæ Eccleſiæ Rothomagenſis apud Demochatem in libro de ſacrificio Miſſæ produnt. Hæc cum luce clariora ſint, quis non videt, niſi cæcus, bellis iſtis centuriarum conſarcinatoribus aliud propoſitum non fuiſſe, quam in optimo viro, ſummam illam repudiati olim Archiepiſcopatus Neapolitani laudem quaſi ſepiæ attamento, hoc commento ſuo, aſpergere? Nam quod pro confirmatione ſui ſomnij ſe ad epiſt. Bleſenſis vigeſimam referunt, inane perfugium

eſt. Ego

eſt. Ego ſanè ſexies aut ſepties omnes perlegi, atque etiam deſcripſi epiſtolas, nec vllam tamen inueni, qua ſe Archiepiſcopi ornatet nomenclatura. Vigeſimas etiam in omnibus codicibus M. S S. (nam in ordine & numero ferè omnes diſſentiunt) excuſſi, ſed ne mu quidem de Archiepiſcopatu Bleſenſis. Errorem autem illorum omnem inde natum arbitror, quod nonnullæ epiſtolæ nomine Rothomagenſium Archiepiſcoporum à Bleſenſi ſiut ſcriptæ, quæ primam tantum nominis litteram, vel etiam nullam in exemplari Centuriatorum expreſſam habuerint. Verum iam tempus eſt, vt de eximiis eius dotibus & virtutibus aliquid ſubiiciamus.

QVIBVS ANIMI DOTIBVS, ET VIRTVtibus BLESENSIS *excelluerit.*

INTER dotes animi, quibus BLESENSIS excelluit, principem pono inſignem ſacrarum Scripturarum ſcientiam & memoriam, quarum ſententiis & phraſibus ſic omnia ſcripta ſua condiuit & reſperſit, vt haud ſecus, quàm olim Eliſæus propheta ab Helia ſpiritum duplicem, ſic ille à B. BERNARDO, cui proximè ſucceſſit, ſpiritum eructandi Scripturas hauſiſſe videatur. Deinde ſummam in dictandis epiſtolis facultatem & celeritatem. Nam ep. *92.* apologiam ſui ſcribens in zoilum quendam, qui eum ob Scripturæ, patrumque ſententias paſſim ſcriptis intertextas Compilatorem per conuitium appellarat- *Confidenter*, inquit, *& ſub teſtimonio plurium dico, me ſemper dictare litteras ſolitum citius, quàm poſſet aliquis exarare. Ipſa certè feſtinatio vitium & ſuſpicionem compilationis excludit. Ad veritatem, non ad iactantiam dico. Vidit quandoque Dominus Cantuarienſis* (Richardus Archiepiſcopus) *& vos ipſe cum eo, multique alij, me de diuerſis materiis tribus dictare ſcriptoribus, & vniuſcuiuſque calamo feſtinanti ſatisfacere: meque, quod de ſolo Iulio Cæſare ſcribitur, quartam epiſtolam dictare & ſcribere. Quod ſi alicui res iſta in dubium venit, facti quæſo experientia faciat dicti fidem.* Binis dotibus adiungo totidem eximias virtutes. Prima ſit humilitas, quæ, vt Demoſtheni inter eloquentiæ partes Pronunciatio, ſic B. AVGVSTINO epiſt. *56.* ad Dioſcorum, primas, ſecundas & tertias in virtutum choro vendicat. Eam non verbis modo, in epiſtolis & ſermonibus ſuis, ſed etiam rebus, hoc eſt, gemino exemplo palam declarauit. Altero quidem, quod nullis vnquam precibus, rationibuſue adduci potuit, vt initiaretur ſacerdotio, id identidē proteſtatus, ſe tanti Sacramenti miniſterio indignum, ac tandem etiam veritus, ne ad illud Principum virorū imperio cogeretur, prolixè in ep. *123.* ad Londinenſē antiſtitē probare inſtitit, Diaconos quidē, ſi vtilitas, neceſſitaſue Eccle-

Dotes Bleſeſ. Scriptur. ſcientia.

Epiſtolas tribus ſimul dictat.

Humilitas.

Sacerdotio abſtinet ex reuerentia.

Eccleſiæ ita poſtulet, cogi poſſe ad ſacerdotium, Archidiaconos autem non poſſe; ac tandem ita concludit. *Nemo igitur quaſo Archidiaconos inuitos ordinariè præſumat: coacta enim ſeruitia Dominus non acceptat: nimirum, obſequia, quæ* DEO *impendimus, non ex opere, ſed potius ex voluntate penſantur. Scio autem, quis dixerit. Voluntariè ſacrificabo tibi. Et ego quidem homo ſum, non aſinus, vt ſpontaneus inuiter ad onera, non compellar inuitus. Solet quidem gentilium tyrannorum profana & efferata crudelitas ſacrificandi neceſſitatem violenter indicere Chriſtianis. Ego verò Chriſtianus ad ſacerdotium forte cogi potero, ſed citra liberæ ac deuotæ voluntatis arbitrium nullis vnquam altaribus immolabo.* Quanquam non reuerentia tantum, ſed etiam aliud quiddam eum ab ordine illo abſterruit, quod in eadem epiſtola exponit his verbis. *Sæpe*, inquit, *à iuuentute mea me Domini mei Cantuarienſes Archiepiſcopi monuerunt inſtantius, vt promoueri ad ſacerdotium conſentirem. Ego autem ſolicitus expectabam, vt vel opportuna exilij, vel martyrij occa-*

Martyrij deſiderio tenetur.

ſio ſe offerret, quatenus exemplo B. THOMÆ (Cantuarien. Archiepiſcopi) *in arena huius mundi pugnantibus deuotus aſſiſterem, beatique Laurentij veſtigia humiliter adorans, Leuitici gradus officium publicè profiterer, & dicerem Domino, ac Patri, ſi fortè ad pugnam ſine me feſtinaret. Quo progrederis ſine filio Pater? quo ſacerdos ſine miniſtro properas? experière certè, virum idoneum miniſtrum elegeris, cui commiſeris Dominici corporis & ſanguinis conſecrationem. Nobis enim diaconis conſecratio illius ſaluatricis hoſtiæ committitur, non vt conficiamus, ſed vt conficientibus humiliter aſſiſtamus.* Verum illum non coactum, ſed precibus aliorum victum Sacerdotij dignitatem affecta iam ætate tandem ſuſcepiſſe, manifeſtè apparet ex epiſt. *139.* vbi humi-

Fit ſacerdos in ſenectute.

limè ſe commendat monachorum Ciceſtrenſium precibus, vt dignè ſacerdotio initiari poſſit, & 151. confitetur ſe iam ſacerdotem. Satis de primo humilitatis exemplo. audiamus alterum. Non ſacerdotium tantum, ſed etiam Epiſcopatus duos, ac demum etiam Neapolitanum Archiepiſcopatum ſollemniter ſibi in Sicilia delatum conſtanter renuit. Id teſtatur ipſe epiſt. 72. & 132. ad nepotem, vt eum exemplo

Renuit Archiepiſc. Neapolit.

ſuo ab immoderata honorum cupiditate abſterreat. *Tu*, inquiens, *ipſe ex ipſius Papæ, qui nunc ſedet, ac pleriſque Cardinalibus eius, qui in diebus meis legatione functi ſunt; fratris etiam mei, & Abbatis S. Dionyſij aliorumque magnatum, qui in terra ſunt, relatione cognoſcere potuiſti, quod cum in Sicilia eſſem Sigillarius & Doctor Regis Guilielmi ſecundi tunc pueri, atque poſt Panormitanum electum diſpoſitio regni ſatis ad meum penderet arbitrium, quidam æmuli machinantes me à familiaritate regis excludere, procurauerunt, vt Eccleſia Neapolitana me in Archiepiſcopum eligeret, ac per maiores Capituli ordinationem meam communi decreto, & voto vnanimi poſtularet. Vocatus autem non iui: rogatus & tractus multipliciter, non conſenſi. Epiſcopatus quoque Roffenſis bis*

mihi

mihi oblatus eſt, oblatumque renui, & honorem ex onere metiens motus ambitioſos ad ſobrios mediocritatis terminos limitaui. Decanatum quoque quendam in manus Archiepiſcopi Cantuar. reſignauit, & cum perditos ſuorum Canonicorum mores corrigere non poſſet, Eccleſiam in monaſterium Ciſtertienſium monachorum conuertit, vt liquet ex epiſt. 143. Humilitati & aliam prænobilem virtutem copulauit, quouis Eccleſiaſtico antiſtite dignam, nempe ingentem zelum domus DEI, ſtudiumque ardens omnes ad Chriſtianæ virtutis perfectionem attrahendi, ſiue ſermonibus, quos ferè habuiſſe videtur Bononiæ & Pariſiis in ſcholis, cœnobiis, Paſtorumque ſynodis, ſiue epiſtolis ad cuiuſuis conditionis & ſtatus homines conſcriptis, ac omni pietate refertis. Qui zelus hoc commendabilior in eo exſtitit, quo longius ab omni aſſentandi ſpecie abfuit. Tanta enim dicendi ſcribendique libertate fuit, vt nullam carnis & ſanguinis, nullam amicitiæ veteris & ſocietatis, nullam ſtatus ſecularis vel monaſtici, nullam autoritatis Pontificiæ vel regiæ habuerit, quin quemque ſui officij, poſito omni pudore commonefaceret; quæ laude digna eſſent prædicaret, quæ reprehenſione, acriter coargueret. Quo in genere nec Principi ſuo Henrico II. Anglorum Regi, quem tantum non laudibus ſæpe in cœlum fert, quando res tulit, pepercit. Vnde & primam ſui Epiſtolici operis epiſtolam ad dictum Regem datã, his verbis terminare auſus eſt. *Nec illud magnificentiæ veſtræ quæſo ſit oneri, ſi vſq. ad perſonam veſtrã in aliqua epiſtolarum mearũ ſtylus deuotæ correptionis euaſerit: nam totum illud dictauit affectio. æmulor enim vos Dei æmulatione, zelãs & ſitiens ſalutem veſtrã in Chriſti viſceribus, & in caritate non ficta. Nihil equidem vobis adulatorũ ſcripſiſſe me recolo, nec ſum olei vẽditor. Et ſcio, quia cũ ſal correptionis in omni ſacrificio acceptetur à Domino, mel in omni ſacrificio reprobatur. Teſte etiã Salomone, qui dicit iniuſto, iuſtus es, maledicent ei populi: & ſuper eos, qui arguunt, veniet benedictio.* Nec abſimile eſt, quod alibi, in Inuectiua, ſuorũ ſcriptorum obtrectatori reſpondit. *Adulatorẽ Principis,* ait, *vocas hominem, quem non noſti: ſed docuiſti linguam tuam loqui mendacium; & in hac parte mentita eſt iniquitas ſibi. Spiritus Dei reddit teſtimonium ſpiritui meo, quia nunquam fui olei venditor, nec ſoleo Magnates palpare in vitiis, aut laudare peccatorem in deſideriis animæ ſuæ. In quamplurimis enim ſcriptis meis Regem veſtrum, & alios terræ magnates, vbi materia ſe offert, plena libertate redarguo, ſolicite ſuggerens, quicquid ad eorum ædificationem citra Inuectiuæ iniuriam poteſt humana deuotio.* Cogor ſuperiori Bleſenſis virtuti adiicere & tertiam, ſingularem nimirum actæ vitæ innocentiam: fieri enim non poteſt, vt noxæ affinis ſit, qui tanta ſcribendi dicendique libertate omnium exagitauit noxas. *Turpe eſt Doctori,* ait quidam, *dum culpa redarguit ipſum.*

Renuit bis Epiſcopatum.

Libertas ſcribendi in Bleſenſi.

Non eſt palpo Regum.

Vitæ integritas in eo.

 Hanc

Epiſcopis & Abbatibus normam viuendi præſcribit.

Hanc vitæ innocentiam duo argumenta manifeſtè probant. Alterum quod non ſolum ſecularibus, ſed etiam Eccleſiaſticis & religioſis viris per ſæpe normam rationemq; ſobriè, iuſtè & piè viuendi præſcripſerit, imo etiã ab ipſis Abbatibus & Epiſcopis etiã atq; etiã rogatus ſit, tum vt formulã viuendi, recteq; gubernandi ipſis per epiſtolã traderet, tum etiam vt in publico monachorũ, vel paſtorũ conuentu parænecticum ſermonẽ haberet. Quomodo enim fieri potuit, vt, ſiue monachi, ſiue

Exhortationes habet ad monachos.

Canonici regulares, ad quos perſæpe dixit, homini neque profeſſione religioſo, neq; ſacerdotio initiato aditũ facerent ad ipſa monaſteriorum ſuorum, monaſticarumq; legum penetralia, æquiſque auribus audirent hominem ſecularem de obedientia, paupertate, & regularum obſeruatione vel trangreſſione cum ſumma oris libertate diſſerentem, niſi inculpatæ vitæ nomen apud eos obtinuiſſet, atque etiam eximio pietatis ac ſanctimoniæ exemplo omnibus præluxiſſet? Alterum

Canon. Regularem inſpectore habet.

argumentum eſt, quod Canonicum quendam regularem, virum magna ſanctitate conſpicuum a ſuo latere diuelli paſſus non ſit, vt eius præſentia, verbo & exemplo, conſtanter eundem pietatis curſum & tenorem, quem ſemel inſtitueret, perſequeretur. Sed malo ipſum ſuis verbis id exponere. *Omnẽ*, ſcribit in Inuectiua aduerſus obtrectatorem, *ordinem ſanctum in viſceribus Chriſti diligo, magnifico, veneror, & adoro. Ea propter diu à retroactis temporibus aliquem tui ordinis virum ſemper mecum habui meæ conuerſationis teſtem, meique corporis & animæ angelum & cuſtodem. Vnum tamen elegi & prælegi mihi dilectum Deo & hominibus, quem iudicio meo longe differentius multis quadam præeminentia probatiſſimæ religionis illuſtrat. Diues in ſeculo, & venerabilis fuit: ſed pro Chriſto paupere ſe pauperem fecit. De eius amicitia glorior, eamque vniuerſis curialibus & palatinis familiaritatibus antepono. Ipſe proculdubio amicus Dei eſt, canonicæ inſtitutionis ſtrenuiſſimus æmulator, ſuæ carnis crudelis aduerſarius, animæ vero cuſtos ſolicitus, fide firmiſſimus, ſpe longanimis, caritate profuſus, in operibus timoratus, manſuetus & humilis, in conſiliis prouidus, iucundus & circumſpectus in verbis: ſemper mel & lac ſub lingua eius, diffuſa eſt enim gratia in labiis ſuis. Quadam vero hilaritate feſtiua, quodam pallore angelico [illegible] eſt facies eius: ſic & facta ipſius & dicta quidam ſapor cæleſtis oratio[illegible], vt aſpectus eius & ſermo [illegible] fere omnes in [illegible]lum amicitiæ ſpiritualis alliciat. Memoriam eius poſui [illegible] ſignaculum ſuper cor meum; cuius humilitatem, maturitatem, prudentiam, [illegible] &, vt includam multa paucis, incomparabilem bon[illegible] meis iugi recordatione circumfero, qu[illegible] c[illegible]tio ſecularis, ad exemplar illius, quaſi ad ſig[illegible] ſpiritualis [illegible] me [illegible]gno. Hic ille.* Neque attinet plures eius commemorare virtutes, cum harum trium beneficio omnes iuſtitiæ

Chri-

Chriſtianæ partes expleret; nam humilitate, quod DEO; zelo, quod proximo; vitæ integritate, quod ſibi debuit, abundè rependit. Supereſt, vt tandem, quæ ſui ingenij monumenta poſteris reliquerit, tum ex eius ſcriptis, tum ex aliorum auctorum teſtimoniis, patefaciamus.

QVÆ SCRIPTA PETRVS BLESENSIS poſteritati reliquerit.

DE quibuſdam ſcriptis à ſe in lucem editis, ita ſcribit in Inuectiua, quæ inter epiſtolas impreſſi exemplaris Moguntini fuit 136. *Me non ſolere magnates palpare in vitiis ſuis, aut laudare peccatorem in deſideriis animæ ſuæ*, apparet

Elêchus operum Bleſenſis.

In Compendio meo ſuper Iob.
In Epiſtolis meis.
In libro Exhortationum mearum.
In Dialogo meo ad Regem Henricum.
In Tractatu meo de Hieroſolymitana peregrinatione.
In libro meo de Præſtigiis fortunæ.
Et in opere meo nouello de aſſertione fidei.
In libro contra perfidiam Iudæorum.
In libro de Confeſſione & Pœnitentia.
In eo, qui Canon Epiſcopalis inſcribitur.

Et in quamplurimis aliis ſcriptis meis, &c. Hactenus ille. Quæ autem ſint illa quamplurima ſcripta, nuſquam indicauit. Tantum initio Compendij ſuper Iob duplex citatur Tractatus.

Tractatus de Transfiguratione Domini, &
Tractatus de Conuerſione S. Pauli Apoſtoli.

Et in Epiſtola 14. quæ eſt ad Sacellanos Henrici II. Regis Anglorum, citatur

Liber de rebus geſtis Henrici II. Regis Anglorum.

CATALOGVS OPERVM PETRI BLESENSIS EX IOAN. TRITHEMIO DE Scriptoribus Eccleſiaſticis.

PETRVS *Bleſenſis Archidiaconus Bathonienſis Ioannis Carnotenſis Præſulis amicus familiaris, ad quem nõnullas dictauit epiſtolas vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, atq. in ſecularibus literis egregie doctus, ingenio acutus & vehemens, qui vitia Principum & Prælatorum non palpare, ſed arguere noue-*

uixerit, propter eruditionem & vitæ honeſtatem apud Reges, Principes, & Epiſcopos in pretio habitus, multa ſcripſit opuſcula, è quibus iſta feruntur.

De amicitia Chriſtiana.	lib. I.	Quoniam diminutæ ſunt.
De pœnitentia ſalutari.	lib. I.	Rogaſti me, vt tibi.
De accelerando paſſagio.	lib. I.	Quis dabit capiti meo.
De qualitate pœnitentiæ.	lib. I.	Nimia tui rigoris.
De ſtudio ſapientiæ.	lib. I.	Diuiſus es, & cor tuum.
Contra deprauatorem.	lib. I.	Exhortatiunculam tuam.
Exhortatio ad Abbatem.	lib. I.	Electi eſtis à veſtris.
De officio Epiſcopi.	lib. I.	Petis inſtantius.
De periculo Prælatorum.	lib. I.	Quoties recolo verba.
De vita clericorum curialium.	lib. I.	Gratias ago gratiæ.
Epiſtolarum num. *194*.	lib. I.	Rogatus à vobis.
De præſtigiis fortunæ.	lib. I.	

Scripſit & alia plura. Claruit ſub ſub Friderico I. Imperatore. Anno D. 1160.

HÆC TRITHEMIVS.

Nota, Candide Lector, ex hoc Trithemij indice non obſcurè colligi, nullum ab eo Petri Bleſenſis codicem, vel impreſſum vel manuſcriptum conſpectum eſſe. Nam omnes libri hic nominati, ſolo primo, *de Amicitia Christiana*, & poſtremò *de præſtigiis fortunæ*, excepto, tū in impreſſo exemplari Moguntino, tum in omnibus ferè M. SS. inter epiſtolas inueniuntur, & epiſtolarum nomine prænotantur.

CATALOGVS SCRIPTORVM PETRI BLESENSIS EX CENTVRIA XIII. SCRIPTOrum Britanniæ, cap. *1*. & Bibliotheca C. Geſneri poſtremò aucta.

De amicitia Chriſtiana.	lib. I.
De pœnitentia ſalutari.	lib. I.
De accelerando paſſagio.	lib. I.
De qualitate pœnitentiæ.	lib. I.
Sermones de ieiunio.	lib. I.
De ſapientiæ ſtudio.	lib. I.
Contra deprauatorem,	lib. I.
Exhortationes ad Abbatem.	lib. I.
De officio Epiſcopi.	lib. I.

De præ-

De præſtigiis fortunæ.	lib. II.
De periculo Prælatorum.	lib. I.
De vita clericorum curialium.	lib. I.
Epiſtolarum numero 194.	lib. I.
De Synodis celebrandis.	lib. I.
Canon Epiſcopalis.	lib. I.
Vita patientis Iob.	lib. I.
Vita Vuilfridi Archiepiſcopi.	lib. I.
Vita Guthlaci confeſſoris.	lib. I.
Dialogus Regis & Abbatis.	lib. I.
De peregrinatione Hieruſalem.	lib. I.
Sermones in feſtis diebus.	lib. I.
De conuerſione D. Pauli.	lib. I.
De transfiguratione Domini.	lib. I.
De aſſertione fidei.	lib. I.
Teſtimonia fidei Catholicæ.	lib. I.
De Iudæorum perfidia.	lib. I.
Manipulus florum.	lib. I.
Acta HENRICI II.	lib. I.
Piarum exhortationum.	lib. I.

CENSVRA.

QVANTI hic extremus Catalogus ab homine Caluiniano Ioan. Balæo primum confectus (nam & Bibliotheca Geſneri, & Hiſtoria Eccleſiaſtica Centuriatorum Magdeburgenſium cent. 12. cap. 10. pag. 1575. ex illo ſuum deſcripſerunt) faciendus ſit, Lectori iudicandum relinquo. Facile enim poterit animaduertere, ſine iudicio illum conſarcinatum eſſe ex Catalogo TRITHEMII & epiſtola Inuectiua Bleſenſis: hoc eſt vnum & eundem librum ſecundò vel tertiò repetitum. Nam liber, quem vocant, *de Peregrinatione Hieruſalem*, idem eſt cum libro, *De accelerando paſſagio*, vel vt ipſe Bleſenſis appellauit, cum *Tractatu de peregrinatione Hieroſolymitana*. Et *Canon Epiſcopalis*, idem eſt cum libro, *De officio Epiſcopi*. & Sermones in feſtis diebus, idem liber eſt cum libro *piarum exhortationum*. & cum *Sermonibus de ieiunio*, vti Lector deprehendet ex exhortationibus vel ſermonibus, quos nunc in lucem damus. QVEM verò ordinem nos in opuſculis, quotquot ad manus noſtras hactenus venerunt, hoc volumine edendis ſecuti ſimus, iam nunc tibi, candide Lector, aperiemus.

QVO ORDINE IN HOC VOLVMINE COLLOCATI ſint Bleſenſis opuſcula.

QVANDOQVIDEM neque Trithemius, neque M. SS. codices vllum Ordinem certum librorum BLESENSIS indicarunt, nos in eum ordinem illos digeſſimus, quem rationi, & ipſius Bleſenſis Elencho magis conſentaneum iudicauimus. Titulos quoque vel inſcriptiones opuſculorum, quia vniuſmodi in indicibus iam deſcriptis, & codicibus non erant, eas expreſſimus, quæ & clariores eſſent, & propius cum verbis Bleſenſis conſpirarent. idque in hunc modum.

I.	EPISTOLAE Bleſenſis	CLXXX.
II.	Exhortationes vel Sermones.	LI.
III.	Tractatus de Transfiguratione Domini.	I.
IV.	Tractatus de Conuerſione S. PAVLI.	I.
V.	Compendium ſuper Iob, vel Explanatio in duo priora capita Iob.	I.
VI.	Tractatus de Hieroſolymitana Peregrinatione acceleranda.	I.
VII.	Inſtructio fidei ad Soldanum Iconij.	I.
VIII.	Liber de Confeſſione Sacramentali.	I.
IX.	Liber de Pœnitentia, vel Satisfactione à Sacerdote iniungenda.	I.
X.	Canon Epiſcopalis, vel tractatus de inſtitutione Epiſcopi.	I.
XI.	Inuectiua contra deprauatorem.	I.
XII.	Tractatus de amicitia Chriſtiana.	I.

DE EPISTOLIS.

EPISTOLARVM opus primo loco collocaui, non quia antiquius cæteris, ſed quia ſpiſſius & eruditius. Quot genuinæ & germanæ ſint Bleſenſis epiſtolæ non conſtat: omnes ſiquidem codices in numero variant. Moguntinus codex typis excuſus numerat 207. Confluētinus 184. Moguntinus MS. 152. Spirenſis 143. Carthuſianus Mogunt. 122. Carthuſianus Herbipolenſis 124. Trithemius in Catal. citato 149. quibus, ſi adieceris nouem libros, qui ab aliis inter epiſtolas reponuntur, erunt epiſtolæ 203. EGO cum appellatione epiſtolarum deſcripſi tantum octoginta ſupra centum, tum quia in priore Moguntino exemplari & Confluentino quædam erant a ſtylo Bleſenſis prorſus alienæ, vel ita mendis deformatæ, vt exautorationem meruerint: tum etiam, quia nonnullæ neceſſariò erant numero Epiſtolarum eximendæ, nimirum illæ, quas ipſe Bleſenſis libri vel tractatus nomine donaſſet, aut ab Epiſtolarum ordine ſecreuiſſet. Quas & iam olim ſecretas fuiſſe, non obſcurè indicat Catalogus Trithemij & aliorum.

rum. Exemi autem omnia opuſcula iam nominata, excepto primo, ſecundo, & duodecimo. Vnde conſequenter factum eſt, vt epiſtolarum ordo poſt 99. vbi primò exempta eſt *Inſtructio fidei ad Soldanum Iconij*, fuerit nonnihil interpellatus, ac aliis epiſtolis in locum priorum ſubſtitutis, paulo poſt iterum redintegratus. Secutus autem ſum eum ordinem, quem conſtantiorem repperi in tribus exemplaribus, Moguntino vtroque & Confluentino, cum quibus conſentit & codex Vaticanus, è quo plurimarum epiſtolarum initia magno labore doctiſſimus vir GERARDVS VOSSIVS deſcripſit, & ex vrbe ad me miſit. Cæteri enim codices M. SS. vt Carthuſ. Herbip. & Spiren. certum nullum ordinem habent.

DE SERMONIBVS.

SERMONVM primò mentionem facit initio epiſtolæ 92. ad Epiſcopum Bathonienſem datæ. *Me*, inquit, *compilatorem æmulus vocat, eo quod omnia, quæ in epiſtolis, aut ſermonibus meis ſcribo, hiſtoriarum exemplis, aut ſacræ Scripturæ auctoritatibus firmo.* In inuectiua verò contra deprauatorem vocat *exhortationes:* & ideo vtroque nomine librum inſcripſi. Menda horum ſermonum, quæ perpauca ſunt, omnia emaculare non potui, quod exemplaribus fuerim deſtitutus. CVR autem BLESENSI exiſtimem attribuendos, multa me permouent argumenta. Sermones eſſe Petri probatur.
Primò quia codex ille vnus, quem Louanio dixi me accepiſſe, præfixum habuit nomen PETRI librarij manu exaratum: etſi fatear, ſi cætera deſint, hoc argumentum non eſſe inuictum, cum conſtet eodem ſæculo quatuor alios PETROS à libris ſcriptis celebratos fuiſſe, Cluniacenſem, videlicet, Lombardum, Comeſtorem, & Cantorem. I.
Secundò, quia hi ſermones, haud ſecus, quàm epiſtolæ, aliaque opuſcula, vndique ſunt inſtructi ſacrarum litterarum teſtimoniis. II.
Tertiò, quia ſtylus, totaque differendi forma conſentit cum aliis eius operibus. Etſi fatendum ſit, paulo ornatiorem, grauiorem, maturioremque ſtylum eſſe in epiſtolis, quàm ſermonibus: ſed nihil mirum. quia plerique omnes ſermones habiti ſunt ab eo adhuc iuuene, cum Bononiæ Iuriſprudentiæ, & Pariſiis Theologiæ, vt liquet ex epiſt. 8 & 26. ipſiſque ſermonibus, operam daret. Conferat, qui volet eorum ſtylum, cum tractatu vtroque de Transfiguratione, & de Conuerſione S. Pauli, ac Compendio in Iob. quæ ſcripta inter prima ſui ingenij monumenta numerat in Inuectiua & Compendij exordio, phraſimque & ingenium hominis mox odorabitur. III.
Quartò, quia multæ loquendi formulæ Bleſenſi familiares, vt *in libro experientiæ ita haberi, ſuperbiam natione eſſe cæleſtem, Martia Catonis, non omnia eſſe in Catone*, & id genus aliæ, etiam in his ſermonibus vſurpantur. IV.
Quintò, ſermone V.

primo

pruno ait, vt Orientalibus nati CHRISTI duplex ſignum datum eſt, nempe nouæ ſtellæ apparitio, & probaticæ piſcinæ miraculum, ſic Occidentalibus duplex ſignum datum Romæ, vt quod fons olei eruperit, & Templum pacis eadem nocte, qua Virgo peperit, penitus corruerit. quod idem habet in inſtructione fidei ad Soldanum. Deinde ſerm. 8. ait Ioannem Euangeliſtam fuiſſe, qui tempore paſſionis CHRISTI relicta ſyndone aufugit. idem habet epiſt. 23. Rurſum ſerm. 26. agens de monachorum querelis, ait eos conqueri, oua eſſe conuertibilis naturæ, caſeum vniuerſaliter eſſe peſſimum; at ſimiles phraſes reperies in Compendio ſuper Iob in verba. *Conſurgenſque diluculo offerebat holocauſta.* Octauò, in Compendio ſuper Iob Philoſophus cuidam quærenti, quid fui, quid ſum, quid ero? ait. Vile ſperma, vas ſtercorum, eſca vermium. Idem repetit ſerm. 12. & 14. Nonò, locus ille de ficaria virtutum interfecta apud Prudentium in Pſychomachia, epiſtola tertia, & ſermone 26. eodem modo citatus omnino conuineit. Denique in ſerm. 6. de Natiuitate Domini, & alibi, commendat, (vt ſæpè in epiſtolis, & in Compendio in Iob) vſum diuerberandi corporis diſciplina. QVOD ad Ordinem ſermonum attinet, non eum ſecutus ſum, quem MS. exhibebat ſine vllo ordine: ſed, quem exiſtimabam concionatoribus commodum futurum, ſecundum decurſum feſtorum anni. quare ſermones ad ſynodos & alios extra ordinem habitos, in finem reieci.

De ordine Sermonum.

DE DVPLICI TRACTATV, TRANSFIG. Domin. & Conuerſ. S. Pauli.

HOS duos tractatus Sermonibus proximè ſubieci, tum quod magnam cum illis ſimilitudinem haberent, tum quod inter prima PETRI BLESENSIS monumenta, vt liquet ex præfatione Compendij in Iob, & Inuectiua, cenſeantur. Sermonem de Transfiguratione duo tantum codices M.SS. Carthuſianus Moguntinus, & Confluentinus mihi ſuppeditarunt. Alterum vero de Conuerſione S. Pauli ſolus iam dictus Carthuſianus, ſed ſatis mendoſum.

DE COMPENDIO SVPER IOB.

IN hoc compendio continetur commentarius in duo priora capita IOB, & initium capitis tertij, ac finem poſtremi. non enim aliud propoſitum fuit BLESENSI, quàm breuiter vitam & exceſſum B. Iob, quod ab eo petierat Rex Anglorum HENRICVS II. deſcribere. Fuit autem hoc Compendium ſcriptum poſt tractatus de Transfiguratione Domini, & Conuerſione S. Pauli iam editos, vt apparet

ex

ex præfatione.ſed non defuit mox obtrectator, qui quædam dicta tum Compendij, tum tractatuum iam nominatorum Theonino dente arroderet,quę apologetico oppoſito in Inuectiua contra deprauatorem acerrimè defendit. Hoc opuſculum mihi ſubminiſtrarunt codices duo M. SS. Carthuſianus & Confluentinus, ac tertius olim Coloniæ impreſſus.

IN TRACTATVM DE PEREGRINATIONE Hieroſolymitana.

HVNC tractatum Trithemius appellat Librum de accelerando paſſagio,cuius initium ſit. *Quis dabit capiti meo aquam.* Codex Mogunt. impreſſus & Confl. vocat *Conquæſtionem de dilatione itineris Hieroſolymitani.* Manuſcriptus autem Mogunt. vocat,*planctum preſſuræ Eccleſiæ ab infidelibus.*

DE INSTRVCTIONE FIDEI AD SOLDANVM.

INSTRVCTIONEM hanc non ſolum habent omnia mea exemplaria, ſed etiam MATTHAEVS Paris in hiſtoria maiori Anglorum ad annum Domini 1169.totam deſcripſit,eo quod nomine ALEXANDRI III. Pontificis Romani ad Soldanum Iconij miſſa eſſet: quæ deſcriptio mihi ad quaſdam magnas lacunas ſupplendas profuit, vt videre eſt in Notis. Separaui autem eam ab Epiſtolarum corpore, tum, quod in codicibus nomen INSTRVCTIONIS Fidei potius, quam epiſtolæ præfęrret, tum quia forte Bleſenſis in ſuo Elencho nomine ASSERTIONIS FIDEI hanc inſtructionem intellexit. Id tantum huic opinationi meæ abrogat fidem, quod *opus de aſſertione fidei* appellat *nouellum*: hæc autem Inſtructio fidei, cum ſit ſecundum MATTHAEVM Paris, ſcripta anno Domini *1169.* potius vetuſtiſſima appellanda ſit.

IN LIBROS DE CONFESSIONE SACRAMENTALI, & Pœnitentia vel Satisfactione.

BLESENSIS in elencho ſuo vtrumque librum ſingulari numero appellauit *Librum de Confeſſione & Pœnitentia.* Ego voco libros. conſtat enim ſcriptum de Pœnitentia diſtinctum eſſe à ſcripto de Confeſſione, cum hoc ad Epiſcopum, illud ab Abbatem datum ſit. Et Trithemius in duos libros partitus eſt, quorum alter ſit, *de Pœnitentia ſalutari,*alter *de qualitate Pœnitentiæ.* Ego malui retinere inſcriptionem Bleſenſis, quam & Codices ipſi retinuêre. Priorem itaque voco, *De Confeſſio-*

feſſione, addita tamen dictione, *ſacramentali.* vt Lector ſtatim intelligat, in eo agi de Confeſſione, quæ eſt pars ſacramenti Pœnitentiæ. Id enim præcipuè probandum ſumit, ſingula peccata lethalia, quantumuis occultiſſima & fœdiſſima, patefacienda eſſe ſacerdoti. Poſteriorem vero inſcribo *de Pœnitentia*, & addo, *vel ſatisfactione à ſacerdote iniungenda.* vt conſtet in eo diſputari de tertia pœnitentiæ ſacramentalis parte. agit enim contra Abbatem, qui æquo aſperiores fratribus ſuis poſt confeſſionem iniungebat pœnitentias. Ad vtrumque autem caſtigandum, duo tantum codices, Moguntinus impreſſus, & Spirenſis MS. manum porrexere.

DE CANONE EPISCOPALI.

NOMINE Canonis Epiſcopalis in Bleſenſis Elencho omnino ſuſpicor intelligi epiſtolam ad Ioannem Wigornienſem antiſtitem conſcriptam, quæ in Moguntino codice impreſſo eſt 129. & epigraphen habet. *De inſtructione Epiſcopalis officij*; eſt enim longiſſima & doctiſſima, vt libri vel tractatus potius nomen, quàm epiſtolæ mereatur. Atque idcirco eam inter opuſcula retuli: nec ſine exemplo. nam & Trithemius in ſuo Catalogo eam ab opere epiſtolarum remouit, & *librum de Officio Epiſcopi* nominauit. Eam omnia exemplaria integram ſuppeditarunt.

DE INVECTIVA CONTRA DEPRAVATOREM.

INVECTIVAM eam ob rem in hunc locum reieci; quod omnium ſuperiorum librorum & tractatuum elenchum contineret, ac proinde & omnibus poſterior eſſet. Remoui autem à corpore Epiſtolarum, inter quas erat in primo Moguntino codice 136. quod Bleſenſis ipſe in fine inuectiuæ eam disertè appellet OPVS, ac Trithemius etiam in Catalogo, *libri contra deprauatorem* nomenclaturam illi attribuerit. Huius inuectiuæ copiam mihi fecere omnia exempla, excepto vno Herbipolenſi.

IN TRACTATVM DE AMICITIA CHRISTIANA.

TRACTATVM aliquem de Amicitia Chriſtiana à PETRO BLESENSI editum fuiſſe fidem facit Catalogus Ioan. Trithemij, in quo etiam primum locum inter Bleſenſis opuſcula obtinuit. An autem præſens Tractatus, quem nos hic in lucem edimus, Bleſenſem vendicet parentem & auctorem, in cõtrouerſiam vocari poteſt: nam Trithemius diſertè ſcribit libri de Amicitia Chriſtiana principium ſumi ab his verbis. *Quoniam diminutæ ſunt veritates.* quæ verba non ſunt in Tractatu noſtro. At nihilominus in eam ſententiam prorſus inclino, Tractatum hunc legitimum eſſe Bleſenſis partum, non eo ſolum,

ſum, quod codex formulis ante 80. vt apparet, annos excuſus, (quem vnum, eumque mendis obſitum, Confluentia nactus ſum, in fronte præferat Petri Bleſenſis nomen, ſed multo magis, quod tota orationis ſtructura, ſententiarumque acumine purum putumque Bleſenſem repræſentet. Quod ſi verum eſt, meritò extremum in hoc Opere locum occupauit, cum mox in foribus opuſculi ingenuè fateatur, eum à ſe iam ſene viribus fracto & morti proximo conſcriptum & diuulgatum eſſe. ATQVE hæc ſufficiant de Opuſculis hoc opere comprehenſis. Supereſt denique, candide Lector, vt veniam à te poſtulem temeritatis meæ, hoc eſt, quod tam paucis inſtructus codicibus, neque Herculeo labore conquiſitis, ad editionem huius voluminis proſilierim. Scire enim te volo, duplicem huius mei facti cauſam fuiſſe. Alteram, quod ſubueritus fuerim, ne tam bonus autor tandem inter blattas & tineas periret. Alteram verò, vt Gallis & Anglis, vel aliis, quibus plus otij litterarij ſuppeditabit, quàm mihi, quique plures codices M.SS. ex locupletiſſimis quibuſque Bibliothecis coaceruare poterunt, anſam præberem aliquando perfectius abſolutiuſque aliquod opus moliendi, pluraq; opuſcula, ac imprimis librum *de Præſtigiis fortunæ*, cuius ſæpè in Epiſtolis mentionem facit, inuentis adiungendi. VALE.

ELENCHUS

AVCTORVM, QVORVM TESTIMONIA PETRVS BLESENSIS VSVRPAVIT.

A.

Alexander Papa.
Ambroſius.
Ariſtoteles.
Auguſtinus.

B.

Baſilius.
Beda.
S. Benedictus.
Bernardus.
Biblia Sacra.
Boëthius.

C.

Caſſiodorus.
Cato.
Chronica.
Cicero.
Claudianus.
Cœleſtinus Papa.
Concilia, vt:
Cabilonenſe.
Carthaginenſe.
Compendienſe.
Gangrenſe.
Lateranenſe.
Moguntinum.
Romanum.
Toletanum.
Turonenſe.
Cornelius Tacitus.

D.

Ioan. Damaſcenus.
Demoſthenes.
Didymus.

E.

Egeſippus.
Euſebius Cæſarienſis.

F.

Iul. Frontinus.

G.

Galenus.
Gellius.

Gregorius magnus.
Gregorius Nyſſenus.

H.

Hieronymus.
Hilarius.
Hildebertus Cenom. Epiſc.
Hippocrates.
Horatius.

I.

Ioan. Chryſoſtomus.
Ioan. Sariſberienſis.
Ioannes Scotus.
Ioſephus Iudæus.
Iſidorus.
Ius Canonicum.
Ius ciuile.
Iuſtinus.
Iuſtinianus.
Iuuenalis.

L.

Leo I.
Lucanus.

M.

Macrobius.
Martialis.
Martianus Capella.
Merlinus.

N.

Nicolaus Papa.

O.

Odilo Abbas.
Origenes.
Ouidius.

P.

Paulinus.
Perſius.
Petrus Comeſtor.
Plato.
Plautus.
Portunianus.
Priſcianus.
Proſper.
Prudentius.

Q.

Q. Curtius.
Quintilianus.

S.

Salluſtius.
Seneca.
Seuerus Sulpitius.
Simplicius Papa.
Statius.
Suetonius.

T.

Terentius.
Teleſphorus Papa.
Theophraſtus.
Titus Liuius.
Tripartita hiſtoria.
Trogus Pompeius.

V.

Valerius Maximus.
Vegetius Renatus.
Virgilius.
Vlpianus.

PETRVS BLESENSIS
REDIVIVVS.

TRVX Fortuna! tuo iam tot molimine ſecla
BLESENSIS iaceo immeritus! quo cæca furore
Proueheris? quæ cauſa ſubeſt? quæ numina læſa?
An quod me naſcente hilares mea Gallia plauſus
Edidit, & Triquetro Regis mirata Magiſtrum eſt?
Hæc mirata; at tu facibus ſuccenſa peribas,
Inuidiæ. nec paſſa tuos reſtinguier ignes,
Seu cùm me Siculo ſoluentem littore, læto
Terra Britannia ſinu excepit, luſtriſque quaternis,
Et ſenis annis tenuit; ſeu cum mea ſcriptis
Scripta ſuis Reges poſcunt, gaudentque potiti.
Nec te crudelem, nec te Vrbis lumina, Patres
Purpurei mòrunt, non te ſaltem Arbiter Orbis
Romanus Myſtes, qua maieſtate verendus?
Edocuit, voluente rotâ miteſcere, dum me,
Dum mea vota vouent, iuuit te crimine ficto
Obruere inſontem, exilioque vrgere, animamque
Corpore luctantis Profugi ſecludere. Quin &
Proſequere exanimi manes, extinguere certas
Ingenij monumenta mei. Potes abdere tantos
Atris theſauros tenebris? potes hactenus, at nunc
Rumparis licet, eluctor; diffracta iacent en
Ferrea vincla, nouos metuens fugit horrida cultus
Illuuies: iam plura tuo molimine ſecla
Promerito, BVSÆE, fluent mactata triumphis,
Quos mecum curru duces ſublimis eodem:
At Dea tetra meis rapietur onuſta catenis.

Io. K. A.

DE PETRO BLESENSI EDITO AD R. P. IO. BVS.

Qui profert de theſauro ſuo noua & vetera.

SIc inquies, ſic otij omnis inſolens
Senile pectus æſtuat?
BVSÆE ſeris non tacende poſteris,
Noſtræ decus Sicambriæ.
Vt vſque & vſque publicam rem ſedulus
Ditare nunquam deſinas.
Obſcæna primò monſtra adortus hæreſum
Victore ſtrauiſti ſtylo:

ELENCHVS
EORVM, QVORVM NOMINE P. BLESENSIS EPISTOLAS
quaſdam conſcripſit.

SVMMI PONTIFICES.

Alexander III. in inſtructione ad Soldanum Iconij.

REGES ET REGINÆ.

Henricus II. Rex Anglorum ad Alexand. III. Papam, Epiſt. 245.
Aleonora Regina Angliæ ad Cœleſtinum III. Papam. Epiſt. 144. 145. 146.

ARCHIEPISCOPI.

Richardus Cantuarienſis Archiepiſc. ad
- *Alexand. III. Papam. ep. 68. 84.*
- *Henricum III. Regem Angliæ. epiſt. 47.*
- *Epiſcopos Angliæ. 53. 73.*
- *Abbatem Ciſtertienſem. 82.*

Balduinus Cantuarienſis Archiepiſc. ad
- *Vrbanum III. Papam. epiſt. 99.*
- *Suffraganeos ſuos. 98.*

Hubertus Cantuarienſis Archiepiſc. ad
- *Remenſem Archiepiſcopum. 132.*
- *Decanum Sariſber. & Capitulum. 135.*

Rothredus Rothomagenſis Archiepiſc. ad
- *Henr. II. Regem Angl. 47. 153.*
- *Henr. III. Filium. 33.*
- *Senonenſem Archiepiſcopum. 28.*
- *Aleonoram Reginam. 154.*
- *Suffraganeos ſuos. 170.*
- *Priorem & Conuentum de Caritate. epiſt. 165.*

Gualterus Rothomagenſis Archiepiſc. ad
- *Cœleſtinum III. Papam. 64.*
- *Exonienſem Epiſcopum. 83.*

EPISCOPI.

Gaufridus Lincolnienſis Epiſcopus ad M. Blondum. Epiſt. 62.

PETRI

PETRI BLESENSIS BATHONIENSIS ARCHIDIACONI EPISTOLÆ.

EPISTOLA PRIMA.

Ad Henricum II. Anglorum Regem.

ARGVMENTVM.

Hæc epiſtola vicem præfationis obtinet, vt Auctor in calce epiſtolæ annotauit; in ea enim Regi Anglorum Henrico II. exponit, cur hoc epiſtolarum opus, quantumuis à ſtylo parum excultum & elaboratum, in lucem venire permiſerit.

HENRICO DEI GRATIA ILLVSTRISSIMO ANGLORVM REGI, DVCI NORMANNIAE ET Aquitaniæ, & Comiti Andegauiæ, ſuus PETRVS BLESENSIS Bathonienſis Archidiaconus ſalutem in eo, per quem reges regnant.

ROGATVS à vobis, epiſtolas, quas paſſim, & variis direxi perſonis, colligere, & quaſi diuerſitas ſpecies in vnum [illegible] comportare, [illegible] ad incertum [illegible]. Nam inter occupationes anxias, & tempeſtuoſos curiæ fluctus, & n[illegible] dierum eſt aliquid ſcribere: & longe [illegible] veſtræ maieſtatis imperio contraire. preces [illegible] veſtras imperium voco. Quia, ſicut ſatis vrbane ſcribit quidam magiſter meus: *Et orare Ducum ſpecies violenta iubendi. Et qui [illegible] potens* Illud [illegible] noueritis, quod ſi olim præſciuiſſem epiſtolas [illegible] [illegible] audientiam habituras, quicquid in eis erat, quod a [illegible] delicat[illegible] poli[illegible], lima [illegible], & exquiſitior [illegible] correxiſſem. Nunc [illegible] ea ruſticitate natiua, qua [illegible] ſunt, veſtris, meticuloſe [illegible] præſen[illegible] [illegible]ram potius expectantes, quam gratiam expetentes; [illegible] p[illegible] ui con[illegible] re[illegible], ſi non c[illegible] [illegible] m[illegible] eſt, ind[illegible]. S[illegible] ve[illegible] reſpondet ad v[illegible] [illegible] offerunt, quæ per ſtud[illegible], & in[illegible] laborioſ[illegible]

al. [illegible]

al. [illegible]

[illegible] Illud etiam [illegible], [illegible] cor, eminentia diligenter attendat, quod
fere [illegible] epiſtolæ meæ de alieno pendebant arbitrio, & nunc propter [illegible] ruen-
tium neceſſitatem vrgentium [illegible], nunc propter materiæ tenuitatem [illegible],
nunc [illegible] perſonarum, quibus ſcribebatur, aut quæ ſcribebantur,
[illegible] [illegible] & [illegible] oportebat. [illegible]
4. Reg. 10. meam videant & indulgeant oculi veſtri, & in libro memoriæ conſcribant, [illegible] ſi qua
Num 22.23. inuenerit [illegible] ſalutem. Nam & quandoque reuelat Dominus paruulis,
Ex libris gen- quæ ſapientibus abſconduntur. Lepro [illegible] nunciauerunt ſalutem Samariæ, & ſubiu-
tium quædā galis Balaam dominum ſuum a via illicita reuocauit. Quod, ſi causa publicæ eruditi-
epiſtolis inſer- [illegible] aliqua de libris gentilium fuerint interſerta, vobis in faſtidium non vertantur.
ta. Nam & Dauid de diademate Melchom idoli Ammonitarum ſibi diadema compo-
1. Paral. 20. 2. ſuit & Paulus Apoſtolus ad improperium Galatarum quandoque verſus [illegible]
[illegible] ep. 84. eos [illegible] aptauit. Nec illud magnificentiæ veſtræ quæſo ſit onerı, ſi [illegible]
ad Magnum. [illegible] veſtram in aliqua epiſtolarum mearum ſtylus deuotæ correptionis [illegible]
2. Cor. 11. 2. ſerit. nam totum illud dictauit affectio. æmulor enim vos DEI æmulatione; [illegible]
Auctor a vi- & ſitiens ſalutem veſtram in CHRISTI viſceribus, & in caritate non ficta. Nihil
tio adulandi equidem vobis adulatorium ſcripſiſſe me recolo, nec ſum olei venditor [illegible] quia
alienus. cum ſal correctionis [illegible] ſacrificio acceptetur a Domino, mel in [illegible]
Leuit. 2. 13. reprobatur. Teſte etiam Salomone, qui dicit impio, [illegible]
Leuit. 2. 11. puli: & ſuper eos, qui arguunt, veniet benedictio. Primam claudo epiſtolam, nam
Prou. 24. 24. cum ſit quaſi præfatio aliarum, vitio aſcribetur, ſi abeat in immenſum. Valete.

EPISTOLA II.

Ad eundem Henricum Regem.

ARGVMENTVM.

Solatur regem Henricum patrem, æquo grauius in filij Henrici III. obitu mœrentem: probatq́ morem quidem lugendi vita defunctos pium eſſe, ſi moderatus ſit. at nullam cauſam eſſe tam acerbe deplorandi mortem [illegible] cum tantas ipſe a ſe de ante[illegible] vitæ lapſibus pœnas exegerit, vt minime dubium ſit, eum hanc vitam cum æterna commutaſſe.

HENRICO DEI GRATIA ILLVSTRI ANGLORVM REGI, Duci Normanniæ & Aquitaniæ, Comiti Andegauenſi [illegible] PETRVS Bleſenſis Bathon. [illegible]

Thren. 1. 20. AVDIVI, [illegible] contremuerunt [illegible]
Abac. 3. 16 [illegible] a mea. Nunc [illegible] quod illa
veſtra [illegible] conſpicua, in morte
[illegible] muliebri degenerans,
gemitibus [illegible]
Pium eſt de- [illegible] in vobis [illegible], ſed do-
flere mortuos. [illegible] affe-
Iob 1. 20. [illegible] ex natura [illegible] Iob, [illegible] orum ſuorum morte, veſtimentorum
ſciſſio-

ſciſſione, & [illegible] exercuit. Abr[illegible] mortua Sara [illegible], vt fleret eam [illegible] Ioſeph [illegible] ora[illegible], multos [illegible] etiam [illegible] ſ[illegible]s, [illegible] montibus [illegible] P[illegible] ens m[illegible] venit ad [illegible] trans Iordanem, vbi [illegible] Ioſeph fletu & gemitu compleuerunt. Sed & Ioſia rege mo[illegible] vniuerſus Iuda & Hieruſalem luxerunt eum, & præ omnibus rex [illegible] [illegible]emmon [illegible] quod in prouerbium verſum eſt, & populariter dicebatur [illegible] p[illegible] Adadremmon. In Eccleſiaſtico etiam legimus, quod [illegible] le[illegible] celebratur. & ibidem hæc verba leguntur. Fili in mortuum produc lachrymas. CHRISTVS lachrymas produxit in Lazarum. Ideoque [illegible], [illegible] deplorantes funeri pietatis lachrymas exhibetis. Nec enim de numero illorum [illegible]s, de quibus Dominus dixit per Prophetam: Percuſſit eos, & non doluerunt. [illegible] Iob vtar, nec fortitudo veſtra fortitudo lapidis eſt, nec caro veſtra ærea eſt. S[illegible] qu[illegible] h[illegible] dolendi modus, ne vos dolor rapiat vltra modum. Temperantior de[illegible] vos erga defunctum filium dolendi occaſio, quia chriſtianiſſimè abiit, ne [illegible] & dolendo pœnitentes dolores æternos [illegible]. Nobis ſuper enim fle[illegible] rißime dicit: Nolite ſuper me flere, ſed ſuper voſmetipſos flete. Planxit D[illegible] lium particidam, Abſolon fili mi, fili mi Abſolon. Planxit ſuper Saul & Ionathan [illegible] eorum deplorans, quos [illegible] mortis inuoluerat ſine fine. Verum [illegible] ca filium veſtrum pium eſt flere: pium eſt & gaudere. Si enim Petrus Apoſtolus, ſi Magdalena ſuos defleuerunt exceſſus, [illegible] licet adoleſcens, & inter malitiæ incentores, &, vt ita loquar, tanquam lilium inter ſpinas, in omnem ſe deiecit pœnitentię humilitatem, mundi [illegible] conuertens in planctum, & delitias in dolorem. Conuerſus eſt planctus eius in gaudium: conuertatur & veſter. cedat vobis ad plenitudinem gaudiorum, talem filium de lumbis veſtris proceſſiſſe, in quem naturæ dotes vniuerſæ confluxerant: quem timebant remotiſſimæ nationes: quem vereri & diligere etiam inimicis & inuitus tenebatur. Qui, cum præ vniuerſis mortalibus obtinuiſſet gloriam & ſupereminentiam militiæ ſæcularis, tandem in abiectione temporalium, & humilitate pœnitentiæ factus & defunctus eſt CHRISTI miles. Exemplum dedit vobis, vt & vos ſequamini veſtigia pœnitentiæ. Nemo enim fuit in confeſſione humilior, in ſui accuſatione con[illegible] in emendatione deuotior, in propriæ carnis afflictione crudelior, in omni ſatisfactione feruentior. Conſilio [illegible] quidem & ſuggeſtione proditoriæ factionis minus conſulte contra vos ere[illegible] & direxerat arcum [illegible]: ſed Dominus aduerſus e[illegible] tet[illegible] arcum [illegible], & in eo parauit vaſa mortis, vo[illegible] vobis & aliis dare in eo ſignificationem vt f[illegible] a facie arcus, & liberentur dilecti eius. Cum igitur de ſalute eius ſpem certiſſimam habeamus: beati enim, qui in Domino moriuntur, vt voce Apoſtoli vtar, [illegible] Apoſtolo [illegible] iente, [illegible] & illi qui ſpem non habent. O[illegible] [illegible] enim ſeipſum, non [illegible] iudicetur. Verum amantiſſime Princeps, [illegible] hoc ſæculum manet [illegible], dum hoc ſæculum manet, [illegible] dicemus [illegible] [illegible] fallax enim [illegible], vita breuis, [illegible] bus, [illegible]s h[illegible], [illegible] [illegible]s, p[illegible] [illegible]aque, [illegible] pen[illegible] in arma pœnitentiæ conuertens, [illegible] turba[illegible] f[illegible]tis ordine filius vos præceſſit ad [illegible] exercitu cæ[illegible] [illegible].

Geneſ.23.2.
Geneſ.37.34.
Geneſ.50.10.
2 P[illegible].35.24.
Zach.12.11.
E[illegible]le.22.13.
Eccle.38.16.
Ioan.11.35.
Ierem.5.3.
Iob 6.12.
Cur moderatè mortuus [illegible] deflendus.
Luc.23.28.
2 Reg.18.33.
2 Reg.1.17.
Matt.26.75.
Luc.7.38.
Cant.2.2.
al viuendi gaudia.
Quantam pœnitentiam egit Henricus rex [illegible]us.
Pſal.7.14.
Pſal.59.7.
Apoc.14.13.
1.Theſ.4.13.

EPISTOLA III.

Ad virum quendam nobilem.

ARGVMENTVM.

Grauiter increpat virum genere nobilem, qui Sacellano ſuo vilitatem familiæ exprobrarat: oſtenditque pluris paupertatem quàm natalium ſplendorem virtute deſtitutum faciendam: humilitatem ſectandam, ſuperbiam verò fugiendam.

CARISSIMO DOMINO ET AMICO SVO G. PETRVS Bleſenſis Bathon. Archid. ſalutem, & ſeipſum cognoſcere.

al agnoſcere.

FLETV ſingultuoſo & anxio tuus mihi retulit capellanus, graues & enormes iniurias, quibus eum citra meritorum ſuorum exigentiam,
Iſaiæ 16.6. ſicut aſſerit, nimis inciuiliter affeciſti. Scio quia ſuperbus eſt Moab, &
quod hæc ipſa correptio mea, quæ ex amicitiæ ſynceritate procedit, te
Prouerb. 9.8. mihi faciet inimicum. Memini me legiſſe. Corripe ſapientem, & diliget te: corripe fatuum, & peſtilentior erit. Ideo & præſenti epiſtolæ titulum non præſcribo: volens experiri, quid in te valeat ſecreta & priuata correctio: ferrum
De nobilitate generis non gloriandum. abſciſſionis appoſiturus, ſi fomenta non ſenſeris. Quid gloriæ tibi quæſo accreuit in eo, quod honeſto & commendabili viro ſui vilitatem generis exprobraſti? Quid iactitas genus tuum? quem teipſum facis? vaga & incerta eſt hominum generatio: & quandoq; putatur filius Principis, qui filius eſt culinarii hiſtrionis, teſtimonio
Iuuen. ſat. 8. Poetæ. *Cum tua multiplices exornent vndique ceræ atria, nobilitas ſola eſt atque vnica*
Pſal. 61.10. *virtus.* Mendaces ſunt filij hominum in ſtateris, vt decipiant in vanitate in idipſum. Magnos ſe reputant, qui aut parui, aut omninò nulli ſunt. Quare te apud te maiorem reputas, quàm hominum reputet communis opinio? Pondera teipſum ſecretius: nec te maiorem vendas, quàm te libra veritatis appendit. Verbum Domini eſt.
Prouer. 20.23. Pondus & pondus abominatio eſt mihi. Eſt in cœlo, qui corda ſcrutatur & renes.
Pſal. 7.10. Vide quod nihil doli admiſceas, ſed temetipſum apud DEVM & homines rationa-
Pſal. 35.3. biliter æquilibres. Doloſe, inquit, egit, vt inueniatur iniquitas eius ad odium. Quid profuit tibi miſer fictitiæ nobilitatis magnificare iactantiam, & pauperi amico no-
Paupertas laudata. tam quaſi criminoſæ paupertatis obiicere? Certe apud pauperem CHRISTVM pretioſus eſt titulus paupertatis. CHRISTVS pauper, & pauperis Virginis filius,
Luc. 2.5. pauperes elegit in Apoſtolos. Nec domum reguli introire dignatus eſt, ne hono-
Ioan. 4.50. rare diuitias videretur. Nabuzardan ſolis pauperibus in terra promiſſionis rema-
4. Reg. 25.12. nentibus, omnes diuites captiuauit. In ſuperbia ſiquidem & in tumore progenitorum tuorum virtutem tibi adſcribis ad gloriam, ſed eorum famam turpi opinione contaminas, & a tui generis dignitate vel beniuolentia degenerans, turpi conuerſatione celebrem tuorum memoriam dehoneſtas. Quid iam abolitæ generationis ſtipitem laudas? ſolet equidem ramus radicem, & fructus ſtipitem commendare. Et quæ vtilitas in veteri trunco, ſi iam emarcuit, ſi ab eo fructus commendabilis non proceſſit? Audi miſer, audi ſucceſſor veteris Adæ, teſta fragilis, lutum ſolubi-
Ezech. 18.20 le, pellis morticina, vas putredinis, fomes tineæ, cibus vermis. Quid tibi, & progenitoribus tuis? Sicut non portabit filius innocens iniquitatem patris, ſic nec filium reprobum decet de patris actibus gloriari. Et quæ nobis argumenta prætendit, vt

dit, vt eius te filium probes, cuius pompoſam memoriam magnificas & extollis? Sanè ideò Dominus Abraham ex Sara & Agar: ex duabus etiam vxoribus, & duabus ancillis voluit Iacob prolem ſuſcipere, vt vniuerſitatis humanæ ſucceſſio, de parentum conditione incerta & ignara, vtrum a libera vel ancilla deſcenderit, ſe de generoſitatis ambiguæ gloria non extollat. Titulos enim Saræ, aut Rachelis, quos ſibi quandoque adſcribit, vaga & vulgaris opinio proſcribit, & abolet nequitia in moribus, ſeruitus in peccatis, vt ſe filios ancillarum conuerſatione teſtentur, qui de aliorum virtute, quam apud ſe non nouerunt, inflantur. Præterea in domo Iacob ſpurij pariter cum legitimis funiculum hæreditatis ſortiti ſunt, & communiter inter ſe familiæ herciſcundæ iudicium dictauerunt. Quid inter parentelas hominum variando diſtinguis? Ab vno patre deſcendimus vniuerſi & ſinguli. Certè ſpecioſus forma præ filiis hominum CHRISTVS IESVS, de quo ſcriptum eſt, quia vir nobilis eſt in portis eius, cuius nobilitatem & generationem Propheta non ſufficit enarrare, & qui vnicus noſtræ generoſitatis eſt auctor, de iuſtis & iniuſtis, de magnis & humilibus carnem traxit. Nam & agnus Paſchalis, iuxta 70. interpretes, de ouibus & capris aſſumebatur: in quo manifeſtiſſimè vides, quòd apud CHRISTVM omnis fortuna, omniſque conditio acceptatur. Vt quid ergò te in aliorum virtute commendas, & aduerſus pauperem de tui generis extollentia gloriaris? Qui gloriatur, in Domino glorietur, non enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt, ſed quem Deus commendat: diſperdet Dominus omnia labia doloſa, & linguam magniloquam. Melius ageres, ſi humilius ſaperes. DEI filius in beata Virgine, licet ipſa de Sacerdotali & regali ſchemate duxiſſet originem, nō nobilitatem ſed humilitatem elegit. Reſpexit, inquit, humilitatem ancillæ ſuæ. Scriptum eſt, quia DEVS humilibus dat gratiam, & cum humilibus ſermocinatio eius. Super quem, inquit, requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilem & manſuetum? Quid tibi & pauperi capellano ſuperbe & fatue? Tu eminentiam generis tui tua prauitate deprimis & conculcas, ille in medio ſuorum ſancta & honeſta conuerſatione prætradiat. Scio, quia ægre fers, quod te inſtruo, quòd *veteres auias tibi de pulmone reuello*: ſed me ſalus tua ſolicitat. Vereor enim, ne ſuperbia in ruinam & præcipitium te deuoluat, nam ſcriptum eſt. Ante ruinam exaltabitur cor. Ille qui in altis habitat, & humilia reſpicit, ſuperbiam ſuper omnia deteſtatur. Hæc eſt illa ſanguinaria meretrix, quæ de calice Babylonis aureo propinat hominibus ſpiritum vertiginis. Hæc eſt illa Athalia, quæ ferè omne genus regium exſtirpauit. Hæc eſt lepra cicatricis in hulcere. Hæc eſt beſtia ſaltus, quæ deuorat exercitum Abſolon. Hæc eſt ærugo & tinea, quæ omnem mentis ornatum depræuando conſumit. Hæc eſt turris in Siloë, quæ ſuos ædificatores interimit. Hæc eſt elephas in libro Machabæorum, qui Eleazarum ſua mole occidit. Hæc eſt ſicaria illa in Pſychomachia Prudentij, quæ vnam de virginibus interfecit. Deſcendas igitur ad conſcientiam tuam, & vide, ſi qua eſt ibi materia gloriandi. Gloria enim noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Non credas adulatoribus, qui te lactant. Certè populus, qui te beatificat, in errorem te inducit. Ferant autem confeſtim confuſionem ſuam, qui tibi dicunt, euge euge. Inimici enim hominis domeſtici eius. Iſti ſunt, de quibus ad Sedechiam loquitur Ieremias. Seduxerunt, inquit, te viri tui pacifici. Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula. Sic Ioas Abner & Amaſam gladio [illegible] [illegible] eſt, verbo [illegible] adulationis interemit. Excole igitur conſcientiam tuam. Hæc eſt enim [illegible] Dominus: de quo ſcriptum eſt, pulchritudo agri mecum eſt. Plant[illegible] ſemen[illegible] virtutum, vnde fructus vitæ, & odor

Gen. 16. 21.
Ge. 29 & 30.
Gen. 49.
Pſalm. 44. 3.
Prou. 31. 23.
Iſa. 53. 8.
Matth. 1.
Exod. 12. 5.
1. Cor. 1. 31.
2. Cor. 10. 18.
Pſal. 11. 4.
Humilitas maximè ſectanda.
Luc 1. 48.
1. Pet. 5. 5.
Prou. 3. 32.
Iſa. 66. 2.
Perſ. ſaty. 5.
Superbia quā pernicioſa.
Prou. 16. 18.
Pſal. 112. 5.
Ierem. 51. 7.
4. Reg. 11. 1.
Leu. 13. 19.
2. Reg. 18. 7.
Iac. 5. 2.
Luc. 13. 4.
1. Mac. 6. 46.
1. Cor. 1. 12.
Iſa. 3. 12.
Pſal. [illegible]
Mich. 7. 6.
Ier. [illegible]
Pſal. [illegible]
2. Reg. [illegible]
2. Reg. [illegible]
Gen. [illegible]
Pſal. 49. 11.

Luc 20.1. [illegible] opinio[illegible] erumpat. Nam iuxta præceptum Diuinæ legis: ſi dederis de ſemine tuo [illegible] Moloch, id eſt, regi ſuperbiæ, morieris. Nec tuum genus [illegible] extollere potes, quam ſi abiecto faſtu elationis humilibus te conformes. VALE.

EPISTOLA IV.

Ad Priorem Ciſtercienſem.

ARGVMENTVM.

Gratulatur monacho de progreſſu in religioſa vita, ſuamque ſortem in ſæculo degentis deplorat, eiuſque precibus & ſacrificiis ſe commendat. Deinde dubitationem quandam diſſoluit.

CHARISSIMO SOCIO ET PRAECORDIALI AMICO R. Priori Ciſtercienſi, P. Bleſenſis Bath. Archid. ſalutem & continuos in CHRISTO profectus.

Pſalm. 121. 1. LÆTATVS ſum in his quæ dicta ſunt mihi, nam ex fideli commeantium relatione [illegible] quia de die in diem, de virtute in virtutem proficiens, clauſtralis militiæ brauium meruiſti. Aſcendiſti in montem ſacrificij; ego autem adhuc in valle cœnoſa moror, & [illegible] *Gen. 22.* cum aſino. Tu pennas contemplationis aſſumens hæc in[illegible] *Religioſæ vitæ fœlicitas.* tranſcendis: me glutinum terrenæ habitationis adeo inuiſcauit, quod [illegible]
possim. Heu mihi, quia incolatus meus a DEO prolongatus eſt. Et [illegible] *Pſalm. 119. 5.*
pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam? In omnibus [illegible] *Pſalm. 54. 7.*
& in omnibus dolorem & laborem inueni. Non eſt requies, niſi in [illegible] *Eccleſ. 24. 11*
Sanctorum, de qua ſcriptum eſt: Hæc requies mea in [illegible]. Ego autem *Pſalm. 131. 14.*
carnalis homo, & venundatus ſub peccato, infixus [illegible] pr[illegible], & in li- *Rom. 7. 14.*
bertatem filiorum DEI reſpirare non poſſum. A[illegible] *Pſalm. 68. 3*
ca[illegible] enim mei tranſierunt, & iuxta verbum Iob per viam [illegible] *Iob 17. [illegible]*
non reuertar. Non [illegible] ſum ab [illegible] *Iob [illegible]*
Rugæ meæ te[illegible] fidi [illegible] pro- *[illegible] d. 8.*
nunciant. Teſte autem Apoſtolo, omne quod antiquatur & ſeneſcit prope interitum eſt. Ora [illegible] frater, ne [illegible] neceſſitatis articulo [illegible] et imparatum. Inter [illegible] *Heb. 8. 12.*
Miſſæ ſ[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] de-
[illegible] in
[illegible] ſum.
C[illegible] que venire
[illegible] e
h[illegible] indu[illegible]
[illegible] frequen-
[illegible] [illegible] pacificorum co-
[illegible] nec [illegible]
[illegible] per diem tertium [illegible] futura ſigne[illegible],
in quo

in quo operari non licet, per hanc comeſſionem ſignificari oportet non opus, ſed operis voluntatem. Simile habes in Iob. Quis reſtitit DEO, & pacem habuit? Re- *Iob. 9. 4.*
ſtitit, id eſt, reſiſtere voluit. De magis enim Pharaonis recolis te legiſſe. Fecerunt
& magi, ſicut & Moyſes, vt educerent ciniphes, & non potuerunt. Fecerunt, dicit, *Exod. 8. 18.*
id eſt, facere voluerunt. Si ergo in his, quæ de contingenti ſunt, quandoque quaſi
poſitiuè & cauſa exempli hoc genus locutionis admiſi, non te moueat. Nam & in
his, quæ quandam neceſſitatem veritatis important, hic loquendi modus poterit
frequenter inueniri. Adhuc precor, vt preceris pro me: oneratus enim peccatis, al *mund. im-*
mole corporis aggrauatus, curis inuolutus, deſideriis mundanis infectus, infirmus, *plicitus.*
anxius, ærumnoſus non leuabo me ſuper me, niſi per eum, qui erigit eliſos, & ſanat *Thren. 3. 28.*
contritos corde. Vale. *Pſalm. 146. 3*

EPISTOLA V.

Ad Richardum Cantuarienſem Archiepiſcopum.

ARGVMENTVM.

Richardum, qui proximè poſt S. Thomam martyrem, è monaſterio ad Archiepiſcopatum Cantuarienſem peruenerat, cumulandiſque opibus, & ſæcularibus potius rebus, quàm ſpiritalibus curandis inuigilabat, liberrimè arguit, ac quæ tùm populi, tùm regis Henrici II. de eo ſint querimoniæ, exponit.

REVERENDO PATRI ET DOMINO RICHARDO DEI gratia Cantuarienſi Archiepiſcopo, totius Angliæ Primati, & Apoſtolicæ Sedis Legato, P. Bleſenſis Archidiac. ſalutem, & in melius expergiſci. al. *Venerabili.*

HABEBAM in deſideriis ad vos cum feſtinatione reuerti, ſed auctoritas regia non permittit. Millies poſtulaui licentiam receſſurus, ſed nec repulſam paſſus ſum, nec licentiam adeptus. Quoties cauſor moram, quam facio, & allego veſtræ reuocationis inſtantiam, vnica & quotidiana eſt eius reſponſio: cras recedes. In omnibus diebus anni CRAS iſtud inuenire non potui. dum quæritur, latet: & fortaſſe, quando non *Vide epiſt. 38*
quæretur, occurret. In eo autem turbata eſt anima mea valde, & ſicut araneam ta- *Pſalm. 138. 12.*
beſcere me feciſtis, quia exprobrauerunt, qui me tribulant inimici mei, mihi, dum *Pſalm. 41. 11.*
dicunt mihi per ſingulos dies: vbi eſt Dominus tuus? vbi latitat? vbi dormit? vſque- *Epheſ. 5. 14.*
quo piger dormit: exſurgat qui dormit, & exſurgat à mortuis. Et iam hora eſſet à ſo- *Rom. 13. 11.*
mno ſurgere, & vigilare ſuper commiſſum ſibi gregem, & attendere, qualem ha- al. *& iam.*
buit deceſſorem. Nunquid DEI gratiam accepit in vacuum, vt & gratiam ſibi datam, al. *prædeceſſo-*
& gloriam ſui deceſſoris euacuet? Iam euacuauit ex parte, nec videmus, quando re- *rem.*
ſtauret, quod amiſit; quando redimat, quod commiſit. Vobis igitur imputant, quòd *1. Reg. 4. 11.*
ab Allophylis arca Domini capitur, quòd a laicis Eccleſia DEI cõculcatur, quòd gla- *Ioan. 18. 10.*
dium Petri rubigo conſumit, quòd CHRISTI Sacramenta vileſcunt, quòd terribile no- *Ier. 20. 3.*
mẽ DEI in vanũ aſſumitur, quòd ſub prætextu periurij legitima cõiugia diſſoluũtur. *Dan. 5. 3.*
Vobis imputant, ꝙ Malchus in CHRISTVM, quòd Phaſſur in Ieremiã, quòd Baltha- *Epiſcopo non*
ſar in vaſa Domini manus extendit ſacrilegas. Quoties aũt gratiam innocentiæ & hu- *ſatis eſt à ma-*
militatis extollo in vobis; nõ ſufficit, inquiunt, nutæ prælationis homini, nõ facere *lo abſtinere.*
malum,

malú, niſi adiiciat facere bonũ. Non ſolùm enim arbor, quæ fructus malos facit, ſed arbor quæ fructus bonos non facit excidetur, & in ignẽ mittetur. Reperit, inquiunt, Archiepiſcopus tuus Eccleſiam in optimo ſtatu: ipſe verò eam deſtituit, & deiecit.
S. THOMAS. Cantuarienſis Eccleſiæ dignitates, quas glorioſus martyr rubricauerat ſanguine ſuo, & quaſi teſtamentum æternum morte & cerebri effuſione firmauerat, puſillanimitas eius euacuat, eamque reduxit in antiquæ ſeruitutis opprobrium, quæ ſe in gratiam plenæ libertatis erexerat.
Luc. 13. 8. Vt quid, inquiunt, terram occupat? quando morietur, & peribit nomen eius? cur ſaltem non expergiſcitur? nunquid qui dormit, non
Iſa. 24. 20. adiiciet vt reſurgat? In his omnibus verecundia mea tota die contra me eſt, & con-
Pſalm. 68. 8. fuſio cooperuit faciem meam à voce exprobrantis & obloquentis. Sunt itaque la-
Pſalm 41. 4. chrymæ meæ, panes die ac nocte, & vbi ſub vmbra veſtri nominis magnificari & ex-
Pſalm. 68. 21. tolli ſperaueram, ibi improperium expectauit cor meum & miſeriam. Eſtis enim fabula in ore hominum, ſtudiumque omnium fere commune eſt, linguas proteruas laxare, contra vos in deteſtandum ſuſurrium. Quod ſi veſtram velim prædicare induſtriam circa ædificiorum meliorationem, circa prædiorum culturam, & circa huiuſmodi exteriorem adminiſtrationem, quæ inceſſanter exigit humana neceſſitas,
Epiſcopo ſpiritalia potius quam temporalia curãda. ipſi vniuerſa deprauant. Quæ gloria eſt, inquiunt, quod viuaria conſtruit, quod claudit feras indagine, ſi clerici imprecantur, ſi in omnem diſſolutionem religioſorum clauſtrorum oſtia relaxantur? Quæ vtilitas, quòd fimo & creta ager ſationalis impinguatur, ſi in Dominicæ meſſis cultura, nec ſpina euellitur, nec exſtirpatur tribu-
1. Cor. 9. 9. lus, nec verbum Domini ſeminatur? Nunquid DEO cura eſt de bobus & aſinis vt circa boues & aſinos ita ſolicitus occupetur? cur iniunctæ ſibi legationis officium
Ier. 1. 10. non exercet? ligatus eſt potiùs, quàm Legatus. Prophetæ, inquiunt, cui Dominus legationem iniunxerat, præcepit, vt euellat & deſtruat, vt diſſipet & perdat, ædificet & plantet. Dominus tuus officij ſpiritualis intelligentiam conuertit in literam, aut, vt dicatur verius in lituram. Illud mihi ad cumulum doloris accedit, quòd dominus
HENR. II. Rex, qui ex toto corde vos diligit, cuius erga vos dilectionem lego aſſiduè in libro experientiæ, qui turbatoribus veſtris in Romana curia murum inexpugnabilem ſe opponit, ipſe frequenter incuriam & deſidiam veſtram, ſecreta tamen & modeſta correctione redarguit: ipſe crebrò vos excitat ſcriptis & nuntiis, grauiſſime ferens, quod terræ ſuæ maleficos ad exceſſus enormes per impunitatis licentiam prouocatis. Quàm amicabilia nuperrimè vobis ſcripſerit & mandauerit, memoriæ, credo, tenaciter affixiſtis. Inter quę ego, qui conſcius ſecretorum fui, verbum illud confidenter in communem deduco notitiam: verbum enim memorabile eſt. Sciat, inquit, Dominus Archiepiſcopus, quòd ſi filius meus electus, aut aliquis Epiſcopus terræ, vel Comes, vel aliqua perſona illuſtris ſuæ voluntati, aut diſpoſitioni contraire præſumpſerit, aut impedierit, quò minus opus ſibi commiſſæ legationis adimpleat, inueniet me ſui contemptus perſecutorem & vindicem, ac ſi in perſonam meam proditorie commiſiſſet. Scio quidem Pater, dominum Regem diu habuiſſe & adhuc
Pſalm 149. 7. habere in votis, vt conſilio & auxilio veſtro fiant increpationes in populis, vt arri-
Deu. 32. 41. piat manus veſtra iudicium, & arguat pro manſuetis terræ. Dura quidem verba vo-
Iſa. 11. 4. bis ſcribo ſanctiſſime pater, & forte hoc aliqui aſcribent adulationi, quod non blandior, quòd non palpo, quòd reuerendum populis caput peccatoris oleo non impinguo.
Pſalm. 140. 5. Quicquid immundiſſimæ ſues grunniant, ego in Chriſti viſceribus, & iugi beneficiorum veſtrorum memoria vos moneo & monebo, quatenus cum ea diligentia
al. pontificatum. impleatis pontificium, vt non vituperetur miniſterium veſtrum. Legiſtis enim: ma-
Ier. 48. 10. ledictus homo, qui facit opus Domini fraudulenter. A clauſtrali & ſpirituali militia elegit

elegit vos DEVS in ſacerdotem ſibi: videte, ne, cum ſpiritu cœperitis, carne conſum- *Gal. 3. 3.*
memini; &, ne de vobis intelligatur illud. non permanebit ſpiritus meus in homine *Gen. 6. 3.*
in æternum, quia caro eſt. Putatis, quod de commiſſis vobis animabus vos in diſtri- *Pſalm. 9. 13.*
cto examine non oporteat reddere rationem? Propter hoc irritauit impius DEVM:
dixit enim in corde ſuo: non requiret. Sed certe requiret exactiſſimè, vſque ad no-
uiſſimum quadrantem: & vereor, ne tempeſtiuius, aut durius, quam credere aut ti-
mere velimus. Vtinam velitis recolere comminationes altiſſimi, quibus apertiſſima
viſione nobis terribilem ſuæ indignationis ſententiam reuelauit. Horrendum eſt *Heb. 10. 31.*
autem incidere te in manus DEI viuentis. Ignis enim ſuccenſus eſt in furore eius, *Ier. 15. 14.*
quem quandoq; ſpiritualiter vidiſtis, ipſum autem nunquam ſenſibiliter ſenſiſtis.

EPISTOLA VI.

Ad quendam Ludimagiſtrum.

ARGVMENTVM.

Reſpondet inuectiuæ cujuſdam Magiſtri vitam clericorum in aulis Epiſcoporum degentium acerbe inſectantis; & contra grauiter ipſum coarguit, quod omnem ætatem in profanis litteris conſumat: hortaturq́ue, vt extremam ſaltem ſenectam in Meditatione nouiſſimorum ſuorum peragat.

MAGISTRO RAD. BELOVACENSI P. BLESENSIS
Bath. Archidiac. ſalutem, & ſaltem in ſenio ſenem eſſe.

LITTERAS veſtras licet plurimum inuectiuas cum omni æquanimi-
tate, & gratiarum actione ſuſcepi. Quod me corripitis, affectio eſt:
ideóq; mihi acceptiora ſunt veſtra verbera, quam eorum vbera, qui
me lactant. Vtinam ſemper corripiat me iuſtus in miſericordia, & in- *Pſalm. 140. 5.*
crepet me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meũ. Cle-
ricorum curialium vitam damnatiſſimam reputatis, & in eius execrationem ferè to-
tam illam Satyram Iuuenalis expenditis. Si te propoſiti nondum pudet magiſter bo-
ne, ſi puerilium deriuationum nænias, quibus inſenuiſtis, memoriter retinetis, cùm
curia a cruore dicatur, clerici, qui cum prælatis Eccleſiæ conuerſantur, curiales non *Curia a cruo-*
ſunt: nec enim apud eos iudicium ſanguinis exercetur. Cumque inſtitutio canonica *re dic[illegible]a.*
clericos curiales prohibeat promoueri, clericos Pontificum frequentiùs elegit Do- *c. præterea.*
minus in ſacerdotes ſibi. Improperatis nobis, quod ſemper quadra viuimus aliena. Si *diſt. 51. c. ali-*
Pontifices nos vocant in partem ſolicitudinis, vt in agricultura diuinæ meſſis, & in *quãtos. d. 52.*
tritura Dominicæ areæ pariter laboremus, quæ iniuria eſt, ſi & nos bonis eorum pa- *c. priſcis, d. 55.*
riter coutamur iuxta Diuinæ legis ſententiam. Nemo os bouis triturantis obturat, *Deu. 25. 4.*
teſte Paulo: nemo militat ſtipendiis ſuis, cũq; debeat de altari viuere, q ſeruit altari, *1. Cor. 9. 9.*
non eſt abſurdũ, ſi ego, aut alius, q in menſa Dominica Pontifici miniſtrat, fiat eiuſdẽ *1. Cor. 9. 13.*
cõmenſalis in cibo. Cauſamini, quod inaniter expendã dies meos, qui in caſtris ſcho-
laribus poteram fructificare quamplurimis. Magiſter bone, caſtra Dei ſunt hæc, in *Gen. 32. 2.*
quibus habitamus, & ſciatis, quia non eſt hic aliud, niſi domus DEI, & porta cœli. In *Gen. 2[illegible]. 17.*
domo Domini mei Cantuarienſis Archiepiſcopi, viri litteratiſſimi ſunt, apud quos
inueniuntur omnis rectitudo iuſtitiæ, omnis cautela prouidẽtiæ, omnis forma doctri-
næ. Iſti poſt orationem, & ante comeſtionẽ, in lectione, in diſputatione, in cauſarum

Exercitia clericorũ in aula Epiſcopi. *al. detractione.*

deciſione iugiter ſe exercent. Omnes quæſtiones regni nodoſæ referuntur ad nos: quæ cùm inter ſocios noſtros in commune auditorium deducuntur, vnuſquiſque ſecundum ordinem ſuum ſine lite & obtrectatione ad bene dicendum mentem ſuam acuit, & quod ei conſilioſius videtur & ſanius, de vena ſubtiliore producit. Quod ſi DEVS minori, quæ potiora ſunt, reuelauerit, eius ſententiæ ſine omni inuidia & deprauatione vniuerſitas acquieſcit. Vos autē tumultuoſo ſtrepitu, & clamore nautico de nugis aſſiduè diſputantes, inutiliter aera verberatis: vos circa litteram & ſyllabam, & circa huiuſmodi elementares doctrinæ primitias veſtrum adhuc ingenium exercetis: &, ſi dicere fas eſt, vos puer centum annorum, & elementarius ſenex, docetis ſapientiam. *Iſa. 65. 20.* Verecundum ſiquidem & oneroſum ſatis eſt mihi, quòd omnes coætanei veſtri in montem eminētioris ſcientiæ aſcenderunt, & vos in cæno craſſioris intelligentiæ cum aſino remanſiſtis. *Gen. 22. 4.* Priſcianus & Tullius, Lucanus & Perſius, iſti ſunt Dij veſtri. Vereor, ne in extremæ neceſſitatis articulo vobis improperando dicatur. *Deut. 32. 37.* Vbi ſunt Dij tui, in quibus habebas fiduciam? Surgant & opitulentur tibi, & in neceſſitate te protegant. *Deut. 2. 1.* Semper circuitis montem Seir, nec ad terrá promiſſionis venire poteſtis. *Pſal. 104. 20.* Magiſter, vobis & imitatoribus veſtris conuertit Dominus flumina in ſanguinem, ne bibant. *Leuit. 26. 19.* Dat etiam cœlum æneum, & terram ferream, dum vobis cōuertit Dominus carnalem ſcientiam, in qua obduruiſtis pertinaciter, in peccatum. *1. Reg. 2. 3.* Magiſter, nolite loqui ſublimia gloriantes. recedant vetera de ore veſtro, quia DEVS ſcientiarum Dominus abhorret Philoſophiæ gentilis errorem: cuius adhuc idololatra eſtis: & acceptat in quolibet Chriſtiano conſcientiæ puritatem. *Coloſ. 2. 23.* Damnat enim Apoſtolus ea, quæ ſunt, rationem quidem habentia ſapientiæ ſecundum mandata & doctrinas hominum, ſi non ædificant ad ſalutem. *Deu. 32. 29.* Vtinam Magiſter ſaperes, & intelligeres, ac nouiſſima prouideres. *Mortis memoria ſalutaris.* Hæc Philoſophia tibi iam decrepito perneceſſaria eſſet, quę frequenter in ſcholis deſcribitur, ſed frequentius proſcribitur, cogitatio mortis, ſcilicet aſſidua. Propheta dicit: Domine notum fac mihi finem meum. *Pſal. 38. 5.* Et Salomon. Fili mi recordare nouiſſima tua, & non peccabis in æternum. *Eccl. 7. 40.* Lamentator ille Ieremias propheta deplorat animam peccatricem, & ſui finis immemorem. *Thren. 1. 9.* Sordes, inquit, in pedibus eius, nec recordata eſt finis ſui. & ſubiungit. Depoſita eſt vehementer, non habens conſolatorem. Sit Magiſter cogitatio veſtra dies mortis. Mors enim, quæ in inſidiis iunioribus eſt, vobis ſenioribus eſt in ianuis, veſtrum obſeruat calcaneum, nec ceſſabit, donec fodiatur fouea peccatori. *Pſal. 93. 13.* Rogo itaque, & in vera conſulo caritate, vt qui hactenus vanitatibus huius ſęculi militaſtis, DEO militetis ſaltem ad modicum tempus, atque feces veſtræ ſenectutis immoletis altiſſimo, qui iuuentutis & adoleſcentiæ veſtræ florem in rebus nugatoriis expendiſtis.

EPISTOLA VII.

Ad Magiſtrum quendam.

ARGVMENTVM.

Magiſtrum quendam ex acutiſſimo diſputatore egregium potatorem factum Diuinæ ſcripturæ teſtimoniis ab ebrietatis ſtudio reuocare conatur.

MAGISTRO A. PETRVS BLESENSIS BATHON. ARCHIDIAC. ſalutem & continuam memoriam honeſtatis.

A Domo

A Domo & menſa veſtra nuper egrediens Magiſter P. mihi via publica incedenti, lætus, & longè lætior quàm expediret, occurret: veſania ſiquidem ferebatur: hauſerat enim apud vos ſpiritum vertiginis & furoris, vinoque aut cereuiſia totum eius cerebrum æſtuabat. Equum meum freno rapuit, & tam equum, quàm equitem ſupinum fere in terram deiiciens, in deuium me retorſit. auertebam manus eius, & ipſum ſeruientes noſtri grauiter increpabant: ipſe autem lingua præcipiti, & cōfuſa, atq; clamore dæmoniaco intonabat. Veniet certe, veniet; veniet, velit nolit, & bibet de filio DEI magiſter meus cariſſimus. Ego autem dolens eum ſequebar, & trahebar inuitus. Cùm verò ſeruientes mei, qui eius temeritati parcebāt, manus eius à freno meo, cùm multa tamen inſtantia, ſeparaſſent, & nos ipſe vidiſſet in viā, à qua nos abduxerat, equorum capita reflexiſſe, nos diu perſequens lapidibus & glebis, me inaudita verborum turpitudine laceſſiuit. Sanè reputaueram eum ſemper virum induſtrium & diſcretum: ſed vobiſcum ea vice biberat: apud quem, ſicut publicè dicitur, in bibēdo non eſt ratio, neq; modus. Et quæ vobis, amice, gloria eſt, ita potu afficere hominem, vt
hominem dediſcat, & in deſipientiam omninò tranſeat beſtialem? Non eſt tibi oc- *Ebrietas re-*
caſio magnæ laudis, quod ſic vino fundis, & infundis amicos, & infundendo con- *prehenditur.*
fundis. Scriptum eſt in Abacuc. Væ, qui potum dat amico, inebrians eum, vt videat *Abac. 2. 15.*
nuditatem eius. Teſtimonio ſacri eloquij multiplicem ſententiam maledictionis *Prou. 23. 30.*
incurrunt, qui ad calices ſedent epotandos, & ebrietati continuæ ſe impendunt. Di- *Iſa. 5. 22.*
cit Dominus per prophetam. Væ, qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri for- al. *ſubſequen-*
tes ad miſcendam ebrietatem. Subſecutiua ebrietatis incommoda Salomon elegan- *tia.*
ti compendio enumerat, dicens. Cui væ? cuius patri væ? cui vulnera? cui rixæ? cui *Prou. 23. 29.*
ſuffoſſio oculorum? nonne his qui morantur in vino, & ſtudent calicibus epotandis? *Eccl. 31. 25.*
Sanè, iuxta verbum Sapientis, potus iſte in vomitum, & hæc voluptas in nauſeā con- *Ioel. 1. 5.*
uertetur. Expergiſcimini ebrij, dicit propheta, & flete, & vlulate omnes, qui bibitis *Rom. 13. 13.*
vinum in dulcedine. Apoſtolus etiam ebrietates multipliciter interdicit. Cenſura 1. *Cor. 5. 11.*
verò canonica ſententiā depoſitionis dictat in clericos, qui ebrietatibus aſſueſcunt. 1. *Cor. 6. 10.*
Vbi enim regnat ebrietas, ratio exulat, intellectus obtunditur, conſilia deuiant, iu- *c. Epiſcopus.*
dicia ſubuertuntur. Si iuxta Apoſtolum bonum eſt. non bibere vinum, non video *diſt. 35.*
qualiter poſſit bonum eſſe contrarium. Ideo prudens illa mulier filium ſuum in- *c. ante omnia.*
ſtruens, in viſione dicebat. Noli regibus, ô Lamuel, dare vinum, ne fortè obliuiſcan- *d. 35.*
tur iudiciorum DEI, & ſubuertant populi æquitatem. Sed nec vllum ſecretū eſt, vbi *Rom. 14. 21.*
regnat ebrietas. Loth, quem Sodoma non vicerat, vina vicerunt. Vinea quoq;, quam *Prou. 31. 4.*
Noe plantauerat, ſuo non pepercit auctori, & ex delicto Patris, vſq; hodie deriuatur *Gen. 19. 33.*
ad poſteros macula ſeruitutis. Titulis quoq; beati Ioannis baptiſtæ plurimum com- *Gen. 9. 21.*
mendationis adiecit, quòd vinum & ſiceram, & omne, quod inebriare poterat, non *Luc. 1. 15.*
bibit. Aaron & filiis eius præcepit Dominus, vt intraturi tabernaculum à vino, & o- *Leu. 10. 9.*
mni, quod inebriare poterat, abſtinerent. Rechabitæ, quia iuxta mandatum Ionadab *Ierem. 35. 18.*
filij Rechab abſtinuerāt ab omni potu, qui poſſit eſſe ebrietatis occaſio, cùm omnes tribus captiuatę eſſent, liberi remanſerunt. Tu qui diſciplinali militię, & libris quon-
dam omnia poſthabebas, nunc ſicut audio, codices ad calices tranſtuliſti. Scribere in al. *poſtpone-*
bibere cōuertiſti: &, quod anxie doleo, nunc prædicaris egregius potator, qui fueras *bas.*
priùs nominatiſſimus diſputator. Vnum prædictis adiicio: aut emendabiliorem te exhibeas in hac parte, aut à corde meo te euomo: & amicitiæ ſocialis vinculum rumpens gratiam antiquæ familiaritatis euacuo. Valeas.

EPISTOLA VIII.

Ad quendam Priorem.

ARGVMENTVM.

Declarat Eccleſiam Dei, inſtar Lunæ, varios habuiſſe ſtatus: & dicta Philoſophorum gentilium, atque etiam Iureconſultorum rectè vſurpari in tradenda doctrina ſacra.

CAVSARIS & arguis vehementer, quod nuper in Capitulo fratribus tuis loquens de vario amictu ſponſæ, quædam interſerui, quæ potius Philoſophum gentilem & ethnicum, ſicut aſſeris, ſapiebant, quàm Chriſtianæ fidei profeſſorem. Teneo firmiter, quid dixerim, & hoc ipſum à tua memoria non euaſit, in quo nihil niſi Catholicū inuenies: niſi ſimpliciter dicta ſiniſtra interpretatione, aut peruerſa recordatione deprau es.

Cant. 6. 9. Referens equidem varios militantis Eccleſiæ ſtatus, quia frequēter in ſacro eloquio *Vide Notas.* per Lunam ſolet Eccleſia præſens intelligi quaſdam proprietates Lunaris excurſus *Eccleſia Lunæ collata.* Eccleſię coaptaui. Sicut enim in Aſtrologia Martiani Luna in ſua nouitate minoides dicitur: in augmento, cùm iam ad medium creuit diatomos: cùm accedit ad circulum, dicitur amphicyrtos: cùm verò in plenitudine ſua tota eſt ſerena, panſelenos: Sic DEI Eccleſia, quæ Lunari exemplo lumen ſuum mendicat à Sole iuſtitiæ in Abel & Patriarchis: minoides: in tempore prophetarum diatomos; in aduentu CHRISTI amphicyrtos: in eius reſurrectione & fidei confirmatione ſatis tolerabiliter poterat panſelenos nuncupari. Quod enim Eccleſia perfecta & perfectè ordinata tunc demum fuit, quando CHRISTVS cœlos aſcendit, propheta ſatis expreſsè exemplo conſimili manifeſtat. *Ioſ. 10. 13.* Eleuatus eſt, inquit, Sol, & Luna ſtetit in ordine ſuo, id eſt, aſcendit CHRISTVS, & Eccleſiā in ordine ſanctitatis per Apoſtolos ſtabiliuit. Sane ſi Scripturas ſanctas diligenter attendis, non cenſebis abſurdum, quod verba Philoſophię vel ſcientiæ ciuilis, quandoq; in doctrina Chriſtiana, maximè vbi poſtulat, admittantur. *Dicta philoſoph. & iureconſult. rectè in ſacra doctrina [illegible].* Audi, quid dicat Iob de Domino. Præcepit, inquit, Soli, & nō oritur, & ſtellas claudit, quaſi ſub ſignaculo. Qui facit Arcturū, & Oriona, & Hyadas, & interiora Auſtri. *Iob. 9. 7.* Ieremias propheta qui ſi in iure ciuili fuerit eruditus, emptionem prædij patruelis, *Ier. 32. 9.* quam contraxerat, quorundā verborum legalium vrbanitate cōmemorat. Emi, inquit, agrum ab Hanamehel filio patrui mei, qui eſt in anathoth, & appēdi ei argentum ſeptem ſtateres, & decem argenteos: & ſcripſi in libro, & ſignaui, & adhibui teſtes, & appendi argentum in ſtatera. Et accepi librū poſſeſſionis ſignatum, & ſtipulationes, & rata ſtipulatione ſequeſtrata, & ſigna forinſecus. Sane ſicut in Deuteronomio legis alienа mulier capta in prælio, ſi decor eius tibi placuerit, raſis eius vnguibus, *Deut. 21. 13.* capillis atque veſte captiuitatis depoſita, licitè ducitur in vxorem. Si qua enim ſcriptura gentilium eſt, quæ in conflictu ſtudiorum mihi placet ſublata ſuperfluitate verborum poſſum illam mihi aſſumere, vt ex illa filij ſpirituales generentur in fide. In lege enim præcipitur: quod ſi in agro vel in arbore inueneris auem incubantem ouis ſuis, aut pullis: oua aut pullos debes accipere, matremque dimittere. *Deut. 22. 6.* non etiam curandum eſt de littera, vbi fructuoſæ inueniuntur ſententiæ. Increpas me, quia in exhortationibus meis, quas rogatu conſcholarium noſtrorum quandoque Bononiæ feci, verba poſui, quæ ius ciuile redolebant. Porro [illegible] ſanctum eſt & honeſtum, atque ſacris orthodoxorum [illegible]

[illegible]

con[illegible] ap[illegible]robatum. Loquebar equidem [illegible] peritis [illegible] ex- ho[illegible]us d[illegible] terribili [illegible]entia diſtricti & extremi iudicii, & [illegible] quod nec appell[illegible] remedio, nec ſupplicationis [illegible]gio, nec actione in factum ſub- ſidiaria, nec aliquo re[illegible]is beneficio poterat attemperari. Dicebam, quod ille au- Dan. 7. 9.
[illegible] dictum inter [illegible] regni, quos quaſi in ſorticulo diſtributionis, ſecundum Pſal. 77. 55.
merit[illegible] ſuorum exigentiam ad [illegible] vocabit æternam, dictaturus erat Vide NOTAS.
familiæ herciſcundæ iudicium. Dicebam quod contritione duplici punirentur illi, Ierem. 17. 18.
qui peccatorum ſuorum confeſſionem differebant per erubeſcentiam, aut con- temptum. [illegible]am & in iure ciuili his per [illegible] creſcebat in duplum. Vnum noueris, quod nunquam ſuper verbis fac[illegible] nem, de qua facultate ſuman- tur, [illegible]modo ædificent ad ſalutem. Nam ne[illegible] quæritur, in qua terra, vel cuius [illegible]tulam cura vel cultura adoleuerint, dummodo [illegible] habeant [illegible].

EPISTOLA IX.

Ad quendam ludi litterarij deſertorem.

ARGVMENTVM.

Inuehitur in quendam diſcipulum ſuum, qui curſu liberalium artium confecto, non ante cogitabat Theologiæ operam dare, quam biennium in otio conſum- pſiſſet: prolixeq́; probat pernicioſiſſimum eſſe omne otium.

MISSIONE vſus minus legitima & honeſta, tanquam transfuga & de- ſertor caſtra ſcholaris militiæ dimiſiſti, & de labore quietiſſimo te in laborioſiſſimum otium contuliſti. Præceperam tibi, vt diſcipulo, conſulueram vt amico, quatenus continuata inſtantia ſtudiorum imperfectum tuum perduceres in plenitudinem, & de diſcipulo a- ſcenderes in magiſtrum. Reſpondes te in diſciplinis liberalibus diu[illegible]s laboraſſe, [illegible]que propoſitum eſſe, antequam Theologicas facultates expugnes, biennio re- ſpirare. Vtinam [illegible] deſiderio, aut potius de[illegible]iæ, & defectui tuo vicennium aut tri[illegible]ennium præ[illegible]s. Defectui dico: nam defecit in ſalutare tuum anima tua, Pſal. 118. 81.
n[illegible] videretur, hominem qui ſemita damnatæ opinionis incedit, nego- [illegible] honeſt[illegible] pro[illegible]s o[illegible]ttere, quam differre. Sancti quidem & honeſti propo- ſiti dilatio, magna ruina eſt. Nunc docibilis es: prouectiori ætate capax doctrinæ Agg. 1. 2.
non eris. [illegible]que in præſenti articulo, quod differtur, aufertur. Verbum Prophetę Ec[illegible] 9. [illegible]
eſt; p[illegible]; [illegible] tempus eſt ædificandi domum Domini. Miſerrime, Ouidius de re
cur opus commendabile in biennium differs? forſitan cras non erit. Sapiens dicit. med. amoris
Quicquid poteſt ma[illegible]us tua, cum inſtantia operare. *Qui non eſt hodie, cras minus a- l b. 1.*
ptus erit. In l[illegible] legi. vacabo mihi, & libris meis, & in camera mea ero mihi Otium quam
[illegible] & [illegible]r. nunquam quieui, ſemper laboraui; nunc laborem conuer- ſit noxium.
[illegible] in otium & quietem. Frater, vtinam ſaperes & intelligeres, & inter otium & Gen[illegible]
qu[illegible] di[illegible]erneres. Audiſti quietem Domini: quieuit enim ab omni opere, quod Eccl. 33. 29.
p[illegible] otium non legiſti. Legitur, quod otioſitas [illegible]ca eſt ani- Pro[illegible]. 21. [illegible]
mæ: animus n[illegible] qui ad otia reſoluitur, roditur inanibus curis: ac reſti[illegible] [illegible]
S[illegible]s deſideria ro[illegible]. E[illegible] docent [illegible] bus boum [illegible] eſt, [illegible] Ouidius [illegible]
p[illegible] atio[illegible] eſt [illegible] *C[illegible] ignauum corrumpunt otia corpus. Et* [illegible]
c[illegible] vitium ni moueantur aquæ. FLAC[illegible] dicit. *Si n[illegible] librum* Hor. [illegible] ep. 2.

cum lumine, ſi non Intendes animum ſtudiis & rebus honeſtis, Inuidia vel amore vigil
Ouid.lib.1. de *torquebere.* An quæris experimentum huius rei? *Quæritur, Ægiſthus quare ſit fa-*
remed. amo- *ctus adulter, In promptu cauſa eſt: deſidioſus erat.* Teſte Hieronymo peccatum So-
ru. domorum fuit ſatietas & abundantia panis. Lex etiam de ſacrificiis præcipit, vt bos
Hieron. lib.2. offeratur in oſtio tabernaculi: quia qui laborant in agro Dominicæ culturæ liberè
in Iouin. poſſunt cœleſte tabernaculum introire. Cur cauſaris ſtudiorum laborem, & ad o-
Ezech.16. tium toto corde ſuſpiras? Labor ſcholaſticus otium eſt, ſed otium negotioſum, &
Leuit.1.3. quod animum reddit ad honeſta ſolicitum. Vnde & ſcriptum eſt: Sapientiam ſcri-
Studium li- be in otio, & qui minorantur actu inuenient eam. Ideo diſcipuli eſurientes frica-
terarũ eſſe o- bant ſpicas in die ſabbati: in quo notatur vtilium ſententiarum diſcuſſio, quæ men-
tiũ laudabile. te quieta diligentius procuratur. Sic ingreditur homo ſepulchrum in abundantia,
Ecclеſ.38.25. quia abſconditus à conturbatione hominum, foris quidem minuitur, ſed internus
Luc.6.1. fructus ſpiritualis ſtudij inæſtimabiliter reficitur & ditatur. Sic in Ezechiele porta
Iob 5.26. atrij interioris, quæ reſpicit Orientem, clauſa eſt ſex diebus, in quibus opus fit:
Pſal.30.21. die autem ſabbathi aperitur. Qui enim à terrenis vacant, ſpiritualium notitiam fa-
Ezech.46.1. cilius aſſequuntur. Vacate, inquit, & videte, quoniam ego ſum DEVS. Ideo Mar-
Pſal.45.11. tha turbatur erga plurima. Liæ oculus lippitudine impeditur. Maria verò cum Ra-
Luc.10.41. chele optimam partem elegit. Et Iacob cum requieſcit in Bethel, cœleſtium my-
Geneſ.29.17. ſteria comprehendit. Hoc eſt otium ſanctum, otium ſtudioſum. Veruntamen
Geneſ.18.12. otium vocas, non vigilare, non legere, vacare comeſſationibus, reſolui ad carnis
illecebras, torpere ſomno, & potibus indulgere. Timere debueras vocem Domi-
Iſaiæ 1.13. ni ſuper tali otio iraſcentis. Neomenias veſtras, inquit, & ſabbathum non feram.
Otia & ſabbatha & feſtiuitates veſtras odiuit anima mea. Luget etiam ſuper ani-
Thren.1.7. mam otioſam propheta dicens: Viderunt eam hoſtes, & deriſerunt ſabbatha eius.
Senecæ ep.83. Verbum ſancti Hieronymi eſt: Otium ſine litteris mors eſt, & viui hominis ſepul-
tura. Miſer, quicquid longo tractu temporis didiciſti, biennale otium exſufflabit,
& illa Logices ventoſa loquacitas, qua tumeſcis, ſicut viſio nocturna, & ſicut ſo-
Iob 20.8. mnium auolabit. Putas, quod in pace & quiete corporis ſit pax mentis? habebis
forſitan pacem, ſed amariſſimam. Pacem ſcio, reputas te habere, in loci habita-
Iſaiæ 38.17. tione ſolitudinem, in carnis exhibitione ſolicitudinem: & ecce in pace tua amari-
Rom.13.14. tudo amariſſima. Qui enim curam carnis in deliciis agit, tormenta conſcientiæ ac-
Solitudo ſæpe cuſantis patitur, & ſemper hoſtẽ domeſticum ſecum gerit, ſicut Sapiens dicit. Soli-
noxia. tudo, quã deſideras, ſubuerſio eſt virtutũ. Væ ſoli, quia, ſi ceciderit, non habet ſuble-
Mich.7.6. uantem. Solitudo Amnon fratrem Thamar ad inceſtuoſum ſororis ſuæ concu-
Eccleſ.4.10. bitum prouocauit. Solitudo eſt, quæ virum fortem fortiſſimè præcipitat in rea-
2.Reg.13.14. tum: ea enim mediante honeſtas impudicitiæ arma ſua reddit, degenerat ſanctio-
ris vitæ propoſitum, & odoriferæ opinionis gloria damnabiliter euaneſcit. Dum
Pariſius operam ſtudiis dabas, publicè dicebatur, quod in hac humana conuerſa-
tione te angelum exhibebas. vereor, ne qui de homine in angelum tranſieras, de
Matth.12.43. angelo in hominem reuertaris. Nam iuxta ſententiam veritatis, ſpiritus immun-
dus ambulans per loca deſerta & arida, & non inueniens requiem (apud quieſcen-
tem in otio quietem inuenit) aſſumenſque ſeptem ſpiritus nequiores ſe, domum
vacantem, & ſcopis diſciplinalibus mundatam inuenit, vacantem occupat, ac no-
uiſſima hominis illius in peiora conuertit. Diu te inuitaui ad ſtudioſam militiam,
Studiũ Theo- diu clamaui, & laboraui clamans, ne abhorreas hunc laborem, verè laboraui.
logiæ non eſſe Suadere enim & perſuadere, hoc labor eſt ante me. Sanè laborem & duritiem
laborioſum. Theologicæ facultatis non debebas abhorrere: ſcholaſtici namque hominis la-
bor non

bor non eſt in operibus, ſed in verbis: & vt verbo Salomonis vtar: Omnis labor *Eccleſ.6.7.*
huiuſmodi hominis in ore ipſius. Certe præcepta ſua, & ſciri & cuſtodiri vult
Dominus cum labore: nam & ipſe eſt, qui fingit laborem in præcepto. Vnde & *Pſal.90.21.*
iuſtus ſcire, atque cuſtodire deſiderans verba & præcepta, quæ de labiis altiſſimi
proceſſerunt, dicit Propheta: Propter verba labiorum tuorum ego cuſtodiui vias
duras. Adhuc rogo te, ne timeas, aut differas hunc laborem. Effeminari quidem *Pſal.16.4.*
otio, & torpere pigritia, nihil aliud eſt, quam ſuffocare virtutem, nutrire ſuper-
biam, viamque conſtruere ad gehennam. De his dicitur: In labore hominum *Pſal.71.5.*
non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur; ideo tenuit eos ſuperbia. Procul
dubio, qui non flagellantur temporaliter cum hominibus, in perpetuum flagella-
buntur cum dæmonibus: & qui cum hominibus non laborant, cum dæmonibus
laborabunt. VALE.

EPISTOLA X.

Ad G. capellanum Regis Siciliæ. *GVALTERVM.*

ARGVMENTVM.

Grauiter queritur à Rege Siciliæ adoleſcentulo ad Eccleſiæ Agrigentinæ Epiſcopatum euectum hominem prorſus inidoneum: ſimulque oſtendit Capellani, ad quem ſcribit, officio incumbere, de hoc lapſu Regem non ſemel tantum, ſed etiam ſecundò & tertiò ſeriò commonefacere.

DIV eſt, quod rumor inſonuit, & publicè iam crebreſcit, quòd Domi-
nus tuus Rex Siciliæ ſalutis ſuæ, & paternæ traditionis oblitus, cum *Gulielmus II.*
Comite Lorocelli in ruinam & deſolationem Agrigentinæ Eccleſiæ *Vide NOTAS.*
coniurauit. Intendit Epiſcopare fratrem Comitis, & ipſum recla-
mante Capitulo violenter intrudit. Tu verò cum ſcias eum ſtatuam *Ezech.13.5.*
eſſe, & truncum inutilem, miror, quod non aſcendis ex aduerſo, & te pro domo
Iſraël non opponis. Infelix ego homo, cur non habeo copiam illius Comitis, vt ali-
quid perſuadeam homini inhumano? Annunciarem impio impietatem ſuam, & *Pſal.68.10.*
ſi non lucrifacerem eum DEO perfectè, ſaltem partes euangelizantis implerem. *Iſaiæ 56.7.*
Zelus domus tuæ DEVS comedit me. tabeſcere me fecit zelus tuus, quia obliti *Matth.21.13.*
ſunt verba tua inimici tui. verè obliti. Verbum enim tuum eſt Domine: Domus *Pſal.92.5.*
mea, domus orationis, non intruſionis, vocabitur. Domum tuam Domine decet *Pſal.73.20.*
ſanctitudo, non intruſio. Reſpice Domine in faciem teſtamenti tui, zelare hono- *Pſal.25.8.*
rem & decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. non irruat in eam *Iſaiæ 52.1.*
immundus & incircumciſus. Conſoleris Eccleſiam, quæ in conculcationem data *Ioan.12.15.*
eſt, & dicas ei: Noli timere filia Sion, ciuitas Hieruſalem noli flere. Glorioſa dicta *Pſal.86.3.*
ſunt de te ciuitas DEI. Gloriam illorum humiliabo, qui te humiliant & confundunt. *Iſaiæ 60.15.*
ponam te in ſuperbiam ſæculorum. O deteſtanda operatio; o adoleſcentia deplo- *Pſal.145.4.*
randa. Filius Eccleſiæ, quare ſe erigit contra matrem? cur abiecit conſilium pietatis, *Pſal.32.11.*
& abiit in conſilio impiorum? in vna die peribunt cogitationes eorum: conſi- *Eccleſ.10.16.*
lium autem Domini manet in æternum. Væ terræ, cuius Rex puer eſt. Doleo, *Quãta ſit vis*
quod inter primitias dominationis ſuæ, & inter initia vnctionis regiæ hoc præ- *vnctionis re-*
ſumit. Virtus equidem conſecrationis ab huiuſmodi violentiis cum vtinam *giæ.*
tempe-

1 Reg.16.13. temper[illegible] magna enim eſt huius efficacia ſacramenti. Nam de Dauid [illegible]
1 Reg.10.9. à Samuele vnctus eſt, Scriptura teſtatur, quod directus eſt ſpiritus Do[illegible]
a die illa, & in reliquum. Saul quoque die illa, qua olei lenticula a Samuele per[illegible]
eſt, mutatus eſt in virum alterum, & [illegible] in eum ſpiritu Domini, cum acce[illegible]
ſiſſet ad cuneum prophetarum, cum eis prophetare incepit. Caiphas, qui in illo
Ioan.11.51. conſiſtorio, vbi de morte Domini agebatur, ſententiam protulit, dicens: Expedit,
quod vnus moriatur pro populo. Sicut ait Euangeliſta, hoc a ſemetipſo non dixit,
ſed cum eſſet Pontifex anni illius prophetauit. Verum nec virtus vnctionis, [illegible]
ligioſorum crebra exhortatio, nec DEI timor, nec Eccleſiæ reuerentia, nec [illegible]
mæ diſpendium, nec exemplum paternæ manſuetudinis a[illegible] pertinaciam [illegible]
flectunt. Duorum mihi nomina expreſſiſti, qui familiares & domeſtici eius [illegible],
quorum amicitias, licet ignobiles ſint mente & genere, gratantiſſime accep[illegible]
hi ipſum in hanc temeritatem excitant & incendunt. Sed certè inimici homi[illegible]
meſtici eius. Proditoria iſtorum conſilia prætulit inconſultiſſimus adoleſcens [illegible]
Romoaldo Salern. Archiepiſcopo. mino Salernitano, & Comiti Auelini auunculis ſuis, quorum fidem & [illegible]
tiam neceſſitas regni frequenter experta eſt: qui dedecus pueri ſua [illegible]
rent, nec regni humiliationi vſque ad effuſionem ſanguinis & perpetu[illegible]
Rogerio Com. Auel. conſenſerent. Sed populi peccatis exigentibus elongauit a ſe amicos & [illegible]
incede[illegible]ue per viam Roboam conſilium venerandæ maturitatis abiic[illegible]
3.Reg.12. hono[illegible]em [illegible] ſuæ zelabit Dominus, & malos male perdens retribuet [illegible]
Pſal.[illegible] [illegible] ſuperbiam. Et quia ille miſerabilis adoleſcens in th[illegible]
[illegible] in res ſacr[illegible] [illegible] malignorum manus rapaces iniecit, vereor, ne in eum Dominus [illegible]
[illegible] eueniat quod dicit Iob. Theſauros, inquit, quos deuorauit, euomet & de
ventre eius extrahet illos DEVS. luet, quæ fecit omnia, nec tamen con[illegible]
Iob 20.15. Non decebat, eum manus laicas ad ſacra porrigere. Frequenter debuerat [illegible]
2.Regum 6. ſiſſe qualiter Oza fuit percuſſus a Domino, eo quod in arcam Domini [illegible]
uote quidem, ſed indigne porrexerit. Qualiter temporibus Iaſonis ille [illegible]
ignis, qui tempore Ieremiæ vſque ad Nehemiam [illegible], extinctus [illegible], eo [illegible]
2 Mach.1.20. Antiochus occaſione Iaſonis ad ſacerdotalia [illegible]. Qualiter [illegible]
Dan.5.25. thazar a Perſis occupatum eſt, & vaſtatum, indicio manus ſcribentis [illegible] MA-
NE. THECEL. PHARES, eo quod vaſa Domini in [illegible]
Amos 6.6. ſionibus eius deterruiſſe debueras, ſed alligatum eſt verbum Domini [illegible],
nec monemur ſuper contritione Ioſeph. Times [illegible] zelo [illegible]
Iob 6.16. Eccleſiæ [illegible] affectio. Porrò [illegible] ſuper
eum nix. [illegible] ſi [illegible]
ſed in CHRISTO [illegible]. N[illegible] Petri Apo-
1 Pet.4.14. ſtolus, pa[illegible] ſed [illegible]
Act.4.41. apud DEV[illegible] Apoſtoli ga[illegible] c-
[illegible] pro CHRISTO [illegible]. Si [illegible] con-
[illegible] temp[illegible] tibi [illegible]. [illegible] tempora
Pſal.74.3. [illegible] principum, [illegible] ad tempus [illegible]
Ezech.[illegible] [illegible] de quo dicitur: cum accepero tempus, ego [illegible] iudicabo? V-
Rex eſt [illegible] ſacerdotum paſtoru. [illegible] proprietat ſua
moriens, & cura animæ de [illegible] requiretur. Ouis [illegible]
[illegible] cuſtodiat [illegible]
2.Reg.[illegible] [illegible] Pe[illegible] c[illegible]
[illegible] 29. ſtem paſtorale. T[illegible] A[illegible] oues ſuas, & fratrem ſuum inte[illegible]
[illegible]

mam [illegible] moriatur, dum eo enormiter [illegible],
aut [illegible] in temporalibus [illegible] *al. in annotabi-*
tamen [illegible] pro [illegible] *liter.*
nide ho[illegible] [illegible] ax *Psal 44 3.*
ſermo tuus, [illegible] Do[illegible] [illegible] vomere *[illegible] 4.13.*
aratrum, quo Samgar [illegible] afim, qua Samſon *Iud. [illegible]*
mille de ſuis hoſtibus [illegible]. *[illegible]*
Quod ſi ex corde ageres [illegible], atque *[illegible]*
[illegible] tui beneplacita [illegible] arbitra[illegible]le in *[illegible]*
cuius manu corda ſunt Regum. No[illegible], vos [illegible], qui lo- *Ind. [illegible] 21.*
quimini, ſed ſpiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis [illegible], qui dat verbum *Pſal. 18.109.*
[illegible] virtute multa. Ipſe eſt, [illegible] aſt[illegible]et, [illegible] *Prou 21 1.*
& frequenter inſtares. Habet tuarum continentia literarum [illegible] *[illegible] 10. 20.*
blande & amicabiliter [illegible]: ipſe autem reſpo[illegible] in culpa, ſed *P[illegible] 2.*
Comitem Loro[illegible] cum verò eundem iterum conue[illegible], re[illegible], repu-
tauit inſanum: [illegible] impoſuiſti ſilentium, [illegible] proprioque [illegible]
ſiſti. Quod primò viſus es blandiri, prudentiæ aſcribo: non enim [illegible]
[illegible] ſunt Principes, ſed temperantius corrigendi, ſicut Paulus Apoſtolus ad Ti- *2 Tim 2.24.*
motheum [illegible]: ſeruum, inquit, Domini non oportet litigare, ſed [illegible]
manſuetum eſſe, & patientem, corripientem eum modeſtia eos qui reſiſtunt veri-
tati. Sed qui ſemel, & ſecundò verbum [illegible] propoſueras, eandem exhor- *Pe[illegible]*
[illegible] debueras tertiaſſe: forte aliquid efficaciæ contuliſſet numerus trinitatis. *[illegible].*
Goliath in tertio lapide proſtratus eſt. Moyſes magos Pharaonis [illegible] tertio ſu- *1. Reg. [illegible].*
perauit. Doleo, quod ad [illegible] ulationes in peccatis, culpam [illegible] transf- *Exod. 8 18.*
[illegible] in a[illegible] confiteri & deuote corrigere [illegible] bat. *Pſal. 40.4.*
[illegible] Devs, cum [illegible] propriam [illegible] diſſimulando, ea[illegible]-
[illegible] proſequuntur [illegible], non erit innocens *Pr[illegible] 21.*
[illegible]. Sic [illegible] Saul de Dauid, non ſit manus mea in eum, ſed ſit ſuper eum ma- *1 R[illegible] 18.*
nus [illegible]. Sic [illegible] Domino, ſ[illegible] tamen, non *Ioan. 18.31.*
licet [illegible] debat eum occidendum militibus, vt ab eis
[illegible]. Quod inſanum te reputat, non [illegible] non eſt mirum,
[illegible]. Certe [illegible] quidam [illegible] prophetarum [illegible] miſiſſet
[illegible], [illegible] alij dicentes: ad quid venit inſanus iſte ad te? [illegible] *4. Reg. 9.[illegible]*
[illegible] ambitione, vel [illegible] excæcantur, vileſcit ſermo
Domini [illegible] tiua veſaniæ adſcribuntur. S[illegible] Dominus *al. [illegible]*
[illegible] erectione ſui Dagon, [illegible] tyran-
nica. Vtinam [illegible] ſaperet & intelligeret, vtinam prudentius inter [illegible]
& [illegible] peremptorium enim eſt in Principe, vel [illegible] adorare
[illegible], vel [illegible] quærere perſonarum. teſte ſiquidem propheta: in quo-
rum manibus iniquitates [illegible] dextera eorum repleta eſt muneribus: [illegible] *Pſal. [illegible].*
[illegible] & [illegible] in [illegible] rem: quia teſte [illegible] Iob [illegible] *Iob [illegible]*
[illegible] tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt. Benedictus autem
Dominus, qui Regem Anglorum Henricvm a talibus [illegible] *H[illegible] II*
[illegible]. Manus enim [illegible] ab omni munere, nec [illegible] Eccleſiæ *re[illegible]*
[illegible] vel [illegible] per
[illegible] cum Dominum in conſpectu [illegible] *Ezech. 4[illegible] 2.*
m[illegible], qui [illegible] glori[illegible]

ſenris cæcur[illegible]us, fumus eſt & vapor ad modi[illegible] parens. Scio, quia parentes tui te *Parentibus*
retrahunt a propoſito meliori. Non di[illegible]at quæſo, non euacuet propoſitum *retrahentibus*
tuæ conuerſionis p[illegible]oria & ſe[illegible]ctrix affectio parentelæ. Noli eos di[illegible]ere con- *a religione nõ*
tra CHRISTVM, quos ce[illegible]ris od[illegible] habere pro CHRISTO. Multi pro parenti- *obſequendum.*
bus ſuis animas perdiderunt, quorum occaſione mundus, qui in eis aruerat, de-
nuo reuireſcit: atque diuitias, & cætera impedimenta ſalutis, quibus ſe exonerauerant, affectant aliis, tanquam eis pro[illegible] credant ea, quæ ſibi eſſe nociua pro
certo cognouerant. nunquid, quod [illegible]abile eſt vni, alij eſt ſalubre? nunquid
gaudia viuentium, ſolatia ſunt mortuorum? Impius eſt, qui animæ ſuæ pro ſuis
parentibus eſt crudelis: maioremque te[illegible] habet, quam vt ani- *al. crudelitatem.*
mam ſuam ponat ita periculosè quis pro a[illegible]. T[illegible] qui elegiſti habitare hu-
milis, & abiectus eſſe in domo Domini; q[illegible] iterum in his, quæ in æternæ *Pſal. 83. 11.*
confuſionis vergunt præiudicium iterum glorians? G[illegible] m[illegible] fallax & ſedu-
ctoria, decipit amatores ſuos. Quicquid enim vel in f[illegible] promittit, vel in *Pſal. 57. 8.*
præſenti prætendit, totum ad nihilum deueniet, tanquam aqua decurrens. Non
conſentias carni fatuæ, quæ ſe & te pariter trahit in laqueum gehennalem. Sicut
legitur de Zambri, qui ſe & domum regiam pariter dedit in combuſtionem, & ci- *3. Reg. 16. 8.*
bum ignis. Circumferimus hoſtem noſtrum, ſed iuxta verbum Salomonis, ab ea,
quæ dormit in ſinu tuo, cuſtodi clauſtra oris tui. Nulla peſtis efficacior eſt ad no- *Mich. 7. 5.*
cendum, quam familiaris & domeſticus inimicus; hic eſt ignis in gremio, ſerpens
in ſinu, hæc eſt vxor hominis litigioſa, peſſima caro noſtra. Quæ licet ſit vexata
doloribus, repleta illuſionibus, infecta ſordibus, afflicta infirmitatibus, obno-
xia paſſionibus, flagellis trita, plagis cæſa, morti denique deputata: tamen ad-
huc aculeis contradictionum hiſpida, rebellis, ſuperba, murmuroſa, queruloſa,
contumax, inquieta in ſuum & animæ coniurat exitium: nec poſſe ſatis fieri ſibi
putat, donec ſe & animam præcipitet in æternæ damnationis abyſſum. Cur non
attendit infœliciſſima caro, quam nobilem, & quam neceſſarium ſibi habeat ho-
ſpitem, cuius beneficiis ſuſtentatur, regitur & honeſtatur? Quod audit, quod vi-
det, quod ſentit, quod intelligit, quod loquitur, quod mouetur, totum hoſpiti ſuo
debet: cuius auxilio deſtituta fieret, quaſi terra ſine aqua, immundum mortici-
num, vermium cibus, aëris corruptela. Inuenta eſt iniquitas eius ad odium, dum
iniqueque odit, quod totis viſceribus debuerat dilexiſſe. Odit dico, qui enim diligit ini- *Pſal. 35. 3.*
quitatem, odit animam ſuam. Redeas quæſo ad cor amice chariſſime, & quo te traxe-
rit caro fatua non ſequaris. cæca eſt, & ſi tibi ducatum præſtiterit, ſecum in mortis
foueam te deuoluet. Noſti quid feceris: nam, vt verbo Salomonis vtar, defixiſti apud *Prou. 6. 1.*
extraneum manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis ſermoni-
bus. Iraſceris mihi, quia te ad viam vitæ arctioris tàm inſtanter inuito, quam tamen,
ſicut aſſeris, pertinaciter fugio & euito. Sanè alia eſt conditio mea, qui nunquam
alicuius voti vinculo me aſtrinxi: & aliam iudico tuam, qui ſanctioris voti propo-
ſitum ſolemniter emiſiſti. Scriptum eſt enim. Vouete & reddite. Conuertiſti *Votum neceſ-*
in neceſſitatem tuæ libertatis arbitrium, nec ſine animæ periculo, & famæ diſpen- *ſario [illegible]an-*
dio conuerſionem tuam detrectare poteris, aut differre. nam oblatum exigit, qui *[illegible].*
non exegerat offere[illegible]. Non eſt aliud votum protrahere, quam luxuriari in *P[illegible]*
CHRISTO. nec enim promiſſiones Dominus acceptat, niſi propter pr[illegible]- *[illegible]*
ſionis effectum. Feſtinantius igitur age, ne voti tui executionem mors improuiſa
ta præueniat, relinq[illegible], antequam à ſæculo relinquaris e[illegible]
ra [illegible]tudinis, de medio prauæ ac peruerſæ nationis, de te[illegible] ad lu[illegible]

[illegible]

[illegible] de exilio in patriam, de morte [illegible] vitam. [illegible] tuæ ſaluti proſpicere vel[illegible] ne tunc, timere [illegible] cum non poſſis. Qui opportunitatem [illegible], opportunitas eum fugit. [illegible] d[illegible] te. Forte in[illegible] ibi hora vndecima, [illegible] ad [illegible] dum Dominus te inuitat. Si non vis operari, dum potes, iuſto D[illegible] po[illegible] quando vol[illegible]. Vide quomodo in hac valle plorationis nos [illegible] [illegible] ibi D[illegible] & Angelis eius ſpectaculum [illegible] [illegible]. Alij [illegible] virginis ducti [illegible], & [illegible] [illegible] offer[illegible], alij [illegible] & [illegible] captant. quidam in locis cœnoſis [illegible] volutant. alij in deſiderijs animæ ſuæ mortem ſibi ad[illegible] [illegible]. alij in la[illegible] congregant. alij [illegible] [illegible]. alij prunas ardentes in ſinu ſuo colligunt. alij in profundo [illegible], quorum [illegible] finis interitus. alij exeuntes de nebula reſpirant in [illegible] [illegible] gratiam, cum iubilatione dicentes. Benedictus Devs, qui non [illegible] [illegible] interitus, qui nos eduxit de lacu miſeriæ, & de luto fæcis. [illegible] de tenebris ad lucem, de labore ad requiem, de perditione ad ſalutem. [illegible] ſanctimoniæ, [illegible] diuinæ [illegible], [illegible] diſciplinæ, pac[illegible] iuſtitiæ, & primitias fœlicitatis æternæ. Dic[illegible] tui tranſi[illegible], horrendum [illegible] cidere in manus Dei viuentis, vitamque, quæ non deficit, perdere, [illegible] uoluere dol[illegible]bus [illegible] p[illegible]eris.

Marginal references: 1 Cor. 4. 9. — Pſal. [illegible]. 4. — Pſal. 39. 3. — Hebr. [illegible]. 31.

EPISTOLA XII.

Ad quendam Nepotem ſuum.

ARGVMENTVM.

Conſolatur nepotem plus nimio de auunculi ſui obitu, incendio domus, [illegible] læſione dolentem: probatque huius vitæ afflictiones Diuini in nos amoris eſſe ſigna, & mundi tantam eſſe vanitatem, vt minime lugendus [illegible] mundo per mortem defunctus ſit.

INFORTVNIVM, quod deploras, quod[illegible] co[illegible] tu[illegible]: iuſtum eſt enim vt qui a[illegible] eram in proſperis, [illegible] amicitias in aduerſis. Nobis au[illegible] par[illegible] [illegible], tota ter[illegible] [illegible] [illegible] cum [illegible] ſtura [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] c[illegible], & [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] à [illegible], & [illegible] [illegible] [illegible] & [illegible]. In [illegible] [illegible]. Q[illegible] [illegible]

Marginal notes: Amelia vrbs Galliæ. — C[illegible] 8. 6. — [illegible] — [illegible] — [illegible] 2. 6

verbera, quã verba adulantis. Vtinam, inquit propheta, corripiat me iuſtus in miſeri- *Pſalm. 140. 5.*
cordia, & increpet me, oleum autẽ peccatoris non impinguet caput meũ. Si eliſit & *Pſalm. 145. 8.*
contriuit Dominus pedẽ tuum; ipſe eſt, qui erigit eliſos, q ſanat omnes contritiones *Pſalm. 59. 4.*
eorum. Cum ſimus omnes filij iræ, cur cauſaris in CHRISTO flagellum miſericordiæ? *Epheſ. 2. 3.*
Cum exarſerit in breui ira eius, quis ſcit, ſi conuertatur, & ignoſcat DEVS, & relinquat *Pſalm. 2. 12.*
poſt ſe benedictionẽ? nõ obliuiſcetur miſereri DEVS, ſed & iræ miſericordiæ recor- *Ion. 3. 9.*
datur. Si flagellũ eius cũ æquanimitate ſuſtineas, ira tranſibit in gratiã, atq; ſecundum *Pſalm. 76. 10.*
multitudinẽ dolorũ in corde tuo conſolationes eius lætificabunt animã tuã. Ideò forſi- *Hab. 3. 2.*
tan tẽporaliter te punit, vt æternę mortis ardores pœna redimat tẽporalis. In ędificio *Pſal. 93. 9.*
tẽpli omnes lapides prius malleis tundebantur, ne in illorũ poſitione ſonus mallei *3. Reg. 6. 7.*
audiretur: ſic & viui lapides, qui ponendi ſunt in illa cœleſti Hieruſalẽ, quæ ædifica-
tur, vt ciuitas, varijs infortuniorum tunſionibus prius poliuntur, quam in ædificio
cœleſtis habitaculi collocentur. Sed nec in horreo Domini reponitur granum, do-
nec flagellis, aut triturantium pedibus ſit excuſſum. Circa tui autem auunculi mor- *Non eſſe de-*
tem, magna tibi debet eſſe conſolationis occaſio, quòd innocentiſſimus erat, quòd *flẽdũ pie mor-*
in ſeculo nihil ſęculariter egit, & pro diebus æternis dies tranſitorios commutauit. *tuos.*
Ille introiuit in potentias Domini, & in theſauros gloriæ, quæ non tranſit, in pace *Pſalm. 70. 16.*
factus eſt locus eius. Nos in labore & ærumna vitam miſeram protrahentes facti ſu- *Pſalm. 47. 9.*
mus in opprobrium & deriſum, his, qui habitant in ciuitate Domini virtutum. non-
ne ſpectaculum facti ſumus ciuibus illis Hieruſalem, cuius participatio eius in idi-
pſum? cuius communicatio eſt in vinculo caritatis, & vnanimitate virtutum, cum
tota conuerſatio noſtra in id, & aliud tendat, & in vniuerſis actibus ſuis, non ſolum
à proximis, ſed etiam à ſeipſa tota diſſentiat. Conſidera ſingulorum iudicia, ſtudia, *Quàm mul-*
vota, conſilia, officia, dicta & merita, & videbis omnia quadam diſcolori, & repu- *tiplex mundi*
gnanti varietate confuſa. Quidam, qui ſine omni periculo & labore viuere pote- *vanitas.*
rant, certa mortis pericula, & labores importabiles amplectuntur, vt viuant. Qui-
dam more Tantalico in aquis ſitiunt, dum inter opulentias inedia ſe affligunt. Qui-
dam ſe voto continentiæ aſtrinxerant, & iuxta prophetam, tanquam equi emiſſarij
ad vxores hinniunt alienas. Quidam, cùm infinita congregauerint, ſe nihil reputant *Ier. 5. 8.*
congregaſſe. Quidam ſtudioſe inquirunt, nec inuenire ſufficiunt, qualiter modicu-
la, quæ habent, ſubitanea conſumatur. Quidam honores appetunt, & eos aſſequi
non poſſunt. Quidam honores fugiunt, & ad eos trahuntur inuiti. Quidam laudes
hominum vilipendunt, & in hoc ſunt laudabiles. Quidam omni tempore venan-
tur famam ſeculi, & omni tempore ſunt infames. Quidam per labores requiem
quærunt. Quidam in requie requiem inuenire non poſſunt. Quidam apud alios ve-
nerabiles, ſibi apud ſe vileſcunt. Quidam plus de ſe linguæ adulatrici, quàm con-
ſcientiæ ſuæ credunt. Quidam ſe tyrannica vſurpatione magnificant. Quidam ſe
ſua benignitate vilificant. Quidam ibi trepidant, vbi non eſt timor. Quidam in peri-
culo mortis certiſſimè ſunt ſecuri. Quidam non quieſcunt, donec rem habeant
conceptam; quam cum habuerint, vilem reputãt & abiectam. Quidam rem, quam
non concupierant, adepti, inæſtimabilem in ipſa concipiunt voluptatem. Quidam
ſimpliciter viuunt, & in omnibus proſperantur. Quidam verſantur in dolis, & eis
quælibet aduerſantur. Quidam pro habitu ſuo viuunt, & ſemper ſunt vegeti. Qui- *al. ſunt egeni.*
dam à regulis Hippocratis non deuiant, & aſſiduè ſunt infirmi. Quidam inſipien-
tiam ſimulando ſapiunt. Quidam nimis ſapiendo deſipiunt. Quidam à philoſophiæ
ſtudijs ad arma proſiliunt. Quidam à clauſtrali aut ſcholari quiete migrãtes, quotidia-
na membrorum fatigatione ſe frangunt. Quidam in litigijs & contradictionibus

glorientur. Quidam, ſi eos oportuerit litigare, torquentur. Quidam in rebus nugatoriis ſunt plurimum circumſpecti, in arduis autem, atque ſeriis, & quæ maturo indigerent conſilio, penitus inconſulti. Quidam amicis & domeſticis ſuis graues, inimicos humiliter venerantur. Quidam veriſſimæ amicitiæ profeſſores inimicos ſeueriſſime perſequuntur. Quidam ſe ſuperbè humiliant, quidam humiliter ſe exaltant. Quidam in ſuis mendaciis gratioſi ſunt. Quidam ſemper laborant eſſe veriſſimi, & mendaciſſimi reputantur. Quidam ea ſemper differunt, quæ differre non expedit: ibique ſunt præcipites, vbi res ſaniore conſilio indigeret. Quidam in perniciem animæ coniurantes, curam corporis in deliciis agunt. Quidam zelantes ſalutem animæ corpori miſero & afflicto non parcunt. Quidam de craſtino nunquam cogitant. Quidam in vniuerſis oculos prouidentiæ dirigunt in futurum. Quidam de proprio patrimonium CHRISTI augent. Quidam CHRISTVM ſequuntur pauperem, vt de CHRISTI patrimonio ſuis nepotibus theſaurizent. Quidam interius ſimplices, exterius ſunt auſteri, vt ſic inter fratres vinculum ſociale concilient. Quidam exterius manſueti murmurant interius, vt fraternæ ſocietatis vnitatẽ diſſuant. Quidam iraſcentes ad horam inſaniunt. Quidam diſſimulatorio vultu palliant ad tempus iniurias & abſcondunt. Quidam ſub riſu fictitio plorant. Quidã ſub hypocriſi lamentationis exultant. Quoſdam ad damnoſos honores inducit ambitio. Quidam nihil honores reputant ſine lucro. Quidam libentius donant ſemper ingratis. Quidam libentius mutuant debitoribus nunquam mutuum ſoluturis. Quidam omnes libros reuoluunt, & nihil addiſcunt: ſed & quidam omnia promittentes, promiſſa non ſoluunt. Quidam omnia imprudenter agunt, & ipſis pro voto ſuccedit. Quidam omnia conſilioſè diſponunt, & ſemper in contrarium eis cedit. Quoſdam nobilitas ſua magnificat, quoſdam humiliat, & quandoque apud Principes acceptior eſt fatuus, quia ignobilis: quàm nobilis, quia prudens. Quidam omnem ſolicitudinem à ſe prorſus excutiunt. Quidam non ſolum ſuis, ſed etiam alienis negotiis ſe minus ſufficienter inuoluunt. Quidam omnia conſilio alieno diſponunt. Quidam in omnibus ſequuntur propriæ voluntatis arbitrium. Quoſdam negotia, licet ardua nunquam ſolicitant. Quidam in rebus etiam nugatoriis curioſè ſe torquent. Quidam, vt alienis parcant expenſis, ſeipſos euacuant. Quidam de alieno prodigi, de proprio ſunt auari. Quidam ſatis tenues, multa veſtimenta faciunt & conſuunt. Quidam, quod deterius eſt, multa ædificia incipiunt, nec conſummant. Quidam comedunt, vt ieiunent. Quidam ieiunant, vt comedant. Et quid per vniuerſa excurram? Si linguis hominum loquar, aut angelorũ, diſſonantias habitantium, in hac terra diſſimilitudinis recenſere non potero, cum vnuſquiſq; non

Sap. 4. 11. tantum à proximis diſſentiat, ſed diſſideat à ſeipſo. Gaude igitur, ſi raptus eſt auunculus tuus de hoc ſæculo nequam, ne malitia mutaret intellectum ipſius. De mundo

Phil. 2. 15. eductus eſt, quo mundus non erat dignus. Aſſumptus eſt de medio prauæ ac peruerſæ nationis, vt habitet in ſplendoribus ſanctorum: vbi ad pacem & conſonãtiam vniuerſa componit harmonia virtutum: vbi viuendi eſt inuariabilis ſtatus & æternus gaudiorum. De incẽdio autem domus, aut pedis extorſione, ne murmures. Nam

Pſal. 25. 12. ſi animi dotes, quibus præcellebat auunculus tuus, imiteris, pes tuus ſtabit in dire-

Pſal. 118. 104. cto, & erit Dominus lucerna pedibus tuis, & ſic ſuper ſemitas iuſtitiæ te deducet, vt

2. Cor. 5. 1. pro domo fragili domum habeas in cœlis non manu factam, ſalubrem, iucundam, decoris incomparabilis, & æternam. Mitte mihi verſus & ludicra, quæ feci Turonis: & ſcias, cum apud me tranſcripta fuerint, eadem ſine dilatione aliqua rehabebis.

EPI-

EPISTOLA XII.

Ad monachum nouitium.

A[illegible]GVMENTVM.

Monachum nouitium reprehe[illegible] ante tempus Prioratum, hoc eſt, liberam è monaſterio egrediendi, & verbum Dei prædicandi poteſtatem affectantem: monetq; monachi nouitij potius eſſe doceri quam docere; ſub[illegible]e, quam præeſſe: latere, quam in publicum prodire.

CLAVSTRVM & custo[illegible]iam po[illegible] [illegible] meo: ſed [illegible] in amaritu-
dinis verba relaxare compel[illegible] & clauſ[illegible]lis appetas
Prioratum. Dicis, quòd in patroci[illegible] poſtulas multos
lucrifaceres DEO: de tuo ſiquidé luc[illegible] [illegible]ro[illegible]e [illegible]um
certus. Nam quid eſt clauſtralem redire ad [illegible] habitato-
rem cadere in infernum? Vis præeſſe, antequam ſubeſſe, [illegible] & diſci- *Nouitij eſt*
plinatum præuenis magiſtratu. Ordo hic præpoſterus eſt, pri[illegible] [illegible] *[illegible], non*
te doceri: Apoſtolus Timotheum inſtruens, qualem deberet eligere [illegible] *præeſſe.*
Verbi DEI; Non neophytum, inquit, ne forte ſubitò elatus in ſuper[illegible] inci[illegible] *1.Tim.3.6.*
tentationem diaboli. Periculoſum eſt neophytis, & nondum in ſancti[illegible] [illegible]
matis, exire in publicum, & vſurpare officia perfectorum. Nam filius S[illegible] *4 [illegible] 19*
quoniam adhuc tener & puerulus egreſſus eſt ad meſſores, reuertens a[illegible] &
clamans, caput meum doleo, extinctus eſt. Dina filia Iacob, niſi in publicũ ex[illegible]ct, [illegible] *Gen.34.1.*
chem raptoris ſui violentiam declinaſſet. Inter Iacob manſuetudines computatu[illegible]
quod domi ſedebat, quando Eſau durus & hiſpidus exterius venabatur. Vtinã deſi- *Gen 25 25.*
derium tuum eſſet, iugo Domini aſſueſcere, & ſedere in clauſtro, maximè dum ado-
leſcentia eſt in curſu. Nam teſte ſapientia, bonũ eſt viro, cum portauerit iugũ Do- *Thren.3.27*
mini ab adoleſcentia ſua; ſedebit ſolitarius & tacebit: leuabit enim ſe ſupra ſe. Proni *Gen.8.21*
autem ſunt ſenſus hominis, ſicut dicit Scriptura, ab adoleſcentia in malum. Ample-
ctere igitur iugũ Domini, & delectare in vinculis eius: iugũ enim Domini ſuaue eſt, *Matth.11.30.*
& onus eius leue. De ſapientia ſcriptum eſt: inijce pedem tuum in compedes eius, & *Eccli.6.25*
ne acedieris vinculis eius. Clauſtrũ ſemel ingreſſus, clauſiſti te, & CHRISTI vinculis *Monachi eſt*
alligaſti. Clauſiſti ſane & alligaſti te per obedientiæ iugum, per clauſurã ordinis, per *incluſum eſſe*
diſciplinæ obſeruantiã per timoris & reuerentiæ ligaturã. Clauſuram hanc abiece- *clauſtro.*
rat ille de quo Salomon improperãdo decantat, dicẽs. Per agrũ pigri hominis tranſi- *Prou.24.30.*
ui, & per vineam ſtulti, totumq; repleuerant vrticæ & ſpinæ, & maceria lapidũ eius
deſtructa erat. Scio equidem quod ſciolus es, & tecum aliquid de ſcholari ſciẽtia at-
tuliſti in clauſtrũ. Veruntamen non exiſtimes te habere ſpiritum DEI, donec draco *Exod.7.12.*
Moyſi deuoret dracones Pharaonis: donec ſcientia caritatis euacuet ſcientiã vanita-
tis. Adhuc nouitius es, & ignoras, qualiter te in agricultura Domini oporteat labo-
rare. Scriptum quippe eſt in lege Domini. non arabis in primogenito bouis. In Le- *Deu.15.19.*
[illegible] legis, ſi obtuleris munus primitiarum frugum tuarum Domino de ſpicis ad- *Leu.2.14.*
huc virentibus, torrebis eas igni, & confringes eas in modum farris: in quo vita no-
uitiorum patenter exprimitur, quorum mentes adhuc deſideriorum carnaliũ hu-
moribus grauidæ & tum[illegible]es non acceptantur in ſacrificio Domini, niſi prius igne
tribulationis torreantur: nec paleas priorum deponunt affectuum niſi per laborem
& abſtinentiam confringantur. Verbum Eccleſiaſtici eſt non te immittas in popu- *Eccle.7.8.*
lum, nec alliges tibi peccata duplicia: quod quidam faciunt, qui citra meritorũ ſuffi-
cien-

cientiam officium docentis aſſumunt. Sicut aſſeris, caritas ad magiſterium te com-
1. Cor. 13. 5. pellit: cui putas illudere? Apoſtolus ad Corinthios loquens dicit: caritas nō eſt am-
Eccl. 12. 13. bitioſa, non agit perperam: nos autem ſcimus, quia perperam facis, & ad hoc [illegible]
Ioan. 21. 16. ambitio te inducit. Si percuſſus fuerit incantator a ſerpente, quis medebitur ei? [illegible]
Dan. 13. 45. fuerunt principi Apoſtolorum cōmiſſæ claues regni cœlorum, donec terna [illegible]
Iud. 3. 9. ſione fidei probaretur. Vtinam ſuſcitaret Dominus ſpiritum tuū, qui ſuſcitauit ad li-
Iud. 4. 4. berationem Suſannæ ſpiritu pueri iunioris. Ipſe ſuſcitaſſe legitur ſpiritū Othoniel,
Iud. 6. 14. ſpiritum Delboræ, ſpiritū Gedeonis, & aliorū omnium, quorū miniſterio ad libera-
Gal. 1. 1. tionē populi ſui vtebatur. Neſcio, ſi forte cū Apoſtolo dicis, q; non ab homine, ſed a
Matt. 26. 51. DEO duntaxat Euangeliū didiciſti. Vtinam noueris, quia qui gladium accipit, gladio
Inſtit. l. 1. tit. peribit. ſe namque interimit, qui verbum prædicationis indigne præſumit. Lex Im-
14. qui teſt. perialis minorem viginti quinque annis ad tutelæ officium non admittit. Sed nec
tutor. §. furio- Ezechieli, donec triceſimum annum compleat, aperiuntur cœli, vt viſiones Dei in-
ſus. & l fin. C. telligat. Nec Moyſes ad liberationem populi de Ægypto mittitur, donec annos ſe-
de leg. tuto ptuaginta tranſcendat. Doleo, quia Prioratum deſideras. Prioratum autem le[illegible]
Ezech. 1. 1. obtineres, ſi deſiderares eſſe poſterior. Ille, qui ſolus de puluere erigit pauperem, in
Exod. 7. 7. ſchola Euangelicæ diſciplinæ nos erudit non appetere Prælaturam. Ardes deſiderio
Pſal. 112. 7. lucendi aliis: vtinam arderes ardenti deſiderio non lucendi. Erat, inquit CHRISTVS,
Periculoſum Ioannes lucerna ardens & lucens. Sufficiat tibi, ſi in clauſtro ardeas. Si enim velis lu-
appetere Præ- cere coram hominibus, timeo, ne lumen, quod in te eſt, tenebræ ſint. Nam qui ho-
laturam. minibus placent, confuſi ſunt, quoniam DEVS ſpreuit eos. Bonum eſt ardere, ſed
Ioan. 5. 35. igne caritatis, non vanitatis. Ignem, dicit Dominus, veni mittere in terram, & quid
Luc. 11. 35. volo, niſi vt ardeat? Ardebat ſiquidem & lucebat ille, quo maior inter natos mulie-
Pſalm. 52. 6. rum, Veritatis teſtimonio, nemo ſurrexit. Tu verò, quandiu ſub modio es, ar[illegible] ti-
Luc. 12. 49. bi potes & lucere, ſed paucis: lucere autem publice non eſt tibi datum, donec ſuper
Luc. 7. 28. candelabrum colloceris. Suſtineas igitur interim, & ardeas ſapienter. ardet enim re-
Pſal. 117. 12. probus, ſed ſicut ignis in ſpinis. Exarſerunt & illi, qui, ſicut legitur, in concupiſcen-
Dan. 13. 8. tiis ſuis. Si vis exire de clauſtro, vt obtineas libertatem, decipis & aberras. recedens e-
nim a clauſtro, elongaris a DEO. Nec poſſum te videre liberiorem, quam ſi pro
CHRISTO clauſtralem ſubeas, & impleas ſeruitutem. liberatum te [illegible]
ex corde, cui ſeruire regnare eſt. Dicis, quòd ſi haberes Prioratum, [illegible] libe-
ram egrediendi & prædicandi licentiam, fructum in Eccleſia DEI [illegible]
Matt. 26. 48. uum. faceres quidem, niſi, quia [illegible] oſculo proditoris [illegible]
te fallaci oſculo alliceret, angelis Satanæ dicebat; Quemcunque oſculatus fuero,
ipſe eſt: tenete eum. Iam te præ[illegible] tenent [illegible] & te deſiderare compellunt,
Gal. 3. 3. quod ſpontaneus abiuraſti. Vereor, ne cum ſpiritu cœperis, carne conſummeris. re-
nunciaſti ſeculo & pompis eius, & ſpiritualem in te [illegible]
Ioſ. 6. 26. [illegible] maledictus, qui [illegible] Iericho. Non decet
ad ſeculum redire monaſticæ [illegible] profeſſionem. [illegible] prædicare & docere [illegible]
[illegible] doceant, quod [illegible] te oporteat. Adhuc [illegible] non docentis [illegible]
[illegible]. Porro quidem de domo tua exierunt, [illegible] inſtruendi & [illegible]
Matth. 18. 7. [illegible] conuertendi, & per eos [illegible] eſt domus tua. Neu-
Matth. 23. 15. nem palpat Dominus. Væ homini, per quem ſcandalum venit. Væ, inquit CHRI-
2 Tim. 3. 6 STVS vobis, quia circuitis mare & aridam, vt faciatis [illegible] Hi ſunt, dicit
Eccl. 38. 25. Apoſtolus, qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas pecca-
Epheſ. 6. 20. tis. [illegible] in clauſtro potes legere, ſcribere, & docere. Sapientia [illegible] ſcri-
Idem. 36. 5. be in otio, & qui minoratur actu, percipiet eam. Nam & Paulus in [illegible]
beat.

bebat,& ædificabat alios ad ſalutem. Ieremias clauſus in carcere, ſcribit & præcipit Baruch,vt legat comminationes Domini. Ama quæſo clauſtrum, & abſcinde ab animo tuo deſiderium exeundi: nam iuxta ſententiam cordis mei, ſi paradiſus in hac vita præſenti eſt, vel in clauſtro eſt,vel in ſcholis. Quicquid enim extra hæc duo eſt, plenum eſt anxietate,inquietudine,amaritudine formidine, ſolicitudine & dolore. Tu verò neſcio quam ſæculi dulcedinem ſomniaſti in clauſtro,quam ſi forte per inſipientiam apprehenderis, auolabit vt ſomnium, & inter nugatorias beatitudines, quas ſuſpicas,inuenies te deluſum. Fallax & ſeductoria illa euagandi voluptas conſumet clauſtralis innocentiæ fructus: & quod nunc reputas honorabile & lucroſum, in tuæ famæ diſpendium & periculum animæ conuertetur. *Paradiſus vel in clauſtro, vel in ſcholis.*

EPISTOLA XIV.

Ad Sacellanos aulicos Regis Anglorum.

ARGVMENTVM.

Fatetur ſe morbi grauis beneficio cognouiſſe vitæ aulicæ pericula. Eiuſdem multiplices vanitates & moleſtias prolixè deſcribit. Clericos doctiores ait apud DEVM *inexcuſabiles eſſe,ſi aulas ſectentur, & ſacellanos, ad quos ſcribit, hortatur,vt ſuo exemplo,eas deſerant.*

DILECTIS DOMINIS, ET AMICIS CLERICIS DE Capella Domini Regis, ſuus PETRVS Bleſenſis Bath. Archidiac. ſalutem in vero ſalutari.

GRATIAS ago gratiæ veſtræ, quantas poſſum, quia quamdiu conuer-
ſatus ſum inter vos,me fraterno coluiſtis affectu:nec minus mihi apud
vos effecit gratia, quam apud alios diuturna nutrituræ cōditio,aut na-
tura. Si equitabamus, eratis lucerna pedibus meis, eratis mihi pro ve- *Pſal. 118. 104.*
hiculo in via. Si aūt veſtris indulgebatur iumētis ſabbathum, (homines
enim in curia ſabbathizare non vidi, vnde & in ea parte melior eſt conditio iumen-
torum) tædium illud, quod frequenter afficit curiales, veſtra mihi dulciſſima collo-
quia furabantur; eratiſq; ſolatium & exultatio mea in via,in camera,in capella. Du-
ctus equidem quodam ſpiritu ambitionis, me totum ciuilibus vndis immerſeram:
DEVMq; & Eccleſiam eius, atq; ordinem meum poſt terga reiiciens, non quanta fe-
ciſſet mihi Dominus, ſed quantas poſſem mihi aggregare diuitias, anxius attende-
bam. Eorum ergo, quæ retrò ſunt,oblitus, me ad anteriora,ſed non more Apoſtoli,
porrigebam: veruntamen caſtigans caſtigauit me Dominus, & morti non tradidit *Phil. 3. 13.*
me:quem lecto doloris affligens,in corpus paruum,abiectum,& miſerum,ſpiritum *Pſal. 117. 18.*
ſuæ indignationis infudit. Anxiabar ad mortem,iamq; corporis & animę diuortium *Vide epiſt. 31.*
certiſſimè imminebat:ſed intelligens pater miſericordiarum, quia datura eſſet mihi
vexatio intellectum, iratus,miſericordiæ recordatus eſt,ſimulq; ſpiritū irę ſuæ cohi- *Iſa. 28. 19.*
buit,& à me ambitionis ſpiritum exſufflauit. Sanè frequenter legeram verbum illud *Pſal. 97. 3.*
Salomonis Ire de hoſpitio in hoſpitium vita peſſima eſt. Sciebam,quia vita curialis, *Eccleſ. 29. 31.*
mors eſt animæ:recolebam, damnabile eſſe in clerico, ſe curialibus aut ſæcularibus
negotiis immiſcere. Nec à memoria mea exciderat illud Eccleſiaſtici verbum, quod
me, & conſimiles à curialibus curis debuerat abſtraxiſſe. Noli, inquit, ab homine *Eccl. 7.*
quærere ducatum,neq; à Rege cathedram honoris: penes Regem noli quærere vi-

deri ſapiens non quæras fieri iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates populi.
non te immittas in multitudine ciuitatis, nec alliges tibi peccata duplicia. Porrò ſic
me inebriauerat ambitio, ſic me blãda Principis promiſſa ſubuerterant, vt ſciens &
prudens viderer in omne diſcrimen animæ, corporiſque diſpendium pertinaciter
Pſal. 76.7. coniuraſſe. Veruntamen in flagella Domini gratiam paternæ correctionis intelli-
Gen. 39.12. gens, meditatus ſum nocte cum corde meo, & exercitabar, & ſcopebam ſpiritum
Matth. 9.9. meum. Sic pallium cum Ioſeph, cum Matthæo telonium, ſyndonem cum Ioanne,
Mar. 14.52. cupiditatis hydriam cum Samaritana relinquere & abiurare decreui. Adiuuit me
Ioan. 4.28. Dominus, & ambitionis ardorem, quem prius in me torrentes auri & argenti tem-
Pſal. 67.29. perare non poterant, ros diuinæ miſerationis extinxit. Confirma hoc DEVS quod
Ioſ. 6.26. operatus es in me: nec me redire ad vomitum, nec meam, quam deſtruxi, Iericho
reædificare permitte. Ego putridiſſimus puluis, & modico flatu diſpergendus in
ventos, vt quid ad ampliores diuitias anhelabam? Modicus venter meus quotidie
modico pane contentus eſt: dederatq; mihi Dominus, vnde ſingulis diebus cum hi-
laritate animi, & quiete corporis, poſſem paſcere multos ventres. Nunquid infœlix
debui venari & ieiunare in caſtris in animæ & corporis mei exitium, vt paſcerẽ mul-
titudinem iumentorum & hominum? nunquid gloria hominis eſt, homines & iu-
1.Cor. 6.13. menta paſcere, & à verbo DEI & à cibo animæ ieiunare? Eſca ventri, & venter eſcis,
Ioan. 6.58. dicit Apoſtolus: DEVS autem hunc & has deſtruet: porro panis vitæ duraturus eſt in
æternum. Sanè ſeruientes, de quorum numeroſa multitudine magnates plurimum
gloriantur, ſuorum venatores ſunt & aucupes Dominorum: prædam enim ſequun-
tur non homines. Quod ex eo manifeſtiſſimè liquet: quia illos, quos in diuitias &
honores extulit fortuna clementior, nec numeroſitas illa clientelæ ſecuta eſt, dum
adhuc pauperes eſſent, nec hodie ſequeretur, ſi in conſimilem reciderent pauper-
Vanitas vitæ aulicæ. tatem. Pro hac vaniſſima vanitate militant hodie noſtri curiales in labore & æru-
mna, in vigiliis multis, in periculis magnis, periculis maris, periculis fluminum, peri-
culis pontium, periculis montium, periculis in falſis fratribus; in mortibus frequen-
ter in confractione & laſſitudine corporis, atque in aliis vitæ diſcriminibus, in qui-
bus gloriam martyrij mererentur, ſi hæc pro CHRISTI nomine ſuſtinerent. Nunc
autem ſunt martyres ſæculi, mundi profeſſores, diſcipuli curiæ, milites herlinini:
Act. 14.22. per multas ſiquidem tribulationes intrant iuſti in regnum cœlorum: hi autem per
Iſa. 5.18. multas tribulationes promerentur infernum. Væ qui trahitis iugum iniquitatis, ſicut
Matt. 16.26. propheta commemorat, in funiculo vanitatis. Quid prodeſt homini, ſi totum mun-
dum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? Longè melius foret eſſe iu-
Prou. 11.4. ſtum, quàm diuitem, teſtimonio Salomonis: non proderunt diuitiæ in tempore vl-
Pſal. 48.18. tionis: Diues enim cum interierit, non ſumet omnia, & non deſcendet cum eo glo-
ria domus eius. Miſerrimi, quando fruemur cum quiete bonis, & gaudio, quæ ſupra
omnem noſtrorum exigentiam meritorum nobis gratia diuinæ miſerationis indul-
ſit? Libenter ſiquidem frueremur; ſed domina ambitio non permittit, quæ ad ma-
gnarum diuitiarum acquiſitionem nos excitat, & ſemper hiatus aperit ampliores.
Eccle. 5.9. Veruntamen iuxta Salomonem, auarus non implebitur pecunia: & qui amat diui-
tias, fructum non capiet ex eis. Apud homines quidem vilis, ſed apud DEVM & an-
gelos eius glorioſus eſt titulus paupertatis. Scio, quia eos qui in curia Domini Re-
gis morantur, aut potius moriũtur, ſpes regiæ liberalitatis frequenter exhilarat, quæ
quandoque in multos magnificè & munificè ſe effundit. Sperat autem vnuſquiſque
ſibi euenturum, quod videt pluribus aliis eueniſſe. Sub iſtius expectationis dulcis &
incertæ ſolatio tædioſa delectant, grauia leuigantur, amara dulceſcunt, noſtriq; mar-

tyres

tytes labores, quamuis infirmi; expenſas etiam, quamuis auari, non ſentiunt. *Sic, vt non perdat, non ceſſat perdere luſor. Et reuocat cupidas alea blanda manus.* Videntur mihi in verbis & deſideriis illum Perſij verſare verſiculum. *Jam dabitur, iam, iam: donec deceptus & exſpes, nec quicquam fundo ſuſpirat nummus in imo.* Porrò iuxta Sapientem; ſera eſt in fundo parſimonia. Illud in curia deteſtabile eſt, quia qui magis diligunt, minus diliguntur. Imperiti etiam, & omninò inutiles elegantioribus beneficiis ampliantur, diuitiæ accumulantur diuitibus: nec eſt qui reſpiciat ad inopem & mendicum. Helizæus implebat vaſa vacua: & deficientibus vaſis vacuis ſtetit oleum. In curia verò contemnuntur vaſa vacua, & plena implentur, ligna in ſyluas, & aquæ in maria deferuntur. Ego ſanè diſpendia enormium expenſarum, & ſuper omnia, iacturam perditi temporis, deplorarem: niſi, quia maximum laboris mei reputo fructum, quod noſtrum Principem per gratiam DEI & ſuā ſemper habui propitium, mitem, affabilem, & benignum. Nunquam porrexi ei preces, quas non admiſerit liberaliter: præparationem etiam cordis mei in pluribus eius benignitas quandoque præuenit. Diligebam ipſum, & diligo, & ſemper diligam ex affectu: nec me diligat DEVS, cum ab ipſius dilectione deſiſtam: gratia namq; eius me perpetuò vendicauit in ſuum: ſuumq; ſemper erit, ſi quid cogito, ſi quid ſcribo, ſi quid ſum, ſi quid valeo, ſi quid poſſum. Hinc erat, quod quãdiu veſtra vſus ſum comitiua, quælibet dies, in qua Domini Regis alloquio non fruebar, mihi triſtis & nubila videbatur dies: in qua verò ſuo me dignabatur alloquio, mihi tota tanquam dies imperialis in gaudio ducebatur. Confidentiſſimè dico, maioremq; partem mundi teſtem habeo, in hac parte à tempore CAROLI, nullum fuiſſe Principem, adeò benignum, prudentem, largũ & ſtrenuum: Hæc pauca in eius commendatione perſtrinxi, quia in his quatuor omnia bona Principum efficaciter concluduntur. Porrò quamuis obſequium & reuerentiam debeamus Principibus, & maximè Regi, iuxta Apoſtolum, tanquam præcellenti: tamen noſtræ profeſſionis homines efficacius poſſent in Eccleſiis deſeruire Principibus, quam in caſtris. Simpliciores equidem, & qui minus in diuina pagina ſunt eruditi, ſi in obſequio regiæ maieſtatis militare proponunt, nõ arbitror hoc abſurdũ. Verùm, in ſacris ordinibus conſtitutus, & ſacro eloquio pollẽs, qui iã tenetur fontes ſuos deriuare foras, talentumq; ſibi à Domino creditũ cum lucro ad Dominum reportare, omninò inexcuſabilis eſt, ſi curialibus vinculis ſe innectit. Audite qd de talibus dicat Dominus per prophetã, Dedi eis, inquit, argentum & aurũ meum: ipſi verò de auro & argento meo operati ſunt Baal. Nonne fabricãt Baal de auro & argẽto Domini, quibus ſapientiam & eloquentiã dedit DEVS ad dandam ſcientiã ſaluti plebi eius: ipſi verò talentũ Domini terræ infodiunt; atq; Baal cõſtruunt, dum pro temporalium rerum queſtu, quaſi ſub iactu aleæ, vitam & animam ponunt? Iſti conſtituunt arcã Domini in Azoto, qđ interpretatur, ignis concupiſcentiæ: quia per ambitioſam concupiſcentiã gloriam noſtræ profeſſionis euacuant. Conuertit Dominus flumina eorũ in ſanguinẽ, ne bibant: terramq; ferreã, & cœlũ æneum dat eis, vt pluuiæ cœleſtis expertes fructũ vitæ non faciant. Scienter equidem & prudenter pereunt, qa immiſcuit eis Dominus ſpiritũ vertiginis, eiſq; rotã malorum rex ſapiẽs impiorum ventilator immittit. Perditæ vitæ homines ſe laboribus torquẽt, cruciãt curis, expenſis euiſcerant: nonne figurã araneæ gerunt, q̃ de ſuis viſceribus telã texit, vt capiat muſcam viliſſimã? Quid eſt inanis gloria, quam venãtur, niſi muſca viliſſima, murmuroſa, ſordida, pungitiua? Quidam allegantes excuſationem in peccatis, & veteris Adæ perizomata præferentes, interrogantibus, quare curiã ſequantur, quam DEO & ſaluti ſuæ non ambigunt eſſe contrariã; ad colorẽ & tuitionẽ ſuæ ambitionis

Ouid. l. 1. de arte am.
Perſ. Sat. 2.
Seneca ep. 1.
4. Reg. 4. 5.
Amor Bleſenſis in Regem Angliæ.
CAROLI Magni.
1. Pet. 2. 13.
Clericos rudiores poſſe verſari in aulis Regum, nõ doctiores.
Oſe. 2. 8.
1. Reg. 5. 1.
Pſal. 77 44.
Deu. 28. 23.
Iſa. 19. 14.
Gen. 3. 7.

Exod. 3. 10. exempla antiqui temporis introducunt. Ad correctionem & eruditionem Regum,
Ier. 33. 6. inquiunt, miſſi ſunt, Moyſes ad Pharaonem, Ieremias ad Sedechiam. Helias ad A-
3. Reg. 18. 1. chab. Olda ad Ioſiam. O clerice curialis: nunquid Dominus miſit te ad Regem? in
obſequiū eius te miſit, aut potiùs intruſit ambitio? Certè poſt ſigna in rubo, in ſer-
Exod. 3. 11. pēte, in manu leproſa, ab iniuncta legatione Moyſes ſe excuſat. Si tibi legatio etiam
Exod. 4. 10. impoſſibilis à rege iniungitur, ſponte te offers, magna dicis, & maiora promittis: cu-
pienti enim animo nil graue videtur, nihil ambitioſo difficile: ideoque ambitio eſt
1. Cor. 13. 4. quędam ſimia caritatis. Caritas enim patiens eſt pro æternis: ambitio patitur omnia
Ambitio caritati collata. pro caducis. Caritas benigna eſt pauperibus: ambitio diuitibus. caritas omnia ſuffert
pro veritate: ambitio pro vanitate. vtraq; omnia credit, omnia ſperat: ſed longe diſ-
ſimili modo: hæc ad gloriam huius vitæ, illa ad gloriam ſine fine. Nam in igne ali-
ter ſe habet aurum rutilans; & aliter palea fumans. caritas nunquam excidit: ambi-
tio nunquam ſurgit. ambitio eſt enim ipſa iniquitas ſuper talentum plumbi. Hæc eſt
Zach. 5. 6. oculus omnium curialium, ſicut Zacharias dicit. hæc eſt oculus eorum in vniuerſa
1. Reg. 11. 2. terra, non dexter oculus, ſed ſiniſter. Omnes enim, qui militant in caſtris ambitio-
nis, capti ſunt à Naas Ammonite, dextroſque oculos amiſerunt: perſpicaces enim
ſunt in acquiſitione temporalium, iacturam verò vitæ, quæ præterit, & imminentia
mortis æternæ ſupplicia non attendunt: cæcutiētes autem ſunt ad bonum, ſed per-
Ierem. 4. 22. ſpicaces in malum. Sapientes ſunt, dicit propheta, vt faciant mala: bona autem face-
Thren. 4. 1. re neſciunt, ipſi autem tanquam lapides ſanctuarij diſperſi ſunt in capite omnium
platearum. Rerum temporalium acquiſitioni impēdunt, quicquid ſciunt, quicquid
loquuntur, quicquid faciunt. De illo potiſſimùm miror: qualiter curiales ſuſtinere
Aulica tractatio in cibo & potu. poteſt moleſtias, qui diu ſcholari militiæ, & caſtris diſciplinalibus aſſueuit. Ad curia-
les redeo: apud quos in accipiendo cibo, in equitatione, in vigiliis non eſt ordo, non
eſt ratio, non eſt modus. Apponitur clerico, aut militi curiali panis non elaboratus,
non fermentatus, confectus ex cereuiſiæ fecibus: panis plumbeus, loliatus & cru-
dus: vinum verò, aut acore, aut mucore corruptum, turbidum, vnctuoſum, ranci-
dum, piceatum, & vapidum. Vidi aliquando vinum adeò fæculētum magnatibus ap-
poni, quod non niſi clauſis oculis, & cōſertis dentibus, cum horrore & rictu, cribra-
ri oportebat potiùs, quàm potari. Cereuiſia, quæ in curia bibitur, horrenda guſtu,
abominabilis eſt aſpectu. In curia, propter frequentiam populorum animalia ven-
duntur indifferenter, ſana & morbida: piſces etiam iam quatriduani: nec tamen ali-
quid de pretio putredo aut fetor imminuit. Seruientes enim de infœlicium conui-
uarum morte aut languore non curant, dummodo Dominorum ſuorum menſis
plenioribus ferculis ſeruiatur: implentur morticinis, fiuntq; multorum ſepulchra
mortuorum diſcumbētium ventres. Multi etiam ex ciborum huiuſmodi corrupte-
la frequentiùs morerentur, ſed famelica vētris ingluuies, & illius exitialis abyſſi ſcyl-
læa vorago ope laborioſæ exercitationis omnia conſumit. Hinc eſt, quòd ſi in aliquo
municipio, ſpacium moræ productioris indulgeant, aliqui eorum ſemper manent
moribundi. Vt cæteras taceam: moleſtias mareſchallorum ſuſtinere non poſſum:
hi ſiquidè blandiſſimi ſunt adulatores, detractores peſſimi, improbiſſimi emuncto-
res. Importuniſſimi ſunt, donec accipiant: cū acceperint, ſunt ingrati: & niſi manum
De voce Mareſchallorum lege B. Rhen. lib. 2. rerum Germ. donator continuet, inimici. Vidi plurimos, qui Mareſcallis manum porrexerant li-
beralem: hi, dum hoſpitium poſt longi fatigationem itineris cum plurimo labore
quæſiſſent, cùm adhuc eſſent eorum epulæ ſemicrudæ, aut cùm iam fortè ſederēt in
menſa, quandoq; etiā, cùm iam dormirent in ſtratis, mareſcalli ſuperuenientes in ſu-
perbia & abuſione, abſciſſis equorum capiſtris, eiectiſq; foras ſine delectu, & non
ſine

ſine iactura, ſarcinulis, eos ab hoſpitiis turpiter expellebant, amiſſiſq; omnibus ad quietis nocturnæ ſolatiũ comportatis nõ habebant miſeri, diuites tamen: vbi nocte illa capita reclinarent. Curialibus miſeriis illud adiicio: quod ſi Rex alicubi perendinare promiſerit, maximè ſi regiam vox præconi publicauerit voluntatem, certiſſimè ſcias, quia Rex ſummo mane iter arripiet, & propoſitum ſingulorum inopina ſubitatione deludet. Ideò frequenter euenit, quod hi, qui ſibi in curia ſanguinem minuunt, vel acceperint medicinam, omiſſa corporis cura Principem ſequuntur; & ponentes vitam ſuam quaſi ſub iactu aleæ, ne perdant, quod nec habent, nec habituri ſunt, ſeipſos perdere non verentur. Videas, homines quaſi furioſos excurrere, ſagmarios inſtare ſagmariis, & quadrigas occurſare quadrigis: omnes tumultuari ad inuicem: vt ex ipſa rerum turbatione tibi apertiſſimè deſcribatur facies inferni. *Vide* NOTAS.
Quod ſi Princeps prædixerit, ſe ad certum locum ſummo mane in craſtino profecturum: ſententia procul dubio mutabitur: ideoque ſcias eum vſque ad meridiem dormiturum. Videbis ſagmarios ſub oneribus expectantes, ſilere quadrigas, dormitare præambulos, mercatores curiæ anxiari, omneſque inuicem muſſitantes. curritur ad meretrices, & tabernacularios curiales, vt inquiratur ab eis, quo Princeps profecturus ſit. Hoc enim genus curialium arcana palatij frequenter nouit. Regis enim curiam ſequuntur aſſiduè hiſtriones, candidatrices, aleatores, dulcorarii, caupones, nebulatores, mimi, barbatores, balatrones, hoc genus omne. Sæpè vidimus Rege dormiente, dum medium ſilentium tenerent omnia, quod ſermo à regalibus *Sapient.18.15.* ſedibus veniebat, non omnipotens, ſed omnes excitans, & ciuitatem, ad quam eundum erat, vel oppidum nominabat. Poſt longa tædia expectationis incertæ, cedebat nobis ad ſolatium, ibi hoſpitari, vbi ſperabatur hoſpitiorum & victualium copia inueniri. Tanta itaque & tam confuſa, atque tumultuoſa erat equitum, peditumque diſcurſio, vt crederes, abyſſo euerſa, eruptionem fieri ab inferno. Porro cum iam dietam illam, aut totam, aut ferè totam noſtri præambuli peregiſſent, mutata voluntate Rex aliò diuertebat, vbi fortè vnicam domum, & ſufficientiam victualium, quæ nulli communicantur, habebat: & credo, ſi hoc dicere audeam, quod voluptates ſuas de noſtris anguſtiis ampliabat. Tribus ergo aut quatuor milliaribus per ſyluas incognitas, & frequenter in tenebris oberrantes, credebamus nobis ſucceſſiſſe ad votum, ſi nos ſordidum & vile contingeret inuenire tugurium. Erat autem ſæpiſſimè inter curiales de mapalibus grauis & dura contentio: ſeque pro litigio gladiis appetebant, pro quo indignum eſſet litigium inter porcos. Qualiter ea nocte nobis, aut euectionibus noſtris fuerit; aliquem veſtrum hæſitare non credo: ego autem, & mei diuiſi eramus, vixque per triduum potui congregare diſperſos.
Summe DEVS omnipotens, tu qui es rex regum & dominus dominantium, qui es *1.Tim.6.14.*
terribilis apud reges terræ, qui aufers ſpiritum principum, qui das ſalutem regibus, *Pſal.75.13.*
in cuius manu cor regis eſt, & quocunq; volueris, vertis illud: verte & conuerte cor *Prou.21.1.*
huius Regis ab hac peſtilenti conſuetudine, vt ſciat ſe eſſe vnum hominem, atque hominibus, quos poſt eum, non ambitio, ſed neceſſitas trahit, diſcat & aſſueſcat exhibere gratiam regiæ liberalitatis, & humanæ compaſſionis affectum. Dimitte quæſo me, vt adhuc plangam paululum dolorem meum, ne reuertar in curiam laborio- *Iob.10.20.*
ſam, & opertam mortis caligine, vbi vmbra mortis eſt, & nullus ordo. Nam, vt ad miniſteriales curiæ redeam: apud forinſecos ianitores biduanam forte gratiam aliquis multiplici obſequio merebitur, ſed vſque in diem tertium non durabit: niſi continuatis muneribus & obſequiis redimatur. Regem dormire, aut ægrotare, aut eſſe in conſiliis mentientur: te, ſi honeſtus, aut religioſus es, vt qui eis heri non de-

 deris,

deris, diutiſſimè foris in luto & in pluuia ſtare cogent: & vt iniquius iecur tuum ita
vlcerent & crudelius anxient, ciniflones & furciferos ad primum verbum grat[illegible]in-
trare permittent. Oſtiarios cameræ confundat altiſſimus: faciem enim cuiuſlibet
boni viri confuſione multiplici & rubore perfundere non verentur. Euaſiſti terribi-
Ouidius 2. de arte am. les virgas? ſi nihil dederis oſtiario, nihil actum eſt. *Si nihil attuleris, ibis Homere foras*:
poſt primum Cerberum, tibi ſupereſt alius horribilior, Cerbero Briareo terribilior,
nequior Pygmalione, crudelior Minotauro. Quantacunque tibi mortis neceſſitas,
aut diſcrimen exhæredationis incumbat, non intrabis ad Regem; imò quod ſæpius
Virgil. egloga 7. accidit, vt grauius anxieris, &, vt ita loquar, *rumpantur vt ilia Codro*, tuus introduci-
tur aduerſarius te excluſo. DOMINE IESV CHRISTE, ſi ſic viuitur, & in talibus
Iſa. 38. 16. vita ſpiritus eorum, qui caſtra ſequuntur, nunquam quæſo in caſtra regrediar: iactu-
ra ſiquidem annorum, quos circa curiam in nugis conſumpſi, æſtimationem non re-
cipit. Saluto vos, & militiam veſtram, ne dicam malitiam curialem. Alia militia eſt,
1. Tim. 1. 18. ad quam Timotheo ſcribens Apoſtolus me inuitat. Milita, inquit, militiam bonam
habens fidem & conſcientiam puram. Vbi dicit, militiam bonam, patenter excludit
militiam curialem, tanquam malè ſibi conſciam, inhoneſtam, reprobam, perditam
& damnatã. Vos etiam amici cariſſimi, quandoq; recogitetis in amaritudine animæ
Rom. 13. 11. veſtræ dies, quos in curia perdidiſtis. Hora eſt iã nos de ſomno ſurgere. Surgite poſt-
Pſal. 126. 2. quam ſederitis, ne obdormiatis in morte. vita nos fugit, mors inſtat, hoſtis inſidiatur,
Pſal. 12. 4. vt rapiat, & non eſt qui eripiat. Æmulor quidem vos DEI æmulatione, zelans & ſi-
Pſal. 49. 22. tiens ſalutem veſtram in viſceribus IESV CHRISTI: videtis, quia curia plena eſt la-
Hebr. 10. 31. queis mortis: mors autẽ ineuitabilis & incerta, iudexq; terribilis nos expectat. hor-
rendum eſt autem incidere in manus DEI viuentis, illoſq; cruciatus incurrere, quo-
rum non eſt intermiſſio, neq; finis. Scio me ſpiritualem Iericho ſubuertiſſe, Ioſueq;
Ioſ. 6. 26. Moyſi ſucceſſorem dixiſſe recordor: Maledictus, qui reædificat Iericho. Ego ſiqui-
Iob 16. 8. et 22. dem proceſſi in diebus meis: &, vt ſermonibus Iob vtar, rugæ meæ dant teſtimo-
nium contra me. Et item. Breues anni tranſeunt, & per ſemitam, qua ambulo, non
reuertar: recogitabo ergo dies perditos in amaritudine animæ meæ, reſiduumque
Iſaia 38. 15. annorum meorum ſtudiis immolabo & paci. Illud autem noueritis, quod ad gra-
Liber Bleſenſis de rebus geſtis Henrici II. regis Angl. tiam, gloriam & magnificentiam Domini Regis, iam de actibus eius librum ex ma-
gna parte compoſui, qui veſtræ fraternitati communicandus eſt: ſed adhuc opus il-
lud manus artificis corrigit & elimat, vt cum in publicam audientiam venerit, nec
obtrectatorum linguas, nec venenoſos morſus inuidiæ pertimeſcat. Bene valeant
ſocij, & amici noſtri, & ſciant me ſuum eſſe vniuerſi & ſinguli.

EPISTOLA XV.

Ad Comitem quendam electum in Epiſcopum Carnotenſem.

ARGVMENTVM.

RAINALDVM. *Inſtruit filium Comitis N. in Epiſcopum Carnotenſem electum, quibus virtutibus Epiſcopus ornatus eſſe, & à quibus vitiis abhorrere, debeat.*

al. ſubiecto. VOCAVIT te nobilis Eccleſia Carnotenſis de ſubdito in Prælatum,
de filio in parentem, de diſcipulo in magiſtrum. Si vis eſſe, quod di-
Eccli. 24. 13. ceris, vt inter electos Domini cenſearis, qui in electis ſuis mittit radi-
Rom. 8. 29. ces, qui quos elegit, hos & prędeſtinauit: conuertere a conuerſatione
tua antiqua, vt nouum induens hominem, omnem vitę prioris ex[illegible]

v[illegible]

vetuſtatem. Cum eras paruulus,ſapiebas & loquebaris vt paruulus: nũc autem quia in virilis ætatis plenitudinem euaſiſti,euacuanda ſunt,quę erant paruuli,vt nihil puerile,aut tenerum ſapiant opera tua,ſed te per omnia exhibeas virum in CHRISTO perfectum. Super omnia humilitatẽ amplectere, vt apud te nihil ſuperciliosum appareat,in verbo,vel in facie,vel in geſtu. Principem te conſtituerunt fratres tui, dicit Sapientia,eſto in illis quaſi vnus ex illis. nihil ſingularitatis prætendas,nihil dominationis exerceas.Eſtote,inquit B.Petrus Apoſtolus,non dominantes in clero,ſed forma facti gregis in populo. Ille,qui vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt,vocauit te,vt ſacerdotio fungaris ei,vt in domo matris ſuæ ſis fidelis & prudens diſpenſator,ſeruus nõ Dominus,ſis poſſeſſionum ſuarum cuſtos, & populi aduocatus. Poſuit te Dominus, vt ſis Principibus ad correctionem,plebibus ad eruditionem,afflictis ad ſolatium, nocentibus ad timorem, clericis ad liberationẽ, ſuperbis ad humiliationem,humilibus ad tutelam. Agnoſce quæſo vocationem tuam: nõ enim vocauit te iterum Dominus in immunditiã, vt deducas in bonis dies tuos, & agas curam carnis in deſideriis: hæc omnia à mente futuri Epiſcopi conuenit exulare: ſcriptum eſt enim; neceſſe eſt,vt munda ſit manus,quæ ſordes diluit alienas. Sane in Exodo legitur, quod cum Moyſes de mandato Domini propoſuiſſet Aaron in Pontificẽ conſecrare,eum prius diligenter ablutũ veſtiuit,ſubucula & balteo cinxit: in quo oſtenditur,quod in Epiſcopum conſecrandus prius abluitur,vt de antiqua conuerſatione in nouam innocentiam reformatus ſuſcipiat incrementa virtutum. In ſubucula quidem vitæ munditia deſignatur:quæ balteo conſtringitur,vt ſub arctiore tutela pudicitia nutriatur. Apponitur & tunica hyacinthina, vt ſit conuerſatio eius cœleſtis, vt iam nõ loquatur verba hominũ,aut ſapiat niſi CHRISTVM.Superhumerali autem rationale adiicitur,in quo erat Doctrina & Veritas:vt ſit ſcriba doctus in regno DEI, & cum opportunum fuerit,producat de theſauro ſuo noua & vetera. Hæc à tuæ adminiſtrationis officio exactiſſimè requiruntur, vt per omnia ſit in te humilitas non vileſcens,dignitas non præſumens. Hodie in promotione quorundã prima quæſtio eſt, quæ ſit ſumma redditũum, non quæ ſit conuerſatio ſubiectorum: veruntamen DEVS non irridetur. Ad honorem vocauit te propter onera,non ad multiplicandũ numerum familiæ,aut equorum:nõ ad dandas parentibus dignitates,ſed ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius.Maius gaudium DEO,& angelis eius,ſi conuertatur peccator à via ſua mala, prælati officio, quam ſi per eius induſtriam pompa Epiſcopalis eminentiæ in euectionibus & familiis augeatur. Non eſt in hoc gaudium angelorum, in quo eſt pauperum domorum ſubuerſio, à quibus procurationes exigis importunas. Conqueruntur & dicunt, quia multiplicaſti gentem, & non magnificaſti lætitiam. Si te illius diſcipulum profiteris, qui venit miniſtrare, non miniſtrari; ſic miniſtrabis pauperibus, vt non vituperetur miniſterium tuum, vt patrimonium CHRISTI & pauperum eius, quod tibi commiſſum eſt, in egentium neceſſitates, non in vſus extraordinarios expendatur. Patrimonij huius zelator eſt Dominus, rationem tecum diſtrictiſſimam poſiturus, & vſque ad nouiſſimum quadrantem exiget vniuerſa. Sanè propter hoc irritauit impius DEVM. Dixit enim in corde ſuo, non requiret.ſed certe requiret.Nec te poterunt excuſabilem reddere tuę generoſitatis eminẽtia,& numeroſitas clientelæ.Si quia filius Comitis,aut cõſobrinus Regis es,manu effuſiore teneris expendere: neceſſitas hæc CHRISTI patrimoniũ non contingit. Expẽſas, quas de rebus mũdanis feciſſes, aliàs fortaſſis enormes pro tua generoſitate, debet in rebus eccleſiaſticis Epiſcopalis modeſtia cohibere. Electus es in Epiſcopum à CHRISTO, vt ei fungaris ſacerdotio, vt reddas populum acceptabilem Domi-

Marginal notes: *1.Cor.13.11.* — *Eccli.32.1.* — *1.Pet.5.3.* — *Rom.4.17.* — *Matt.24.45.* — *1.Theſſ.4.7.* — *Rom.13.14.* — *Eccli.34.4.* — *Exod.29.5.* — *Exodi 28.31.* — *Matth.13.52.* — *Iſaiæ 9.3.* — *Matth.20.28.* — *Pſal.9.13.* — *REGIS FRANCIÆ Ludou.* — *Tit.2.14.*

Domino, ſectatorem bonorum operũ, ipſum verbo inſtruens & exemplo. Propter quod omni antiqua vanitate depoſita, ſtudeas moribus implere Pontificem, &, vt ſancto ſanctorũ deuotæ ſeruitutis impendas officium, induas ſanctitatem. Sis quæſo compoſitus ad mores, feruidus in dilectione, manſuetus in ſocietate, ſtabilis in promiſſo, fortis ad patientiam, pronus ad concordiam, rigidus ad cenſuram. Sis in iudiciis rectus, in loquendo modeſtus, in iubendo diſcretus, in diſpenſatione induſtrius, in agendo ſtrenuus, in auxiliando ſolicitus, in conſiliis fidus, in reſponſionibus circũſpectus. Exhibe te maioribus deuotum, minoribus blandum, æqualibus manſuetum, rigidum ſuperbis, benignum humilibus, miſericordem pœnitentibus, inflexibilem obſtinatis. Exhibe te Ioannẽ inceſtuoſis, Iehu & Matathiam apoſtatis, fornicantibus Phineem, Heliam idololatris, mentientibus Petrum, blaſphemantibus Paulum, negotiantibus CHRISTVM. Breuiſſimus eſt huius vitæ temporalis excurſus: finis autem horribilis & incertus. Quanto eſt celebrior titulus tuæ nobilitatis, tanto glorioſius tibi cedit ad cumulum laudis, ſi alios in CHRISTI miniſterio ſuperas ſanctitate, quos generoſitate tranſcendis. In Epiſcopali conditione nihil eſt medium: vel ſęcularis erit tua conuerſatio & probroſa; vel ſancta, & tam apud DEVM quam homines glorioſa. Nihil eſt, quod adeò vitam hominis cito obtenebret, aut illuſtret, ſicut Pontificalis auctoritas. cito fit, vel bonus odor DEO, vel rumor in populo. Quædam gemmæ ſplendidiores ſunt in obſcuro, quam in luce. Quidam ante dignitatis adeptionem ſatis commendabiles extiterunt: ſed ſuper candelabrum Eccleſiæ conſtituti, lucem in tenebras, & famam in infamiam conuerterunt. Vulgariter dicitur, quod *honores mutant mores: ſed raro in meliores.* Melius pleriſq; fuiſſet adhuc latere ſub modio, & ſub vmbra honeſtę opinionis, quàm cum infamia candelabrum aſcendiſſe. Adhuc turpitudo eorum ſub paupertatis obſcuro lateret, niſi eam dignitas diuulgaſſet. creuit honor, & cum honore infamia: nam iuxta Satyricum; *Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe Crimen habet, quanto qui peccat maior habetur.* Priuato peccanti ſæpè parcitur: ſed ſi Prælatus deliquerit, in eius infamiam linguæ omnium acuuntur. Multi ex aliena perſuaſione credunt ſuum crimen prorſus eſſe abſconditum, ſed periculosè falluntur. Sciat enim omnis Prælatus, ex aliquo ſemper ſe eſſe infamem, niſi veram operibus exhibeat ſanctitatem, ſcriptu m eſt, quia *vox populi, vox DEI.* nec leuiter iuxta æſtimationem meam opinio communis aliquem Prælatum extolleret, niſi quem effectus operum, & iugis experiẽtia commendaſſet. Si te igitur publicè commendationis titulos habere delectat, CHRISTO & hominibus placere intendas, non in multitudine diuitiarum, ſed gratiarum, non in ornatu veſtium, ſed virtutum. Illorum Epiſcoporum vitam deteſtabilem repures, quorũ inceſſus erecta ceruice, quorum facies torua, truces oculi, minæ terribiles, dominantes in clero, non forma facti gregis in populo, quorum Deus venter eſt, quorum vita in morte ſepulta eſt, mendaces, vaniloqui, & ſuperbi, ſocij furum, non collegæ Petri, ſed Simonis, non CHRISTI diſcipuli, ſed Neronis. Iſti dum pauperes ſpoliant, dum monaſteria grauant, dum extorquent à clero, dum in quæſtum trahunt, & venalem exponunt iuſtitiam DEI: dum Gieziticam negotiationem exercent, theſaurum iræ & mortis ſibi accumulant, cum theſauro pecuniæ CHRISTVM habituri vindicem, quem non timent iudicem. Illud certiſſimè teneas, quod ſi ad hos enormes actus manum ſemel Prælatus extenderit, *vt canis a corio non abſterrebitur vncto:* ſed glutino malitiæ inuiſcatus de cætero reſpirare non poterit, &, niſi cum multiplici auſteritate pœnitentiæ, ad innocentiam non redibit. Prælatus ſiquidem rariſſimè inuenitur, qui collaterales non habeat aſſentatores ſibi, qui eum lactant & palpant,

Epiſcopi virtutes.
Matth. 14. 4.
4. Reg 9. 24.
1. Mach. 2. 24.
Num. 25. 8.
3. Reg. 18. 40.
Act. 5. 5.
1. Tim. 1. 20.
Ioan. 2. 15.
Iuuen. ſat. 8.
al. omnis Epiſcopus.
1. Pet. 5. 3.
Phil. 3. 19.
4. Reg. 4. 25.
Horat. ſerm. 2. ſat. 5.

pant, qui oleo peccatoris caput impinguant. Laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & iniquus benedicitur. Iſti ſunt, qui cum vident Domini ſui animum in tentationibus vacillantem, poſſentque ipſum verbo exhortationis imbuere, & à peccato auellere & erigere in virtutem, mellitis ſermonibus ſpiritum in eo virtutis extinguunt: cum ſcriptum ſit: Spiritum nolite extinguere, atque adhuc imbecilles 1.Theſ.5.19. ſanctioris propoſiti conatus euacuant, & ſubuertunt. Si continentiam vouet, ſi ad al ſanctoris. abſtinentiam ſe conformat: propitius, inquiunt, eſto tibi Domine; iuuenis es, ieiunia capiti ſunt importuna; nimia carnis afflictio morbos parit. ſic debes chordam tendere, ne rumpatur. Hæc omnia in annos maturitatis differri oportet. non ſumus meliores quam patres noſtri. ad ſolatium viri creata eſt fœmina. viro & fœminæ dictum eſt; creſcite & multiplicamini, & replete terram. nec virtus tua, virtus eſt lapi- Gene.1.28. dis, nec caro tua ænea eſt. Delicta iuuentutis & ignorantias Dominus non attendit. Iob 6.12. ſomnus & ludus, & ſolicitudinum depoſitio amiciſſima ſunt naturæ. bonum cuſto- Pſal 24.7. dit caſtrum, qui ſeruat cum diligentia corpus ſuum. temerarium eſt ſe vltra neceſſi- Bern ſerm 2. tatem affligere. religio in iuuenibus rarò commendabiles ſortitur e[illegible]s pro- de tempt. B. uectior ſatis redimet lubricum iuuentutis. ſatis tempeſtiua eſt pœnitentia, quæ [illegible]n- Virg. ticipat diem mortis. latro in cruce pœnitet. nemo ſero pœnituit, quē [illegible]nit Luc.23.41. pœnitentem. Tuæ proprium eſt parentelæ, motus adoleſcentiæ ſequi, atq. ad tem- Hieron ep.7. pus laxioribus indulgere deſideriis, & tandem in tempore maturitatis odorē ſuaui- ad Lætam, & tatis emittere. His & aliis modis ſuperſeminat zizania inimicus homo: ſed mentita 47. ad Sabin. eſt iniquitas ſibi. Nam, vt nouiſſimis eius verbis prius reſpondeam, magnus ille Co- Matth 13.28. mes Theobaldus, & alij pleriq; progenitores tui, etiam ante iuuentutis ingreſſum Pſal.26.12. magnatū virtutū titulis effulſerunt. Sed & auunculus tuus Archiepiſcopus Remen- Gvlielmvs. ſis ſenilem induit ab adoleſcentia grauitatem, ex tunc aſcēſiones in corde ſuo diſpoſuit, atq; per incrementa virtutum in eminentiam vitæ perfectioris aſcendit. Certè Pſal.83.6. populus, qui te lactat, in errorē inducit. Crede, amice cariſſime Paulo Doctori gentium, non adulatori. Abſtinete vos, inquit, à deſideriis carnis, quæ militant aduerſus 1.Pet.2 11. animam, ſi enim ſecundū carnem vixeritis, moriemini; illa, ſcilicet, morte, quæ nec Rom.8 13. moritur, nec finitur. Sapiētia carnis, quæ tibi ſuadet illicita, inimica eſt Deo. Atten- Iac 4.4. de ſuggeſtiones adulantium tibi, & vide quem fructum ex eorum cōſilio aſſequaris. Sane in voluptatibus carnis cito præterit quod delectat, & permanet ſine fine quod cruciat. Quem fructum habuiſtis, dicit Apoſtolus, in his, in quibus nunc erubeſcitis? Rom.6.21. Hæc ſunt, quæ carnis opera comitantur, appetitus anxietatis & vecordiæ, actus abominationis & immunditiæ, exitus pœnitudinis & verecūdiæ. de vniuerſis, in quibus Devm offendimus, nihil reſiduum eſt, niſi conſcientia immunditiæ teſtis, & ſe cru- cians recordatione peccati. Teſte Apoſtolo: Fructus peccati mors: fructus autem Rom 6.21. iuſtitiæ, ſpes & gaudium in Spiritu ſancto. Factus es diſcipulus, non Epicuri, ſed Gal.5.22. Christi, vt crucem Christi circumferas in corpore tuo, non vt curam carnis Rom.13.14. in deſideriis agas. Si Christi miniſterium ſuſcepiſti, in omnibus exhibe te ſicut Dei miniſtrum, vt non blaſphemetur in te nomen Dei. Ille, cui miniſtrare propo- 1.Tim.6.1. nis ſanctus eſt, innocēs, impollutus, excelſior cœlis factus. Sancti, inquit, eſtote, quia Hebr 7 26. ego ſanctus ſum. Hæc eſt, inquit Apoſtolus, voluntas Dei, ſanctificatio veſtra. Et Leuit.11.44. ſubiungit, vt abſtineatis à fornicatione, vt ſciat vnuſquiſque vas ſuum poſſidere in 1.Theſſ.4.3. ſanctificatione & honore. Sic te exiſtimet homo, vt miniſtrum Christi, & di- 1.Cor.4.1. ſpenſatorem myſteriorum Dei. Bene quidem diſpenſas, ſi viuas ordinabiliter. ſo- Bern. [illegible] cialiter, humiliter: ordinabiliter tibi, ſocialiter proximo, humiliter Deo. Si generoſus tibi videtur vitæ melioris ingreſſus, erit tibi progreſſus acceptior, [illegible]

Pſal.16.4. propoſiti ſancti duritiam certior retributionis expectatio leuigabit. Propterea dicit:
Propter verba labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras. Quod leue eſt, dicit Apo-
2.Cor.4.17. ſtolus, & momentaneum tribulationis noſtræ, immenſum gloriæ pondus opera-
tur in nobis. Tranſibit enim ſpes in rem, labor in præmium, continentia in glo-
riam, abſtinentia in coronam: quod breue eſt, in perpetuum: quod mutabile est, in
æternum. Inter cætera, tanquam Dominum & amicum humiliter & obnixe te
precor, quatenus hanc exhortationem meam, quæ procedit ex corde, patienter ad-
mittas: quodq; per, tu, &, tibi, &, te, ſcribo, moleſte non feras: pluralis enim locutio,
qua vni loquendo mentimur, ſermo adulatorius eſt, longe à ſacro eloquio alienus.

EPISTOLA XVI.

Ad Epiſcopum quendam iam grandæuum.

ARGVMENTVM.

Epiſcopum multis negotiis & occupationibus diſtractum ſerio hortatur, vt tran-quilliorem viuendi rationem cauſa ſuæ & aliorum ſalutis procurandæ ineat: & cogitet ſatis non eſſe, ſi culpæ nullius grauioris conſcius ſit, niſi bona multa opera innoxiæ vitæ adiungat.

VENIENS & inueniens vos tot negotiis implicitum, tot circumuolu-
tum turbis hominum, tot occupationibus ad tam diuerſa diſtractum,
condolui vobis, & concuſſa ſunt viſcera mea pio compaſſionis affectu.
Quis enim ſuſtineat patienter, vt tam nobilis anima ſpiritualibus do-
ctrinis imbuta ſub quodam velamine libertatis in opus ſeruile degene-
neret? Animam ſi quidem, quæ tot labyrinthis intricata eſt, neceſſe eſt ancipitem;
non enim ſolummodò habitatio terrena hanc deprimit, ſed ipſa ad terrenorum in-
Ierem. 31, 20. quietudinem ſe diffundit, vt cum Ieremia dicat, Effuſa ſunt in terram viſcera mea.
Iob 16.13. Et cum Ezechiele. Terra erat vſque ad feneſtras, & feneſtræ clauſæ, ſic cœlum mu-
Ezech.41.16. tatur in terram, aurum in ſcoriam, ſpiritus in carnem. carnalis homo deprimit ſpi-
Exo.7.12. ritualem, & draconem Moyſi, dracones Pharaonis abſorbent. Loquar ergo, quia
Iob 9,20. ſi tacuero, os meum condemnabit me. rogabo vt Dominum, monebo vt patrem:
& ſi animam eius ad notitiam ſuæ conditionis alias reuocare non poſſum, vtar can-
Cant. 1.8. tico amoris, & dicam. O pulchra, ſi te ignoras, egredere poſt gregem ſodalium
tuorum. Nemo enim ſe nouit, donec dies ſuos recogitet, eundo recordatione
poſt gregem & multitudinem commiſſorum. Loquar itaque, & de ſolicitudine
vestra importabili aliquid imminuam, aut eam omnino extinguam, & aliquid deuo-
Num.4.9. tionis, & ædificationis infundam. Sunt enim in candelabro tabernaculi, ſuffu-
ſoria, extinctoria & emunctoria. Ero autem tranſgreſſor Dominicæ legis, ſi ſuſti-
neam, quod nemus iuxta altare Domini creſcat, quod circa Eccleſiæ Rectoris
ſolicitudinem multitudo ſyluescat. Maius eſt omni theſauro, quod in diſſolutione
perditur certo. Inæſtimabile, & ſuper omnem æſtimationem eſt, quod quaſi ſub
Eccl.10.1. iactu aleæ æternæ perditioni exponitur. Abigendæ omninò ſunt ſcenicæ illæ me-
retriculæ, ſirenes vſque in exitium dulces, muſcæ exterminantes ſuauitatem vn-
1.Reg.5.9. guenti, mures ebullientes de terra, vt corrodant extales eorum, qui ponunt arcam
Domini, id eſt, adminiſtrationem Eccleſiaſticam, iuxta Dagon; qui temporalia non
curant,

minus, quam ſpiritualia,& forte diligentius adminiſtrant. Propheta dicit, ſicut ara- *Pſal.38.12.*
neam tabeſcere feciſti animam meam. aranea ſiquidem de ſuis viſceribus telam te-
xit, & texendo tabeſcit, vt muſcam viliſſimam capiat. Quid aliud facit homo, qui
ſe euiſcerat in expenſis, & in curis, vt muſcam,ſine multum odoriferæ opinionis, &
fauorem linguæ meretricantis acquirat? In huiuſmodi homines mittit Dominus
ſpiritum vertiginis, & errare facit eos in inuio, & non in via. Sic filij Iſraël quadra- *Pſal.106.40.*
ginta annos expenderunt in itinere trium dierum circa montem Seir, nec terram *Deu.2.*
promiſſionis intrauerunt. Iſti ſunt lunatici, qui offeruntur Domino ad curandum, *Math.17.15.*
modo cadentes in aquam ſolicitudinum, modo in ignem cupiditatis, aut odij, aut
iracundiæ, aut alicuius extraordinariæ voluptatis. Vix poſſum credere, vt in tan-
ta turbatione animi poſſit quis inuenire orandi rorem deuotionis, aut fluenta
gratiæ. eſt enim tempeſtas valida,& mirabiles ſunt elationes maris in corde. Hi ſunt, *Leu.26.19.*
quibus promiſit Dominus cœlum ferreum, vt cœleſtis pluuiæ vel gratiæ ſint ex-
torres; & terram æneam, vt circa terrena interius obdurati fructum vitæ non fa-
ciant. Abſit, abſit, amantiſſime Pater, vt aduerſus innocentiam tuam aliquid ſi-
niſtrè coniiciam vel præſumam: caritas tamen, qua mediante geſto te in viſce-
ribus meis, timere me facit: vtinam & tu timeas. Beatus enim homo, qui ſem- *Prou.28.14.*
per eſt pauidus. Circumſpectio hominis eſt, omne opus ſuum habere ſuſpectum.
Verebar omnia opera mea, dicit Iob. cum omnia bene fecerimus, debemus dice- *Iob 9.28.*
re, quia ſerui inutiles ſumus. breues dies hominis ſunt: neſcio quid ſtatuerit ſuper *Luc.17.10.*
nos terribilis in conſilijs ſuper filios hominum. neſcimus, quid ventura pariat dies. *Iob 14.5.*
Verbum prophetæ eſt, Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos: in imagine enim *Pſal.65.5.*
pertranſit homo. Dies mei tranſierunt, dicit Iob: & per viam, qua ingredior, non *Prou.27.1.*
reuertar. *Singula de nobis anni prædantur euntes. Qui non eſt hodie, cras minus a-* *Pſal.38.6.*
ptus erit. Non dicam, vitæ, ſed iam tuæ mortis pars magna præterijt. Clepſydra *Iob 16.23.*
non tantum vltimum ſtillicidium exhaurit, ſed totum quod prius effluxit: nec *Ouid. de re-*
mors eſt in vltimo vitæ tuæ, ſed in toto, quod de vita præceſſit. Noe, vt ſe ſuoſ- *med.amoris.*
que ſaluaret, centum annis in arcæ fabrica laborauit: nos verò quantum labora- *Geneſ.6. & 7.*
uimus, quorum ſinguli dies momentanei ſunt, tranſitorij & finales? Plurimum
timendum eſt, ne fuga noſtra fiat in hyeme, vel in ſabbatho, quando operari non *Matt.24.20.*
licet. Ideo ſexta die colligendus eſt gomor, quia in hac ſexta ætate operandum *Exo.16.16.*
eſt, vt in ſeptima quieſcamus, quando dicetur, vt requieſcant a laboribus ſuis. *Apoc.14.13.*
Forte in corde tuo cum Apoſtolo dicis, nihil mihi conſcius ſum: & cum beato *1.Cor.4.4.*
Iob, non reprehendit me cor meum in vita mea. Sed benigniſſime Pater, mun- *Iob 27.6.*
da conſcientia ſine opere non ſufficit ad ſalutem. Propheta dicit. Diuerte a malo, *Pſal.33.15.*
& fac bonum. vtrumque ſine altero imperfectum eſt. Dominus in Euangelio, ſer- *Luc.12.48.*
uum non ſolum male operantem, ſed à bono opere torpentem damnat. Non e- *Math.3.10.*
nim ſolummodo arbor, quæ malos fructus facit, ſed quæ bonos fructus non fa-
cit excidetur, & in ignem mittetur. Huius ignis horrorem ſemper habeas in cor-
de, dilectiſſime Pater, vt te premant & molant aſſiduè metus æternæ mortis, &
deſiderium interminabilis vitæ. Iſtæ ſunt molæ, quibus molitur anima Chri-
ſtiana: quarum vna ſine altera iuxta præceptum Domini in obligationem pi-
gnoris tranſire non debet: omnes ſiquidem peccauimus. Vide Pater, quantum *Rom.3.23.*
pro teipſo ſatisfeceris, vt ſcias, quid deſit tibi. Vt de tua taceam anima, vide
quot animas de ore leonis, & de faucibus inferni eieceris: quantum lucri de
talento ſibi commiſſo, opere, verbo & exemplo retuleris, qualiter ſis opera mi-
ſericordiæ, quæ Dominus proponet in iudicio, iugiter impleueris, quam ſolicite *Math.25.31.*

 carnem

carnem tuam purgaueris ieiuniis & diſciplinis: quam fortiter pro domo Domini ex
aduerſo aſcenderis. Ad omnia hæc factus es ex tua profeſſione obnoxius, & hæc o-
mnia Pater à te exactiſſimè requirentur. Temeritati & præſumptioni forſitan aſcri-
Math. 12.36. betur, quod vos moneo, ſed caritas me compellit. Scio, quod in die tremendi iudicij
reddituri ſumus rationem, etiam de ſermonibus otioſis. nullos ibi exceſſus præro-
gatio regia, vel hominum temporalis vtilitas poterit excuſare. Sed erit, qui dicat:
Quia quicquid delinquimus, confeſſionis beneficio poterit aboleri: porro
1. Theſſ. 5. 3. de vitæ diuturnitate ſecurus eſt. Teſtimonio Scripturæ, cum dixerint, pax & ſecuri-
Aug. in pſ. 50. tas, tunc repentinus ſuperueniet interitus. Mors enim ſubita & incerta rem
Quod homo pœnitentiæ frequenter anticipat: morbi etiam, qui ſæpiſſimè graues & inualeſcen-
non punit in ſe, tes ſunt anguſtia ſenſuali ſpiritum deuotionis extinguunt. Certiſſimum eſt autem,
puniet Deus. quod non punit homo puniet DEVS. Horrendum verò eſt incidere in manus
Hebr. 10.31. DEI viuentis. Quis enim habitare poterit cum igne deuorante, aut quis ſtabit cum
Iſaia 33.14. ardoribus ſempiternis? Hæc me mouêt, vt te moneam Pater, quatenus ex hoc
Eccli. 30. 24. quantumcunque poteris a turbatione ſæcularium ſabbathizes. miſerere animæ tuæ
Philip. 4. 7. placens DEO. ſi teipſum non habes, nihil habes. Sola pax DEI, quæ exuperat omnem
Eccli. 11. 10. ſenſum, faciat, vt ab omni ſenſualitate & ſæcularitate ſis liber: hæc occupationum
Math. 12. 42. turba mors animæ eſt. Ideò dicit Salomon: Fili in paucis ſint actus tui. & ecce plus
Luca 10. 42. quam Salomon, non ad pauca, ſed ad vnum duntaxat docet eſſe ſolicitum: porro,
Pſal. 13. 3. inquit, vnum eſt neceſſarium, DEVM, ſcilicet, diligere: quod ſine animi ſinceri-
Pſal. 26. 4. tate haberi non poteſt. non eſt qui faciat bonum, donec veniat ad hoc vnum. Scri-
Geneſ. 6. 16. ptum eſt: Vnam petij à Domino, & hanc requiram. In vno ſiquidem cubito conſum-
Pſal. 118. 96. mata eſt arca. Mandatum enim caritatis, conſummatio eſt ſummæ pacis. Ideò dicit
Luca 6. 45. Propheta; omnis conſummationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis. Sed
quia ex abundantia cordis os loquitur; vereor ne filialis affectio & zelus, quem de
ſalute veſtra concepi, epiſtolam præſentem protrahat in immenſum: ideò, ne mul-
tiloquio aures delicatas offendam, epiſtolam in verbo Doctoris gentium claudo.
Roman. 1. 7. Gratia vobis & pax à Domino IESV CHRISTO.

EPISTOLA XVII.

Ad clericum negotiatorem.

ARGVMENTVM.

Oſtendit clericum negotiationi operam dantem, non differre ab vſurario: ac ſtudium omne cumulandarum opum vanum eſſe & pernicioſum.

Lateran. ep. ... ad Ruſt. ... qualiter. ... de pœn. diſt. 5. c. fornicari. diſt. 88. Rom. 6. 14. Clericum negotiando fieri vſurarium.

PETRVS BLESENSIS BATH. ARCHID. DILECTO SOCIO ET amico G. ſalutem, & æternæ ſalutis memoriam.

SI tuæ profeſſionis ordinem, & gratiam diuinæ vocationis attenderes, te potius lectione, quam negotiatione, artibus quam mercibus occupares. Periculoſum ſiquidem eſt in laico, ſed pernicioſum in clerico negotiationibus augere peculium, atq; rerum ambitioſa venalitate ipſum diabolo venalem exponere. Clericus, qui leuiore comparat pretio, vt vendat carius, filius eſt auaritiæ, idololatra pecuniæ, ſeruus mammonæ, & venundatus ſub peccato. Cum enim ſpecies vſuræ ſit, minus proximo dare, & plus ab eo accipere. non video clericum ab vſurarum crimine, & à nomine criminis ... immunem,

munem, qui ſibi cum alieno diſpendio lucrum quærit. Sanè fœnerator, dum proximum manifeſte ſpoliat, fure deterior eſt, & prædone. Das pro frumento vinum, pro vino equum: & ſic ſub colore permutationis, aut dilationis obtentu recipis incrementum in burſa, detrimentum in anima: longe deterior Iudæis, dum illi tantùm *Eccli. 29. 12.* alieno, tu verò alieno & proximo fœneraris. Congregabis diuitias, & in nouiſſimo non gaudebis: & eueniet tibi, quod Dominus per Ieremiam figuraliter dicit. Perdix *Ierem. 17. 11.* fouit, quæ non peperit: fecit diuitias, & non in iudicio: in medio dierum derelinquent eum, & in nouiſſimis ſuis reperietur inſipiens. Fœnerator enim triſtiſſimos *Phil. 3. 19.* habebit huius vitę exitus, cuius finis interitus, cuius mors deteſtabilis, cuius damnatio ſine fine. Porrò negotiationis crimen attenuas, & ad excuſandas excuſationes in peccatis proponis tui laboris & prouidentiæ fructum eſſe, quod plus recipis, qui rem, dum vilius vendebatur, emiſti. Dicis, omninò non eſſe abſurdum, ſi laborem in quæſtum, ſi in lucrũ periculum conuertiſti. Quicquid proponas, vnũ denuncio tibi, *Negotiatio* quia negotiationem in tuæ ſaluris periculũ conuertiſti. Negotiatorem clericũ ſacri *vetita clericis* canones execrantur. Cum enim beatus ſit homo, qui miſeretur & commodat, & *in canon. c.* qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram, eum poſſumus iudicare ab æterna beati- *quid eſt. c. eii-*tudine alienum, qui quod accepit, ſicut accepit, non præſtat: qui iuxta ſacræ ſcriptu- *ciens. c. nego-*ræ conſilium dati & accepti gratiam non obſeruat. Porrò tibi adſcribis ad gloriam, *tiatorē. diſ. 88.* quod ad cumulum tuæ damnationis accedit, quia in negotiationibus publicè iacti- *Pſal. 111. 5.* tas te circumſpectum; qui vtinam damnabile tibi non nouiſſes officium. Propheta *Pſal. 14. 5.* dicit, Quia non cognoui negotiationem, introibo in potentias Domini. Sciebat, *Matth. 10. 8.* quantum eſſet in negotiatione periculum. Nam & Iob, qui in potentias Domini *Vide Notas.* certum expectabat introitum, dicebat. Duæ ſpecies difficiles & periculoſæ mihi ap- *Pſal 70. 16.* paruerunt; difficile exuitur negotians à negligentia DEI, & caupo non iuſtificabitur *Eccli. 26. 28.* à peccato labij. Sanè famam & animam perdis, vt perdenda lucreris. Sententia CHRISTI eſt, totum mundum nemini eſſe lucrandum, vt quis ſuæ patiatur animæ *Matt. 16. 26.* detrimentum. Tu contrarium ſentis, qui de tua perditione non curas, & ſaluti propriæ perditionis pecuniam anteponis. Summam reputas beatitudinem, immenſas & ſuperuacuas opes habere: quarum partem decimam toto vitæ tuæ ſpacio non expendes. Vtinam non fuiſſet hæc pecunia: quæ tibi non ſolum DEVM, ſed & proximum abſtulit, & teipſum. Sanè, ſi beatitudo per diuitias conferretur; non compara- *Matt. 13. 22.* ret eas Dominus ſpinis: nec prædicaret Dominus beatitudinem paupertatis. Si di- *Matth. 5. 3.* uitiæ apud DEVM commendabiles eſſent, iuſtis & timentibus DEVM frequentius obuenirent. Nunc autem ecce peccatores & abundantes in ſæculo obtinuerunt diuitias. Fœneratores, & violenti Eccleſiæ perſecutores, iſti ſunt qui ampliores hodie *Pſal. 72. 12.* diuitias theſaurizant. Eſau, quem Dominus reprobauerat, incedebat cum quadringentis viris, Iacob in baculo ſuo tranſeunte Iordanem. Nunquid metuis miſer, quod *Gen. 33. 1.* tibi nõ ſufficiant quæ paraſti? certè prius tibi deficiet vita, quàm victus, ne dicam de *Gen. 32. 10.* te. multos facit auaritia inter diuitias indigere. Iudicium enim DEI eſt, vt in eo, quo quis deliquit, puniatur, vt ſemper indigeat, qui ſemper indigentiam timet. Sicut ſcriptum eſt, qui metuit pruinam, veniet ſuper eum nix. Vnum ſcio, quia in ſaccum pertuſum congregas vniuerſa, nec proderũt tibi in die vltionis. Cum enim interie- *Iob. 6. 16.* ris, non ſumes omnia, neque deſcendet tecum gloria Domus tuæ. Succedet tibi forſitan inimicus, & qui cogitat hodie diem mortis tuæ, introibit in labores tuos, & in *Pſal. 48. 18.* bonis temporalibus, quibus more Tantalico peperciſti, manu profuſiore congregata diſpergens fructum capiet voluptatis: tu verò dormies, & vtinam cum Patribus tuis: eritque ſepulchrum domus tua in æternum. Sufficeret mihi, ſi tibi ſufficeret, ſi

1.Tim.6.8. à te vitium negotiationis auferres: habentes alimenta, dicit Apoſtolus, & quib[illegible]gamur, his contenti ſimus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationes [illegible] laqueum diaboli: Porrò, ſi opes congreges, vt plenius habeas ſufficientiam vitæ [illegible]ius, teipſum decipis: auget enim inopiam multiplicata rerum temporalium [illegible]ſtantia.
Pſal.33.11. Diuites, inquit propheta, eguerunt & eſurierunt: inquirentes autem Dom[illegible]
Iuuē. Sat.14. num non minuentur omni bono. iuxta Poetam, *Creſcit amor nummi, quantum [illegible] pecunia creſcit.* Rogo igitur, & in vera conſulo caritate, vt legitima bonorum ac[illegible]ſitione contentus, ab enormibus lucris ceſſes, ne de cætero tui ordinis reuere[illegible] negotiatorio crimine dehoneſtes. Quod ſi non acquieſcis amici conſilio, ſcias, [illegible]
Matth.3.10. ſecuris tibi poſita eſt ad radicem, qui enim faciunt vindictam in nationibus, increpa-
Pſal.149.7. tiones in populis, ipſi iam in te crimen negotiationis & fœnoris olfecerunt. Et [illegible] pro te humiliter ſupplicaſſem, te tanquam damnatiſſimi fructus arborē ſuccid[illegible] Quod ſi te ad emendationem ſupplicia æterna non mouent, te ſaltem igno[illegible] huius vitæ, & temporalia damna ſolicitent.

EPISTOLA XVIII.

Ad magiſtrum quendam amicum ſuum.

ARGVMENTVM.

Grauiſſimè perſtringit mores, ingenium & vitam deterrimam cuiuſdam Epiſcopi, ad cuius aulam ab amico inuitabatur.

MAGISTER P. BLESENSIS BATHON. ARCHID. CArisſimo ſocio & amico, Magiſtro N. ſalutem.

SCio quia ex ſyncera dilectione procedit, quod me, & nunciis, & l[illegible]ris crebrius mones, vt reuertar ad Dominum tuum, qui me fa[illegible]
Pſal.68.23. Conſiliarium habere deſiderat, & domeſticum commenſalem. Quandoq; facta eſt mihi menſa eius in laqueum, in retributionē, & in ſ[illegible]dalum: ideò non reuertor. Pro multiplicibus obſequiis, q[illegible]bus e[illegible]tum meruiſſe & emiſſe credideram, non beneficium, ſed maleficium, non gra[illegible], [illegible] iniuriam reportaui, ideò non reuertor. Claues regni cœlorū accepit, non ad red[illegible]tus auferendos, ſed ad corrigendos exceſſus. In omnibus autem, quæ c[illegible]beraт, quæ agit aut dicit, procurat lucrum, intendit ad quæſtū, teme[illegible] om[illegible]ia
2.Cor.12.14. ſua exiſtimans eſſe, quę à ſubditis poſſidentur. Sanè teſtimonio Apoſtoli parente[illegible] filiis, & non fil[illegible]j parentibus theſaurizant: ſi tamen iſte Pater eſt, & nō potius vit[illegible]
Ouid 7.metam. ſuorū enim grauis eſt perſecutor, exactor improbus, *toruuſq́; Procruſtes.* odit h[illegible]ſtos, prudētes opprimit, inſidiatur incautis, diuites ſpoliat, pauperes grauat, nu[illegible]ficit, officit vniuerſis. Ex omni cauſa per fas & nefas pecunias congreg[illegible]t, c[illegible] applaudit, nec veretur ſuæ aut alterius animę detrimentū, dummod[illegible] qual[illegible] poſſit aſſequi temporale compendium. Longè diſſimilis eſt Doctori genti[illegible]ctum animæ ſuæ, non munera, ſiue retributiones, affectabat in ſubditis: [illegible]
Phil.4.17. bat, non requiro datum, ſed fructum. Quoties ad eum venitur, non ſ[illegible]num aduē[illegible]antis attendit, quaſi ſemper munera ſuſcepturus. attritę frontis e[illegible]tendo: ingratus, cum acceperit: ſi non acceperit, inhumanus. ali[illegible] ſermo[illegible]tiæ, rei alienæ improbiſſimus exactor, ſuę auariſſimus dator, [illegible]uiſſimis manſuetus, inſtabilis, intractabilis, incorrigibilis, [illegible]dibilis, inimicus pacis, contēptor fidei, aduerſarius veritatis, infidus in c[illegible]

gens in agendis,fur[illegible]s in ira,remiſſus in miſericordia, diſſolutus in verbis,in cõui-
uiis guloſus,garr[illegible] temulẽtus, tumidus in ꝓſperis, timidus in aduerſis. Dominus
tuus nihil ꝓ ratione,omnia verò ꝓ libitu agit, & quaſi in beſtialẽ degeneret ſenſum,
à ſe omne conſiliũ,iudiciumq; diſcretionis excutiẽs, proprium ſequitur appetitum.
Homo,n.cum in honore eſſet,non intellexit,cõparatus eſt iumentis inſipiẽtibus, & *Pſal.48.13.*
ſimilis factus eſt illis. Iuxta verbũ Nathan prophetæ, illius hominis imaginem gerit, *2.Reg.12.4.*
qui cum oues innumeras poſſideret,vnicã pauperis ouiculam concupiuit. Nec abſi-
milis eſt Achab, qui cũ teneret ſummam rerum abundantiã, iniectis oculis in hor-
tulum Naboth, vineam quã affectauerat morte poſſeſſoris obtinuit. Vtinã ſaperet, *3.Reg.21.6.*
& intelligeret;ſed intelligere noluit,vt bene ageret: obduruit n. in malitia ſua,& aſ-
ſiduitate peccãdi decidit in contemptũ. Abſorbuit eum vitiorum ꝓfunditas, ideoq;
delicta nõ intelligit,nec vulneratæ & periclitantis animæ morbũ ſentit. Certum eſt
aũt, mẽbrum, ꝙ ſtupuit,periculoſius laborare:& is,qui ſuos exceſſus diſſimulat,aut
ignorat,longe eſt à ſalute. Cor Domini tui nunquã ſcindit cõpunctio,non mouet af-
fectio,pietas nõ emollit. non manſueſcit obſequiis,beneficiis eſt ingratus, ſurdus ad
preces,ad iudicia ſæuus,infidus ad cõſilia,inuerecundus ad turpia, temerarius in di-
uina,in animæ periculo ſecurus, in damno tẽporali puſillanimis, prõptus ad diſſen-
ſiones,ad omnia inhumanus. gratiã ſibi exhibitam nõ recolit, ad ſolam iniuriarum
memoriam & vindictam,omnes turbulentæ mentis verſutias circũducit. Scriptum
eſt,*Simia in tecto,rex fatuus in ſolio ſedens* honor in manus fatui,gladius in manus in- *Prouer. vſur-*
ſani. Et qui inſipienti dat honorẽ,ſicut qui mittit lapidẽ in aceruum Mercurij. Aſcen- *patum a S.*
dit in eminentiam cathedræ Paſtoralis, non vocatus à Domino tanquam Aaron. a- *Bern.lib.2.de*
ſcenſus enim eius nec DEO nec hominibus placet. Prophetæ & Apoſtoli (quorum *Conſider.*
ſimulachrum gerit, quorum potius ſimia eſt, tanquam degener ſucceſſor & hæres *Prou.26.8.*
reprobus,)fortes fuerunt in bello,nõ molles in ſericis,nõ gulæ dediti, non ſuperbi, *Heb.5.4.*
non liuidi,nõ rapaces,non libidini ſubneruati. Ridiculum eſt in Prælato,pẽminere *Heb.11.34.*
populis,& vitiis ſubiacere,eſſe lingua magniloquũ, opere verò eſſe puſillanimẽ, re-
miſſum & infirmum,põpaticè & vultuoſe incedere,& integrę teſtimoniũ conſcien-
tiæ nõ habere. *Non bene conueniunt, nec in vna ſede morãtur*,generis iactantia & po- *Ouid.2.me-*
puli cõmunis infamia, extollẽtia oculorum & fœditas morũ, vitæ vilitas, & honoris *tam.*
auctoritas. Nõ attendit infelix propriæ conſciẽtiæ teſtimonium,mentitur ſe maiorẽ
ſe, virtutem reputat dignitatem,& cum omni honore omninò ſit indignus, credit ſe
obtinuiſſe meritis, ꝙ eum permiſit Dominus in locum præcipitij, & in occaſionem
damnationis æternæ,& in pſẽntis vitæ ignominiam ſublimari. periculoſa eſt celſitu-
do,quæ diſcrimen intendit. Sera querela eſt, quoniam eleuans alliſiſti me. melius e- *Pſal.101.11.*
rat illi non aſcendiſſe in eminentiæ gradum, quam in proximo cum rubore tenere
nouiſſimum locũ. Scio enim, quod hoc eueniet, atq; periculum præcipitij præſum- *Luc.14.9.*
ptuoſa elatio non euadit: ſecuris enim poſita eſt ad radicem. Porrò ſi hæc perizo- *Matth.3.10.*
mata maledictionis antiquę,ac fugacis honoris gloriam vmbratilem, ſi infames pri-
mitias ſui ortus attendat, ſe miſerabiliorem cunctis inueniet, vtpote qui ab ineunte
ætate non niſi turpia didicit, atq; vſu adoleuit in vitiis: ab adoleſcentiæ annis flagi-
tioſa præſumpſit,& in cathedrã peſtilentiæ ſublimatus, ab oppreſſionibus ſubdito-
rum,ab iniuriis & exactionibus nõ ceſſauit. Euolat à ſe,& ſe extra ſe quærens ambulat
in magnis & mirabilibus ſupra ſe. Sic multis præeſt, vt nulli proſit: ſic dominatur,
vt ei omnis iniuſtitia dominetur. Dominatio eius ſuperbiæ inducit exemplum, for-
mamque malitiæ: cum econtrario Princeps Apoſtolorum ſcribat, & dicat, non *1.Pet.5.3.*
dominantes in clero, ſed forma facti gregis in populo. Aſpice loquentem, aſpice
& a-

Stat. 1. Thebaid. Iuuen. Sat. 1. incedentē: *quas gerit ore minas, quanto premit omnia fastu*, Semper incedit, o[illegible]
ſtuosè circūducendo, ceruice erecta, humeroſq; iactando, & *multū referens de M[illegible]*
cenate ſupino. Totum eius ſtudium, totus honor, tota gloria, tota & ſola vſurpat[illegible]
gnitatis autoritas in eo eſt, protenſio pectoris, ceruicis elatio, inceſſus pompa[illegible]
oculorum diſtortio, vultuoſitas, tonitruſque minarum: &, vt multa paucis inc[illegible]
Apud eum totum datur elationi, nihil ſanctitati, nihil pudicitiæ, nihil amiciti[illegible]
tandem relinquitur honeſtati. Antequam in hanc ruinoſæ poteſtatis excelle[illegible]
aſcendiſſet, erat in eo quædam liberalitatis ſpecies adumbrata, erat quædam h[illegible]
criticæ humilitatis oſtētatio colore ſimulatorio ſubornata: ſed honores mutan[illegible]
res. Accidit circa eum, quod ſcriptum eſt. omnis homo primum bonum vinum [illegible]
Ioan. 2. 10. nit: cum autem inebriati fuerint, tunc id, quod deterius eſt. Factus Pontifex ſtati[illegible]
conuertit in apertum odium ſimultates, quas dum fuerat priuatus fuco me[illegible]
beneuolentiæ palliabat. Nam teſtimonio Scripturæ; eſt qui ſe humiliat nequi[illegible]er. &
Eccli. 19. 23. interiora eius plena ſunt dolo. circa ſe habitare non patitur, niſi euiratos & m[illegible]
qui eum palpent, qui eum poſt deſiderij paſſiones abire permittant: omne enim a-
Eccli. 13. 19. nimal diligit ſimile ſibi. Iſti ſunt, qui miſerum beatificant, & oleo adulationis capu[illegible]
Pſal. 22. 5. peccatoris impinguant. laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & iniquus bene-
Pſal. 18. 3. dicitur. Si enim vir honeſtus accedat, vt eum inſtruat & informet, vt ad frugem [illegible]e-
lioris vitæ ipſum familiarius exhortetur, iraſcitur, vritur, anxiatur. Optimè erit cu[illegible]
Iuuen. Sat. 3. corripienti, ſi illæſus euadat, *Si liceat paucis cum dentibus inde reuerti*. Inſtanter [illegible]e
reuocas ad domum Epiſcopi tui, & ad execrabilem eius menſam. Non tanti facio [illegible]-
Eccli. 13. 1. piſcopum tuum, vt pro eo me perdā. Scio, quia qui tangit picem, inquinabitur ab ea[illegible]
ſuoſque hoſpites male remunerant, ſerpens in ſinu, ignis in gremio, mus in pe[illegible]o-
mum Epiſcopi decet ſanctitudo: ſed hac domo, vt cum familia Dominum co[illegible]pre-
hendam, nihil eſt damnabilius ad meritum, nihil ſeditioſius ad conſortium, ni[illegible]-
honeſtius ad mores, nihil ſordidius ad cōſcientiam, nihil culpabilius ad famam, [illegible]
pernicioſius ad exemplum. Leua Domine manus tuas in ſuperbias eius, & confrin-
Pſal. 74. 14. ge cornua peccatoris. aufer de domo tua idolum Moloch, adimpleas, quod pro[illegible]e-
Leu. 18. 21. ticè promiſiſti: non habitabit in medio domus meæ, qui facit ſuperbiam. ſuper[illegible]
Pſal. 100. 7. eſt Moab, & maior eſt arrogantia eius, quàm fortitudo eius: ideò iuraui, [illegible]
Iſa. 16. 6. declinare & elongari ab eo. Filium enim ſuperbiæ, abominationis idol[illegible]
Prou. 6. 17. ſublimes, labia doloſa, & linguam magniloquam ſuſtinere non p[illegible]m [illegible]
Pſal. 11. 4. tur, & elongor ab eo, vt in me verbum prophetæ impleam: ſuperbo oculo, & inſa-
Pſal. 100. 5. tiabili corde, cum hoc non edebam.

EPISTOLA XIX.

Ad Amicum quendam Iuris canonici ſtudioſum.

ARGVMENTVM.

Duas quæſtiones propoſitas diluit. Altera eſt, an mulier, quæ exiſtimans virum ſuum obiiſſe, monaſticen profeſſa eſt, eo reuerſo ſua autoritate virum repetere poſſit? Altera, an eadem, viro deinde mortuo teneatur monaſticen repetere?

PETRVS BLESENSIS BATH. ARCHIDIAC. DILECTO ſocio & amico R. ſalutem, & ſi quid melius eſt ſalute.

Prim[illegible]

NVPER in conflictu Scholaſtico quædam quæſtiones, ſicut aſſeris, deductæ in medium tuum animum in dubio ſuſpenderunt. Eas mihi proponis, earumque ſolutionem cum inſtantia petis: veruntamen cum ſis in ſcholis, ego autem in caſtris: & cum iam biennium in legibus & decretis expenderis, vereor, ne tentatiue hoc facias, vt ſic me in ſimplicitate mea callide comprehendas. Poteram tibi dicere, quod prudens illa mulier Ioab quærenti caput Sibæ legitur reſpondiſſe. Prouerbium eſt, inquit, vt qui in- *2. Reg. 20. 18.*
terrogant interrogent in Abela. Qui interrogant, interrogent Pariſiis, vbi difficilium quæſtionum nodi intricatiſſimi reſoluuntur. Quæſtionum, quas proponis, ſolutionem apud eos facilius inuenire poteris, qui in talibus ſe exercent. Ego quidem, quod ſcio, non inuideo tibi: vtinã voluntaria oris mei beneplacita tibi faciat DEVS, *Pſal. 118. 108.*
vt quæſtiones, quas proponis, etſi non ad rationem, ſaltem ad hominem poſſint ſolui. Mihi autem ſufficere credo, ſi ſolutionem quam daturus ſum vigorus legis, aut canonis auctoritate firmauero. Quæris de muliere, quæ virum ſuum profectum per- *QVÆSTIO 1*
egrè ex veriſimili bonorum virorum relatione credens conceſſiſſe in fata, monaſterium ingreſſa, & velata eſt, vtrum viro eius redeunte, & eam non repetente ſua poſſit auctoritate exire, & virum repetere: Quæris etiam, ſi poſtquam profeſſa eſt pro- *QVÆSTIO 2.*
poſitum ſanctitatis, reſtituẽda ſit viro: vtrum, eo poſtea mortuo, cogenda ſit ad ob- *c. placer. de*
ſeruantiam voti ſui: ſublata enim eſt cauſa, quæ ad tempus votum implius ſuſpendere *conuer. coniug.*
videbatur. PRIMÆ quæſtioni reſpondeo: quia votum continentiæ quod emiſit, citra *Reſponſio ad*
auctoritatem & licentiam viri ſuit eam obligare non potuit. Quod manifeſtiſſimè *1. quæſt.*
liquet ex octaua ſynodo: ex ſynodo Eugenij Papæ: ex epiſtola Gregorij ad Vrbicum: *NOTAS vide.*
ex epiſtola Nicolai, & dictis Auguſtini. Hieronymus etiam ſuper epiſtolam ad Titum idipſum conſtanter affirmat: Ambroſius in libro quæſtionum noui & veteris teſtamenti, mulieris votum reprobat, niſi conſenſus viri pariter vouentis aſſiſtat. Idipſum autem Auguſtinus in quæſtionibus Numeri manifeſtè declarat. Licet aũt ex *quæſt. 57. &*
Concilio apud Compendiũ habito videatur, quod niſi vir eã reuocauerit, exire non *59. 23. q. 5. c.*
poſſit, intelligere debes eã exire nõ poſſe, ſi vir continentiã vouere voluerit: alioquin *mulier.*
per Eccleſiam cogendus eſt, vel vxorem ſuã repetere, vel ſe vinculo caſtitatis aſtringere, teſtificante hoc Auguſtino ſuper centeſimũ quadrageſimum nonũ pſalmum. Quod ſi obiicias, quia in ſua poteſtate erat, nunquam à viro debitum carnis exigere, & quod in hoc ſe potuit obligare: reſpondeo, quod cum Apoſtolus dicat: quia vir *1. Cor. 7. 4.*
non habet poteſtatem ſui corporis, ſed mulier, & verſa vice illa corpori ſuo, quod ſuæ poteſtatis non erat, non potuit citra licentiã viri legem caſtitatis indicere. Quod *c. notific. iſti.*
habes expreſſum ex epiſtola Alexandri ſecundi Landulpho. Cæterum, cum errore *33. q. 5.*
inducta votum caſtitatis emiſerit, votum hoc obligatorium non videtur: cui etiam, vt verum fateat, non conſenſit. Nam, Iuris aſſertione ciuilis, nihil eſt quod ma- *l. ſi per errorẽ.*
gis impediat conſenſum, quàm error qui imperitiam detegit. Si ergo mater eſſe de- *dig. de iuriſd.*
ſiderat, exeat in nomine Domini, & repetat coniugales amplexus, ſi vir aut pariter *Vide Notas.*
conuerti renuit, aut vxorem reuocare contemnit. Quod ſi vir poſtea verè mortis *Reſponſio ad*
tributum exſoluerit, ipſa liberata à legè viri, nubat, cui vult, in Domino: nec votum, *2. quæſt.*
quod ab initio non tenuit, obſeruare cogatur. nam expreſſa ſimilitudinis forma, ſer- *1. Cor. 7. 39.*
uus quem dominus à monaſterio extraxit, ſi poſtea conſequatur libertatis beneficium, & iam non ſit, quod impediat votum eius, tamen ad vitę arctioris propoſitum non cogetur. Hæc tuæ inquiſitioni communico, ſicut miniſtrat in dulcedine ſua pauperi DEVS. Si quid elegantius tibi datum fuerit deſuper, non inuideas mihi: nam *Pſal. 67. 11.*
ſicut à magiſtro, ſic à diſcipulo meo paratus ſum erudiri. Damnatiſſima [illegible] eſt illa

F [illegible] be-

erubeſcentia, quæ ſic à minore, ſicut à maiore, doctrinæ beneficium [illegible]
Liber P. Bles. de præſtig. fortunæ. Librum meum de *Præſtigiis fortunæ*, quem poſtulas, adhuc habere non pot[illegible]
enim, quam exeat in publicũ, ſentiet caſtigationis limæ iudicium, ne [illegible]
forme, vel inciuile remaneat, quod oculos aut aures legentis offendat. Quod [illegible]
& per litteras, & per clericum tuum ſcire deſideras, quare hoc nouum op[illegible]
meum de fortunæ præſtigiis inſcribatur, cum nihil in eo legatur, quod no[illegible]
nouo aut veteri teſtamento aſſumptum, hoc in cauſa eſſe cognoſcas. P[illegible]
ſufficienter ediſſerit, nihil eſſe fortunam, eorumque ſatis probabiliter re[illegible]
opinio, qui ex quadam præſtigioſa varietate fortunæ, rerum temporali im m[illegible]
tur euentus: cum hanc ipſam mutabilitatem euentuum DEI prouidentia [illegible]
mutabiliter operetur. Ideoq; in capite libri ſcriptũ eſt, *De Præſtigiis fortunæ*, n[illegible]
fortuna ſit aliquid, aut eius præſtigia, ſed vt in magnificentia, vel hum[illegible] o[illegible]
minum, quæ à multis fortuita & incerta creditur, cuncta procedere con[illegible]
ex diſpenſatione diuina. Et, vt hoc oculata fide agnoſcas, quinque huius noui [illegible]
quaternos tibi mitto, vt tranſlegas, non tranſcribas, ipſoſque mihi per laroren[illegible]
ſentium cum omni feſtinatione tranſmittas. Bene valeas amice in CHRISTO
cariſſime.

EPISTOLA XX.

Ad D. Criſpinum & Magiſtrum Paganum.

ARGVMENTVM.

Queritur ſe maleuolentia aulicorum arceri à promiſſa Epiſcopi Carnoten[illegible] naldi aula & conſuetudine, humanitatem & liberalitatem eius co[illegible]laudat, [illegible] hortatur, vt Eccleſiaſticæ libertatis patrocinium contra exactiones regias [illegible] trepidè ſuſcipiat.

CLARISSIMIS AMICIS SVIS D. CRISPINO, ET M. Pagano, M. PETRVS Bleſenſis Bath. Archidiac. ſalutem in auctore ſalutis.

Vide epiſt. 15. PROMISERAT mihi Dominus veſter, quod imponere[illegible] exilio [illegible]
finem: meque in terram meæ natiuitatis honorific[illegible] reu[illegible]c[illegible]et. V[illegible]
2. Cor. 1. 17. nam non eſſet apud eum, eſt & non, neq; degeneraret in eo [illegible]
Tit. 3. 3. Paſtoralis. Scio quia detractores, ſicut Apoſtolus dicit, DE[illegible] o[illegible]
Pſal. 40. 10. magnificauerunt ſuper me ſupplantationem. Habita[illegible]
Exod. 8. 24. domibus Epiſcoporum & regum ranæ peſtilentes, cynomya, & ciniphes, [illegible] Æ-
Pſal. 104. 30. gypti grauiſſima, loquaces adulatores, garruli & mordaces. De talibus ſcriptum [illegible]
Pſal. 56. 5 Edidit terra eorum ranas in penetralibus regum ipſorum: dentes eo[illegible]
ſagittæ, & gladi[illegible] in labiis eorum. Sic igitur mihi Domini veſtri gratiam e[illegible]
toxicauit lingua meretricantis adulatio & inuidia detractoris. Hic e[illegible] aer [illegible]
lens, & aura corrũpens, quæ hodie generaliter palatinos inficit, & à [illegible]
bus viros approbatæ honeſtatis auellit: peſtis enim inuidię merita virtutũ n[illegible]
derat, ſed tormenta conſcientiæ ſuſtinet dum ipſam præceps ambitio & e[illegible]
propriæ appetitus excæcat. Benedictus autem DEVS, qui ad il[illegible] ſtat[illegible]
tiam me reduxit, vt mihi ſufficiant propriæ facultates. Nemo mihi de cætero ob-
[illegible]

ciet: ego ditaui Abraham. iam non bibo de puteo Samariæ, de quo qui plus bibit, *Gen.14.23.*
amplius sitit. Malo pauca cum puritate conſcientiæ, quàm dignitates innumeras *Ioan.4.13.*
cum verme, qui non moritur, poſſidere. Iam per gratiam DEI me reuocare non
poterit illa proditoria & fallax parentum affectio, quæ me quaſi ſub iactu aleæ to-
ties poſuit, quoties ſub diſcrimine capitis transfretare coegit. Elegi mihi patibulum, *Iob.9.24.*
vt non videam mala gentis meæ: quia vt verbo Iob vtar, terra data eſt in manus im- *Ouid.3. de*
pij. *Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit, & intra fortunam debet quiſque manere* *Triſt.eleg.4.*
ſuam. Abrahæ dictum eſt: egredere de terra & de cognatione tua: & ego, quare *Gen.12.1.*
non egrediar, aut quare ad parentes meos regrediar: apud quos non inueni niſi ma-
nus harpyiarum, conſilia Achitophel, vulpium dolos, aculeos ſcorpionum? Li- *2.Reg.15.34.*
cet parentibus debeam affectionem naturalem, illud tamen non debeo, vt pro *Parentibus*
eis me perdam, aut pro eis ab honeſtatis propoſito me reflectam. Vaccæ ſiquidem *quouſq; ad-*
quæ in Bethſames deferebant arcam Domini, licet eas traheret naturalis quædam *hærendum.*
affectio vitulorum, ad eos tamen colla ſua minimè reflectebant. Multi pro parenti- *1.Reg.6.12.*
bus ſuis animas perdiderunt, dum in eis plus amantes carnem quàm ſpiritum, ani-
mas ſuas pro amicis temerè & crudeliter poſuerunt. Leuita, imò archileuita ego
ſum: ſcriptum eſt autem in lege Domini, vt nemo in ſacerdotalem ordinem, aut
Leuiticum aſſumatur, niſi prius dicat patri & matri, vale; id eſt, niſi in eo penitus *Deu.33.9.*
extinguatur affectio parentelæ. Reuertor ad Dominum veſtrum, cuius familia-
ritatem, & ſuauiſſimam comitiuam perdidiſſe me doleo. Sperabam, quod eſſet
ex mea conuerſatione induſtrior, & quod nobile illius ingenium, diueſque me-
moria meis admonitionibus ſe in virtutum culmen erigeret, fructumq; in Eccleſia
DEI faceret tempeſtiuum. Abſentiam meam nunc ſuppleatis, amici chariſſimi, Do-
minumque veſtrum adhortari ſalutaribus monitis non ceſſetis, vt leuitate iuueni-
li depoſita Pontificalem induat grauitatem: me ſiquidem illius nobilis animæ ze-
lus & cura ſolicitat. Non enim inueni Pontificem adeò ſocialem, adeò manifeſtum,
adeò in omnes munificentias & liberalitates effuſum. omni petenti ſe tribuit: mu-
nificentiam enim à tenera primitiauit infantia: miſericordia cum ipſo coaluit, vt
cum beato Iob fiducialiter dicat: ab infantia mea creuit liberalis affectio mecum, & *Iob.31.18.*
de vtero matris meæ mecum egreſſa eſt. Vellem tamen, quod munificentiis eius ra-
tio menſuram præſcriberet; & donationes, quas militibus, aut hiſtrionibus facit,
modeſtia limitaret. Beneficiorum enim, quæ pauperibus conferuntur, menſura de-
bet eſſe, immenſitas. Quantum verò per adulatores mediantibus donis eius opinio
ad inanem iactantiá creſcit, tantum apud bonos & graues, quaſi in vaporem & fu-
mum ſuæ beneficentiæ titulus euaneſcit. Non militibus, ſed pauperibus erogare *Epiſcopus non*
tenetur patrimonium crucifixi: cuius ipſe non Dominus, ſed tutor eſt, vt miſe- *eſt Dominus*
reatur & commodet ad vſus egentium, tanquam teſtamentarius diſpenſator. Vidi *bonorum Ec-*
eum quandoque ſic exinanitum liberalitatibus extraordinariis, quod eum inuitum *cleſiæ.*
& dolentem adigebat neceſſitas exactionibus & rapinis operam dare. Vtinam me-
moriter & efficaciter obſeruaſſet verba Pauli in ſecunda epiſtola ad Corinthios.
Non dico, inquit, vt gratia veſtra ſit aliis remiſſio, vobis autem tribulatio: ſed vt *2.Cor.8.13.*
abundantia veſtra ſit eis inopiæ ſupplementum, vt fiat æqualitas, de qua ſcri-
ptum eſt: qui multum habuit, non abundauit, & qui modicum habuit, non mi- *Exod.16.18.*
norauit. Inſtate quæſo opportunè, vt gloriam nobilis Eccleſiæ Carnotenſis
non obſcuret: ſed eam ſupportet auxiliis, & conſiliis erigat, meritiſque ſanctæ con-
uerſationis illuſtret. Si vult ſalubriter ei ſeruire, cui ſeruire regnare eſt, & ha-
bere laudem in nomine ipſius, aſcendat ex aduerſo, & opponat ſe murum *Ezech.13.5.*

Zelo recupe-rat homo a-miſſam fa-mam. pro domo Domini, Non enim poteſt eſſe præclarior famæ titulus in prælato, quam ſi viriliter tueatur ſtatum Eccleſiaſticæ libertatis. Si quid perperam fecit, ſi quid ve-tam eius aliquo tempore offuſcauit, totum reformat & redimit zelus domus tuæ DEVS, & iuſtitiæ amor. hæc duo faciunt, vt fama hominis mortua reuiuiſcat. Et

Pſal 68.10. qui prius obnoxius erat accuſantibus linguis, poſtea in libertatem publici fauoris & gratiæ odorem ſuauitatis effundat. Sane, ſicut audiuimus, exiit edictum à Philip-

Vide ep. 121. po rege, vt deſcriberetur Gallicus orbis, & oneretur Eccleſia decimationibus in-diuis. Sic paulatim tranſibit decimatio in conſuetudinem, & præſumpta ſemel abu-ſio ignominioſam Eccleſiæ ſeruitutem infliget. Offertur Domino noſtro cæleſtis gratiæ triumphalis occaſio. In optione ipſius eſt, aut degenerem & deiectum a-nimum turpiter ad ſeruiendum ſubmittere, & importabile iugum ſuis ſucceſſoribus importare, aut coronæ immarceſſibilis eminentiam obtinere. Regiæ quæſo indi-gnationis motus non timeat: cum enim ſit æqualis Regi genere, non eſt eo inferior

Iſa 49.23. dignitate. Ad miniſtrũ DEI dicitur per prophetã. Erunt reges nutritij tui & mamil-la regum lactaberis. In hac autem cauſa DEVS, qui maior eſt omnibus, cauſa [illegible]

Pſal.125.5. eſt. Bonus autem Pontifex in perſecutione ſeminat, quod in gaudio metet. Potens

Pſal 111.2. in terra erit ſemen eius: preſſura enim libertatem, afflictio iucunditatem, amaritu-do dulcedinem germinabit. Si ſe pro CHRISTI Eccleſia erubeſcentiæ & confuſioni

Iſa. 61. 7. oppoſuerit: ſcriptum eſt, quia pro confuſione duplici & rubore in terra ſua dupli-

Phil. 1.21. cia poſſidebunt. Quid dubitet Chriſtianus, cui viuere CHRISTVS eſt, & mori lucrum?

Col.3.3. Quicquid ei accidat, ſi CHRISTVM diligat, vita eius abſcondita eſt cum CHRISTO in DEO. Eum quæſo fauor auræ blandientis non moueat, nec turbo tempeſtuoſus in-

4.Reg.2.1. clinet. Turbo quandoque motus eſt, vt Helias raperetur in cœlum. Certus eſt, quia morietur: quando verò morietur incertus. Debitor naturæ eſt, vt ei mortis vectigal

Prou.27.1. exſoluat. neſcimus, quid ventura pariat dies. & quis de die præſenti ſecurus eſt? Quis

1.Reg. 15. 32. ſcit, ſi mors ignominioſa, mors turpis, mors ſubita eum rapiat, & non ſit, qui eripiat?

1.Theſ.5.3. Cum dulcior & iucundior eſt homini vita ſua, tunc ſeparat amara mors. teſte ſcri-ptura, cum dixerint, pax & ſecuritas, tunc repentinus ſuperueniet eis interitus & do-

Iob. 21.13. lor, ſicut in vtero habentis, & non effugient. Iob etiam dicit, deducunt in bonis dies

Heb.10.31. ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. horrendum eſt incidere in manus DEI vi-uentis. Sancta ergo & ſalubris eſt cogitatio, ſe pro eo, vitæ aut famæ periculo [illegible]-ter exponere, qui eſt auctor vitæ & gloriæ retributor. Tutius eſt homini pro CHRI-STO animam ſuam perdere, vt eam cuſtodiat, quam cuſtodire, vt perdat. Summa hu-ius exhortationis eſt, vt Dominus veſter ſibi circumſpectè proſpiciat: vt non terre-næ ſupellectilis eum iactura deterreat; non alliciat fauor Principum, non eneruet ambitio, nec ipſum ſpes vitæ productioris fallax & proditoria blandiendo ſeducat.

EPISTOLA XXI.

Ad H. canonicum, quondam amicum.

ARGVMENTVM.

Inſignem H. canonici, quondam amici, faſtum & arrogantiam deſcribit & in-ſectatur.

PETRVS BLESENSIS BATH. ARCHIDIAC. QVONDAM dilecto filio & amico H. ſalutem & ſpiritum humiliorem.

SOLIA-

SOLERTER inquirens, & diligenter examinans vniuerſa quæ habes ex beneficio naturæ vel gratiæ, ad plenum admirari non ſufficio: vnde tibi obrepere poſſit elationis occaſio: qui pluribus cauſis in vnum concurrentibus debueras in oculis tuis eſſe humilis & abiectus. Cum nuper te Rothomagi inueniſſem, atque ad verba mutuæ ſocietatis & amicitiæ deſcendiſſem: nec vnum a te verbulum manſuetudinis, aut dilectionis extorſi. Quicquid humano cordi ſuggerere poteſt humilitas, ſiue modeſtia, proponebam, vt aliquod verbum manſuetudinis & humilitatis elicerem. Tu verò in ſuperbia & abuſione, ſublimes & infrunitos oculos diſtorquēs in faſtum, quadam pomposâ & ſuperciliosâ facie deſpiciens vniuerſa, & omnia quaſi pro imperio agens, amicum, cui nunquam neceſſarius eſſe potes, & cuius auxilio ſemper eges, vix, & tamen indignantiſſimè reſpexiſti: reſpexiſti, & deſpexiſti. Ideo enim reſpexiſti, vt deſpiceres; &, vt ab eo, qui te diligebat ex animo, faciem tuam cum quadam faſtuoſa oculorum extollentia declinares. Cauſam huius rei neſcio, niſi quia magnus apparere deſiderabas in oculis tuis, qui in oculis aliorū forte abiectiſſimus reputaris. Summam reputo inſaniam, ſi mente captus prudentem ſe iudicet: nec minorem veſaniam cenſeo, ſi ignobilis & imprudens arroganti elatione ſe inflet. Certe in filio Regis ſatis intolerabile eſſet ſupercilium, quod prætendis: publicè tamen ſcitur, quod non es filius regis, licet is, qui te genuerit, fuerit coronatus. Miror vnde tibi venerit pes ſuperbiæ; vnde conceperis ſuperbiendi materiam, niſi quia foreſtariis es addictus, vt tyrannicas exactiones, quibus pauperes opprimuntur redigas in ſcripturam. Porrò illi te ſcribunt & proſcribunt apud Dominum in libro mortis, quos apud foreſtarios paginæ damnationis adſcribis. Cum eſſes litteratoriæ artis omninò ignarus, ſcis, quia amici tui epiſtolæ, quas deprauaſti, te fecerunt canonicum: teque per eaſdem facile excanonicari poſſe, ſi ſignificarent ſummo Pontifici cum aliis enormitatibus tuis damnatæ vſurpationis officium quod exerces. Porrò dictum eſt Danieli: Daniel claude ſermonem, & ſigna librum vſque ad tempus ſtatutum: ſic & *Dan.11.4.* ego cum patientia ſuſtinebo, nec aduerſum te ſpiritum conceptæ indignationis effundam, donec experiar, quid in te poſſit operari familiaris & amica correctio. Ego quidem fatuitati adſcribo. quod fatuum doceo & ſuperbum: cum Salomon dicat, *Prouerb.9.7.* qui arguit impium, ipſe ſibi maculam generat: & qui docet fatuum, quaſi qui con- *Eccli.22.7.* glutinat teſtam. In eo enim eſt correctio ſuperuacua, quem incorrigibilem pertinacia ſua facit: teſtimonio Salomonis. ſi contuderis ſtultum in pilo quaſi priſanas fe- *Prou.27.22.* riente deſuper pilo, non auferetur ab eo ſtultitia eius. Deſcende quæſo in teipſum, & fode conſcientiæ tuæ parietem, videbiſque abominationum genera, quibus te iudicare poteris infelicem. ſic enim dicit Dominus Ezechieli. Fili hominis fode parie- *Ezech.8.8.* tem: & cum fodiſſet, ecce multitudo reptilium, & abominationum. Hunc parietem foderat, ſuæque miſeriam conditionis attendens, alius propheta dicebat. Ego vir videns paupertatem meam: veruntamen non potes humiliter ſapere, quia am- *Thren.3.1.* bulas in magnis & mirabilibus ſuper te, atque ventum elationis magnæ concipiens *Pſal.11.4.* ad nubes & impoſſibilia te extendis. diſperdet Dominus labia doloſa, & linguam magniloquam. Extollentiam autem oculorum ne dederis mihi DEVS. Caue quæ- *Eccli.23.5.* ſo, ne magnificentia cordis tui tibi occaſio ſit ruinæ. Scriptum eſt enim. ante ruinam *Prou.16.18.* exaltabitur cor. Vidi, inquit, impium exaltatum & eleuatum. Et ſubiungit. tranſiui, *Pſal.36.36.* & ecce non erat. Vnum noueris, quod cum hac ſuperbia tua nec DEO nec homini potes eſſe acceptus. Nam nec auis acceptatur in ſacrificio Domini, niſi plumæ & *Leu.1.16.* pulmonis veſicula deponatur.

EPISTOLA XXII.

Ad Magiſtrum Ioannem de Saresberiis.

ARGVMENTVM.

Ioannem Saresberienſem cum S. Thoma Archiepiſcopo Cantuarienſi in exilio agentem, ſpe futuræ remunerationis conſolatur. monetque vt fortiter ſe in Eccleſiaſticæ libertatis defenſione, remoto tamen omni ſtudio vindictæ, [illegible] tare pergant. non dubitare ſe, glorioſum tandem fore huius certaminis in Thoma exitum.

CARISSIMO AMICO SVO MAGISTRO IOANNI DE SARESBE-
riis PETRVS Bleſenſis Bath. Archid. ſalutem in auctore ſalutis.

QVOTIES communes Eccleſiæ Anglicanæ preſſuras, Dominique ve-
ſtri Thomę Archiepiſcopi Cantuarienſis exilium diligenter att[illegible],
plurimum mihi cedit ad ſolatium, quod pro iuſtitia DEI, & pro Ec-
cleſiæ libertate ſe murum opponit, & ex ipſa perſecutione [illegible] ac h[illegible]
merebitur glorioſum. Video, quia poſiti eſtis inter malleum & [illegible]
Pſal.128.3. dem; & aſſiduè ſupra dorſum veſtrum fabricant peccatores. Veruntamé, ſi in CHRI-
1.Cor.10.13. STO & pro CHRISTO pugnatis, ipſe nõ permittet vos tentari ſupra id, quod p[illegible]
Pſal.124.3. ſtis ferre: ſed faciet cum tentatione prouentum, tolletq; Dominus virgam pe[illegible]
rum deſuper ſortem iuſtorum, vt non extendant iuſti ad iniquitatem manus [illegible]as. [illegible]
Math.5.10. veritas non mentitur, veſtræ perſecutionis exitus beatitudo intermi[illegible]bilis e[illegible]
ti, inquit, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. Petrus Apoſtolus d[illegible]
1.Pet.4.15. mo ex vobis patiatur, quaſi homicida aut fur, aut maledicus, aut alieno[illegible] appet[illegible].
Aug.ep.167. Martyrium enim facit non pœna, ſed cauſa. ſicut Apoſtolus ait; ſed & ſi q[illegible] p[illegible]
1.Pet.3.14. mini propter iuſtitiam, beati. Donum quidem DEI eſt in eum credere, ſed & [illegible]
optimum, pro CHRISTO contumelias ſuſtinere. Vobis, inquit Apoſtolus, do[illegible]
Phil.1.29. eſt pro CHRISTO, non ſolum vt in illum credatis, ſed vt etiam pro ipſo p[illegible].
Vobis itaq; congratulor, quia iuſtitiam in iudicium cõuertiſtis, quia quorundam re-
bellionem atq; cõtumaciam ſuſpenſionis animaduerſione reprim[illegible] tamen [illegible]
facitis rationis & iuſtitiæ motu, non zelo vltionis, aut alienæ iniuriæ appetitu. N[illegible]
quęſo faciatis ex rancore vel odio, ſed omnia veſtra in caritate fiant: nec enim ex per-
ſecutione hac ſalutis manipulos colligetis, niſi tota intentio veſtra procedat ex [illegible]
mo caritatis. Porrò cum per clibanum iracundia, ſiue perſecutio in ſacra pagina [illegible]
Leuit.2.4. gnetur, in Leuitico docemur, ſacrificium, quod in clibano coquendum eſt, p[illegible]
[illegible]ergere oleo caritatis, ne comburatur. Illius enim animus, qui ad tolerantiam per-
ſecutionis ſe præparat, prius demulcendus eſt oleo caritatis, vt nec in aduer[illegible]
tate deficiat, nec aduerſus fratrem ſuum zelo vltionis, aut odio inardeſcat. M[illegible]
rium igitur vobis eſt, atq; apud DEVM & homines commendabile, ſi [illegible]ob[illegible] di[illegible]
Pſal.105.3. ſubiectorum iuſtitia mediante compeſcitis. Beati enim, qui cuſtodiunt iudicium, &
faciunt iuſtitiam omni tempore. In executione quidem iuſtitiæ non debet [illegible] per-
ſonarum acceptio, aut delectus. Si ſit frater, aut filius: ſi ſit prę[illegible], aut ſubd[illegible]
per quæratur fructus iuſtitiæ, ſemper [illegible] cent, qui iudicant orbem te[illegible].
cum Leuitæ, occidentes fratres & filios ſuos, vlti eſſent peccatum [illegible]

illis Moyſes. Conſecraſtis manus veſtras hodie. vnuſquiſque in filio ſuo, & in fratre *Exo.32.29.*
ſuo, vt detur vobis benedictio. Salomon quoq; dicit. Qui arguunt, laudabuntur, & *Prou.24.25.*
ſuper eos veniet benedictio. Plurimum quidē commendabile eſt in Domino veſtro,
quod ſic ſolus aſcendit ex aduerſo: quod opponit ſe murum pro domo Iſraël, & ar-
guit pro manſuetis terræ. Iuſtum habemus hodie: ſingularem & vnicum inter filios *Iſa 11.4.*
excuſſorum. Pro Patribus noſtris cuius eſt nobis filius, qui exemplo Apoſtolorum *Pſal.126.4.*
ſolus hodie facit vindictam in nationibus, increpationes in populis. Et ſicut illi prin- *Pſal.44.17.*
cipes populorū, qui modò congregati ſunt cum Deo Abraham pro iuſtitia Chri- *Pſal.149.7.*
ſti, tanquam Dij fortes terræ vehementer eleuati ſunt: ſic & honor iſtius, ſi in exhi- *Pſal.46.10.*
bitione iuſtitiæ perſeuerauerit, eleuabitur in immenſum. Quod enim nunc exulat,
quod multa in eius cōtumeliam attentantur, ei totum hoc in gloriam beneficio pa-
tientiæ conuertetur. Quod leue eſt, & momentaneum tribulationis noſtræ, dicit *2.Cor.4.17.*
Apoſtolus, immenſum gloriæ pondus operatur in nobis. exhibeatis voſmetipſos *2.Cor.6.4.*
tanquam Dei miniſtros in multa patientia: *nam vidua eſt virtus, quam non patientia
firmat*. Et quis à primitiuis Eccleſię cunabulis ſine patientia triumphauit? Sanè, licet
plurimum habeat de ſpiritu fortitudinis Dominus veſter: dicitur tamen, quod pro- *Vide Neu-*
pter coronationem noui Regis Anglorum ab Eboracenſi factam, atque ob quæ- *brig. l.2. cap.*
dam priuilegia, ſicut dicunt, contra ipſum ſubreptitiè impetrata, adeò turbatus eſt, *25 & Polyd.*
quod à puſillanimitate ſpiritus & tempeſtate penè moti ſunt pedes eius, penè effu- *lib.3. h.Angl.*
ſi ſunt greſſus ſui. Veruntamen vos, qui eſtis manus Archiepiſcopi & oculus eius, *Pſal.59.9.*
ſanctis exhortationibus veſtris confortate manus diſſolutas, & genua debilia robo-
rate. Non eſt mirum, ſi turbetur tribulationibus & preſſuris: veruntamen, ſi to-
tus innitatur & inhæreat ei, qui in electis ſuis mittit radices, omnem ventum tenta- *Eccli.24.13.*
tionis & turbinis ſecurus excipiet. Certè Patres antiqui, cum eſſent quandoq; inter
anguſtias, frequenter tædio ſunt affecti. Vnde & forti illa tolerantia paſſionum,
qua feruebant in Domino, repere & torpere videbantur ad tempus, donec virtute
induti ex alto per gratiam diuinæ conſolationis in ſpiritu fortitudinis reſurgebant.
Helias fugiens à facie Iezabel, & affectus tædio huius vitæ, proiecit ſe ſubter vnam *3.Reg.19.4.*
iuniperum, petitque animæ ſuæ, vt moreretur. ſufficit, inquit, mihi: tolle animam
meam. Apoſtolus etiam, ſimili tædio intabeſcens: ſupra modum, inquit, grauati ſu- *2.Cor.1.8.*
mus, ita vt tæderet nos viuere. Propheta hæc tædia frequenter expertus dicit. à for-
titudine manus tuæ ego defeci, & tabeſcere feciſti, ſicut araneam, animam meam. *Pſal.38.12.*
Porrò caritas in eis inualeſcebat ex tædio, & ex ipſa infirmitate fortitudo creſcebat:
quod alicui fortè incredibile videretur: niſi Apoſtolus, qui frequenter hæc in libro
experientiæ legerat, teſtimonium ſuper hoc ferret: quando enim, inquit, infirmor, *2.Cor.12.10.*
tunc fortior ſum. ſed & ei dictū eſt: quia virtus in infirmitate perficitur. Si ergo pro-
pter ingruentiam malorū, quæ ſuſtinet Dominus noſter, aut pro ſuorum deſolatio-
ne, aut pro exilij huius diuturnitate, videritis ei torporem mentis obrepere, ſitis ipſi
ſolatio, ne deſperet, ne titubet: in proximo eſt enim tēpus viſitationis ſuę. Nam ſi mi- *Pſal.92.4.*
rabiles ſunt elationes maris, mirabilis eſt & in altis Dominus: qui procellā conuertit
in aurā, & indignationē Regis in gratiā. Per Legatos ſedis Apoſtolicæ intellexi, cum
quibus a Romana curia vſq; ad Bononiam veni; vel Anglorum Regi in proximo fir-
miſſimè recōciliabitur, vel ad maioris patriarchatus eminentiam transferetur. Sanè,
qualitercunque voluerit Dominus negotium eius diſponere: ſi talis perſeuerat,
qualis eſt hodie: ſecurus expecter exitum huius pugnæ. ideoque voces palpan-
tium non attendat, ſed ſequatur ſpiritum Dei, qui in eo eſt, & quocunque ibit ſpi- *Ezech.1.12.*
ritus, & rotæ pariter gradiantur. Scio enim, quod glorioſus erit ſui certaminis
curſus,

P. Bleſenſis prædicat martyrium S. THOMÆ.
2.Tim.2.5.
Sola perſeuerantia coronatur.
Liber Io. Sarisb. de nugis curial. laudatur.

curſus, ſi tantummodò perſeueret in eo, quem cœpit fortitudinis & conſtantiæ [illegible] ſu. Qui enim legitime certauerit, coronabitur. cumque omnes virtutes curr[illegible] brauium, ſola perſeuerantia coronatur. Rogo autem vos, tanquam Dom[illegible] Magiſtrum meum, vt me de veſtro & ipſius ſtatu frequentius inſtruatis. Na[illegible] aliud non poſſim, oro iugiter pro vobis, vt præueniente altiſſimi gratia R[illegible] glorum gratiam, veſtrarum rerum liberam adminiſtrationem obtinere po[illegible] brum veſtrum de Nugis curialibus legi, & mirabiliter me refecit: nam & ib[illegible] ma forma eruditionis eſt, & propter artificioſam ſententiarum varietate[illegible] mabilis materia voluptatis. Bene valete.

EPISTOLA XXIII.

OCTAVIANUM.

Ad O. Romanæ Eccleſiæ Cardinalem.

ARGUMENTUM.

Dolenter queritur paſſim indignos, ſiue ſcientiam, ſiue virtutem, ſiue æ[illegible] ſpectes per ſummam ambitionem in Epiſcopatus, aliaſque dignitates irruere, obteſtaturque O. Apoſtolicæ Sedis Legatum, vt ſua autoritate interp[illegible] ambitioſos & ſimoniacos omnes ab Eccleſiæ gubernaculis arceat.

CARISSIMO DOMINO ET AMICO O. S. ROMANAE ECCLEſiæ Cardinali Presbytero, Apoſtolicę Sedis Legato P.B. Bath. Archid. ſalute[illegible].

Perſ. ſat. 1.
Pſal. 1. 1.
Hier. epiſt. ad Fabiolam & in c. 34. Iſa.
Seneca ep. 90.
Deu. 32. 29.
E[illegible] 7. 4.

O *Curas hominum, ô quantum eſt in rebus inane.* ô inanis gloria. [illegible]tio cæca. ô terreni honoris inexplebilis fames. ô tinea cor[illegible] [illegible]marum ſubuerſio, cupiditas dignitatum. vnde obrepſit hæc [illegible] vnde inualuit hæc execranda præſumptio, vt indigni d[illegible] [illegible]biant: & quanto minus meruerunt aſcendere ad honores, t[illegible] portunius honoribus ſe importent. Hodie per fas & nefas, hodie [illegible] riſque diſcrimine currunt infelices ad cathedram paſtoralem, nec [illegible] ſit eis cathedra peſtilentiæ, dum ſibi & aliis ſunt cauſa ruinæ. In gre[illegible] & armentis, teſte Hieronymo, aries & taurus corpore & animoſitate præ[illegible] [illegible]os antecedit: homo verò beſtiis omnibus beſtialior, tanto indiſcretius & [illegible] ribus anteeſſe præſumit, quanto minus de virtutum titulis, aut conſcientiæ ſin[illegible] tate confidit. Vtinam ſaperent, & intelligerent, ac nouiſſima prou[illegible] [illegible] puli iniquitates ſuis exceſſibus aggregarent. Verba ſunt Eccleſ[illegible] ab homine ducatum, neque a rege cathedram honoris. Noli quærere [illegible] niſi valeas virtute irrumpere iniquitates populi. non te immittas in populum, [illegible] alliges tibi peccata duplicia. Qui nihil didicit, aliorum Doctor efficitur, & [illegible]

1. Cor. 13. 1.

ſonans aut cymbalum tinniens vſurpat prædicantis officium, cum ſit [illegible] lis & idolum mutum. Apud veteres erat conditio ſapientum inæſtimabi[illegible] rabilis, hodieque prudentia tanquam vilis & abiecta calcatur: quadam ve[illegible] minabili mutatione ſtultitia ponitur in ſublimi. Hoc eſt, quod Eccleſiaſte[illegible] rando conqueritur. Vidi, inquit, malum, quod ſub ſole eſt, ſtultum poſit[illegible] in dignitate ſublimi, & ſapientes ſedere deorſum. Sacræ ſcripturæ prorſus e[illegible] pus importabile dignitatis vſurpant: de aliena potius, quam de ſua ſcie[illegible] præ[illegible]

Eccl. 10. 6.
Epiſcopum debere eſſe doctum.

[illegible]

mentes. Alia erat Apoſtoli ſententia diſcipulum inſtruentis. Tibi, inquit, commendo fili Timothee, regere Eccleſiam DEI, ſecundum quod noui te ſcientiam habere ſacrarum litterarum: ſcientia ſiquidem ſpiritualis gladius eſt in manu potentis. Hæc eſt pera, in qua Dauid tres limpidiſſimos lapides poſuit, quibus Goliath proſtrauit. Hæc eſt aſinæ mandibula, quæ Samſoni mille hoſtium ſtragem fecit. Hic eſt vomer ille aratorius, quo Samgar ſexcentos Philiſtæos occidit. Epiſcopus illiteratus, preco eſt mutus. Prælati eſt erudire ſubiectos, reddere populum acceptabilem DEO aperiendo myſteria Scripturarum. Petro enim & ſucceſſoribus eius præcipitur, ducere in altum rete, id eſt, profundam ſacræ ſcripturæ intelligentiam in capturam hominum aperire. Veruntamen hodie ſicut populus, ſic ſacerdos: ſicut tenebræ eius, ita & lumen eius. Erubeſce Sidon, ait mare; erubeſcat, doleatque prælatus præeſſe populo, nec prodeſſe: docentis aſſumpſiſſe officium, & in doctrina populi mutum eſſe. Verbum lamentatoris prophetæ eſt, grex perditus, factus eſt populus meus: paſtores eorum ſeduxerunt eos. canes muti non valentes latrare. lupos à gregibus ſuis arcere debuerant, ſed ipſi lupi ſunt in ſuos; nec de ſua ſuorumue ſalute curantes, ſe cum gregibus ſuis in foueam mortis æternæ præcipitant. Hodie in Epiſcopi dignitatem adoleſcentuli promouentur, & molles. ſic venditur Ioſeph Phutiphari eunucho, dum CHRISTI magiſterium, dum diſpenſationem ſacramentorum DEI ſibi damnabiliter vſurpare præſumit infructuoſus & mollis Epiſcopus. Porrò dum ad eruditionem populi mittit Dominus Ieremiam, quem ſanctificauerat ex vtero matris ſuæ, propheta ſuum conſiderans imperfectum, tanquam adhuc elementarius & rudis in formatione verborum, reſpondit. A A A Domine DEVS, neſcio loqui. Moyſes etiam dum à Domino deſtinatur ad liberationem populi Iſraël de Ægypto. Obſecro, inquit, Domine, mitte, quem miſſurus es: ab heri & nudiuſtertius, ex quo locutus es ad ſeruum tuum, impeditioris linguæ factus ſum. Et quis hodie à Pontificali onere ſe excuſat? quis hodie allegat inſufficientiam ſuam? quis hodie inuitus trahitur, aut reclamat? Vbi hodie ſimilis Ammonio inuenitur? quem cum clerus & populus in Epiſcopum elegiſſent, electioni nullatenus conſentire volebat; præualentibus illis & inuitum trahentibus, aurem ſiniſtram cunctis videntibus ſibi radicitus ſecuit, dicens: Lex diuina nullum præciſa aure Epiſcopari permittit. Cumque Timotheus patriarcha cenſeret hunc Epiſcopatu dignum, etiamſi nare & auribus truncatus eſſet, dummodo ſcientia & virtutibus præemineret: illis rurſum Ammonium rapientibus, & inuitum trahentibus, Ammonius dixit: Linguam meam, propter quam vobis placeo, niſi me citius dimittatis, abſcindam. Dignitatis equidem appetitus natione cœleſtis eſt: in cœlo concepit, & peperit iniquitatem. per hanc affectabat ſedere in lateribus Aquilonis, qui nondum laborauerat, vt ſederet. Sed & iſti nondum laborauerunt, vt ſedeant, vt eminentiam cathedræ Paſtoralis aſcendant. nondum propoſitum perfectionis aggreſſi ſunt, nondum cum Petro rete, cum Ioanne ſindonem, cum Matthæo telonium, cum Ioſeph pallium, cum homine Euangelico ſepulturam patris, cum muliere Samaritana hydriam, id eſt, cupiditatem ſeculi reliquerunt. Peccato talium, quaſi filiorum Heli tranſlata eſt hodie arca, ſiue gloria Domini de Iſraël in Azotum, ignem, ſcilicet, concupiſcentiæ. ignis autem iſte non inflammat, ſed infumat, non illuminat, ſed excæcat, ſicut ſcriptum eſt. ſupercecidit ignis, & non viderunt ſolem. De Azoto transfertur in templum Dagon, id eſt, triſtitiæ, vel deſolationis. Nonne idolum triſtitiæ & mœroris eſt prælatus illitteratus & fatuus, qui in ira

1.Tim.1.18. 2.Tim.3.15. 1.Reg.17.40. Iud.15.16. Iud.3.31. Luc.5.4. Iſa.23.4. Ierem.50.6. Iſa.56.10. Gen.39.1. *Epiſcopatus refugiendus potius quàm ambiendus.* *Ierem.1.6. Exo.4.13. Pallad. hiſt. Lauſ.c.12. Socr.l.4.c.18. Vide* NOTAS. *Iob 15.35. Iſa.14.13. Matth.4.20. Mar.14.52. Matth.9.9. Gen.39.12. Matth.8.22. Ioan.4.28. 1.Reg.3.13. 1.Reg.5.1. Iſa.57.9.*

Dei, & populi deſolatione eligitur, & quaſi idolum erigitur, vt veniat quod legitur in Matthæo. *Math.24.15.* cum videritis abominationem deſolationis, ſtantem in loco ſancto, id eſt, in Eccleſia Dei: tunc væ prægnantibus, & nutrientibus: illi enim, qui ſpiritum ſalutis conceperant, exemplo talium ſuffocantur. Qui verò vitæ cæleſtis alimenta petebant, nullo verbi diuini pabulo ſuſtentantur. *Thren.4.4.* Paruuli, inquit propheta, petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis. Tu igitur amantiſſime pater, qui à latere ſummi Pontificis miſſus es, vt legatione fungaris pro Christo, ſurge in exſtirpationem execratiſſimæ peſtis huius. *Ierem.1.10.* Ecce conſtituit te Dominus ſuper gentes & regna, vt euellas & deſtruas, vt diſperdas & diſſipes, & ædifices & plantes. Accendatur & igneſcat zelus tuæ auctoritatis aduerſus ambitionis malum, diſſipa & euelle plantationes iniquas. *Deſcriptio boni Epiſcopi.* Ædifica, & planta in Eccleſia Dei tales, quos humilitas, quos innocentia, quos vita probatior & litteratura commendet, qui ſubiectos doceant, qui diuites non palpent, pauperes non grauent, qui minas potentum non timeant, qui crimina corrigant, & marſupia non emungant: quorum ſermo ſit doctrina, quorum conuerſatio ſit iuſtitia, quorum auctoritas ſit, non in habitu, non in faſtu, ſed in eruditione & defenſione fidei: quorum vita ſit publicè commendabilis: quorum memoria in benedictione. Ad tuum, & collegæ tui ingreſſum quæſo lætetur Eccleſia Christi, vt à ſimoniacis & ambitioſis oppreſſa ſub veſtra conſolatione reſpiret. Congaudeant clerici, & exultent populi, ſe hodie in vobis ſuſcepiſſe ciues Apoſtolorum, & domeſticos Dei: portantes pacem, & illuminantes patriam, nobis & aliis vitæ æternæ poſcentes præmia, vt de labore & ſolicitudine veſtræ Legationis immarceſſibiles iuſtitiæ manipulos reportetis.

EPISTOLA XXIV.

Ad familiares Thomæ Archiepiſcopi Cantuarienſis.

ARGVMENTVM.

Archidiaconus quidam Saresberienſis in offenſionem Thomæ Archiepiſcopi exulantis inciderat: eum ad ſatisfactionem & reconciliationem paratum Petrus cupit in amicitiam, &, per eam, in ſocietatem perſecutionis reſtitui.

Reginaldus is fuit, poſtea Bath. Epiſc.

Doletis, & cauſamini quod ad Archidiaconum Sareſberienſem me contuli: ſed ſi culpa eſt, acceſſiſſe ad eum, reddit me neceſſitas excuſatum. In verbo Domini dico vobis: quod nec noueram, nec audieram, quod Dominus noſter aduerſus eum aliquid rancoris aut odij concepiſſet. Nunc etiam certiſſimè noui, quod veſtro Domino reconciliari toto corde deſiderat: & iam niſi inimicus homo impediſſet, per omnia ſatisfacturus, ſe ipſius pedibus humiliter aduoluiſſet. Adhuc etiam correctionem, & conuerſionem ipſius expecto quotidie, & ad hoc operam adhibeo diligentem. Sed ſunt aliqui cum eo, qui ſeminant zizania, & firmiter interdicunt, ne Domino veſtro reconcilietur, ſi patris ſui, quem ſuper omnia diligit, ac totius generis ſui ſalutem & quietem deſiderat. Scitis equidem, quia homo circumſpectus eſt & induſtrius, vobiſque ac Domino fructuoſiſſimus eſſe poſſet, ſi ſtaret vobiſcum, ſi in ſe partem veſtræ perſecutionis exciperet. Scio etiam, quod

quod ad hoc eum tenuiſſima exhortatio Domini Cantuarienſis efficaciter incli-
naret. Date operam quæſo, vt ad eum a Domino veſtro ſuper hoc litteræ dirigan-
tur. quod ſi non facitis veſtræ vtilitatis intuitu; faciatis hoc ſaltem ſuæ conuerſio-
nis & ſalutis obtentu. Certe Moyſes, vt Hobab ab errore gentilitatis auerteret, *Num.10.29.*
volens ipſum tanquam neceſſarium retinere, dicebat. Proficiſcimur ad locum,
quem Dominus daturus eſt nobis: veni nobiſcum, & bene faciemus tibi: quia Do-
minus bona promiſit Iſraëli, noli nos relinquere: tu enim noſti, in quibus locis
caſtra ponere debeamus, & eris ductor noſter. Si Moyſes gentilem poſtulabat ſi-
bi fieri ducem; non erubeſcat quæſo Moyſe minor archidiaconum ſibi adiungere
dolorum & laborum participem. Archidiaconus enim hoc præcipuè deſiderat,
vt pro eo, & cum eo laborem & dolorem inueniat. Nuper legebamus in libro Re- *2.Reg.15.22.*
gum, & occurrit nobis verbum illud Ethai Gethæi ad Dauid egredientem nudis
pedibus de Ieruſalem à facie Abſolon, & dicentem: quod ille reuerteretur: ille-
que reſpondit; Viuit Dominus, quia non derelinquam te, neque in vita, neque in
morte. Suſpirans ergo archidiaconus: ſic faciat mihi, inquit, Dominus, & hoc
addat, antequam moriar, vt ſic poſſim Domino Cantuarienſi, & ex corde hoc di-
cere, & opere adimplere. Suggerite quæſo Domino Archiepiſcopo, ne clericum *Deu.19.5.*
ſuum verbis prouocet, aut minis exaſperet: ne dum ligna cum proximo cædun-
tur in ſylua, ferrum de manubrio ſecuris euadat, proximumque interimat. Li-
gna enim, teſte Gregorio, cædimus, cum per increpationem proximi peccata ſuc- *Lib.10.moral.*
cidimus: ſed ferrum ſecuris elabitur, proximumque occidit, dum contumelioſa *cap.9.*
correctio conſcientiam proximi vulneratam à dilectionis ſpiritu in mortale odium
vertit. Sanè non eſt admonitio accepta in oculis altiſſimi, quæ non fit ex caritatis
intimo, & in ſpiritu lenitatis. Quod liquidò patet ex verbis Eliæ, dicentis; Ecce *3.Reg.19.11.*
ſpiritus Domini ſubuertens montes, & conterens petras: & non in ſpiritu Domi-
nus, & poſt ſpiritum commotio: & non in commotione Dominus, & poſt com-
motionem ignis: & non in igne Dominus, & poſt ignem ſibilus auræ tenuis, & in
ſibilo Dominus. Nam, cum per prædicta terribilis increpatio exprimatur, per ſi-
bilum auræ tenuis blanda & amica exhortatio deſignatur. Hæc fit cum ſilentio,
illa fit cum iracundia & tumultu: ſicut ſcriptum eſt. Quoniam aquæ Siloës, cum *Iſa.8.6.*
ſilentio currunt: aquæ vero Raſin tranſeunt cum tumultu. Porrò Dominus Can- *Vide* NOTAS.
tuarienſis, qui ſicut mihi videtur, iam aggreſſus eſt arctioris & altioris vitæ pro-
poſitum, non ſpiritum huius mundi accepit, ſed ſpiritum qui ex DEO eſt. Caritas *1.Cor.2.12.*
ergo DEI, quæ diffuſa eſt in corde illius vſque ad proximum ſe extendat, ſicut de-
cet ſanctum. Nam ſi Sareſberienſis Archidiaconus perſeuerat in ea ſatisfactione
& obedientia, quam promittit, aperienda ſunt ei viſcera caritatis. Ego autem
magnum reputo, tantum lucrifacere virum: qui, ſi veſtigiis Domini Cantuarien-
ſis inhæſerit, fructum in Eccleſia DEI faciet tempeſtiuum. Si adhuc reſidet in ani-
mo eius aduerſus archidiaconum aliqua ſuſpicionis occaſio, antequam eundem
in ſacrarium ſuæ familiaritatis admittat, fidem ipſius experiatur operibus. Ioſue *Ioſ.5.14.*
quidem non prius angelum amicum recepit, quam amicum eſſe cognouerit: ſciſci-
tans prius, ſuuſne eſſet, an aduerſariorum? Illud verbis aſſero confidenter, quo-
niam ſi conuerſionem eius procurare voluerit, in eo quod Saulum reperit, Paulum
inueniet. Super conuerſione ſiquidem & ſalute archidiaconi anxia ſolicitu-
do me tangit: non enim poſſum eum non diligere, qui fre-
quenter in ſuis benedictionibus me
præuenit.

EPISTOLA XXV.

Ad Officialem Epiſcopi Carnotenſis.

ARGVMENTVM.

Hortatur Officialem, vt officium ſuſceptum, ob graues & multos abuſus ibi coniunctos deſerat. Vnde & prolixe Officialium fraudes & technas deſcribit.

MAGISTER P. BLESENSIS BATH. ARCHID. O. OFFICIALI Epiſcopi Carnotenſis ſalutem, & ſalubre conſilium.

QVIA te affectuoſiſſimè diligo in viſceribus IESV CHRISTI, propoſui
Geneſ. 11.7. te ſalutaribus monitis adhortari, vt de Vr Chaldæorum, & de medio Babylonis tempeſtiuus exeas, & miniſterium damnatiſſimæ illaqueationis omittas. Scio, quia munerum cupiditas ſubuertit cor tuum, vt fieres Officialis Epiſcopi. Quandoque legeras, ſed forte negligebas
Iob 15.34. verbum illud beati Iob: ignis deuorabit corpora eorum, qui munera libenter accipiunt.
Iſa.33.15. ideo beatus eſt, qui excutit manus ſuas ab omni munere. Credo huiuſmodi Officiales non ab officio, nomine, ſed ab officio, verbo, mutuaſſe vocabulum: *nam genus hoc hominum, quod dicunt officiperdi.* Tota Officialis intentio eſt, vt ad opus Epiſcopi ſuæ iuriſdictionis cõmiſſas miſerrimas oues quaſi vice illius tõdeat, emungat, excoriet. Iſti enim ſunt Epiſcoporum ſanguiſugæ, euomentes alienum ſanguinem,
Iob 20.15. quem biberunt. Quia teſtimonio Scripturæ, diuitias, quas congregauit impius, euomet: & de faucibus illius extrahet eas DEVS. Iſti ſunt quaſi ſpongia in manu prementis, quaſi quædam colatoria, diuitias ſuis Dominis influentes, & execrandis acquiſitionibus nihil ſibi præter peccati ſordem, & fæculentiam retinentes. Quod enim aggregant per oppreſſionem pauperum, Epiſcopis quidem ad delicias
Virg. in vita. cedit, Officialibus ad tormentum. *Sic vos, non vobis, mellificatis apes. Sic vos, non vobis, accumulatis opes.* Iſti ſunt ſecretiora illa oſtiola, per quæ miniſtri Belis ſacrificia
Dan.14.20. quæ ſuper menſam ponebantur à Rege, clanculum aſportabant. Sic Epiſcopus quaſi longa manu bona aliena diripit, & notam criminis à ſe remouens, ſuis Officialibus culpę & infamiæ diſcrimen impingit. Ideò quaſi ſub vmbra Epiſcopi, & obtentu iuſtitiæ palliatæ ſubditos opprimunt, Eccleſias grauant, redditus alienos violenter inuadunt: oculos habent ad munera; pupillo & viduæ non intendunt. Verba
Eccli. 20.3. ſunt filij Sirach. Concupiſcentia ſpadonis deuirginauit iuuenculam: ita & qui facit per vim iudicium iniuſtum. Spado virginem opprimit, & prolem in oppreſſione non quærens, corrumpit, non gignit. ſic Prælatus iracundiæ, aut auaritiæ ſuæ ſatisfaciens, nec fructum iuſtitiæ quærens corrumpit, non corrigit; exaſperat, non emendat. Quod enim fit prætextu fucatæ religionis, aut ſimulatæ iuſtitiæ, non fructificat ad vitam, non ædificat ad ſalutem. Parcit Saul optimis gregibus Amalec
1.Reg.15.9. quaſi ea ſacrificaturus DEO, & diuinam incurrit offenſam. Gedeon de præda Ma-
Iud.8.27. dianitarum facit Ephoth: & hoc ei, & domui ſuæ verſum eſt in ruinam. Hanc adminiſtrationem, quam tibi damnabiliter vſurpaſti, patientius ferrem: niſi ſacrarum litterarum ſcientia præemineres. Cauſæ & iudicia, quibus te imprudenter, ne dicam
2 Tim. 2.4. impudenter, immiſces, potius conſuetudinario & ſeculari iure deciduntur. Virum litteratum & Eccleſiaſticum non ſic decebat ſecularibus negotiis implicari. Apo-
1 Cor.6.4. ſtolus ad Corinthios ſcribens dicit: ſecularia negotia ſi habueritis, eos qui contemptibi-

ptibiliores ſunt inter vos conſtituite ad iudicandum. Officium Officialium, quorum te numero aggregaſti, hodie eſt, iura confundere, ſuſcitare lites, tranſactiones reſcindere, innectere dilationes, ſupprimere veritatem, fouere mendacium, quæſtum ſequi, equitatem vendere, inhiare exactionibus, verſutias concinnare. Iſti ſunt, qui hoſpites ſuos grauant ſuperflua euectione, & multitudine clientelæ. Quærunt delicatos & ſuperfluos cibos, cum ſcriptum ſit: comedentes & bibentes, quæ apud illos ſunt. De alieno enim prodigi, de proprio ſunt auari, verborum inſidiatores, & aucupes ſyllabarum tendunt laqueos & pedicas in capturam pecuniæ. iura interpretantur ad libitum, & ea pro voluntate ſua, nunc abdicant, nunc admittunt: bene dicta deprauant, prudenter allegata peruertunt, rumpunt fœdera, nutriunt ſimultates, fornicationes diſſimulant, matrimonia diſtrahunt, adulteria fouent, penetrant domos, & mulierculas oneratas peccatis captiuas ducunt, diffamant innoxios, & nocentes abſoluunt. Et, vt multa ſub verborum paucitate concludam, dum omnia venaliter agunt filij auaritiæ, ſerui mammonæ, ſe diabolo venales exponunt. Dominus in Euangelio dicit: gratis accepiſtis: gratis date. Et Salomon in parabolis: Veritatem eme, & noli vendere ſapientiam, iuſtitiam & doctrinam. Vereor, ne te rapiat ſpiritus elationis & dominandi libido ad vanitates & inſanias falſas: vtinam attenderes verba Sapientiæ talibus comminantis: O vos, qui placetis vobis in turbis. data eſt vobis poteſtas à DEO, qui interrogabit opera, & cogitationes veſtras, quoniam cum eſſetis miniſtri regni illius, non rectè iudicaſtis. Horrendè autem apparebit, & iudicium duriſſimum, his qui præſunt, fiet: atque fortioribus inſtat fortior cruciatus. Amice in arena huius ſæculi periculoſiſſimè pugnas: mors te ſequitur, vita fugit, caro palpat, mundus allicit, leo rugiens & quærens, quem deuoret, circumcurrit: Omnis qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet: vtinam ab hominibus huiuſmodi noxiis abſtineres: vt nil in te, quod ſuum eſt, princeps huius mundi, & in palæſtra, qua curritur ad brauium, nil haberet aduerſarius, quo te caperet, aut teneret, aut a brauio retardaret. Si mihi credis, imò ſi credis in DEVM, relinque maturius Officialis officium, miniſterium damnationis, rotam malorum, & ſpiritum vertiginis, qui te ad inania circumuoluit. Miſerere animæ tuæ placens DEO: cui placere non potes cum iſto perditionis officio.

Officialium abuſus. — *Luc. 10. 7.* — *2. Tim. 3. 6.* — *Matth. 10. 8.* — *Prou. 23. 23.* — *Pſal. 39. 5.* — *Sap. 6. 3.* — *Sap. 6. 6.* — *1. Pet. 5. 8.* — *1. Cor. 9. 25.* — *Eccli. 30. 24.*

EPISTOLA XXVI.

Ad ſocium quendam ſuum.

ARGVMENTVM.

Scribit ſe deſerto iuris ciuilis ſtudio Theologiæ Pariſiis operam dare; iuris ciuilis ſtudium & vſum non conuenire clericis, propter maximos aduocatorum abuſus.

DOMINO SVO B. ET CARISSIMO SOCIO SVO P. Bleſen. archid. Bathon. ſalutem.

IN epiſtolari ſalutatione feruentior extitiſſet noſtra deuotio: niſi vel nimia locorũ diſtantia, vel raritas itinerantium contrairet. Vicarias ergò ſalutationes præſens & nunquam interciſa ſuppleat affectio: Cumque ciuilis poſſeſſio corporalem aſſiſtentiam non mendicet: me, licet remotum, propinquiorem habetis, & fortius poſſidetis abſentem;

al. *inter meam-tuum.* — al. *non vendicet.*

nec interſtitium locale, corporumúe remotio, vel temporum intercurſus, robur [illegible]
Dig lib. 45. l. lectionis euacuat. Quod ſi de Verborum obligationibus, legem primam attendi[illegible],
1. ex Vlpian. *interuallum medij temporis obligationem non vitiat.* Veſter, vobiſque deuot[illegible]
operam Theologiæ Pariſius indulgeo: Bononienſis caſtra militiæ crebrò [illegible]
Dig. l. 7. tit. 1. rans, quæ vehementer amata, citius & præmature deſerui. Legimus tamen de [illegible]
l. 27 & vſufructu legato, quod fructuario liceat maturitatem fructuum præuenire: [illegible]
Exod 29. 1. letque ex oliuis citra maturitatis tempora vberior olei copia emanare. Curre[illegible]s
Psal. 22. 5. ergo ad oleum, quod Aaron cum laganis iubetur offerre, leges ſeculi ſaluto ad tem-
Psal. 8. 8. pus, ne peccatoris oleum me impinguet. Lex enim Domini, lex immaculata, con-
Leu. 6. 15. uertens animas: neque præuaricatorem legis diuinæ conſtituerem, niſi cum [illegible]
quali Theologiæ notitia, niſi cum pugillo ſimilæ thus offerrem. Lex equidem [illegible]-
cularis glorioſa ſupellectili verborum, lepidaque orationis vrbanitate laſciuien[illegible]
Ierem. 51. 7. vehementer allexerat & inebriauerat mentem meam. Sed abhorret Propheta au-
reum calicem Babylonis: vbi deſignatus eſt lepor eloquentiæ ædificans ad gehen-
nam. Adhuc tamen, quia nondum dilataui greſſus meos in lege Domini, lectio[illegible]
Codicis & Digeſtorum plærunque ad ſolatium, non ad vſum, tempus vacationis im-
Vſus legũ cle- pendo. Res plena diſcriminis eſt in clericis vſus legum: totum enim hominem
ricis periculo- adeò ſibi vendicat, vt eũ rei familiaris prouidẽtia fraudet, ſuſpendat à ſpirit[illegible]us,
ſus. à diuinis auellat. Ideò Ioan. Chryſoſtomus, ſicut Tripartita refert hiſtoria, licet [illegible]en-
Trip. l. 10. c. 3. tia ciuili & facundia præemineret, noluit tamen ad inſtantiam amicorum gerere of-
Socr. l. 6. c. 3. ficium aduocati. Periculoſum eſt ita ſe legibus hum[illegible]nis impendere, vt mens per ho-
Sozom l. 8. c. 2. rulam à diuinæ legis meditatione ieiunet. Nemo ſimul poteſt precari, & orare, pe-
Baron. tom. tere & poſtulare, exercere CHRISTI miniſterium & offic[illegible]um aduocati, ne, dum in
4. annal. vtroque feſtinat, neutrum bene peragat. Non inficior: bonum eſt ſcire leges, ſed
non ad quæſtum, non ad iniquum iuris compendium, ſed ad inquiſitionem verita-
tis, & iudicij æquitatem: ſi fortè me, aut alium, aliquando oporteat eſſe iudicem,
aut iudicis aſſeſſorem. Hodie ſoli auaritiæ militant patroni cauſarum: illudq[illegible]
quondam venerabile nomen, & glorioſa pro[illegible]eſſio aduocati notabili venalitate vi-
leſcit, dum miſer & perditus linguam vendit, lites emit, matrimonia legitima diſ-
ſoluit, amicitias rumpit, ſopitarum litium cineres reſuſcitat, pactiones violat, det[illegible]a-
ctat tranſactiones, priuilegia fra[illegible]git, & in capturam pecuniæ pedicas, & re[illegible]iac[illegible]
tendens iura omnia interuertit. Ideò conſtitutio Imperialis ab officio poſtul[illegible]
remouet litium redemptores. Iure autem prætorio, atque interpretum in p[illegible]
Matth. 10. 8. cantes, vel al[illegible]as delinquente[illegible] pœnæ extraordinariæ ſtatuuntur. Debuerat a[illegible]oca-
tus, quod gratis acce[illegible]erat, gratis dare, aduocare pro pupillo & vidua, pro vtil[illegible]tate
Psal. 34. 10. Reipub. pro Eccleſiæ libertate, nil exigens, ſponte [illegible]blat[illegible], eripiens ino-
pem de manu fortiorum eius, egenum & pauperem à [illegible] F[illegible]uo
ſius eſſet ei ſalarium modicum & honeſtum, [illegible]quam ſi[illegible] per
Psal 36. 16. fas & nefas extendere in immenſum: na[illegible]s eſt mod[illegible] ſuper diuiti[illegible]
peccatorum multas. Si tale[illegible] Domino commendatum ſponte [illegible]
gratis expenderitis, non e[illegible] D[illegible]mini, vt ei reſpondere ad me[illegible]-
Psal. 67. 6. tum, & amplio[illegible]it. Hoc igitur ſecure commen-
det pat[illegible] viduarum: ipſe enim pro-
[illegible] magni[illegible]cus, & munificus retri-
butor.

EPISTO-

EPISTOLA XXVII.

Ad Canonicos de Bellouidere.

ARGVMENTVM.

Docet obitum S. THOMAE martyris, Cantuar. Archiepiſcopi non eſſe deflendum, vtpote qui vitam terrenam cum cœleſti, miſeram cum glorioſa commutarit. Virtutes eiuſdem accuratè deſcribit: ac monachos eius cathedrales arguit, quod clanculum, contemta communi Epiſcoporum & Abbatum electione, ſucceſſorem elegerint: optat denique vt ſummus Pontifex tam clericorum, quam monachorum ambitionem coerceat.

CARISSIMIS FRATRIBVS ET AMICIS SVIS CANONICIS DE Bellouidere Magiſter P. Bleſenſis Bath. Archid. ſalutem & dilectionem.

DECESSIT Paſtor animarum noſtrarum, cuius obitum flere decreueram, ſed receſſit, non deceſſit: abiit, non obiit. Mors enim per quam mirificauit Dominus ſanctum ſuum, non eſt mors, ſed dormitio: portus mortis, & porta vitæ, introitus in delicias cœleſtis patriæ, in potentias Domini, in abyſſum claritatis æternæ. Peregrè ſiquidem profecturus, ſaccum pecuniæ ſecum detulit, in plenilunio reuerſurus: eius enim anima diues meritis recedens à corpore in reſurrectione generali & plena ad antiquum hoſpitium reuertetur. Cum multas virtutes quaſi merces varias in vnum faſciculũ comportauerit ad cœleſtes nundinas profecturus, plena dierum vetula, mors ſeculi ſcilicet, anus improba, litigioſa, querula, importuna, inuida, inimica & ſubdola cœpit reuoluere ſarcinulas eius, & ſcrupuloſius explorare, ſi quid eſſet in illo meritorum inuolucro, quod ad ipſius dominium pertineret. Ipſe autem tanquam vir circumſpectus & prudens noluit vitę ſuæ ſuſtinere diſpendium: diu enim deſiderauerat diſſolui, & eſſe cum CHRISTO, & tunc permaximè ſuſpirabat exire de corpore mortis huius. Modicum itaque pulueris proiecit in os vetulæ, quaſi vice tributi, & nomine vectigalis. Inde cœpit falſus ille rumor populariter euagari & paſſim plebeſcere, quia fera peſſima deuorauit Ioſeph. Tunica ſiquidem, qua ſpoliatus eſt, fallax nuncia mortis erat. Ioſeph enim viuit, & dominatur in tota terra Ægypti. Beata eius anima corruptibilibus exonerata exuuiis de puluere huius conuerſationis libera euolauit in cœlum. aſſumpta eſt ab eo, qui dicit: Vado parare vobis locum: iterum autem veniam: & aſſumam vos ad meipſum. Conſummatus in breui expleuit tẽpora multa, raptus eſt, ne malitia immutaret intellectũ ipſius. Vocatus eſt in cœlũ, quo mundus non erat dignus: nec eſt exſtincta lucerna hæc, ſed flatu tranſitorio percuſſa eſt, vt luminoſius ſplendeat, & iam ſub modio non abſcondita luceat omnibus qui in domo ſunt. Viſus eſt oculis inſipientium mori, ſed vita eius abſcondita eſt cum CHRISTO in DEO. mors eũ viciſſe & abſorbuiſſe viſa eſt, ſed abſorpta eſt mors in victoria. Deſiderium cordis eius tribuiſti ei Domine: diu enim militauerat tibi propter verba labiorum tuorum cuſtodiens vias duras. Sanè à primunuis adoleſcẽtiæ moribus, cœpit morum maturitate ſeneſcere, atq; carnalis inſolentiæ motus vigiliis, ieiuniis, diſciplinis, cilicio, & iugis continentiæ balteo cohibere. Vocatus eſt itaq; a Domino tanquã Aaron ad dandam ſcientiam ſalutis plebis eius, reddere populũ acceptabilem

Phil. 1. 23. — Gen. 36. 20. — Gen. 45. 26. — Joan. 14. 2. — Sap. 4. 13. — Sap. 3. 2. — Col. 3. 3. — 1. Cor 15. 54. — Psal. [illegible] 4. — S. Thomas [illegible] corpus. — [illegible] 4.

Deua-

Luc. 1. 77. Domino, ſectatorem bonorum operum, & parare Domino plebem perfectam: Ele-
Tit. 2. 14. git eum Dominus in ſacerdotem ſibi, vt eſſet in populo eius ductor & doctor, vitæ
Virtutes S. ſpeculum, pœnitentiæ forma, & ſanctitatis exemplum. DEVS ſcientiarum Dominus
Thomæ. dederat ei linguam eruditam, & infuderat ei abundanter ſpiritum ſapientiæ & in-
tellectus, vt eſſet inter doctos doctior, inter ſapientes ſapientior, inter optimos me-
lior, inter humiles ſocius, inter maximos maior. Erat preco verbi diuini, tuba Euan-
gelij, amicus ſponſi, columna cleri, oculus cæci, pes claudi, ſal terræ, patriæ lumen,
miniſter altiſſimi, vicarius CHRISTI, CHRISTVS Domini. Tota conuerſatio eius
erat ſchola honeſtatis, morum ædificatio, & ſtructura ſalutis. Erat in iudicio rectus,
in diſpenſatione induſtrius, in præcipiendo diſcretus, in loquendo modeſtus, in con-
ſilio circumſpectus, parciſſimus in cibo recipiendo, in donando largiſſimus, intra
pacificus, in carne angelus, inter iniurias manſuetus, timidus in proſperis, ſecuriſſi-
mus in aduerſis, in eleemoſynis effuſus, in miſericordiis totus. Erat religioſorum
gloria, delicię plebis, timor Principum, DEVS Pharaonis. De iſto poſſumus fiducia-
liter dicere, & cantare: quia poſt aurum non abiit, nec ſperauit in theſauris pecunię,
qui nec acceptor munerum, nec acceptator eſſe dignatus eſt perſonarum. Cæteri in
eminentiæ cathedralis apicem ſublimati, ſtatim curam carnis propenſius agunt, cir-
cumſpectius ſe dietant, non minus timent corporis ægritudinem, quam gehennam,
S. Thomas a- & in omnibus ſpacium vitæ productioris affectant. Iſte verò a primo ſuæ promotio-
mator mortis. nis ingreſſu, ſummo deſiderio appetebat finem vitæ, imò vt verius loquar, viuendi
Eccli. 18. 6. principium. Nam ſicut Salomon ait, cum conſummauerit homo, tunc incipit. Hu-
ius enim vitæ tranſeuntis egreſſus, ingreſſus eſt ad illam quę non tranſit, nec deſinit,
vitam. A tenerioribus annis incipiens, ſingulis ætatibus, quaſi ſingulis diei horis,
tanquam diligens cultor & ſtrenuus in vinea Domini Sabaoth laborauit: & ſic in
conſummatione Sanctorum vitæ tranſitoriæ curſum clauſit. Sanè iamdiu conuerſa-
tione cœleſtis, & à corpore peregrinans anhelabat ad illas cœleſtes delicias tempo-
ralis vitæ tranſire compedio. Ideò propoſitum & ſignum peregrinationis arripiens
Pſal. 109. 7. de torrente in via bibit: propterea exaltatum eſt nomen eius in patria. Sic Domini, &
Heb. 13. 20. fratres noſtri monachi cathedrales pupilli facti ſunt abſque patre: DEVS autem, qui
Vide NOTAS. eduxit de mortuis paſtorem magnū ouium in ſanguine teſtamēti æterni Dominum
Num. 27. 16. IESVM CHRISTVM, ipſe, vt verbo Moyſi vtar, prouideat virum, qui ſit ſuper multitu-
Ioan. 19. 23. dinem hanc. Porrò plurimi conqueruntur, & impatientiſſime ferunt, quod CHRI-
Gen. 15. 10. STI tunica inconſutilis inter eos & Epiſcopos terræ ſciſſa eſt: nec tantum vacca & a-
Schiſma in e- ries, ſed turtur & columba diuiſæ ſunt, & altrinſecus ſeparatæ. Auſa eſt irrumpere
lectione Epi- vſque ad religionis profeſſores magiſtra illa diſcordię, odij fomes, & occaſio ſcanda-
ſcopi Catuar. lorum præſumptuoſa, ſcilicet, vſurpatio ſeorſim & ſingulariter eligendi: vt con-
tempta & abiecta Epiſcoporum & Abbatum deliberatione communi fieret electio
clandeſtina & furtiua, & conſuetudini contraria, inimica legibus, damnata decre-
tis, & moribus reprobata. Omnes cæteri, qui nunc iniuriam & contemptum ſuum
reputant, eam quam monachi fecerunt electionem, in perſonam, quæ nominata
eſt, ſua vota libenter & vnanimiter ſine omni ſciſſura & ſcandalo contuliſſent. Nunc
autem vereor, ne hæc electio, quod DEVS auertat, ſit eius deiectio, & hæc acquiſitio
vmbraticæ libertatis conuertatur Eccleſiæ CHRISTI in materiam ſeruitutis. Sanè pe-
ſtis hæc, & aliæ innumerabiles corpus Eccleſię generalis hodie inficiunt & corrum-
Thren. 4. 1. punt. Irruunt Laici in ſancta ſanctorum: ſanctuarij verò lapides diſperguntur in ca-
pite omnium platearum. Conuertuntur hodie clauſtra in caſtra, & fora: religioſi in
Ethnicos, paſtores in lupos, lilium in ſpinam, aurum in ſcoriam, frumentum in lo-
lium,

lium, vinum in acetum, oleum in amurcam. Reſpiciat Dominus in faciem teſtamenti ſui, & non det in conculcationem vineam, quam plantauit dextera eius, Eccleſiam, quam acquiſiuit ſanguine ſuo: ſuſcitet ſpiritum Moyſi, & erigat cornu illius vnicornis, Epiſcopi illius vnicè ſummi & ſingulariter Generalis, quatenus arripiat iudicium manus eius, vt cornu ſuo ventilet Syriã, intonet contra Edom, fulminet contra vitulos Bethel, contra idola Ægypti, contra pingues vaccas Samariæ, contra ſacerdotes Baal, contra paſtores paſcentes ſeipſos, contra iudices, qui condunt iniquas leges, contra canes mutos non valentes latrare, contra amphoram Zachariæ, contra vaſa paſtoris ſtulti, contra ambitionem Simonis magi, contra tyrannidem ſeculi, & ambitionem clauſtri, contra præuaricatores, contra arrogantes, contra oppreſſores pauperum, cõtra turbatores Eccleſiaſticæ pacis, & fidei ſubuerſores. *Pſal. 79. 14.* *Papa Romanus ſummus & generalis Epiſcopus.* *3 Reg. 2.* *3. Reg. 12. 29.* *Iſa. 56. 10.* *Zach. 5. 6.*

EPISTOLA XXVIII.

Ad Guilielmum Senonenſem Archiepiſcopum.

ARGVMENTVM.

Rothrodus Archiep. Rothomagenſis implorat opem Archiepiſcopi Senonenſis, vt exitium Eccleſiæ Rothomagenſi, eiuſq; nobiliſſimæ Villæ Andeliæ, ex bello inter Reges Anglorum & Francorum orto impendens ſua induſtria amoliatur.

GVILIELMO SENONENSI ARCHIEPISCOPO, ET Apoſtolicæ Sedis Legato R. Rothomag. ſalutem & ſpiritum compaſsionis afflictis impendere.

SI ad memoriam reducantur Eccleſiæ naſcentis exordia: ſicut inter credentes erat vnitas in fide, in ſpiritu, in baptiſmo: ſic in vnum facultatibus contributis, vnum erat omnibus votum, releuare pauperum indigentias, & omnium neceſſitates tanquam proprias reputare. Vna ſiquidem & indiuiſa eſt Domini tunica: nec vnquam paſſa eſt diuortium ſponſa CHRISTI, nec contumelias pellicis alienæ ſuſtinuit, cuius vnitatem ſponſus in Canticis atteſtatur, dicens: Vna eſt columba mea, dilecta mea. Noluit eam numeroſa pluralitate cenſeri. Licet enim plures ſint Eccleſiæ, ſic tamen in vnius compagem corporis vniuntur: vt ſicut vnius membri læſione membra corporis omnia quodam compaſſionis participio moleſtantur, ſic vnius Eccleſiæ deſolatio in communem gemitum conuertatur. Cum itaque in vinculo caritatis ſingularitas locum non habeat, ſed in diſpendium commune redundet, quicquid toleratur a ſingulis, quia ex præſenti Regum diſcordia exitialem Eccleſiæ Rothomagenſi videmus imminere ruinam, ad veſtram gratiam deuolamus: de cuius dilectione & prudentia pleniorem in CHRISTO fiduciã reportamus. Vos enim eſtis, in cuius conſilio, & auxilio potiſſimam ſuæ ſalutis anchoram nauicula B. Petri conſtituit: cũ inter ſchiſmaticæ perſecutionis fluctus periculoſius æſtuaret, vobis contulit DEVS in pueritia ſuper ſenes intelligere, & futuram naturæ canitiem, maturiore morum ſenio præuenire. fluxus adoleſcentiæ motus in vobis ratio magiſtra cohibuit, vt omni laſciuiæ libertate præciſa, nec forma, nec nobilitas, nec opum exuberantia, nec poteſtas, nec cætera, quibus pudicitia expugnatur propoſitum interuenirent caſtitatis, ſed modeſta in omnibus conuerſatio plus angeli quàm hominis exhiberet. Cæteras virtutes, quibus miraculoſe fulgetis, ſub ſilentio prætermus: nec enim no- *Act. 4. 32.* *Cant. 6. 8.* *Regis Angliæ & Franciæ.* *Vide NOTAS.*

ſtra preconia mendicatis, cuius honeſtatem & prudentiam fama celebris [illegible] promulgauit. Ad noſtras & Eccleſiæ noſtræ preſſuras reuertimur, quibus nos [illegible] ſitas circumuallat. Scit [illegible], qualiter in Normannorum perniciem Francia [illegible] coniurauerit: nec imminentis ruinæ diſpendium Rothomagenſis Eccleſia [illegible] bit, niſi veſtræ celſitudinis ope & conſilio fulciatur. Si ergo ad præfata Eccleſiæ [illegible] tatem reſpicia[illegible]s, veſtrũ eſt auertere, quod timemus, veſtrum eſt neceſſitates noſtras omni præuenire cautela, quatenus caritas non ficta, & amica cõpaſſio ſe talem [illegible] tiis alienis impendat, qualem ſe propriis exhiberet. Recordetur Dominus Rex Francorum, Rothomagenſem Eccleſiam ſuam eſſe, quæ pro illo aſſidue, tanquam [illegible] Rege ſuo vnico ſpecialiter interpellat, ſuaſq; facultates omninò de eius iuriſ[illegible] ne cognoſcit. Regiæ maieſtati non congruit depopulari quod ſuum eſt, aut [illegible] pugnare Eccleſias, quarum tutor eſt, & patronus. Si nos alius infeſtaret, ab ipſo, [illegible] aliunde remedium quæreremus. Andeliacũ ergo, & alias poſſeſſiones noſtras [illegible] & veſtræ protectioni committimus & tutelæ. Sane cum de diſcretione, & conſilio veſtro diſpoſitio Regni Francorum tota pendeat, cum in manu veſtra corda ſint Regum, & ad veſtræ ordinationis arbitrium populi inclinentur, vobis incumbit, quæ ad pacem ſunt, quærere: vel, ſi hæc diſſenſio ad pacem reformari non poteſt, ſaltem res Eccleſiaſticas, quas veſtræ tuitioni commiſimus ab incurſibus bellicis liberare. Cumque Andeliacum nobis & commenſalibus noſtris vnicum ſit viuendi ſubſidium, villæ noſtræ parcite, ſi vultis parcere vitæ noſtræ.

al. Andelium.

EPISTOLA XXIX.

Ad Abbatem, & conuentum S. Albani.

ARGVMENTVM.

Queritur de inhoſpitalitate cuiuſdam Prioris, multaque in laudem hoſpitalitatis affert, addens ab ea iam olim priſcos monachos & monaſteria imprimis commendata fuiſſe.

REVERENDIS PATRIBVS ET AMICIS ABBATI, ET CONVENtui S. Albani, Magiſter P. Bleſenſis Bath. archidiac. ſalutem in vero ſalutari.

NVPER de Archidiaconatus mei viſitatione redibam, præmittens ſeruientes meos apud Weralingeforder, qui mihi hoſpitium præpararent: ipſi verò cum a Priore loci illius domos ibi vacantes ad vſum vnius noctis mihi commodari peterent, & iam illis omnia, quæ nobis & iumentis erant neceſſaria comportaſſent; Prior eis in multa ſuperbia & abuſione reſpondit, & pene vſque ad verberum contumeliam prorumpens, [illegible] contumelioſa verborum turpitudine laceſſiuit. Domus equidem veſtra [illegible] quondam in obſeruantia religionis & ordinis, in hoſpitalitatis etiam exhibitione longe lateq; ſolet odorem ſuauitatis, & fragrantiam glorioſæ [illegible] ſe effundere. Nunc autẽ in iniuriam capitis mẽbri inferioris putredo refunditur, & ex particulari corruptione totius corporis [illegible] æſtimatur. Verbum Apoſtoli eſt ad Hebræos: hoſpitalitatem [illegible] obliuiſci. propter hanc enim placuerunt quidam angelis hoſpitio recepti. Vbi eſt [illegible] illa hoſpitalitatis gratia, quam olim

Verulamiũ.

Hoſpitalitas laudata.

Heb.13.2.

veſtra

veſtri anteceſſores exercebant in Scithi: Mutius, Apollonius, Paphnutius, Macarius, Antonius, Paulus: inter quos deuotiſſime certatum eſt pia contentione, quis alteri panem frangeret cum Dominus gratia hoſpitalitatis quotidianum annonæ ſtipendium duplicaſſet. Edictum Principis Apoſtolorum eſt: eſtote hoſpitales inuicem ſine murmuratione. Princeps enim Principum in iudicio tremendo quibuſdam dicturus eſt. Hoſpes fui, & non colligiſtis me. Hoſpitalitatis fuit meritum, quod duo diſcipuli euntes in Emaus, acriſia ſublata, in fractione panis Dominum cognouerunt. Plærique etiam autumant B. Gregorium fuiſſe illum patremfamilias, qui in expoſitione eiuſdem Euangelij legitur in leproſo Dominum ſuſcepiſſe. Proſapia Regis Angliæ, quia unus de anteceſſoribus eius, cuidam leproſo, quem in hoſpitio receperat, gratiam officioſæ humanitatis exhibuit ab officio foreſtarij in eminentiam Regiæ dignitatis aſcendit. Hoſpitalitatis gratia ſuſcepit Abraham de Sara ſene & ſterili filium, in quo Dominus benedictionē omnium gentium repromiſit. Angeli hoſpites liberauerunt Loth de ſubuerſione & incendio Sodomorum. Raab ab hoſpitibus ſuis Caleb & Ioſuæ in euerſione Iericho ſalutem ſuæ domus obtinuit. Hoſpitalitas Sunamitidis, dedit ei filium precibus Heliſæi, eundemque mortuum ſuſcitauit, Pauperi viduæ, qui Eliam hoſpitio ſuſcepit & pauit, cœleſti gratia influente, poſtea nec oleum, nec farina defecit. Expreſſa ſimilitudinis forma, dum in monaſteriis florebat hoſpitalitas, Principes terræ loca religioſorum paſſim & certatim magnis facultatibus ampliabant: deficientibus autem vaſis, oleum ſtetit. Ex quo enim tempore in monaſteriis tepere cœpit liberalitas hoſpitalis; ſtetit ac ceſſauit magnatum largitio: vereorq; ne pauperis viduæ filij, quos propheta liberauerat, iterum a creditoribus rapiantur in ſeruos. Sancta enim religio, quæ monachorum mater eſt, datur hodie in conculcationem: poſſeſſiones illius trahuntur in direptionem & prædam: & quod olim deuota Principum munificentia contulit, modernorum auaritia, non ſine magno fœnoris diſpēdio, reuocare & auferre præſumit. Multos equidem à magnatū familiaritate & gratia ſeparat defectus hoſpitalitatus. ſic brachio contrito, humerus à iunctura ſua cadit: dum reuerenda olim religionis authoritas Principum oppreſſione calcata vileſcit, & euenit imprecatio illa Iob dicentis, Si comedi buccellam meam ſolus: quia ab infantia mea creuit miſeratio mecum, & de vtero matris meæ mecum egreſſa eſt. ſi foris ſtetit peregrinus: ſi oſtium meum viatori non patuit; humerus meus à iunctura ſua cadat, & brachium cum oſſibus conteratur. Sanè præfatus Prior, quandoq; grauiter occaſione eiuſdem delicti punitus eſt: credebamq;, quod ei vexatio dediſſet intellectum, ſed adhuc manus eius extenſa eſt: nec à veſtræ domus dehoneſtatione ceſſabit, donec humerus à iunctura, morbidum pecus a grege, membrumq; putridum a corpore præcidatur.

Hieron. in vita Pauli eremitæ.
1. Pet. 4. 9.
Matt. 25. 43.
Luc. 24. 31.
Ioā. Diac. lib. 2. vitæ Greg. c. 22.
Greg. hom. 23. in Euang.
Gen. 18.
Gen. 22. 18.
Gen. 19. 16.
Ioſ. 6. 23.
4. Reg. 4.
3. Reg. 17. 16.
Iob. 31. 18.

EPISTOLA XXX.

Ad R. Bathonienſem Epiſcopum electum.

ARGVMENTVM.

Petrus ſemel, iterum, tertio per quietem viderat amicum ſuum, ad quem ſcribit, Epiſcopi ornari inſignibus: eam viſionem eidem patefecit; optatq;, vndecunq; tandem orta ſit, vt ſuum conſequatur effectum.

CARISSIMO DOMINO, ET AMICO R. BATHON. ELECTO, P. Blesen. Bath. Archid. ſalutem, & proſperos ad vota ſucceſſus. RAINALDO.

CVm humanæ conditionis ſtatus motu multiplici varietur, nihil [illegible] poralibus inuenio, præter vnum, quod vitæ cœleſtis im[illegible] præſenter. Sola dilectio eſt, quam non alterat caſualis euentus, q[illegible] ſeparatio corporalis non diuidit, quam temporis longitudo n[illegible] let, quæ defectui non ſuccumbit. Sola dilectio eſt, per quam do[illegible] & amicos abſentes videmus, alloquimur, amplexamur: quæ ſic quadam an[illegible] gilitate & imaginario commeatu tranſuolat & recurrit, vt nihil de damno corporeæ molis, aut diſtantiæ localis iniuria conqueratur. Veſtram itaque præſentiam [illegible] imaginationibus dies, viſionibus noctes offerunt inceſſanter. Sed nunc in v[illegible] non prius aſpectos titulos nouæ maieſtatis intueor: & fortaſſe mens mea a[illegible] veſtra promotione, vel, quod factum eſt, iam ſentit: vel quod in proximo [illegible] eſt, voto certiori præſagit. Deo teſte, & conſcientia mea loquor. Dominica di[illegible] qua cantatur, Ego ſum paſtor bonus, mihi videbatur in ſomnis, quod te Ponti[illegible] bus indumentis ornabat quædam prægrandis, & admodum reuerenda perſona [illegible] ſtatura Ebroicenſem Epiſcopum, Rothomagenſem verò Archiepiſcopum [illegible] bat ætate. Cumque illi operi hilaris & deuotus aſſiſterem: videbam pedes [illegible] caligis, & manum tuam nullo anulo inſignitam. quærebam tacitus, quid hoc [illegible] reſpondenſque ille vir venerabilis: anulum, inquit, aureum non habebit ad [illegible], ſed lapideum, id eſt, quem gemma vna circulata continnet: pretioſiora ve[illegible] lia, & maiorem anulum ſua mater ei tãdem datura eſt, per aſtutiam adole[illegible] à ſacerdote corona promittetur: ſed vterque ſua expectatione fraudabitur. Iſte [illegible] tranſibit ad Patres: ille auerſus & reuerſus donatiuis vtetur. vnum ſcias, quia [illegible] ptis argenteis vtraque ſandalia extorquebis. Dum hoc in ſomnis agere[illegible], & [illegible] caperem delicias viſionis, ad matutinas pulſatum eſt; & abſtulit campana[illegible] probitas, quod beata dormitio conferebar. Hanc viſionem ſecundo, & te[illegible] dem rerum ſerie nox ſecunda replicuit. Cumque curioſitatis humanæ [illegible] reuolutione Pſalterij huius viſionis euentum diligentius explorarem: prim[illegible] lis meis verſus ille ſe obtulit: Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius. Ego quidé [illegible] reuelatio nocturna portendat, ignoro. Veruntamen, quia fidelitati & deu[illegible] ſtræ, quam regiæ neceſſitatis experiẽtia tot laboribus, tot examinauit pe[illegible]culis, [illegible] videbam æqua lance reſponderi, iugiter longa voti expectatione torquebar: [illegible] do, quod de reliquiis cogitationum, quas diutiſſimè ſpes incerta prot[illegible]erat, [illegible] dormientis ſibi præfatæ viſionis imagines figurauit. Faciat tibi Dominus [illegible] cor meum, & in te mirificans voluntates meas, ſuo non fraudet effectu d[illegible] affectum.

Caritas ſola imago vitæ cæleſtis.

Ioan. 10. 11.

Locus obſcurus.

Vide in Notis expoſit. ſomnij.

Pſal. 98. 6.

al. tuum & meum.

EPISTOLA XXXI.

Ad R. Abbatem de Fontanis.

ARGVMENTVM.

Gratias agit tum R. Abbati, quod ſe grauiter ex morbo a[illegible]ctum miſeratus ſi[illegible], tum [illegible]rimus Deo, quod miſericorditer flagellarit: fuſe[illegible], ex ſacris litteris oſt[illegible] di[illegible]rmitates, aliasq; huius vitæ aff[illegible]ſione ſalutares, vtiles, & dulces e[illegible] ac [illegible]ter ſingularia Dei doni numerar[illegible]as.

REVERENDO PATRI, ET DO[illegible]INO R. DEI [illegible]ATIA ABBATI DE FO[illegible]S, ſuus B. BLESEN[illegible]S [illegible] d[illegible]

AVDIVI, quam pia benignitate condoleris meis doloribus, & mala, quæ patior communicatis vobis quodam ſuſtinentiæ participio, & intimæ compaſſionis effectu. Gratias ago gratiæ largitori, quia me miſericorditer flagellauit: cum enim ambularem in magnis & mirabilibus ſuper me, & quaſi ſuper ventum me continua proſperitas eleuaſſet, *Vide epiſt. 14.* eleuans alliſit me Dominus, & humiliauit me, qui eſt ante ſecula. Secundum duritiam meam, & cor impœnitens theſaurizabam mihi iram in die tremendi iudicij: *Pſal. 101. 11.* *Rom. 2. 5.* CHRISTVS iram mihi conuertit in gratiam, infirmari me volens, ne grauius infirmarer. Eram ſalutis meæ neglector & immemor: ſed deſidem, & in via Domini lenteſcentem infirmitatum multiplicitas ſtimulauit ad curſum. Verbum prophetæ eſt. *Pſal. 15. 4.* multiplicatæ ſunt infirmitates eorum: poſtea accelerauerunt. Adhuc tamen grauiſſime affligor. vtinam quæ patior, ſuſtineam patienter: omnis enim cordis, aut corporis afflictio citra meritum & fructum ſalutis eſt ſine patientiæ condimento. Ipſæ virtutes, niſi patientiæ habeant fundamentum, nomen virtutis & officium perdiderunt: *nam vidua eſt virtus, quam non patientia firmat.* Quidam in proſperis fortes ſunt, confitentes Domino, cum benefecerit eis, ſed in miſeriis non ſubſiſtunt. *Patiētia fundamentum virtutum.* Sanè patientia ſæpiſſimè periclitatur, laceſſita iniuriis: nec enim fortitudo hominis *Pſal. 48. 19.* ænea eſt, vt ſuſtineat: ſed tolerantia ipſius iuxta diuinæ diſpenſationem gratiæ promouetur aut deficit, minuitur aut grandeſcit. Quis miſeriam & infirmitatem inter DEI dona non computet, cum CHRISTVS Apoſtolo dicat; Sufficit tibi gratia *2. Cor. 12. 9.* mea: nam virtus in infirmitate perficitur? Idcircò idem Apoſtolus edoctus in ſchola experientiæ, quod magiſter quandoque prædixerat: Quando, inquit, infirmor, *Ibid.* tunc fortior ſum & potens. Quod enim apud ſapientiam huius mundi, quæ ſtultitia eſt apud DEVM videtur afflictio, conſolatio eſt his, qui recto ſunt corde. Vnde Apoſtolus. pro me, inquit, nihil gloriabor, niſi in infirmitatibus meis. Iob afflictione *2. Cor. 11. 12.* corporis & ſubſtantiæ temporalis amiſſione mulctatus; qui afflictus eſt, inquit, erit *Iob 22. 29.* in gloria. Quod impatientia ſupplicium reputat, humiliter patienti ad ſolatium cedit. Cum enim patientiæ fructum conſideratius penſat, leuigatur onus, & dulceſcit afflictio: dum in ipſorum preſſura grauaminum futuras conſolationis primitias iam prægustat. Propterea idem Iob dicit. Tollat manum ſuam, & ſuccidat me: & hæc *Iob 6. 9.* ſit conſolatio mea, vt affligens me dolore non parcat. Abacuc etiam in cantico ſuo *Abac. 3. 16.* cecinit, dicens. Ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat, vt requieſcam in die tribulationis, & aſcendam ad populum accinctum noſtrum. Sciebat, quod ſequeretur vindemia poſt trituram, poſt afflictionem lætitia: cederetque contumelia corporis ad coronam. Apoſtolus ad Corinthios ſcribens dicit: ſicut abun- *2. Cor. 1. 5.* dant paſſiones CHRISTI in nobis ita & per CHRISTVM abundat conſolatio noſtra. Et ad Hebræos; ſpectaculum facti opprobriis & turbationibus, rapinam bono- *Hebr. 10. 34.* rum noſtrorum recepimus cum gaudio, cognoſcentes nos habere meliorem & manentem ſubſtantiam. Iacobus etiam ſciens, quam magna ſit multitudo dulcedinis *Iacob. 1. 2.* DEI in flagellis ipſius, dicit. Omne gaudium exiſtimate fratres, cum in tentationes varias incideritis. Flagellat enim Dominus omnem filium, quem recipit: viſitat *Hebr. 12. 7.* eum diluculo, & ſubito probat illum: viſitat & probat, vt ſic ſpiritum eius à ſpiritu *Iob. 7. 8.* maligno cuſtodiat. Et viſitatio tua, inquit quidam ægrotus, cuſtodiuit ſpiritum *Iob 10. 12.* meum. Flagello Domini puluis excutitur, quem ad deformationem animæ iniquitas aſſiduata congeſſit, & exterior vulneris [illegible] plaga interior. Nam teſtimonio Salomonis, liuor vulneris abſterget mala & plagæ in ſecretioribus ventris. ſic iraſci- *Prou. 20. 30.* tur Dominus, vt manſuetos affligens [illegible] proſternit vt erigat. Et quis Domine

nouit poteſtatem iræ tuæ? Plena eſt enim miſerationibus ira DEI; & indicia tuæ a-
nimaduerſionis, quam temporaliter exerces in tuos, certa ſunt pietatis indicia. Iuſto-
Sap. 3. 1. rum ſiquidem animæ in manu DEI ſunt: ideo inter delicias & dolores iram Domi-
Pſal. 47. 12. ni & miſericordiam ſapientes in flagellis agnoſcunt. Exultauerunt, inquit, filiæ Iudæ
Hebr. 12. 11. propter iudicia tua Domine. Omnis diſciplina in præſenti amariſſima eſt: in futuro
Pſal. 72. 5. autem reddet fructum pacatiſſimum. Sane, qui in labore hominum non ſunt, &
cum hominibus non flagellantur, cum dæmonibus flagellabuntur. Iuſto itaque me-
lius eſt, hic incidi, hic vri, vt æternos cruciatus abſorbeat vexatio temporalis. Tranſi-
Pſal. 65. 12. uimus per ignem & aquam, dicit quidam, & eduxiſti nos in refrigerium. Iuſtus e-
Iob 11. 16. nim, teſtimonio beati Iob, miſeriæ ſuæ obliuiſcetur, &, quaſi aquarum quæ præter-
ierunt, non recordabitur. Sicut meridianus fulgor conſurget ad veſperam, & cum
Iob 6. 4. ſe conſumptum putauerit, orietur vt Lucifer. Plane adhuc anxie affligor, adhuc ſa-
gittæ Domini in me ſunt, quarum indignatio ebibit ſpiritum meum. Scio tamen
quod minor eſt pœna, quam præceſſerit culpa. Donum DEI eſt, quod iuſte viuo,
DEI gratia, quod affligor. Medicus non ſemper dulcia miniſtrat ægroto, ſed fre-
quenter amaras porrigit potiones. Cholera, cui cibus delicatior cauſam dedit, ſæpe
purgatur abſynthio: & apoſtemata, quæ ex otio & crapula ſuccreuerunt, vſtio ſanat
& purgat inciſio. Pro purgatorio mihi eſt viciſſitudo febrilis caloris & frigoris. Spe-
Nahum 1. 9. ro autem in eo, qui ſpes noſtra eſt, quod non conſurget duplex tribulatio: nec iudi-
cabit me Dominus bis in idipſum. Si præſentes carnis moleſtias patienter, & cum
æquanimitate ſuſtineo, mortem interminabilem pœna redimet momentanea, &
temporalis afflictio tranſiet cum æterna. Patior quidem, pro iniquitatibus meis,
Matth 5. 10. vtinam mihi deſuper datum eſſet pro iuſtitia pati. Beati enim, qui perſecutionem pa-
1. Pet. 4. 15. tiuntur propter iuſtitiam. Nemo, inquit Petrus Apoſtolus, patiatur vt fur, aut ho-
micida, aut auarus, aut alienorum appetitor: ſed, ſi bene facientes ſuſtinetis, hæc eſt
gratia apud DEVM. Sępè legimus illuſtres viros, autenticos ſenes, elegantes pueros,
virgines etiã delicatas, pro CHRISTO flagella, ignes, gladios, beſtias, & cætera ſup-
pliciorum genera pertuliſſe. Illi pro iuſtitia torquebãtur, ego pro iniquitate mea af-
fligor. Sufficit mihi ad ſuſtinentiã CHRISTI gratia, vt habeã patiẽtiæ illius documen-
ta: nec deficiat à puſillanimitate ſpiritus & tẽpeſtate caro debilis & toties flagellata.

EPISTOLA XXXII.

Ad Priorem Cantuarienſem.

ARGVMENTVM.

PRIORI *Cantuarienſi, amicitia & caritate eius fretus, negotium quoddam ad conuentum Cantuarienſem attinens commendat.*

CARISS. CONSANGVINEO SVO V. PRIORI CANTVAR. P. Bleſ. Bath. Arch. ſalutem, & ſi quid pretioſius eſt ſalute.

EA eſt lex amicitiæ, & conditio caritatis, vt amici in mutuis neceſſitatibus ſuos interiores affectus exteriori operum proſequantur effectu. Amicitias ſiquidem de recenti contraximus: & gratuitã, quam crebra non extorſiſſent obſequia, quam in longo temporum tractu non venuſtaſſet familiaritas ſenex, ſpatio breuiore firmauit ad plenũ exhibenda & feruens affectio. Momentanea itaq; collocutio, & notitia breuis, ſic me vobis in-
glutinauit

glutino caritatis vniuit, vt veſtrum omninò me cenſeam: imò vos me alterum reputarem, ſi tanta poſſet eſſe identitas corporum, quanta eſt ſingularitas voluntatum. Fortaſſe decipior, nec meis ex æquo reſpondetis affectibus: ſed inurbanum foret vos in amicitia claudicare, quem verba, quem opera, quem facies, quem inceſſus, quem quælibet alia, amicum efficacem & ſtabilem pollicentur. H. latorem præſentium, & negotium, quod habet erga conuentum Cantuarienſem, veſtræ dilectioni mitto, & cõmitto: rogans humiliter, vt in eo experiar, qualiter ad mutuum amicitiæ vinculũ reſpõdere velitis: Quod.n. ei ſub mea gratia obtinuerit, mihi reputabo impenſum: abſentiſq; ac noui amici obſequium me ad vberiores gratias obligabit. VALE.

EPISTOLA XXXIII.

Ad Henricum tertium, Regem Angliæ.

ARGVMENTVM.

R. Rothomagenſis Archiepiſcopus Henricum tertium Anglorum Regem, Henrico II. Patri bellum mouentem ab inſtituto reuocare conatur, & Andelaicum illius tutelæ commendat. *ROTHRODVS.*

HENRICO III. DEI GRATIA ILLVSTRI ANGLORVM REGI, Archiepiſc. Rothomag. ſalutem in eo, qui dat ſalutem regibus.

QVONIAM ex officio nobis iniunctæ adminiſtrationis incumbit, animarum curam agere, quarum exactiſſimam rationem diſtrictus iudex in examine terribili poſtulabit à nobis; Excellentiæ tuæ, quæſumus, non ſit oneri, ſi te deprecamur vt Dominum, hortamur vt Regem, docemus vt filium: nec enim alligatum eſt in ore noſtro verbum Domini; ſed in ſpiritu libertatis loquimur, quod ſalutem animabus, quod quietem populis, quod Eccleſiæ libertatem, quod honorem DEO, & patriæ liberationem conferat, atq; de erroris inuio ad viam veritatis & iuſtitiæ te reducat. *Lege epiſt. 21.* Non attendis, fili cariſſime, quid inceperis: nec incepti operis metiris exitum. Votis odientium te feſtinas ſatisfacere, & in proprium caput prouocas inimicũ. Non barbaras impugnas nationes, ſed familiares & domeſticos: non extraneas regiones, non hoſtiles munitiones inuadis, ſed tuas: ſubiectum tibi affligis populum, non rebellem; non hoſtem, ſed Patrem, imò non Patrem perſequeris, ſed teipſum. Pater ſiquidem tuus poſthabita corporis & animæ ſuæ cura ſe omni labori & diſcrimini exponebat, vt tuum faceret, quod nunc vis facere tuum: &, vt verius loquar, quod intendis facere ne ſit tuum. magis non tuum facies pugnando, quod paterna tibi ceſſio, quod generale votum populi, quod iuramenta Principum, quod hæreditaria ſucceſſio deferebat. Quod Rex & Princeps pacifice poſſidebas, hoc tyrannus & inuaſor, ſpoliatione Eccleſiarum, oppreſſione pauperum, incendiis & homicidiis, & ad vltimum, parricidio nunc vſurpas. Parricidæ ſiquidem cenſentur, qui in parentes armati inſurgunt: quos & leges ſeculi damnant, & canones à beneficio ſucceſſionis excludunt. Ius tuum in iniuriam conuertiſti, dum, quod æquitas offerebat, per iniquitatem extorquere intendis: quod ſanè puerile diceren, niſi quia hoc malitiam prouectæ ætatis excedit. Si cum Patre venias ad conflictum: dubium eſt, vtrum tibi expediat, aut vinci, aut vincere. Si pietas habitaret in terris, glorioſius aſſereres, patri cedere, quam triumphare de Patre. Patri cedere & ſubijci, hoc lex Moyſi, hoc lex Euangelij,

hoc

hoc cenſura canonum, hoc Apoſtolorum inſtitutio, hoc leges Imperiales, hoc ipſa hominum conditio, & lex naturalis indicit. DEI & iuſtitiæ inimicum, omnium quoque legum te tranſgreſſorem conſtituis, ſi Patri non obedis, cui totum debes, quod ipſe es: de cuius carne & ſanguine ſementinæ originis & naturæ beneficio carnem & ſanguinem mutuaſti. Quis tibi materiam exiſtentiæ præbuit? pater tuus. Quis te educauit? pater tuus. Quis te in armis militaribus inſtruxit? pater tuus. Quis [illegible]naniuit, vt te Regem faceret? pater tuus. Quis in omnibus laborauit, vt quæ omnia poſſideres? pater tuus. Nihil in Patre tuo inuenis accuſandum, niſi quod exuberantem gratiam, tuamque deuotionem, quam fortè remiſſior munificentia meruiſſet, ſola benigna & effuſa liberalitate demeruit. Francorum igitur gentibus ſucceſſit ad votum: Normanniam enim eorum imminentem ceruicibus, quam ſemper

al. *deuincunt.* munitam, & inexpugnabilem inuenerant, nunc ex omni parte te mediante d[illegible]unt: vt nec de cætero caput contra eos erigere, nec incurſus hoſtiles valeant ſuſtinere. O leuitas adoleſcentiæ deploranda. nec mirum. Si enim tibi DEVS curſum vitæ longioris indulſerit, flebis ætate prouectior, quod amittis impubes: nec erit tunc locus pœnitendi, cum res in eam deſolationem venerit, vt reformari non poſſit. Tibi, dilectiſſime fili, licet amarè, tamen ex amore ſic loquor. inconſultos enim animi tui motus æquanimiter tolerare non poſſum. Et vtinam mors, quam me cogis optare, præueniſſet hos dies, quibus te Patris & patriæ perſecutorem conſpicio: quibus te amicum hoſtibus tuis, & amicis hoſtem intueor: quibus in eo ſtatu te video,

Lege Notas epiſt.28. quaſi gladium tuo gutturi affixiſſes. Adhæc ſcias Andeliacum vnicum eſſe ſubſidium vitæ noſtræ: ipſum tuæ committo cuſtodiæ. ſi prædonibus & incendiariis Andeliacum expoſueris, mihi viuendi materiam adimes, qui das a[illegible]di. Valete.

EPISTOLA XXXIV.

Ad P. Petragoricenſem Epiſcopum.

ARGVMENTVM.

Purgat ſe apud Petragoricenſem Epiſcopum, qui eum in ſuam a[illegible]bat, ſe promiſſis veteris Domini ita deliniri, vt nunc expectationi illius facere ſatis non poſſit.

REVERENDISS. DOMINO ET PATRI PETRO PETRAGORIcenſi Epiſcopo, P. Bleſen. ſuorum conſanguineorum, imo ſeruorum minimus, ſalutem & continuos ad vota ſucceſſus.

Cant.8.6. FORTIS eſt vt mors dilectio. cum enim compagem membrorum, animæq; & corporis fœdus amicabile mors abrumpat: dilectio è contrario diuerſas voluntates conflat in vnam, & in glutino caritatis diuerſarum animarum conſolidat vnionem. Dilectio abſentiæ damna non ſentit: cumque diuturnitate temporum pleraque ſoleant [illegible]mari, dilectio & temporis tractu & locali diſtantia conualeſcit. Hoc in vobis experientia mediante cognoſco, qui me in veſtræ magnificentiæ parentela [illegible], & quaſi inter cæteros abo[illegible] benigniore tandem oculo reſpexiſtis. Mandaſtis ſiquidem, ſi mandatum fideliter recolo, vt ad vos feſtinantius venirem, tanquam domeſticus & commenſalis veſter penes vos moraturus. In verbo benignitatis veſtræ

ſp[illegible]

ſpiritus meus votiuo exultabat applauſu: & iam ad vos feſtinare decreueram, iam ad procinctum itineris frequentius anhelabam, cum Dominus ille, quem ſcitis promiſſionibus immenſis, & quibuſdam blanditiarum præſtigiis me minus circumſpectum conuincens, & circumueniens meum propoſitum reuocauit. Expectaui ſuſtinens, & multiplex interim beneficiorum occaſio ſe obtulit, porrigebam preces, mea etiam pro me neceſſitas allegabat, in nullo reperi munificam eius manum. Adhuc benignioris euentus vota concipio, & ſimilis videtur cum Britonibus præſtolor Arcturum, & Meſſiam cum Iudæis expecto. Nobiles & magnificos decet nil promittere, ſed quaſi præſagire deſideria hominum, & eorum petitiones largitionibus præuenire. Adhuc expedit mihi perdere modicum temporis, vt voluntas eius exactiſſime exploretur: cur ſcilicet tanta promiſerit, cur me tanto longiore ſuſpendit. Et vtinam ſuæ famę diſcrimen attendat, nec de promotione mea, ſed ſua opinione ſolicitus verbum illud Salomonis frequenter attendat: Ventus & nubes & pluuiæ non ſequentes, vir glorioſus, & promiſſa non complens. Si infra pauciſſimos dies munificentia ſua mihi clementius non arriſerit, ponam in te Domine cogitatum meum, & tu me enutries. De tua enim potiſſime miſeratione præſumendo, aliunde ſuffragium non expecto. Memor eſto verbi tui ſeruo tuo, in quo mihi ſpem dediſti. Si illius piæ liberalitatis, & meæ vocationis affectio perſeueret, in vobis ſit de beneplacito veſtro mihi maturiore nuncio veſtram exprimere voluntatem. Patrem ſiquidem meum, & matrem meam de grege hominum alea fatalitatis exemit: & quos mihi potiſſime neceſſarios æſtimabam mors auara prima facie deprædata eſt, extremæ calamitatis exemplum me faciens, & fortunæ ludibrium. Cum igitur fiduciam in vobis habeam ſingularem: facite, vt ſub manu magnificentiæ veſtræ de longa infortunij tempeſtate reſpirem. Valete.

Vide Notas epiſt. 51. de Arturo.

Prou. 25. 14.

Pſal. 54. 23.

Pſal. 118. 49.

al. *amara.*

EPISTOLA XXXV.

Ad Anſelmam ſanctimonialem.

ARGVMENTVM.

Anſelmæ nobiliſſimæ virginis monaſticen complexæ inſtitutum mirifice laudat, eamque hortatur, vt expugnatis omnibus carnis mundique tentationibus caſtitatis theſaurum fortiter tueatur.

ANSELMAE DILECTAE IN CHRISTO P. BLESEN. BATH. ARchid. ſalutem in eo, cui ſeruire regnare eſt.

EXVLTAT, & gratias refert gratiæ largitori communi voto ſancta Eccleſia, quia te ancillam humilem reſpexit DEVS, quæ inter voluptuoſas palatinæ dignitatis illecebras educatam ad religionis propoſitum, & vitæ pauperis appetitum, ſpiritu conſilij & fortitudinis animauit. Audi ergo filia, & vide, & inclina aurem tuam: &, ne inter initiatæ ſanctitatis primordia te fauor auræ popularis alliciat, obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui. Multi ſiquidem ſunt, qui de calice Babylonis tibi proditoriæ adulationis venena propinant: qui pulchritudinem tuam, & generoſitatis tuæ titulum recenſentes, quaſi dolendo, & conquerendo ſubmurmurant, quod abiecta ſis in domo Domini, & non habites in tabernaculis peccatorum. Verum reuolvere debes,

Pſal. 44. 11.

Pſal. 83. 11.

bes [illegible]
pta [illegible] & [illegible]
tos [illegible]
ba [illegible] flores [illegible]
ſcentulæ [illegible] ſcripſit dicit. Ego flos campi, & [illegible]
[illegible] arbitrio, [illegible] nuptias, & deſid[illegible]
cui cum [illegible] caſti[illegible]
dem vota pa[illegible] generaliter [illegible]
gundiæ m[illegible]
& [illegible] potentia [illegible]
quantum ad [illegible] corpori [illegible] magnatibus præ[illegible]
tate enim armorum & [illegible] elegantia, in o[illegible]
[illegible] vertebatur: &, quod pote[illegible] animum [illegible] fa[illegible]nare, [illegible]lus [illegible]
bantor, nullus vberior in mune[illegible] nul[illegible] ad omne[illegible] liber[illegible]
prudentia [illegible]tiore, & [illegible] cuſtodia tibi ob[illegible]
glo[illegible]ius de libidine triumphaſti, [illegible] grauior conflictus & pugna [illegible]
[illegible]bat. Iam *in portu nauigas* & ad [illegible] tamen de terra diſt[illegible]
[illegible] occu[illegible] Si nunc eſſes in ſæculo, [illegible]
cu[illegible] brachia ſupportarent. Si nunc eſſes in ſæculo, [illegible]
[illegible] ſpectabilis co[illegible] ncederes, [illegible]
[illegible] Si nunc eſſes in ſeculo [illegible]
vo[illegible] cla[illegible] anguſtiæ mancipata [illegible], vbi omnis e[illegible]
eſt. [illegible] omnis [illegible], omneſque voluptates [illegible]
re[illegible] feneſtræ [illegible] vbi continu[illegible] vbi eſt [illegible]
fuſi[illegible], cibus verò, leguminis & panis auſterior. Sic tibi dulc[illegible]
generis [illegible] incommoda mundanæ conuerſationis palliando [illegible]
enim de voluptate hominum, quam ſit ſterilis & incerta: quæ ſi [illegible]
pœn[illegible] inducit: & ſi [illegible] medicum, pr[illegible]ore [illegible]
u[illegible] & honores, [illegible] inſeparabiliter [illegible]
pa, & fauor populi, fumus eſt & [illegible] ſubitò euaneſcens. Ad [illegible]
re & [illegible] maximo [illegible] & quod [illegible]
[illegible]uale [illegible] ate. [illegible] morte [illegible] terru[illegible]
[illegible]
[illegible] eſt. [illegible]
[illegible] In [illegible]
[illegible] & [illegible]
[illegible]
[illegible]

EPISTOLA XXXVI.

AD C[illegible]IAM Sanctimonialem.

ARGVMENTVM.

La[illegible]dat [illegible] quod [illegible]atem DE[illegible] *in religione co[illegible] rit, hortatur vt virginitati iungat caritatem, humilitat[illegible]*

[illegible]

CARISSIMAE SOR[illegible] SVAE CHRISTIANAE [illegible]VS P. Ble[illegible]s Archidiac[illegible]s ſalutem in eo, ſine quo non eſt ſalus.

M[illegible] A[illegible] D[illegible] [illegible] 47.
D[illegible] [illegible] uis uum in [illegible] & [illegible] uum eff[illegible]m [illegible] D[illegible] [illegible] ho[illegible] [illegible] ab eo tempore, quo [illegible] monialis profeſſiones [illegible] [illegible] unde & ſecundum nomen tuum, [illegible] & la[illegible] [illegible] 47.
p[illegible] [illegible]talium deſtinata, te [illegible] per Prophetam loquitur: Deſponſabo te, [illegible] & [illegible] in ſide. De[illegible] [illegible] in virgine [illegible] caſtitatem. Deſpondi, inquit Apoſtolus [illegible] CHRISTO. [illegible] ſibi [illegible] non [illegible]. Amator & zelator eſt virginitatis, qui [illegible] praelegit. [illegible] de virgine [illegible] virgines [illegible] & humilitatis exemplo [illegible] ſequerentur [illegible] bratione [illegible] fierent participes & conſortes. Adducentur, inquit, vir- Pſal. 44.
gines poſt eam: proximae eius afferentur tibi. Afferentur in laetitia & exultatione, adducentur in templum Regis. Vide ergo ſoror cariſſima, ne in vacuum gratiam DEI acceperis. Gratiam ſiquidem CHRISTI accepiſti in vacuum, & lampadem 2. Cor. 6. 1.
d[illegible] vacuam, ſi non habes oleum caritatis, id eſt, ſi CHRISTVM ex toto corde [illegible] tunc enim pulchra eſt & CHRISTO placet caſtitas, ſi eius [illegible] eſt [illegible]. O quam pulchra eſt caſta generatio cum caritate. C[illegible] Sap. 4. 1.
[illegible] ſoror & humilitatem, quae illi acceptiſſima eſt [illegible], & [illegible] reſpicit in coelo & in terra. Super quem, inquit, requieſcet [illegible] niſi ſuper [illegible], & [illegible], & trementem verba mea? M[illegible] Eſ. 66. 2.
[illegible] reſpexit Dominus: non quia pulchra, non quia nobilis, non [illegible], ſed [illegible] erat. Reſpexit, inquit, humilitatem ancillae ſuae. [illegible] Luc. 1. 48.
quae pro CHRISTO te [illegible], & elegiſti abiecta eſſe in domo DEI, [illegible] in tabernaculis peccatorum. Non prodeſt humilitas, niſi [illegible] Pſal. 84. 11.
p[illegible]. C[illegible] virtutes currant ad brauium [illegible] coronatur. Omnis gloria eius filiae regis ab intus, inquit Propheta, in [illegible] Pſal. 44. 14.
[illegible]. Fimbriae [illegible] extremitates. Eſt ergo gloria [illegible] b[illegible]: [illegible] gloria bonae conuerſationis in principio, niſi ſit [illegible] ſis & [illegible]. Spes [illegible] agricolam a labore, fortemque [illegible] temnere facit moleſtias, [illegible] ſpes coronae. Tibi quoque [illegible] [illegible], & [illegible] obſequium expectatio Iubilaei. Tunc columba ſepti- Gen. 8. 10.
[illegible] ad arcam [illegible] non rediit. & iuxta verbum Iob, [illegible] Iob 39. 4.
[illegible] paſtum [illegible] ad matres iterum reuertentur: quia tu & [illegible] DEI [illegible] in loco [illegible] [illegible] ſoror breuiter exhortari & [illegible] [illegible], non [illegible] indigeas, ſed [illegible] ad [illegible] & b[illegible], *non [illegible], ubde [illegible]* [illegible] *[illegible]io.* [illegible] 6.

EPISTOLA XXXVII.

Ad Alexandrum Priorem Gemiticenſem.

ARGVMENTVM.

Purgat ſe, cur librum, quem reſtituturum ſe promiſerat, conſtituto tempore non reſtituerit.

CARISSIMO SOCIO, ET AMICO MAGISTRO ALEXANDRO Priori de Gemitico, ſuus P. Bleſenſis Bath. Archid. ſalutem in vero ſalutari.

Rom. 15. 28. PROMISERAM vobis librum veſtrum die ſabbathi, quæ iam præteriit, remittere: quod non feci. ſed & Apoſtolus ſe in Hiſpaniam tranſiturum promiſerat: ſuamq; promiſſionem, Domino diſponente aliter, non impleuit. Credideram totum librum tranſcripſiſſe [illegible] infra diem præſcriptum, qui poſtea legendi licentiam [illegible] per momentum. De veſtra itaq; dilectione confiſus, librum adhuc retinere præſumo, cumq; alias accuſabilem præſumptio faciat, hic excuſabilem facit ipſa præſumptio.

Dig. l. 13. tit. 6. l. 5. Nam & in iure ciuili, ſi quis equũ ſibi accõmodatum vltra tẽpus & locum [illegible] natum duxerit, furti actione tenetur. qui tamen, ſi de confidentia dilectionis hoc fecit, à furto, & à mendacio excuſatur. Bene valeat, & oret pro me amicus meus.

EPISTOLA XXXVIII.

Ad Albertum Romanæ Eccleſiæ Cardinalem.

ARGVMENTVM.

Cantuarienſis Archiepiſcopi laudes deſcribit, & a criminibus obiectis, vt quod ignarus ſit iuris, quod auarus, quod prouehendæ progeniei ſuæ plus æquo deditus, eum vindicat.

DILECTISSIMO DOMINO SVO, ALBERTO DEI GRATIA ROM. Eccleſiæ Presbytero Cardinali, & Cancellario, ſuus P. Bleſenſis, modicus Domini Cantuarienſis Cancellarius, ſalutem in vero ſalutari.

Geneſ. 18. 27. SI loquar ad Dominum meum, cum ſim cinis & puluis, [illegible] venia impetrata: rogo, vt eiuſdem officii participatio [illegible] me compellit, ſic ad indulgentiam vos inflectat. Gratias ago Deo, & vobis, quia in ſpiritu manſuetudinis [illegible] more veſtro [illegible] & quaſi ſocialiter tetigiſtis ea, quæ in Domino meo notabilia [illegible].

1. Cor. 2. 15. quia ſpiritualis homo omnia diiudicat: ipſe autem à nemine iudicatur. Vnde & increpationem veſtram, ſiue me, ſiue Dominum meum tangat cum gratiarum [illegible]

Apoc. 3. 19. ne recipio. Scriptum eſt enim, Ego, quos amo, arguo & caſtigo. & [illegible]

Hebr. 12. 6. me iuſtus in miſericordia, & increpet me; oleum autem peccatoris non impinguet

Pſal. 140. 5. caput meum. Non dico Dominum meum, talem eſſe, qui peccatum non [illegible]

1. Ioan. 1. 8. rit, nec inuentum ſit [illegible] : mentitur enim. Nam ſi [illegible] mus, quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Neque [illegible] moueri oportet, ſi quandoque ad vehe-

Iob 4. 19. mentem [illegible] impulſum [illegible] humana fragilitas. Ecce qui Deo ſeruiunt, non

ſunt

ſunt ſtabiles, & [illegible] prauitatem. Veruntamen, ex quo placuit ei, qui vocat ea quæ [illegible] ſegregare Dominum meum, vt in Eccleſia Patri [illegible]: non enim ſimplit ſibi honorem, *Heb.5.4.* ſed vocatus eſt a Domino [illegible] Monachum, factus vitula E- *Oſe.10.11.* phraim docta diligere tri[illegible] dominator in clero, ſed forma gregis [illegible] *[illegible]* populo, [illegible] in [illegible] ns, & lingua [illegible] ta ad vaniloquia non relaxans. Victum vero & [illegible] s ſuos ſub arctioris cenſuræ no[illegible] vt qui a pr[illegible], in caſtris monaſticæ religionis D[illegible] m[illegible]tauerat, iam non [illegible] in homine lateretur. Si [illegible] atten[illegible]dis, nemo eſt [illegible], & [illegible] de Moyſe le- *Num.12.3.* [illegible] mitiſſimus omnium qui [illegible] ens ſuper [illegible] & pauperem, preſſuras pauperum [illegible] ciens & [illegible] ter neceſſitates viduæ & pupilli præpar[illegible] be- neficia [illegible]. Cum de Iob legatur, quia erat ſimplex [illegible] ac [illegible]ens *Iob 1.* DEVM, Domino meo iuſto & timorato [illegible] ſimplicitas [illegible] San[illegible] CHRISTVS IESVS Petrum, & Andream & alios per quos [illegible] in me[illegible] terræ, non de foro Iuſtin[illegible] de ſimplicitate piſcatoria leg[illegible] pſiſſe. Inflat enim ſapientia huius mundi, & Legum ventoſa loquacitas. ne [illegible] *[illegible]* pere, quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. Si Dominus meus humiliter *[illegible] 3.* ſentit, ſi alta non ſapit, ſi non ambulat in magnis & mirabilibus ſupra ſe, ſi præſtigia verſuti Iuris ignorat: eruditus tamen in Lege Domini, & in ea, quæ deſurſum eſt ſapientia, ambulat ſuper ſemitas iuſtitiæ; nihil in cauſarum deciſionibus ſtatuens, quod [illegible] ne auditorum, & publicam hominum notitiam non deducat. Edu- *Pſal 36.6.* cit [illegible] quaſi lumen iuſtitiam ſuam, & iudicium ſuum tanquam meridiem. Noui [illegible] quoſdam, quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt, innocen- tiam Domini mei detractionibus attentaſſe; ei notam auaritiæ inurentes quia bona pa[illegible], & patrimonium crucifixi venatoribus non eſt[illegible]. Tamen [illegible] [illegible] ve[illegible] quotiens laudem vituperium putat: neque g[illegible]dicat ex aliena *2.Cor.1.12.* v[illegible]io cuius gloria hæc eſt, teſtimoniu conſcientiæ ſuæ. Ipſi iam ſæpe monui vt [illegible] ſex, & donis obſtrueret os loquentium [illegible]: & erat eius re- *Gen.1.10.* [illegible]o. Si [illegible] placerem, CHRISTI ſeruus non eſſem. Si expedit pla- [illegible], [illegible] fit in Domino apud manſuetos & [illegible] ac ſi di- [illegible] propheta. In Domino laudabitur anima mea, audiant manſueti & læ- *Pſal.33.3.* tentur. [illegible] commendat, vel qui ab omnibus commendatur, ille p[illegible] DEVS commendat. Imponunt ei alij, quod circa ſuæ *2.Cor.10.18.* [illegible] verſetur, & quod non ſpiritus Patris ſed caro & ſanguis reuelat hoc. [illegible] ſuis parentibus pietatis affectum impendit, non eſt hoc extra ordinem cari[illegible] cum Apoſtolus dicat. Qui ſuorum & maxime dome- ſticorum [illegible] no[illegible] et fidem negauit, & eſt infideli deterior. Veruntamen non *1.Tim.5.8.* [illegible] quin etiam extraneis, ſi honeſti ſunt, [illegible] & m- [illegible]cat, e[illegible] p[illegible] moribus conſanguinei anteponat. Proceſſeru[illegible] *Rom.1.30.* [illegible], ſicut Apoſtolus dicit, DEO odibiles, veſtræque ſeren ta- [illegible] erunt, elongantes ab eo amicum & [illegible]n [illegible] & [illegible] contrarium volo, factus ſum [illegible] *[illegible] 20* [illegible] d[illegible] ntiam men[illegible] m [illegible] [illegible] Apparies [illegible] a [illegible] *Pſal.[illegible]* [illegible] Re[illegible] &[illegible]

 [illegible]

[illegible] in eo [illegible]; labia doloſa & mendaces [illegible] lauerunt [illegible]. Veſtræ autem [illegible] ſinceritatis, vt Dominus [illegible] omni veritate & ſinceritate vos diligit, foueatis in CHRISTI [illegible] ſuppleendam inſufficientiam, negotia eius, quibus æquitas aſſiſtit & [illegible] efficaciter promouere velitis. Valete.

EPISTOLA XXXIX.

Ad amicum quendam.

PETRVS BLES. BATH. ARCHID. E. AMICO ET [illegible]cio ſuo ſalutem, & ad meliora proceſſum.

PRÆFATIONIBVS coloratis, & picturato faſtu verborum, [illegible] eget affectio: vnde & certiſſimus de mutua inter vos [illegible] ctuum compendioſæ orationi deſeruio, atque ab epiſtola [illegible] venatiuas adulationum blanditias, & omne [illegible] [illegible]ſcindo. Illud noueritis, quia Romana curia more ſuo me [illegible] ter debitis obligauit; ſed ſi ſemel euaſero per DEI gratiam, non [illegible] [illegible].

EPISTOLA XL.

Ad Prælatum quendam amicum ſuum.

ARGVMENTVM.

Inuehitur in H. prælatum Detractorem Principum.

CHARISSIMO AMICO SVO H. P. BLESENSIS BATHON. Archid. ſalutem & circumſtantiam labiorum.

AVDEREM plurimum, ſi eſſet modeſtus, & [illegible] lingua veſtra in lubrico non ſederet. Multorum ſiquidem [illegible] [illegible] prouocatis, dum non cohibetis ſpiritum [illegible] [illegible] & detractionem [illegible]. [illegible] [illegible] quæ [illegible] eſt [illegible] Regi [illegible] [illegible] Sane [illegible] [illegible] damnoſum: nam cum [illegible] [illegible]. Principes [illegible] [illegible] A[illegible]

[illegible]

pa[illegible] Libri [illegible] Apo-
ſto[illegible] Co[illegible] [illegible] *1.Cor.7.19.*
[illegible] D[illegible] *2.The.3.12.*
[illegible]. Ve[illegible] ari non [illegible]
[illegible] in public[illegible] & auctor [illegible]
[illegible] in [illegible] ſucceſſo [illegible] *[illegible] 10. 20.*
[illegible] portabunt ve[illegible] am. Et de
P[illegible] morus. Sed *Pro. 14. 4.*
[illegible] D[illegible] eſt [illegible] *Exod. 22.*
[illegible] operam [illegible] & [illegible] ma-
[illegible] veſtium [illegible] & à [illegible]
[illegible] homi[illegible] n-
t[illegible] non [illegible] veſt[illegible]
non [illegible] Apoſtolum Re[illegible] *1 Pet. 3.*
t[illegible] aſt[illegible]
habe[illegible] aut lin[illegible]
[illegible] linguæ cuſtodiam, [illegible]
[illegible] ſi quis putat ſe religioſum eſſe, non refre[illegible] *[illegible] 1. 26.*
hu[illegible] s vana eſt religio. Vir linguolus non dirigetur in terra. Lingua [illegible]
[illegible] membrum eſt, totiuſq; corporis gratiam plærunq; contamina[illegible]
dum eſt, quod ab vlla turpitudine ſe cohibeat, qui immunditiam linguæ [illegible]
nat. Nam teſtimonio Salomonis: ſicut vrbs patens, & abſque murorum ambitu [illegible] *Prov. 25. 28.*
vir, qui non poteſt cohibere ſpiritum in loquendo. Sic & in lege Domini, vas, quod *Num. 19. 15.*
operculum non habet, reputatur immundum.

EPISTOLA XLI.

Ad Henricum II. Regem Anglorum.

ARGVMENTVM.

Queritur, Regem Angliæ incertis vagari ſedibus. Legatos eius Romam miſſos reuertiſſe. Ad ſe quoque legatos Regum Hiſpaniæ commemorat.

DOMINO REGI ANGLIAE, SVVS PETRVS BLESEN. BATH.
Archid. ſalutem in eo, qui dat ſalutem regibus.

DIu quæſiui, & non inueni, quem deſiderat anima mea: diu vos inſe-
cutus, ſed non aſſecutus ſum. Vanæ namq; voces populi, de viis ve-
ſtris varie ſentientes dum pes meus hæret in via recta, me in inuium
[illegible]. Salomon equidem dicit. Tria inueſtigabilia eſſe & *Prov. 30. 19.*
[illegible] inueniri non poſſe: viam aquilæ in cœlo [illegible]
[illegible] terram, viam viri in adoleſcentia ſua. [illegible] quantum poſ-
[illegible] Vias Regis in Angliam. Certi [illegible] & a[illegible]
[illegible] verum, aut [illegible]. [illegible]
[illegible] orum [illegible]
[illegible] faciem meam [illegible]
[illegible]

die [illegible] possis, ben[illegible]issime Princeps, [illegible]ram in[illegible] ma[illegible]
al. publice. rum, & sit lucerna pedibus meis verbum [illegible]. Cum enim Reipub[illegible]
cta mihi per vos negotii tempestiuius expediri, non [illegible]cam co[illegible]
cto, donec desideratissimam faciem vestram conspiciam: tu vero [illegible]
ctu tuo Domine viam meam. Nuncij vero a Romana curia [illegible]
quidem argento, onerati plumbo; non multum indumentis, [illegible]
norati. Applicuerunt præterea in magno comitatu nuncij Regum H[illegible]
al. antiquam. rentes ad vos illam antiquam, & vtinam antiquatam Reg[illegible]
quæ tot ciuitatum populos traxit in exterminium & r[illegible]. Bene[illegible]
3. Reg. 10. 1. DEVS. nam sicut Regina Austri venit a finibus terræ au[illegible] sapientiam [illegible]
Ma[illegible] 12. 42. sic hodie remotissimi Reges in hac querela graui & inexplicabili ve[illegible]
submittunt, postulantes instantius, vt quæstio tam nodosa sub [illegible]
examine resoluatur. Bene valeat carissimus Dominus meus, [illegible]
uat & regnet.

EPISTOLA XLII.

Ad Robertum Cameracensem electum.

ARGVMENTVM.

Arguit R. Præpositum Arcensem, quod electus in Cameracensem [illegible] officio Episcopi non fungatur, negotiis secularibus se implicet, ca[illegible] agat, tyrannice subditos [illegible] ob[illegible]et, nec moneri se a quoquam sinat.

REVERENDO PATRI, AC DOMINO R. PRÆPOSITO Arcensi & Cameracensi electo suus P. Blesen. Bath. archid. [illegible] & salutis æternæ memoriam.

IN litteris, quas tibi mitto, antefertur Electo Præ[illegible] pud Reges terræ, & maxime in ore populi cel[illegible] positi nomen, quam Cameracen[illegible] electi. nec [illegible] adeo viluit diuina vocatio, quod & nomen & offi[illegible] scopi & ingratus altissimo oblatam tibi grati[illegible] Cameracensis Ecclesia in Pastorem & Episcopum [illegible] tos emolumenta percipiens adhuc Præpositi [illegible] [illegible] accipiens Episcopales [illegible] surpare [illegible]. Dolor [illegible] [illegible]
Luc. 12. 1. [illegible]
[illegible]
[illegible] 4. 4. [illegible]
[illegible] 4. 6. [illegible]
[illegible] [illegible]. Tui o[illegible]
[illegible]

quod cauſas ſanguinis agis, quod abiecta Eccleſiarum ſolicitudine negotiis ſeculari-
bus te totum occupas & inuoluis. Veruntamen tua profeſſio ordinis, nec degeneres
ſeculi curas, nec ſeiuratam gladij materialis admittit. Apoſtolus dicit. Secularia nego- *1 Cor.6.4.*
tia ſi habueritis, eos, qui contemptibiliores ſunt inter vos, ad iudicandum eligite.
Non decet ordinem profeſſionis tuæ in alea tanti diſcriminis diutius ludere, & ſalu
te animæ ſpreta te adeò damnabiliter ſecularibus inuoluere, montemque Seir ver-
tiginoſo ſpiritu circuire. Vide, quid propheta talibus imprecetur. Devs meus pone *Pſal.82.14.*
illos vt rotam, & ſicut ſtipulam ante faciem venti. Iſtos percuſſit Dominus in poſte-
riora, quorum finis interitus, qui fundunt ſemen in terram, qui manna & gomor in *Exod.16.20.*
putredinem vertunt, quorum flumina mutantur in ſanguinem, ſcientia in errorem, *Exod.7.20.*
quorum gloria tranſit in confuſionem, & vita æternitatis in mortem. Salomon in *Prou.20.26.*
parabolis dicit. Ventilator malorum rex ſapiens immittet eis rotam malorum. Hæc
eſt rota, qua volueris inceſſanter, dum publicis & laicis actionibus ambitioſe te in-
gerens, Christi Sacramenta prophanas: electus in Pontificem ſanguinolenta
conſcientia exerces gladij poteſtatem. Gladium materialem exerceat, qui accepit *Rom.13.1.*
gladij poteſtatem: poteſtates equidem à Deo conſtitutæ ſunt, vt accipiant gladium
ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum. De his autem qui ſibi vſur-
pant vſum gladij, ſcriptum eſt. Quia omnis qui accipit gladium, gladio peribit. Nam *Matt.26.52.*
& illi qui poteſtatem gladij ex officio acceperunt, quia tamen ſibi commiſſa abuſi
ſunt poteſtate, gladio perierunt. Certè ſi Romanorum Principum fata ſeriatim
conſideres, nullum eorum inuenies ſanguinis effuſorem, cuius ſanguis effuſus
non fuerit. Iulius Cæſar à Bruto & Caſſio. Antonius interemptus eſt à ſeipſo. Clau- *Dion.*
dius Cæſar à Caio Caligula. Caius à prætorianis militibus eſt occiſus. Nero beato- *Tacitus.*
rum Apoſtolorum Petri & Pauli occiſor ſuiipſius factus eſt interfector. Succeſſit *Suetonius.*
Neroni Galba: quem interfecit Otho: qui etiam poſtea interemptus eſt à ſeipſo.
Succeſſit ei Vitellius, qui morte occiſus turpiſſima humana caruit ſepultura. Domi- *Iulius Capit.*
tianus ei proximus, qui B. Ioannem Euangeliſtam in Pathmos inſulam relegauit, da- *Herodian.*
mnatus eſt à ſenatu, & in palatio interfectus. Aurelius Commodus, Heluius Perti- *Spartian.*
nax Iulianus quoque Heluij interfector. Aurelius etiam Antoninus, Macer. Macri- *Lamprid.*
nus. Marcus Aurelius Alexander Romanus. Maximinus Iulius Gordianus. Philip- *Victor.*
pus & Decius. Gallus, præterea & filius eius Voluſianus. Quintillus. Aurelianus. *Trebell.*
Probus. Omnes hi & alij, quos tam de gentibus, quàm de Iudæis alibi recenſemus, *Vopiſcus.*
quia præſumptuoſe & inique gladij exercuerunt officium, in ore gladij corruerunt. *Tract. de itin.*
Quia, ſicut Poeta commemorat: *ad generum Cereris ſine cæde & vulnere pauci de-* *Hieroſol.*
ſcendunt Reges, & ſicca morte tyranni. Verbum enim prophetæ eſt. Viri ſanguinum *Iuuen. Sat.10.*
& doloſi non dimidiabunt dies ſuos. Sanè inter eos, quos modo notauimus gladio *Pſal.54.24.*
animas exhalaſſe, fuerunt plærique, qui non vtebantur gladio, niſi ad fructum iuſti-
tiæ, vel ad rebellionem gentis barbaræ expugnandam: & hi completo debito vitæ
curſu naturali reſolutione corporis, tributum conditionis humanæ ſoluerunt. Ner- *Dion.*
ua enim, qui B. Ioannem ab exilio reuocauit. Ælius Adrianus, qui Hieruſalem reæ- *Euſeb. l. 3.*
dificauit, & eam ſuo nomine Æliam deſignauit. Antoninus etiã Pius, & Antoninus *hiſt. c.15. &*
Philoſophus gladiorum ſæuitiam euaſerunt. Aurelius autem, & Iulianus Apoſtata *in chron.*
Chriſtiani nominis perſecutores peſſimi ab ipſo Christo cœleſti iudicio ſunt *Victor.*
percuſſi. Vereor, ne velis ſequi veſtigia Iuliani, qui cum eſſet vocatus in Domini ſor- *Theod. l. 3.*
tem, vt fieret Imperator, fecit ſe Chriſtianæ profeſſionis exſortem. Quid commodi *hiſt. c.20.*
ſibi confert magnæ in gentibus dominationis ambitio? Recole verba Christi, ſi
te eius diſcipulum profiteris. Principes gentium dominantur eorum, & qui pote- *Matt.20.25.*

ſtatem habent ſuper eos, benefici vocantur: vos autem non ſic: ſed qui vult inter vos
1. Cor. 7. 10. maior fieri, ſit miniſter veſter. Si acceptas miniſteriũ CHRISTI, ſi iugum CHRISTI
non detrectas, permane in ea vocatione, in qua vocatus es, dimittaſque laicis populis
Canonicus principatum. Certe Philippus de Merlaico Canonicus Carnotenſis iugum Domini
miles factus abiiciens, ſicut ſcis, ad arma ſe tráſtulit: cumq; magnis populis nuper præeſſet in præ-
miſere periit. lio, ſagitta percuſſus interiit. Lex enim cœleſtis eſt, & regula diuini iudicij, quod exi-
tus huius vitæ infœlices habebit, qui mundanæ dominationis obtentu CHRISTI mi-
litiam derelinquit. Mors Philippi, & aliorum plurimum deterrere te poterit. De-
dit tibi Dominus in eis ſignificationem, vt fugias à facie arcus. Scriptum quippe eſt:
Prou. 21. 11. quia mulctato peſtilente, ſapiens aſtutior erit: iuſtuſq; lauabit manus ſuas in ſangui-
Pſal. 57. 11. ne peccatoris. Dicitur tamen, quod ſic raperis ad vanitates, & inſanias falſas, & quod
abiecta gratia diuinæ vocationis adeò ardẽter affectas potentiã, vt ſubiectos ſpolies,
vt per oppreſſionem tyrannicam de ſpoliis pauperum tibi iram & furorem Domini
Sap. 6. 7. theſaurizes. Scriptum quippe eſt, potentes potenter tormenta patientur. Plane exa-
ctiones, quas ſub prætextu Comitis crebrò facis, multorum, quos amicos & dome-
Matt. 10. 36. ſticos tuos exiſtimas, tibi ſuſcitauerunt inuidiam, vt ſint, ſicut ſcriptum eſt, inimici
Pſal. 61. 11. hominis domeſtici illius. Deteſtabilis quidem rapina eſt in clerico. rapinas, inquit,
propheta, nolite concupiſcere. Certè actum rapiendi prohibuit ille, qui proiecit a-
Iſa. 33. 15. uaritiam ex calumnia, dum rapinę concupiſcentiã interdixit. Gryphus, haliæetus, ac-
Deu. 14. 12. cipiter, miluus & vultur, quia rapaces aues ſunt, reprobãtur in lege Domini, & à ſa-
crificio ꝓhibẽtur. Si ergo vis teipſum offerre ſacrificiũ DEO acceptabile, nec rapinis
Pſal. 25. 10. inhies, nec affectes potentiã, nec munus acceptes. nã, teſte ꝓpheta; in quorum mani-
Iob. 15. 34. bus iniquitates ſunt, dextera eorũ repleta eſt muneribus. Iob etiã dicit: quia ignis de-
uorabit corpora eorũ, qui munera libẽter accipiant. Miror equidem, nec ad plenum ad-
mirari ſufficio, vnde hæc ambitio maledicta adeò ardẽter tibi obrepſerit. Tribus enim Epi-
ſcopis abundãter ſufficeret, ꝙ ſi tibi ſoli vſurpas de patrimonio crucifixi. Vereor autem
ne te reprobauerit Dominus, & abiecerit a facie ſua, quia erubuiſti miniſteriũ eius, &
iugum eius contumaciter abieciſti. Reſipiſcas igitur, & iram Domini prœuenias tem-
Deu. 32. 41. peſtiuè. Nam ſi acuerit, vt fulgur gladium ſuum, ſi arripuerit manus eius iudiciũ, ve-
reor, ne tunc pœnitere deſideres, cum non poſſis. Cum enim exarſerit in breui ira
eius, ſuccendentur inextinguibiles flammæ, quas tamen matura correctione, & pau-
cis lachrymis pœnitentialibus poteras extinxiſſe. Quod aſperius ſolito tibi ſcribo,
quod numeri pluralis adulatione non blandior, pertinacia tua facit. Nam & exhor-
tatorias, quas per Abbatem Clarimariſci nuper tibi porrexeram, antequam eaſdem
perlegeres, combuſſiſti, & hominem DEI, qui verba vitæ attulerat, contumeliis af-
feciſti: cumque te pro poſſe ſuo à via mortis auerteret, tu ſanctiſſimam exhorta-
tionem ipſius canino latratui, ſicut dicitur, comparaſti. Dominus auferat cor lapi-
deum de medio tui, & te in obſeruantia mandatorum ſuorum ſtabiliat, vt eius mini-
ſter eſſe deſideres, qui venit miniſtrare pro nobis

EPISTOLA XLIII.

Ad Petrum amicum Medicum.

ARGVMENTVM.

Indicat Petro medicinæ perito ſe ex itinere ægrum nobilem virum inuiſiſſe, & medicinam illi feciſſe: rationem morbi & medicinæ exponit; ac de cætero ægrum illius curæ committit.

CARISSIMO AMICO SVO PETRO, MAGISTER P. Bleſen. ſalutem in vero ſalutari.

NVper [illegible] Abbatiam, vbi vir nobilis Geldevvinus grauiter ægrotabat: [illegible] Dominus caſtri, rogauit humiliter & obnixe, vt diuerterem ad [illegible] nium. Aſſerebat enim, quod etſi manum curationis ei [illegible] apponerem, haberet tamen ex viſitatione mea qualecunque [illegible]. A[illegible] itaque magnatum, qui pro infirmo deuotiſſime ſupplicabant, [illegible]. Et quia propter occupationes meas, quas ipſe nouiſtis, moram non poteram ibi facere longiorem, conſilium meum fuit, vt vocarent vos; pinguique retributione vel [illegible] in [illegible] diligentiam excitarent. Licet autem ſitis circumſpectus in [illegible], tanquam [illegible] frequenter expertus: quia tamen teſtimonio Hippocratis eſt experimentum [illegible] & quandoque vni reuelat Dominus, quod abſcondit ab alijs: non tædeat vos [illegible] ægritudinis modum: ſymptomata etiam, quæ plenius vos inſtruent, & [illegible] uxi[illegible] in ægritudine ſit vtendum. Commune quidem Medicorum vitium e[illegible]gritudines variare. vnde ſi tres aut quatuor ad infirmum veniunt, n[illegible] gnitione cauſæ, vel exhibitione curæ conueniunt. Porrò, ſicut nos [illegible] formam in votis, ſic & decet, vt identitas ſit in noſtris operibus, & in verbis. [illegible] dem primitias curationis adhibui: certuſque ſum, quod aſſequetur ex facili ſanitatem, ſi ſit, qui prudenter contiuuet manum ſuam. Noueritis autem certiſſime, quia medium emitritæum patitur: cum enim patiatur continue de tertio in tertium, magis affligitur. Scitis autem, quod ſi minor emitritæus eſſet, cum habeat generari ex phlegmate putrefacto in vaſis, & extra, ſuos nunquam tertiaret aſſultus. Quod ſi [illegible]or emitritæus eſſet, propter putrefactionem melancholiæ intus & extra in motu materiæ [illegible]terioris, æger etiam motum, & aptitudinem membrorum amitteret: dentes etiam ipſius ad ſe inuicem clauderentur. Quæ omnia, quia in hac febre mi[illegible] accidunt, conſtat medium eſſe emitritæum prouenientem ex cholera in vaſis & ſtomacho putrefacta. nam ſi in hepate putrefacta eſſet, quod quandoque ſolet accidere, vrina rubea & tenuis minaretur aduſtionem, & ad nigredinem pertineret: quod, quia non accidit, videtis materiam in vaſis & ſtomacho reſidere. Ex quo igitur vero, quia ipſa die eum febris inuaſerat, feci ei venam hepaticá aperiri. Et quia, dum morbus in augmento eſt, (quod ex eo liquet, quia adhuc eſt vrina rubea & tenuis) nondum eſt purgatione vtendum, vſus ſum repreſſiuis, oleumque violaceum ſuper cor & hepar, ac fronti eius appoſui. Reſtat igitur, vt cum vrina [illegible] plenæ digeſtionis tempus nunciauerit, detis ei frigidum caphonis, quod dare tutius eſt, quam oxi, vel aliud. nam in illo tota malitia ſcamoneæ beneficio decoctionis euanuit. Optima etiam ei eſſet decoctio caſſiæ fiſtulæ myrobalanorum citrinorum cum capillis Veneris & ſeminibus citruli, cucurbitæ, & melonis: ſi tamen infirmi vires hæc videritis poſſe pati. Dietam, ſicut ſcitis, oportet eſſe pertenuem: ptiſanam ſcilicet, & micam panis ter in aquis, aut quater ablutam, fomentationeſque de maluis & violis, & papauere, non deficiant circa pedes: nam ibi calor plu[illegible] inualeſcit. Si verò vehemens calor arcem capitis, ſicut euenire ſolet, in[illegible], radatur caput, atque aqua roſacea, & ſucco ſolatri, ac ſemperuiuæ, craſſulæ [illegible], & ve[illegible]iculis, atque plantaginis, pannorum intinctione, caput, frontem, & tempora mulce[illegible] ter ingruentem [illegible], ſicut [illegible] [illegible]. Ad i[illegible], papaueris [illegible], violæ hyoſcyami decoctio pedibus, he[illegible] de-o[illegible] capi[illegible] Contra [illegible]obe-

K [illegible] d[illegible]

Vitium Medicorum.

ἡμιτριταῖος πυρετός. tertiana febris.

O[illegible].

dientiam ventris ſiue ſuppoſitorium, aut clyſtere. Hæc ideo ſcribo vobis, non quia indigeatis inſtrui, ſed vt vobis ſecurior, & ægroto acceptior ſit medicina, quæ de noſtra communi deliberatione procedit. Frequenter enim ex aptitudine medici gratioſa, ex quadam confidentia, quam ægrotus inde cócipit, natura iam deficiens conualeſcit. Oportet igitur vos circa hunc circumſpectum eſſe ac ſtrenuum, de cuius conualeſcentia, & magni titulus honoris vobis accreſcet, & vtilitas reſpondebit ad votum.

EPISTOLA XLIV.

Ad Arnulphum Lexouienſem Epiſcopum.

ARGVMENTVM.

Conſulit A. Lexouienſi Epiſcopo, ne ob moleſtias à Principe, vel capitulo, vel ab alijs iniuſtè illatas Epiſcopatu cedat, ſed tantum, ſi per ambitionis humanæ ſuffragia ad eum peruenerit.

REVERENDO PATRI, AC DOMINO ARNVLPHO DEI gratia Lexouienſi Epiſcopo, P. Bleſenſis ſalutem, ſpiritumque conſilij & fortitudinis.

CVM ſitis vir alti conſilij, & prudentiæ approbatæ, miror, quod à me, & cæteris minoribus in re periculoſa & ardua conſilium poſtulatis: niſi quia & hoc ipſum prudentia eſt, in arduis rebus minorum explorare conſilium. Frequenter enim minori reuelat Dominus, quæ à maioribus abſconduntur. Habetis in deſiderijs Epiſcopali adminiſtrationi cedere, & ad ſanctum otium vos transferre, ſi ſuper hoc amicorum veſtrorũ habeatis conſiliũ & aſſenſum. Temerarium eſſet mihi in re tam periculoſa & arcta præcipitare ſententiã, niſi prius omnes veſtri ſtatus circumſtãtias cognouiſſem. Scio, quia iam declinatis in ſenectam, & ſenium, corpuſq; confractum laboribus & ætate [illegible] prænunciat imperfectum. Habet equidem Sanctorum Patrũ inſtitutio, vt Epiſcopis infirmis & ſenibus Coadiutor addatur. Nã & Valerio Hipponenſi Epiſcopo adiunctus eſt Auguſtinus. Quod ſi Principis indignationẽ, aut Capituli veſtri vexationes, aut alias huius vitæ moleſtias formidatis, & ideò pacẽ eligitis & quietem, hominis degeneris & deiecti animi decet hæc facere, nõ vos: quẽ conſtat præ cæteris cor magnificum & munificum habuiſſe. Sanè in hac requie non inueniretis requiem, & ecce in pace veſtra eſſet amaritudo amariſſima; dum recoleretis, cum anguſtia [illegible] gementes, vos ibi defeciſſe, vbi fortius erat ſtandum; abiectoq; ſpiritu conſilij & fortitudinis videretis vos à puſillanimitate ſpiritus & modica tepiditate ſubuerſum. Ad reſignationem Epiſcopatus nulla, ſi mihi creditis, vexatio vos inducat. Vnã [illegible] forſitan operatur Deus, vt det vobis vexatio intellectũ. Trituratur granũ vt reponatur in horreo. quadratur lapis, vt ſine ſonitu mallei in tẽpli ædificio collocetur. Mouetur turbo, vt Elias rapiatur in cœlũ. Si verò veſtri Principis gratiã affectatis, eã poteſtis obtinere leuiſſime: dummodò vos habeatis circa eũ humiliter & deuotè. Ipſe homo eſt, qui rebellionẽ & contumaciam in Epiſcopis ſuper omnia deteſtatur. Ipſe eſt, q ſola humilitate vincit, & vincitur. Porro aliũde ſubeſſe poteſt legitima reſignationis occaſio. Cum enim ſcriptũ ſit, quia proni ſunt ſenſus hominum ab adoleſcentia in malũ: dicitur, quod ab adoleſcentia cœpiſtis Eccleſiaſticos honores optare, & ad hunc honorem, qui nunc oneroſus eſt vobis, obſequijs atque [illegible] & diu-

el. *arctis.*

Poſſid. in vita Auguſt. c. 8.

Iſa. 38. 17.

4. Reg. 2. 1.

Humilitas Epiſcopi vincit Principem.

Gen. 8. 21.

& aliis ambitionis humanæ ſuffragiis aſpirare. Currite ergò ad conſcientiæ veſtræ teſtimonium, & ſi inueneritis vos minus canonicum habuiſſe ingreſſum, ſitis ſolicitus de egreſſu. Nam hic reſignatio habet locum. Beato enim Gregorio teſte, qui in ouile ouium, non per oſtium, ſed aliunde aſcendit, ad æternæ ſalutis brauium in vanum ſe fatigat, niſi honorem, in quo deliquit, penitus derelinquat. Sancta ergo & ſalubris eſt cogitatio facta de Epiſcopatus ceſſione; priuatam eligere vitam, ſi recolitis conſcientiam veſtram iam dictæ promotionis obtentu fuiſſe vel in modico vulneratam. Si meę paruitatis acceptatis conſilium, nihil omninò retinebitis penes vos, quod acquiſieritis per peccatum. Iam adueſperaſcit vobis, & vitæ veſtræ inclinati ſunt dies: obſeruat etiam inimicus calcaneum veſtrum, & ad luctam vos expectat extremam. diſſoluite colligationes iniquas, & iugum exactoris abiicite. deponite ſarcinas ambitioſæ ſupellectilis, ne vos luctator occultus inueniat oneratum. nudus athleta fortius dimicat. natator exuitur, vt flumen tranſeat. viator exoneratur à ſarcinis, vt expeditius currat. In hac vita torrentem mortis nataturus eſtis in proximo, pugnaturus cum eo, cum quo ſemper eſt anceps congreſſus, periculoſus caſus, difficilis reparatio, rara & nunquam ſecura victoria. Nihil quæſo in vobis reperiat ſuum: ſed qui vos in annis fortioribus quandoque deiecit, ipſe vos victorem inueniat, licet decrepitum & infirmum. Vale.

Gregorius lib. 9. epiſt. 40.

Epiſcopatus ambitione obtentus deſerendus.

Iſa. 58. 6.

EPISTOLA XLV.

Ad anonymum quendam.

ARGVMENTVM.

Negat Reginaldum Bathonienſem Epiſcopum, fuiſſe aut perſecutorem, aut occiſorem S. Thomæ Cantuar. Archiepiſcopi: ſi quid verò vel verbo vel facto in eum deliquerit, id ex ignorantia accidiſſe, vel certe eleemoſynis, lachrymis, pœnisq. ſponte ſuſceptis expiatum eſſe.

ARGVITIS & damnatis R. Bathonienſem electum, tanquam B. THOMÆ martyris perſecutor fuerit & occiſor. Scitis equidem, quàm periculoſum ſit homini innocenti notam tanti criminis inurere, & aduerſus innoxium deteſtabilem ſuſcitare infamiam: quam cum abolere volueritis, ipſius excurſum nō poteritis cohibere. Scio, quia martyrem dilexit ex corde, & inter deſiderabilia huius mundi fuit in votis eius quandoq; præcipuum familiaritati & obſequio martyris adhærere. Beatus ſiquidem Martyr ſuſpenderat Patrem ſuum Epiſcopum Sarisberienſem. nec mirum eo tempore videbatur, ſi filius afflicto patri compatiens, quandoque durius, aut minus conſultè de ſancto martyre loquebatur. Nam & nos inſenſati vitam ipſius putabamus inſaniam, & finem illius ſine honore: ſed computatus eſt inter filios DEI, & ſors illius inter electos. Quicquid faciebat, caritatis obtentu & zelo iuſtitiæ in crimen odij & inuidiæ vertebatur. Sed econtra, quicquid machinabatur ad eius infamiam humana malitia, eidem cōuertebat Dominus ad coronam. De ipſo capite noſtro IESV CHRISTO, dicit Iſaias. Nos putauimus eum leproſum, & percuſſum à DEO, & humiliatum. & nos quidem pretioſiſſimum CHRISTI membrum leproſum reputauimus & abiectum. Hæc eſt lepra, quæ in ſanctos Domini ſe diffundit. De hac lepra in Le-

Ioſcelinum.

Sap. 5. 4.

Iſa. 53. 4.

Leu. [illegible] uit[illegible]o memini me legiſſe. Si effloruerit lepra diſcurrens in cute, [illegible]
diſſi[illegible]am iudicabit. Cum omnis lepra immunda ſit, lepra infam[illegible]æ qu[illegible]æ [illegible]
affic[illegible]t innocentiam, munda eſt. nam cum exterius excurrat ſiniſtra op[illegible]
Sap.3.1. [illegible]is mentiatur iniquitas ſibi, Sanctorum animæ in manu DEI ſunt, iuſti[illegible]
terioris con[illegible]liæ contemnentes, de the[illegible]uro conſcientiæ ſunt ſ[illegible]curi. N[illegible]
CHRISTO huius lepræ veſtigia, quæ a capite in membra, a patre in filios [illegible]
Ioan 9.16. Curabat Dominus l[illegible]nguentes & violator ſabbathi dicebatur. Non eſt, dic[illegible]
homo a DEO, qui ſabbathum non cuſtodit. Eiiciebat dæmones, & hoc [illegible]
Matt 19 34. ſcribebant. In Beelzebub, principe dæmoniorũ, inquiunt, eiicit dæmonia. Nu[illegible]
Matt.13 55. maritanum, nunc filium fabri eum vocabant. Ideò deſcribit eum Zacharias [illegible]
Zach.3.3. veſtibus indutum. quod ei, & imitatoribus eius cõuenit, vt in veſte ſordi[illegible]
mentis, vt in cute leproſa, ſit munditia cordis, & inter contumelias detractor[illegible]
Cant.1.5. [illegible] cõ[illegible]ntia ſit in ſanctis. propterea ſponſa in Canticis dicit. N[illegible]a [illegible]
formoſa. Si ergo Bathonienſis electus, ſicut & nos omnes, vitam Marty[illegible]is q[illegible]
q[illegible]e habuit in deriſum, ſi Patri ſuo beneficium relaxationis obtinere cu[illegible]
quod ei debeat imputari ad crimen. Sed, & ſi aduerſus eum deliquit in al[illegible]
1 Tim.1.13. excuſabilem ignorantia facit. Eccleſiam DEI perſecutus ſum, dicit Apo[illegible]
Gen.4.10. m[illegible]ericordiam conſecutus ſum, quia ignorans feci. Credo, quod ſi [illegible]
clamat de terra vlti[illegible]nem, ſanguis mitiſſi[illegible] martyris clamat re[illegible]ſſionem [illegible]
rum, in his maxime qui pœnitentiam agunt humilem & deuotam. Sc[illegible]
Sed vibrant in abſconditis,
Tentationem iacula.
Seruat hoſtis aditus,
Solicitus & exitus explorat,
Trahens hanc in publicum,
Quæ lubricum ſophiſticum ignorat.
Gen. 34. *Me deterret Dinæ raptus,*
Cuius forma Sichem captus
Dum affectat temere
Violati capere
Primitias pudoris.
Non eſt qui vim reprimat,
Vel oppreſſæ redimat
Opprobrium ſororis.
Ceſſa caro laſciuire,
Quia dies inſtat iræ.
Ne te mundus rapiat,
Non te circumueniat
Fraus ſpiritus immundi.
Nos hac vita deſerit,
Et vt vmbra preterit, 1. Cor. 7.
Huius figura mundi.
Nodos abrumpe veteres,
Vt ſuperes hoſtis tentamenta,
Ne templum DEI *polluat,* 1. Cor. 3.
Aut deſtruat CHRISTI *fundamenta.*
Qui habet aures audiat,
Sub quanta mole criminum
Clerus laboret hodie,
Dum in CHRISTO *luxuriat,* 1. Tim. 5.
Nec vult placare Dominum
Per fructus pœnitentiæ.
Sed differt & induciat,
Falſeque ſibi ſomniat,
Sortis in caſu dubiæ
Longum viuendi terminum.
Ob nimiam mollitiem,
Sordeſque vitæ varias
Nulli defertur ordini. al. *deſeritur*
Trahuntur in perniciem
Per partes & minutias,
Eccleſiarum termini.
Nec habet arca requiem:
Malchus in CHRISTI *faciem,*
Iaſon in vaſa Domini, 2. Mach. 4.
Manus extendit impias.
Irreuerenter confluunt
Omnes ad ſacrum ordinem;
Sed hominē veterem nunquā exuunt,
Nec fœditatis diluunt
Antiquæ turpitudinem.
Hi calicis dulcedinem
Dant in amaritudinem,
Et in venenum aſpidis.
IESVMQVE *magnum ſordidis* Zach. 3.
Veſtimentis induunt, & polluunt
Teſtamenti ſanguinem.
Singultuoſis vocibus
Verbum ſalutis prædicant,
Et explicant monitis ſalutaribus,
Quid agendum ſit omnibus,
Sed Eſau ſunt manibus, Gen. 27.
Et voce Iacob indicant.
Qui dum ſe paſſim implicant
Flagitioſis actibus,
Et exemplis enormibus
Animum mortificant.

Ædiſ-

Mich.3. Ædificant Sion in ſanguinibus.
Qui pro laude verba vendis,
Cultoris vtens ſaeculo,
Dum phaleras in populo,
Sanctitatem quam praetendis
Non poſſides in ſacculo,
Gaudes inani titulo:
Verbis vtens reuerendis,
Matth. 7. In te trabem non attendis,
Quae toti patet ſaeculo.
Et feſtucam reprehendis,
In tui fratris oculo.
Plebs pro CHRISTO bellicoſa
Signata mundi pretio,
Cœlum petit martyrio.
Sed in nullo fructuoſa
Clericorum conditio
Enormi torpet otio.
O mors CHRISTI pretioſa,
Semper fuit copioſa
Apud te redemptio.
Sed in iſtis otioſa
Fit redemptoris paſſio.
Quare non accipiunt
Salutaris calicem,
Et pro CHRISTO verticem
Gladiis obiiciunt?
Sed terrena ſapiunt,
Nec timent iram vindicem,
Terribilemque iudicem
Miſeri deſpiciunt:
Matth.23. Colant enim culicem,
Et camelum glutiunt.
Qui lethargum pateris,
Surgens expergiſcere:
Hora eſt iam ſurgere.
Vulnus, vnde moreris,
Medico non aperis.
In tui cordis hulcere
Sed fiſtulam obrepere:
Nec medicinis vteris,
Erubeſcens temere
Ligaturam vulneris.
In noua fert animus,
al. moue- Referre querimoniam,
re. Horrenda quae committimus:
Supernae Sion filiam
Ad quaeſtum proſtituimus.
Ioſeph Eunucho vendimus, Geneſ. 39.
Erigimus Dagon in arca gloriam, 1.Reg. 5.
Aurique color optimus
Verſus eſt in ſcoriam.
Aſcenſurus in ardua
Crucem in dolo baiulat,
Erecta demum ſtatua,
Nepotum turba pullulat.
Quos variis Eccleſiis intitulat:
His influens ſuperflua,
Diſſimulat, quod vir honeſtus exulat,
Non implet vaſa vacua,
Sed plena ſupercumulat.
Profeſſus Euangelium
Abit in viam gentium.
Qui ſanctae pacis otium elegerat,
Redit ad ollas carnium.
Regale ſacerdotium
Ad carnis improperium degenerat.
Damnabile commercium.
Fit membrum meretricium, 1.Cor.6.
Qui membrum CHRISTI fuerat.
Quid hic agis anima miſerrima?
Pulſat mors ad oſtium,
Carnis vt diuortium
Celebrent nouiſſima:
Hora eſt vndecima.
Nec finem habet ignium,
Aut vermium, vel cinerum
Mors peccatorum peſſima.
Mente quaeſo cogita ſolicita,
Quod incautos rapere ſit ſolita,
Mortis hora ſubita.
Noli tempus perdere,
Praepropere nemo ſe morti praeparat,
Dum te mundus exhilarat,
Dum promittit viuere
Iucundius & longius,
Tunc mors amara ſeparat.
Quis aquam tuo capiti,
Quis dabit tibi lachrymas?
Vt laudes Regis inclyti, Richardi Anglorũ regis.
Fraudeſque Ducis exprimas? Auſtriae Leopoldi.
In regiones vltimas Vide ep.
Planctu diffunditur anxio 143.
Proditio, uoſtri quae Regis captio,

Quæ tot affligit animas.
Fœda rubigo mentium,
Te peſtis auaritiæ
Dux duxit in flagitium,
Damnabilis memoriæ,
Hoſtis Herodes impie,
Inuaſor CHRISTI *gloriæ.*
Nam regia non noces innocentiæ,
Sed CHRISTO, *ſed Eccleſiæ.*
Flos Regum, Ducum, Procerum,
Iter quod erat liberum,
Senſit inextricabile.
Dum incidit in Cerberum,
Qui facile detexit cor ignobile,
Vas DEO *deteſtabile, vas ſcelerum,*
Dum crucifigit iterum
CHRISTVM *in* CHRISTI *pugile.*
Iudas CHRISTVM *diſtraxerat,*
Dux Regem vendit Angliæ,
Sed crimen hoc exaggerat
Idololatria pecuniæ.
Nam impie pacem cum Rege finxerat,
Dum ei Rex improperat, quod fugerat,
Relicta crucis acie
Cedens in partem Syriæ.
CHRISTI *miles in hoſtiles irruebat cuneos.*
Dux cum prauis & ignauis
Fabricabat laqueos
In regis captionem;
Sic ſæuit in leonem
Vulpeculæ verſutia.
Bibe nunc auaritia,
Dum puteos argenteos,
Larga diffundit Anglia.
Tua tecum pecunia
Sit in perditionem.
Infidelis & crudelis
Triumphalem titulum
[illegible] CHRISTI *polluiſti,*
Vendidiſti populum
Terræ promiſſionis,
[illegible] *di*[illegible]*onis.*
[illegible] *reuertendi ſtudio,*
Firmauerat triennio,
[illegible]*diam in gratiam.*
Se[illegible]*na machinatio*
Con[illegible]*mat in* [illegible]

Tyrannum Babylonis.
Quod amicus ſuggerit,
Fer cum patientia.
Deſere palatia, nam curia
Chriſtiano crucibus & mortibus
Semper eſt obnoxia.
Figura mundi præterit,
Homo cum interierit,
Non ſumet ſecum omnia. fol. 48
Dies hunc peremptoria
Comprehendet, nec deſcendet
Eius [illegible]*um eo gloria.*
Quicquid dicas hodie,
Curiæ me iuuant delicia:
Quarum præbent copiæ.
Quod in votis ſim perplexus,
Quo me vertam neſcio, præ gaudio,
Dum ad vſum gloriæ
Mihi cedit omnis ſexus,
Ætas & conditio:
Totus feror in amplexus
Voluptatis obuiæ.
Tenent nos in curia,
Cultus delicatior,
Cibus exquiſitior, & lautior,
Quod timeor, nec timeo,
Quod augeo parentum patrimonia,
Quod intono magnalia.
Me diuitum conſilia,
Me tenent accidentia
Dignitatum, quas magnatum
Largitur amicitia.
Nexus abrumpe curiæ,
DEO *te totum immola.*
Tempus indul[illegible]*t veniæ*
Ficulneæ parabola
Rachel abſcondit idola
Sub fimo pœnitentiæ.
Sumptus perdis & operas,
Si differas oblatum ti[illegible]*atiam.*
Vino[illegible] *regnas & imperas,*
[illegible] CHRI[illegible] *fimbri*[illegible]
Et hyriam Sam[illegible]
Stulti ſunt, qui me e[illegible]
Volun[illegible]
N[illegible]
S[illegible]

Te

Tu verba garriens Dauus non Oedipi,
Præſagus peſſima mihi nouiſſima.
Sed ſic intercipi non poteſt anima,
Nec eſt laus vltima
Placere Principi.
V. *Quid te iuuat viuere,*
Si vis vitam perdere.
In animæ diſpendio,
Nulla eſt æſtimatio.
Si vis, vt te perennibus
Abſorbeant ſuppliciis,
Mors & inferna palus;
Pſ.145. *Confidas in principibus*
Et in eorum filiis,
In quibus non eſt ſalus.
M. *Grata eſt in ſenio religio,*
Iuueni non congruit.
Carnis deſiderio conſentio;
Eph. 5. *Nullus enim odio*
Carnem ſuam habuit.
Neminem ab inferis
Reuertentem vidimus.
Certa non relinquimus ob dubia;
Somniator animus
Reſpuens præſentia,
Gaudeat inanibus.
Quibus ſi credideris,
Expectare poteris
Arcturum cum Britonibus.
V. *Diuitiæ tam anxiè*
Quas acquiris cum tormento,
Vt ſomnium ſurgentium
Euaneſcent in momento.
Sine fine tanquam ſpinæ
Pungunt, angunt, lacerant,
Scis quid tibi conferant?
Quod ſeruus es ſeruorum,
Dum in his te crucias,
Vt ſeruias clientum libidinibus,
Et ventribus equorum.
Cur arguor ſi perfruor, M.
Bonis, quæ manus Domini
Dedit ad vſum homini?
Quoties colligo,
Miſer eſſe potero,
Si mihi ſoli vixero,
Toti ſum mundo perditus.
Benignus DEI ſpiritus,
Non dedit iſta cœlitus,
Vt in dolo nos eludat,
Et per iſta nos detrudat,
In puteum interitus.
O vanitatum vanitas, V.
Quæ eſt hæc ſecuritas?
Inter haſtas hoſtium frendentium?
Aſtat mors in ianuis, & deſinis,
In omne deſiderium:
Sed irruet calamitas
Repente ſuper impium
Voluptatumq; breuium
Mutabitur iucunditas,
Æternum in ſupplicium.

EPISTOLA LVIII.

Ad R. Bathonienſem Epiſcopum.

ARGVMENTVM.

Grauiter expoſtulat cum Bathon. Epiſcopo, quod contra ordinem iuris Vicearchidiaconum ſuum ab officio ſuſpenderit: omneſque occaſiones quærat ſibi nocendi ob æs alienum non diſſolutum. REGINALDO.

DILECTO ET PRAEDILECTO DOMINO, ET PATRI SVO R. DEI gratia Bathon. Epiſcopo, P. Bleſ. Bath. Archid. ſuus, cum ſalute obedientiam deuotiſsimam.

VESTRÆ indignationis litteras, imò tonitruum legi, in quibus anima mea turbata eſt valde, & cor meum dereliquit me. Veruntamen, vt
1. Par. 1. 26. verbo prophetæ vtar, inuenit ſeruus tuus cor ſuum, vt oraret te. Oro itaque, quod quaſi impetrata e[illegible] venia dimittas me prius vt gloriam ſaliuam meam, & plangam paululum dolorem meum, non ſuperbè arguens, ſed deuotè reſpondens: interdum tamen ex vehementia doloris aliquid durius interponens. Si ergo ex abundantia cordis verba mea quandoq; cu[illegible] deuot[illegible] humilitatis exceſſerint, indulgeat mihi liberalitas veſtra; quia, ſicut Sapiens
Seneca lib. 1. dicit, feruor iracundiæ & indignationis impetus non eſt in hominis poteſtate. Ignoſcite
de ira. c. 7. miſericorditer ſuum agnoſcenti exceſſum, quia inter primitiua legum cunabula
& 8. didiciſtis, quod ſanctitas Epiſcopo derelinquit gloriam ignoſcendi. Scio, quia quæritis occaſiones aduerſum me, atque proditoria ſuggeſtione inductus contentionis
Iob. 23. 6. materiam ſuſcitatis. Amantiſſime pater, vt verbo Iob vtar, nolo multa fortitudine contendas mecũ, aut magnitudinis tuę mole me premas. Proponas contra me æquitatem, & appendatur in ſtatera iniquitas mea, & malum, quod patior. Si aperires oculos tuos ad iuſtitiam aduerſus eum cuius delictum arguis, doleres te grauiter deliquiſſe
Prou. 25. 8. iuxta teſtimonium Salomonis. Non eſt in litigio dehoneſtand[illegible] nam eius dehoneſtatio facilè reſarciri non poteſt. Frequenter legiſtis in libro experientiæ, quot pericula, quot labores pro vobis tulerim, quàm ſolicitam, & quàm efficacem promotioni veſtræ operam dederim. Si conſilia noſtra ſecretiora [illegible] ſcitis certiſſimè, quod neq; gladius, neq; vlla turbationis occaſio à veſtra dilectione
Cant. 8. 6. ſeparare me debuit. Veruntamen, cum fortis ſit dilectio, vt mors, fortior dilectione adulatio mihi vos abſtulit: ſi tamen eum mihi potuit auferre: quem pater, ſicut ex præſenti euentu conſtat, me nullo tempore habuiſſe. In abſentia mea citra omnem ſolennitatem iuris prohibitiones veſtras contra me feciſtis minus ſynodales in Synodo, quæ in eo duntaxat mihi moleſtæ fuerunt, quia veſtræ iracundiæ impetum, & Epiſcopalis eminentiæ intemperantiam mouſtrauerunt. Vicearchidiaconũ meum, cum omni ſatisfactioni & iuſtitiæ ſe offerret, in mei nominis contumeliam ſuſpendiſtis. Videte, ſi iuſtè iudicaſtis, qui iudicatis orbem terræ: recolentes, quia & ipſe iudicaturus
C. Later. ſub eſt, qui iudicat fines terræ. Non ita in Lateranenſi Concilio d[illegible]
Alex. 3. p. 1. vbi in omni ſententia excommunicationis, aut ſuſpenſionis ferẽda, prima & ſecun-
c. 6. da, & tertia erat admonitio præmittenda. Illa etiam priuilegialis Eccleſiæ Romanæ
c. omnes deci- protectio, quam ſub tegmine alarum noſtrarum impetraui, & quæ tempore Conci-
mæ. 16. q. 7. lij Lateranenſis longè plenius & ſolennius mihi roborata eſt, à veſtræ benignitatis memoria non debuerat excidiſſe: in qua mihi ſpecialiter eſt indultum, vt nec Archiepiſcopus, nec Epiſcopus, me aut meos excommunicet, aut ſuſpendat, niſi publi-
Iob. 9. 15. ce conuictos, aut in iure confeſſos. Vt tamen verbis Iob vtar. Si habuero quippiam
Iob. 13. 15. iuſtitiæ, non reſpondebo, ſed Dominum & iudicem deprecabor, etiamſi occiderit me, ſperabo in eo. Illud mihi ad cumulum doloris accedit, quia pro viginti ſolidis, quos vobis debebam, ſuſcitata eſt iſta diſſenſio, qui tamen ſoluendo eram per gratiam Dei, ſi ducentas marcas vel amplius debuiſſem. Nunquid quæſo [illegible] pecunia, quæ à me elongauit amicum & proximum? Accuſo autem potius [illegible]rum malitiam, quorum venenoſa ſuggeſtio gratiam Domini mei peruertere [illegible] potuit in odium & rancorem. Illud autem pro certo noueritis, me dediſſe [illegible] datis Arnoldo Bathonienſi, & Azoni de Paterne, cuius promotioni [illegible] congratulor, vt vobis vice mea de debito reſponderent. S[illegible] aut obligatione chirographi ſuper hoc debito [illegible], [illegible]

[illegible]. Nam auct[illegible] Calcedon. Concil[illegible], & Gelaſ[illegible] Papæ, atque Auguſt[illegible]i, fidei ſuæ, aut promi[illegible] periculum, quia [illegible] quod [illegible], [illegible], effec[illegible]. Veru[illegible], vt ve[illegible]s Sa[illegible], qu[illegible] aduer[illegible] in me [illegible]nes. occaſiones autem [illegible] ſunt. Ego qui reliqui, ne vos offenderem, quod pretioſius, & glorioſius h[illegible] contulerat fortuna clementior, antequam grauiter offe[illegible] Angliam, & omnia beneficia Anglicana relinquere, atque o[illegible]s [illegible], quæ v[illegible] nec in me, nec in vobis regnaret, abrumpere. No[illegible]em, in qua [illegible]tior fui & fælicior, quàm in diuitiis maledictis. Si me [illegible] m[illegible] perdidiſſe forſitan dolebitis, & grauius feretis illius abſentiam [illegible] obſequio vti, vel dedignamini, vel neſcitis. Apud vos omnia in [illegible]dunt: dum enim ho[illegible]centiæ & promotioni veſtræ totus inſud[illegible], to[illegible], vos ſuper dolorem [illegible]lnerum meorum addere non ceſſatis. Ego aute[illegible] ſuſtinebo, nec ponam os meum in cœlum, nec loquar aduerſus D[illegible]eum, nec aduerſus CHRISTVM eius: ſed vt in humilitate Iob vniuerſa con[illegible], qui flagellat, occidat me ſemel, qui cœpit, ipſe me conterat: ſoluat manum ſua[illegible]cidat me, & h[illegible]c ſit conſolatio mea, vt a[illegible]g[illegible]ns me dolore non parcat. Vale. 4. Reg 1.7. Iob. 6.23.

EPISTOLA LIX.

Ad R. Bathonienſem Electum.

ARGVMENTVM.

Multis rationibus & exemplis inducere conatur R. Bathonienſem electum, vt M. Henricum de ſe aliâs optime meritum, in gratiam a qua exciderat recipiat, & Simonem adulatorem & calumniatorem peſſimum a ſua ſocietate arceat.

REVERENDO DOMINO ET AMICO RE BATHONIENSI electo ſuus P. Bleſenſis ſalutem & temperantiam. REGINALDO.

ROGATVS vos rogare compellor. veruntamen, etſi mille preces meam inſtantiam præueniſſent, teneor pro amico meo apud vos humiliter ſupplicare: cuius merita ſi recoleretis, nec meæ, nec alienæ intercesſionis debuerat ſuffragia mendicaſſe. Ipſe eſt, qui ſe pro veſtris neceſſitatibus toties periculis maris expoſuit, qui quandoq; cum montes Cylleni[illegible] clauſi eſſent, pedeſq; noſtros apud Terminu[illegible] [illegible]ntemperies defixiſſet, & ſtrata montium mortuorũ cadaueribus plena eſſent, ipſe quaſi inter mortuos liber in Italiã pro mandato veſtro tranſalpinare non horruit, expletiſq; [illegible] veſtris cũ comite Mautianenſi, ad vos in eadem tempeſtatis inſania diplo[illegible] remeauit. Tantique obſequii memoriam, nec diuturnitas temporis, ne[illegible] [illegible] debuerant, nedum p[illegible]toria ſuggeſtio veſtri S[illegible], cuius p[illegible], vt vos ſibi [illegible] vendicet, [illegible] vniuerſ[illegible]. M[illegible] ad verbum [illegible] poſſit[illegible] ita e[illegible]ſcere aduerſus [illegible] baræ, niſi quia lingua adulatoris turbare omnia poteſt, [illegible] ſemper [illegible] al. nullæ al. almenij. al. Terminum. al. Mauriane. al. gran[illegible]ma.

[illegible]

in malum, verba autem oris eius iniquitas & dolus. Ille olei venditor, qui caput ve-
ſtrum impinguat adulationibus ac demulcet, Magiſtro Henrico non minus impu-
denter quàm imprudenter obiecit, quod conſilia veſtra doloſè publicauerat. Magi-
ſter verò Henricus mendacij eum redarguens verbum ſuum pugno in eius dentì-
bus confirmaſſet, niſi veſtræ, qui præſentialiter aderatis, reuerentiæ [illegible]
zelo etiam iuſtitiæ potius, quam iracundiæ prouocatus in vos quædam am[illegible]
dinis verba protulit, qui hominem reprobatæ opinionis in ignominiam veſtræ [illegible]
mus, & communem omnium iniuriam fouebatis. Ideò abiecíſtis eum a [illegible]
ſtra, longique merita temporis, & debitum retributionis fructum momentaneæ [illegible]
leuit offenſa. Non ſic decuit facere virum, quem elegit DEVS in ſacerdotem [illegible]
quem oportet officij debito patientiam & miſericordiam polliceri. Si Magiſter
Henricus ex motu animi minus circumſpectè, aut durius forte locutus eſt, [illegible]
quia motus animi non ſunt in hominis poteſtate: quodque fit, vel dicitur ex calore
iracundiæ, non prius debetis reuocare ad animum, quam conſtiterit vobis [illegible]
iudicio proceſſiſſe. Ponatur, virum approbatæ opinionis aliquid dixiſſe intempe-
rantius, aut lubrico linguæ, aut facilitate conſilij, aut calore iracundiæ, ſine [illegible]
libet motu animi veſtra intererat omnia æquanimiter diſſimulare & pati. [illegible]
1.Cor. 12.23. iuxta Apoſtoli doctrinam his, quæ putamus ignobiliora membra corporis abun-
dantiorem honorem circundamus. Sic mater infirmiorem filium tenerius diligit:
ſic paterfamilias filium prodigum benignius recipit. Sic oleum caritatis, [illegible]
DEI plenius & exuberantius in vaſa miſericordiæ ſe diffundit. Sacra Imperatorum
conſtitutio nihil durum aut aſperum in talibus conſtituit: nam ſi hoc ex leuitate
proceſſit, contemnendum: ſi ex inſania, miſeratione eſt digniſſimum: ſi ex iniu-
Lege Ioã. Sa- ria, remittendum. IVLIVS Cæſar primus & potentiſſimus imperator, cum iniquiſſi-
risb. policrat. mè ferret caluitium, ac deficientem capillum à ceruice reuocaret ad frontem, [illegible]
lib. 3. c. 14. irato milite dictum eſt ei, Facilius eſt Cæſar te caluum non eſſe, quam me in acie ali-
Cic. in ep. ad quid egiſſe timidius. quod & Imperator gratanter admiſit. Cum Augusto Cæſari
Octauium. fuiſſet obiectum, quod adoptionem auunculi ſui Iulij Cæſaris ignominioſa corpo-
Suetõ. in Au- ris ſui proſtitutione meruerat, animi ſui motum conuertit in riſum. Eidem cum ob-
guſto. iectum eſſet à quodam ob ſui breuitatem corporis, quod nanus erat; ipſe verò, gran-
diuſculis eſſe calceamentis vtendum, cum animi tranquillitate reſpondit. [illegible]
Diog. Laert. à quodam ſibi maledicente recedens. Vt tu, inquit, linguæ tuæ, ſic ego aurium mea-
l. 2. rum ſum Dominus. Antiſthenes etiam cuiuſdam improperia vilipendens [illegible]
inquit, debet eſſe lingua robuſtior, cum ſingulis hominibus vna ſit lingua, [illegible]
binæ. Si ergò fideliſſimus veſter ex confidentia amicitiæ, aut forte correctionis in-
tuitu vobis ſpiritu liberiore locutus eſt, totum quæſo æquanimiter ſupportetis, [illegible]
colentes, quia teſtimonio Sapientis, lubricum linguæ non eſt facile trahere [illegible]
Ioan. Sariſ. nam. Et quis quæſo in Græcia fuit potentior, aut eminentior Alexandro [illegible]
l. cit. Antigonus fregit citharam, abiecitque dicens. Ætati tuæ iam regnare conuenit, pu-
Sex. Iul. Frõ- deatque in corpore regio voluptatem luxuriæ dominari. Scipio Africanus in armis
tin. lib. 4. c. 7. potentiſſimus, cum quidam eum minus pugnacem argueret; Imperatorem [illegible]
genuit me mater mea, non bellatorem. Nonne Magiſter Henricus iu[illegible]
ſus in famem illum motus eſt? cum ei notam proditionis inureret: [illegible]
hominem tam integri ſenſus ad hanc ineptiam fuiſſe delapſum, [illegible] ſecreta ſibi com-
Ouid. lib. 2. de miſſa detegeret, teſte Ouidio: *Exigua eſt virtus præſtare ſilentia rebus. At contra*
arte am. *grauis eſt culpa tacenda loqui.* Veruntamen ſecreta diutius occultari non poſſunt.
Eccl. 10. 20. Auis enim cœli, ſicut Salomon dicit, portabit verbum: & qui habet pennas, [illegible]

[illegible]

ciabit ſententiam [illegible]; res [illegible] minis eſt diuitum communicare conſiliis [illegible]
enim per [illegible] am cu[illegible] ſecreti conſcio imponetur, & quod te ſolū [illegible]
dideras per [illegible] & [illegible] circumquaq; plebe ferret. Au[illegible] teſt[illegible] A-
quinatis poetæ. *O Corydon [illegible] don ſecretum diuitis vllum E[illegible] putas? ſerui vt taceant,* Iuuen. Sat 9.
iumenta loquentur. Et canis, [illegible] armo[illegible], claude feneſtras, vela tegant rimas,
iunge oſtia, tollito lumen E medio, clam[illegible] prope nemo recubat. Quod tamen ad
cantum galli facit ille ſecundi, Proximus ante [illegible] em [illegible] cret. Si tonſor Midæ terræ Ouid. lib. 11.
ſecretum ſuum latenter infodiat, [illegible] quæ [illegible] ando deducet in pu- metam.
blicum, quia *Auriculas aſini Mida rex habet.* [illegible] ſuum occultare Perſius Sat. 1.
non potuit, qui ipſum cornicis garrulitas pub[illegible] ne detra- De Erichth.le-
ctoris D E I odibilis præſumitis aduerſus hominem [illegible] us fidem & in- ge Nat. Co-
duſtriam toties in libro experientiæ didiciſtis? Pr[illegible] delatorem ve- mitem. l. 9.
ſtrum maliti[illegible] diuulgaſſe conſilium, vt ſic Magiſtro H[illegible] con[illegible] ius myth ol. c. 6.
erat, [illegible] men impingeret, & inter vos zizania, atque ſcandal[illegible] na-
ret. Omni igitur rancore depoſito Magiſtrum Henricum in veſ[illegible] o-
ce[illegible]. Scitis enim, quod iucunda eſt eius ſocietas, vita commendabi[illegible]
fructuoſa. Iam alij Domino adhæſiſſet, qui tempeſtiuius, & vberiore m[illegible]
meritis reſponſurus, ſed eum blādo ſermone de[illegible], donec videā, vtrum reprobata
illorum fam[illegible] ate, qui dicunt bonū malum, & malum bonum eos ſocialius velitis
admittere, quorum fide[illegible] integra non vacillet. Scriptum quippe eſt. Qui tāgit picem, Ecc[illegible] 13.
inquinabitur ab ea: corrumpuntq; praua conſortia bonos mores. Ioſaphat, qui de 1.Cor. 15.
tranſacta vita multis præconiis commendatur, de ſocietate Achab iniqui regis gra- 2.Par. 19.
uiter increpatur. Impio, inquit propheta, præbes auxilium, & iniquo amicitiis con-
iungeris: ideoq; iram Domini merebaris, ſed bona opera inuenta ſunt in te, eo quod
[illegible] de terra Iuda ſuccideris. Idipſum obiicitur vobis, qui in veſtræ familiaritatis
ſacrari[illegible] hominem admiſiſtis, cuius os maledictione & amaritudine plenum eſt,
& qui veneno & malitiæ linguæ ſuæ iam multos eliminauit a vobis: ſicut dici-
tur [illegible] dam non ſolum exitum, ſed exitium procurauit. Certe figmenta ipſius
non debuerant vos mouiſſe: ſed neſcio, qua deprauatione naturæ delicatæ aures
di[illegible] um gratius acceptant mendacis & meretricantis linguæ blanditias, quam aper-
[illegible] teſt[illegible] veritat[illegible]. Nam iuxta Satyricum, prauus adulator *cum faciem [illegible]-* Iuuen. Sat. 3.
lauit in aurem. F[illegible] num de natura patrieq́; veneno, Continuo cunctos abigit, qui vera
loquuntur. Filij hominum, dentes eorum arma & ſagittæ. & linguæ eorum gladius Pſal. 56. 5.
acutus. linguis [illegible] dolose agebant, iudica illos D E V S. Iſti ſunt ranæ in penetrabili- Pſal. 104. 31.
bus Regum ipſorum, id eſt garruli & loquaces in domibus magnatum. Iſti ſunt cy-
nomiæ, & ciniphes, qui occulte pungunt. Video, quod lingua doloſa cor veſtrū peſ- Pſal. 119. 4.
ſime deprauauit. Sed vtinam ad doloſam linguam apponantur ſagittæ potentis acu-
tæ, id eſt, iudicia Domini, vt linguas veſtrorum prohibeatis à malo, & labia eorum,
ne loquantur dolum. Iudicium ſiquidem iuſtiſſimum D E I fuit, vt primus homo
e[illegible] a paradiſo, quia diuina ratione contempta inimico adulanti conſenſit. Re-
co[illegible] Domine & amice cariſſime, quia teſtimonio Salomonis meliora ſunt Prou. 27. 6.
a[illegible] vel[illegible] blan[illegible] adulantis, verba ſeu verbera Magiſtri Hen-
ci[illegible] g[illegible] formam eruditionis Euangelicæ, ſic in veſtra pa-
cie[illegible] s anima[illegible] am, vt nullam in animo veſtro de prætet[illegible] fouea-
tis o[illegible]. *Nam vidua e[illegible] virtus, quam non patientia firmat.* Pr[illegible] vo-
bis, qu[illegible] Magiſtro Henric[illegible] fide[illegible] integrum amicitiam,
[illegible] be[illegible] en[illegible] tam, & [illegible] b[illegible] m. Be[illegible] D[illegible] & o-
[illegible].

EPISTOLA LX.

Ad magiſtrum R. amicum & ſocium.

ARGVMENTVM.

Amico conquerenti ab Epiſcopis eorum nepotes ex patrimonio CHRISTI *ditari, & non pauperes virtutis ſtudioſos, declarat veterem hanc eſſe querelam: Paupertatem autem diuitiis longe præferendam.*

CARISSIMO SOCIO ET AMICO MAGISTRO R. P. BLEſen. ſalutem & ſpiritum fortiorem.

CAVSARIS & arguis Epiſcoporum nequitiam, qui circa parentum promotionem ſunt adeò ſingulariter occupati, vt nihil aliud affectent, aut ſomnient; atque indigentiam ſcholarium vel in modico [illegible] non releuent. Purpurata incedit parentela Pontificum, & [illegible] de patrimonio crucifixi in ſuperbia, & in abuſione ad omnes [illegible] ris illecebras ſe effundit. non attendunt, quid deceat, dummodo quid placeat, aſſequantur: cumque eis ad votum omnia ſuccedant, & in contrarium [illegible] omnia his, qui ſoli militant honeſtati, diuinam in temporalibus prouidentiam [illegible] re, aut dormitare conquereris. Amice vetus querela eſt: & hæc Regis ac prophetæ Dauid animum quandoq; concuſſit. Cum enim preſſuras iuſtorum aſpiceret, videretq; iuſtos ad omnes huius vitę concupiſcentias licentius euagari, quærebat [illegible]

Pſal. 57. 13. eſſet fructus iuſto: & ſi eſſet DEVS diiudicās iniquos in terra; prius dubitat & [illegible] & recurrens ad occulta iudicia DEI tandē nodum quæſtionis [illegible]

Pſal. 72. 2. euoluit. Mei, inquit, penè moti ſunt pedes, penè effuſi ſunt greſſus mei, quia [illegible] ſuper iniquos pacē peccatorum videns. In labore hominum nō ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Ideò tenuit eos ſuperbia. ecce enim peccatores ipſi & abundātes in ſeculo obtinuerunt diuitias. Et dixi ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum, & laui inter innocentes manus meas? Et fui flagellatus tota die & caſtigatio mea in matutinis. Æſtimabam, vt cognoſcerem hoc, labor eſt ante me, donec intrem in ſanctuarium DEI, & intelligam in nouiſſimis eorum. Veruntamen propter dolos poſuiſti eis, deiecisti eos dum alleuarentur. Quoniam facti ſunt in deſolationem, defecerunt propter iniquitatem ſuam. Singula poſſemus proſequi [illegible] ſed publicæ expoſitioni littera ſe exponit; inſinuans, qualiter diu [illegible] fallaces decipiunt amatores ſuos, quos doloſè erigunt, vt cum dolore [illegible] Iſti ſunt, qui fines ſuos in infinitum producunt, quorum finis [illegible] tus Iob eadem dubitatione motus varios diuitum ſucceſſus enumerat, & [illegible]

al. *diſpoſitionem.* conſilij iudicium & iuſtitiam diuinæ diſpenſationis aſſignans, omnem [illegible] bitationis [illegible]. Quare, inquit, impij viuunt, ſubleuati ſunt, confortatiq; diuitiis?

Iob. 21. 7. Semē eorum permanet coram eis, propinquorum turba & nepotum in conſpectu eorum domus ſecuræ ſunt & pacatæ, & non eſt virga DEI ſuper eos. Bos eorū concepit, & non abortiuit: vacca peperit, & non eſt priuata fœtu ſuo. Egrediuntur quaſi greges paruuli eorum, & infantes eorum exultant luſibus. Tenent tympanum & citharam, & gaudent ad ſonitum organi. Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Ecce quomodo dati ſunt in deſolationem, & deiecit eos conſilium altiſſimi, dum alleuarentur. dati ſunt eis dolores in laqueo, & dolores in [illegible]

ram, Enormiter periculoſum eſt tranſitoriæ voluptatis, & mortis æternæ commercium, teſtimonio Ethnici: *nocet empta dolore voluptas.* veruntamen plus quam nocere eſt, vitam in morte, & mortem in dolore æternare. Audis Dauid & Iob multiplicem diuitum gloriam recenſentes, & momentaneæ felicitatis infœliciſſimum finẽ. Vnde & beatior in ſua miſeria reputandus eſt pauper, quam diues in opibus ſophiſticis, & gloria ſeductrice: cumulus enim deliciarum in cumulum miſeriarum tranſiturus eſt, quarum cruciatus ille impatientius ſuſtinebit, qui diutius & delicatius huius vitæ deſiderabilibus aſſueuit. Illi Euangelico diuiti, qui ad refrigerium linguæ ardẽtis digitum Lazari poſtulabat, dictum eſt: recordare fili, quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala. Nonne putas eũ tunc habuiſſe in deſideriis multa ſuſtinuiſſe aſpera, vt vel in modico remiſſius ei fieret gehennale incendium? Veruntamen poſt exitum huius vitæ dolor æternus cum pœna temporali non tranſibit: nam in inferno nulla eſt redemptio. Cumq; locus ille viam præcludat ad meritum, compenſationis etiam beneficium non admittit. Noli quæſo affectare diuitias, quæ te fugiunt, &, vbi affluunt *plus aloes, quam mellis habent*, & in fine ad infinibilem miſeriam ducunt. Sit tibi paupertas ipſa ſolatio, quæ & viuentem liberrimum facit, & ſecuriſſimum morientem. Pauci diuites moriuntur, qui in exitu huius vitæ non deſiderent fuiſſe pauperrimi. Ideoq; & pleriq; prouidentiæ oculum dirigunt in futurum, ſpiritualem ducentes in diuitiis paupertatem. Dauid in regali ſolio ſedens, inquit, Domine inclina aurem tuam, & exaudi me, quoniã inops & pauper ſum ego. Et alibi. Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuentute mea. Elegans & præclarum DEI donum eſt paupertas, ſi tamen hanc inter DEI dona computare dignetur impatiens & ambitioſa temeritas. Huius doni gratiam intellexerat ille Senecæ nepos Lucanus referens ſecuritatem animæ pauperis inter bella ciuilia. *O vitæ tuta facultas, pauperis anguſtiq; lares, ò munera nondum intellecta* DEVM: *quibus hoc contingere muris, aut templis potuit nullo trepidare tumultu Cæſarea pulſante manu.* Nabuzardan in ſubuerſione Hieruſalem cunctis pauperibus in pace dimiſſis, ſolos diuites captiuauit. CHRISTVS domum reguli rogatus intrare noluit, ne videretur diuitias honorare. Tu qui in Epiſcopos nunc deſæuis, cito epiſcopaberis dante Domino, eriſq;, ſi bene te noui, ſcholaribus illius tẽporis publicę detractionis occaſio. Nã & illi, qui dulce lignum iã adepti ſunt, quandoq; dum ſcholariter militarent, linguas procaces acuerunt in Epiſcopos, & telam, quam hodie ordiris, longo tempore texuerunt. Certiſſime autem ſcio, quod ex quo rapieris ad cathedram, rapietur à corde tuo ſcholaris vitæ memoria, ſubita nepotum pullulabit affectio, de maritandis neptibus anxie cogitabis: nec in beneficiis attendes meritum, nec in matrimoniis paritatem, atque in hac inſania ſingulariter æſtimabis plenitudinem voti tui, ſi mulierculàrum degenerum vilitate titulos alienæ nobilitatis inficias, & perſonis infamibus contamines domum DEI. Vale.

Hor.l.1.ep.ad Loll. — al. *diuitiarũ.* — *Luc.16.25.* — *Iuuen. Sat. 6.* — *Pauper[illegible] lans.* — *Pſal.85.1.* — *Pſal.87.16.* — *Corn.Tac.annal. 16.* — *Lucan. l. 5.* — *Ierem 52.16.* — *Ioan.4.50.*

EPISTOLA LXI.

Ad R. Sareſberienſ. Archidiac.

ARGVMENTVM.

Dehortatur R. Archidiaconum a vanitate aucupij, tum quia ratione officij non auium, ſed omnium curam ſuſceperit, tum quia breui ſit ad Epiſcopatus dignitatem euehendus.

REGINALDO. CARISSIMO DOMINO SVO R. SARESBER. ARCHID. P. Bleſen. ſalutem in DEO ſalutari noſtro.

Ep. ad Paulin. QVIA, teſte Hieronymo neſcio quid latentis energiæ viua vox habet, prius viua voce, & deuota ſupplicatione vos monui, deinde litteris, vt parcius indulgeretis auium curialium vanitati. Scio, quia teſte Apo-
Rom. 8. 20. ſtolo, omnis creatura ſubiecta eſt vanitati non volens. Vnde & pro-
Pſal. 4. 3. pheta conquerendo exclamat. Filij hominum vſquequo graui corde vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Veruntamen vos, qui iam induiſtis arma pœnitentiæ, & arripuiſtis propoſitũ ſanctitatis, affectare non debetis vanitates & inſanias falſas. Non bene conueniunt, cilicium & accipiter, afflictio carnis, & exercitium voluptatis. Reges gentium, & qui dominantur eorum, quia literalis ſcientiæ ſolatio vti, aut neſciunt, aut non poſſunt, per auium volatus de immenſarum
Baruch. 3. 17. ſolicitudinũ mole ſibi aliquid quandoque furantur: nam teſtimonio prophetæ: hi ſunt, qui in auibus cœli ludunt. Iuxta veteres hiſtorias Vlyſſes aues armatas inſulis Græciæ ad eorum ſolatium, quorum parentes in acie Troiana ceciderant; noluit tamen vir prudens hac vanitate filium ſuum Telemachum occupari. Qua igitur audacia hoc in ſe præſumet CHRISTI diſcipulus & profeſſor, quod in filio ſuo gentilis
Ioan. Sariſb. in Polycrat. l. 1. c. 4. abhorruit? A quibuſdam dicitur Machabæus domeſticaſſe accipitres in auium capturam, ſed hac vanitate omnino abiecta, ſe bellis & morti expoſuit, vt paternas leges erigeret, cærimonias innouaret, mundaret ſancta, debitum templo honorem redderet, & decorem ſuæ genti, & amiſſam reſtitueret libertatem. Huius equidem aucupij genus laborioſiſſimum eſt, ſumptuſque quos exigit, ſuorum ſucceſſuum commoditate non redimit. Cum Marcellus nepos Auguſti ſolicite verſaretur in
Ioan. Sariſb. ib. auibus capiendis, quæſiuit ab eo Virgilius, vtrum mallet auem armari in auium prædatione, aut muſcam in exterminationem muſcarum. Relata ad auunculum quæſtione, præelegit muſcam, quæ a Neapoli abigeret muſcas vniuerſas, cuius petitionem effectus impleuit. Mallem vos habere muſcam Virgilij, quam has ſumptuoſas
Leu. 11. 16. aues, quæ in lege Domini ab eius ſacrificio prohibentur: & quæ ex quadam degeneris naturæ corruptela hoc habent, vt fortior ſit in eis ſexus muliebris, quam
al. maſculus. maſculinus. Si igitur eſt CHRISTI diſcipulus & profeſſor, deſine quæſo currere & clamare poſt voluptuoſas aues. Currite & clamate poſt eum, qui bene currentes dirigit, qui deuote clamãtes exaudit: ſine cuius gratia propoſitum religionis, quantũcumq; grauis & aſperæ vitæ, meritũ non habebit. Video quoſdam, quorum men-
Tibull. l. 1. el. 3. l. [illegible] 6. Æneid. tes auium delectatio totas occupando conſumit. Nonne illi [illegible] Tityi, cuius iecur Poetæ referunt iugiter ab auibus deuorari. Nam ſatis deuorantur ab auibus, qui hac auium curioſitate torquentur. Sane cum beneficiis Eccleſiaſticis, quibus
[illegible] ampliauit vos Dominus vehementer, curã non auium, ſed ouium ſuſceperitis, in die tremenda cõputandus in ſiniſtra cum hædis, & extra gregẽ Domini faciendus, ſi non oues auibus antefertis. Licet ad Epiſcopalis eminentię ſedẽ nondũ aſcenderitis, quod Domino dante in proximo fiet; animabus tamẽ, quarũ in vos ſuſcepiſtis periculum, officium paſtorale debetis, quarum curam requiret a vobis exactiſſimus iudex, talentumq; vobis creditum exiget etiam cum vſuris, vos ſupra multa conſtituens, ſi fideles ſupra pauca fueritis. Abiecta itaq; auium vanitate, veſtrum ad libros ſtudiũ con-
[illegible] 14. 38. [illegible] uertatis, ne vos Dominus ignarũ ſuæ legis inueniat; ignorans enim ignorabitur. Paſtores erraverunt, dicit Dominus, & intelligentiam ignorabant. Nemo ſcientiã Dei penitus a ſe poteſt repellere, quã occupatione illecti amoris, vel aucupij voluptate. Vide, vt ab hac temeritate ceſſabitis, vel vereor, ne vobis a Domino quandoq; dicatur;

quia

quia repuliſti ſcientiam meam a te, ecce repello te, ne ſacerdotio fungaris mihi. Volucres cœli, ſicut & piſces maris, non ad voluptatem conceſſæ ſunt homini, ſed ad vſum. Si tamen hæ volucres deprædatoriæ & rapaces aues cœli meritò cenſeantur, quarum exercitio cœlum clauditur, aperitur infernus. Quia ergò iuxta communem DEI & populi æſtimationem in proximo eſt dies veſtræ viſitationis: præparate vos ad ſuſcipiendum & ferendum iugum Domini, abiicitque temeritatem, & malitiam huius vitæ conuerſatis in CHRISTI militiam, & exercitium honeſtatis. *Oſee 4. 6.*

EPISTOLA LXII.

Ad Magiſtrum R. Blondum.

ARGVMENTVM.

Gaufridus Lincolnienſis Electus clericum quendam ſuum inobedientiæ arguit, quod ſe relicto cuidam Abbati adhæſerit: monetque ne nomine Abbatis ſe Archiepiſcopo Cantuarienſi opponat.

G. DEI GRATIA LINCOLNIENSIS ELECTVS DOMINI REGIS Angliæ filius, Magiſtro R. Blondo ſalutem & humilius ſapere. GAVFRIDVS.

CVM proponas in litteris tuis, quod mecum velis diſputare de pari, fines pacti tranſgrederis: & vtinam mecum de pari tantum, non de ſuperiori contenderes. In eo enim ſuperiorem me, aut mihi contrarium te feciſti, quod mea vocatione poſthabita ad mandatum cuiuſdam Abbatis remanere in Anglia decreuiſti. Fortior quidem eſt diſputatio in contradictione, & contrarietate operum, quam verborum. Cum ad me venire, & mecum eſſe debeas, & non velis, contra me es: quia teſtimonio veritatis, qui mecum non eſt, contra me eſt: &, qui mecum non colligit, ſpargit. Quod autem ad otij reprobationem quædam de Tibullo, & monaſteriis Ægypti tuis litteris adieciſti, otioſi hominis fuit. Ad laborem enim, non ad otium te vocabam. non eſſes otioſus, ſi meis inſudares negotiis, quibus te citra omnem vocationem ſpontaneum impendere debuiſti. Te tantum excuſabilem facit, quia ſemper habuiſti me ſocium, nunquam Dominum: & ideò nouiſti, qualiter ſocio, non qualiter Domino ſit ſcribendum. ſi habuiſſes Dominum, aſſueuiſſes obedientiæ, quam detrectas. Veruntamen indomita ceruice ferox poſt vocationis meæ litteras, nunc agere cauſas Pariſius, nunc reuerti Bononiam, nunc Lincolniam proficiſci, nunc morari Oxenefordię ordinas & diſponis. In hac tamen ordinatione magna eſt confuſio, vbi mens tua contrariis æſtuat deſideriis, & totus diſſides à teipſo. Si bonum obedientiæ accepiſſes, vagos & diſſolutos affectus qui te in varia fluctuare compellunt deuotius tibi ot ad vnius voluntatis arbitrium alligaſſet. Nunc autem domina ambitio, quæ nonum tibi beneficium de prædicti Abbatis largitione promittit, ad crimen ariolatus, & idololatriæ per inobedientiam te compellit: quoniam ſacræ ſcripturæ teſtimonio peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere. Vtinam erga me humilius te haberes, & me ad benefaciendum tibi propenſiore obſequio vberiore meritorum gratia prouocares. Mundus enim in maligno poſitus eſt, &, ſicut optimè noſti, beneficium, quod de munificentia noſtra obtines, facile poſſet occaſione ingratitudinis & inobedientiæ reuocari. Ingratitudo enim eſt ventus vrens & ſiccans fontem liberalitatis, rorem amicitiæ, fluenta gratiæ. Illud obnixe te moneo, vt pro mendico & mendace Abbate, ſicut dicitur, te Domino Cantuarienſi *Matth. 12. 30.* *1. Reg. 15. 23.* *1 Ioan. 5. 19.*

 enſi

ri[illegible] in ſuis negotiis non opponas. Cum enim meorum numero a[illegible]
per te impugna[illegible] e viderer. id[illegible]oq, ſi eius negotiis intereſſe, eiq; adeſſe n[illegible]
forte non audes, ei tamen obeſſe in aliquo, ſicut me diligis, non at[illegible]
ex affectu me diligit, atque in anguſtiis meis experimento probaui ſin[illegible]
eius fidem. ideoque eius amicitias amplecti deſiderans & fouere, i[illegible]
quanimiter ſuſtinere, aut diſſimulare non poſſem.

EPISTOLA LXIII.

Ad PETRVM Atrebaten. Epiſcopum.

ARGVMENTVM.

Gratias agit Atrebaten. Epiſcopo pro munere miſſo.

REVERENDO PATRI AC DOMINO PETRO ATREBA[illegible]tenſi Epiſcopo, Petrus Bleſen. Bathon. Archidiac. ſalutem, & e[illegible]m, qu[illegible] CHRISTO eſt, caritatis affectum.

LIBERALITATI veſtræ gratias refero, quantas poſſum [illegible] quam mihi per fratrem veſtri ordinis tran[illegible]s, in q[illegible] ptus omnibus, quæ ad decorem & vſum communem per[illegible] ræ caritatis imaginem ad oculum depinxiſtis. D[illegible] ibi [illegible] conflata in vnum. duo ligna redacta in vaſculum. Me[illegible] ligna ſeorſim, vas vnum faciunt, ſeparata ſingula ſibi ſufficerent, co[illegible] ſtatum veræ caritatis informant. Caritas combinari deſiderat, & prox[illegible] nietis in amoris amplexum omnem calumniam ſingularitatis euacu[illegible]. C[illegible]tur tinctura in cocco: & Eliſæus ſui magiſtri ſpiritum in ſe poſtulabat [illegible]. Omnia ergo ita ſunt in hoc vaſe duplicia, vt nemo in figura eius qu[illegible]tatis inueniat. Caritas enim, cuius typum gerit, ita in DEO vna eſt, v[illegible]tiatur & proximum: & ſicut Dominus per ſe & pro ſe diligitur, ita [illegible] ex caritatis vicarius exiſtat. De vnione fidelium ad DEVM & ad ſe loq[illegible] chielem Dominus. Faciam omnes in lignum vnum, & erunt vnum [illegible] Hoc igitur munus in typo caritatis veneror, & in munere don[illegible]oris [illegible] uotus amplector.

Exo.25.4.
4.Reg.2.9.
al vt ſeparetiatur ad.
Ezech.37.19.

EPISTOLA LXIV.

Ad CELESTINVM Rom. Pontificem.

ARGVMENTVM.

Rotomagenſis Archiepiſcopus vna cum Suffraganeis rogat Pontificem [illegible], vt Richardum Anglorum regem ab Archiduce Auſtriæ in reditu [illegible] n[illegible]tione [illegible]tero, [illegible] in carcerem coniectum, curet liberari.

[illegible]

REVER[illegible] PA[illegible] AC DOMINO [illegible]LESTINO [illegible] Su[illegible] R[illegible] [illegible] & [illegible]

[illegible]

V[illegible], quia [illegible] mor[illegible] [illegible] [illegible]mptionem ali[illegible] comp[illegible], q[illegible]nq; Hiero[illegible] pere[illegible].quod illi[illegible] ſignaculi profeſſores Eccleſi[illegible] [illegible]one ſuſcepit. Nec dubium [illegible]it, redundare in totius [illegible] a eo[illegible] Eccleſia au-ctoritatem in eius filio attentatur. C[illegible], [illegible] A[illegible], [illegible]ſſimus Dominus noſter, & deuo[illegible]ſſimus E[illegible], [illegible]ter in ſua protectione ſuſcepe[illegible] in ſua peregr[illegible], poſt an-g[illegible] & [illegible]rumna vitæ, qu[illegible] pro a[illegible], ten-do[illegible]is e[illegible], & in[illegible] detentus. Plangi[illegible] [illegible]as vi[illegible] nobiſcum communicare velletis paterni[illegible] co[illegible] [illegible]e [illegible] noſtris [illegible], quantum [illegible] [illegible] publicus experientiæ liber vberio[illegible] [illegible] a[illegible]os, quam hlius ad parentes; ideo[illegible] penſata deuotione [illegible] h[illegible] tunt Reges A[illegible] [illegible] Romanam Eccleſiam, ſperam[illegible], quod [illegible] deficiet [illegible] hac angustia [illegible] illa exuberans & inexhauſta gratiæ [illegible] du[illegible], quæ [illegible] impetuntur a[illegible]is, lapſos erigit, læſos reparat: &, vt quod multum eſt, claudatur in modico, ſe communicat vniuerſis: qui vniuerſorum & ſingulorum to-tus eſt, qui ſ[illegible] ſeruorum publicè profitetur. Quid faciat pro tanto filio, pro tanto Principe, cuius [illegible]ſſimam captionem prouinciæ lamentantur, doleant po-puli, plorent Eccleſiæ, & omnia iura tam moderna, quam vetera deteſtantur. Exerat beati Petri gladium manus veſtra clementiſſime Pater; quid & quantum tanto filio de[illegible], exhibeatis in opere, vt experientia mediante addiſcāt minores & inferiores fi[illegible], quantum a vobis auxilium in ſuis neceſſitatibus debeant expectare. Valete.

EPISTOLA LXV.

Ad ſocium & amicum

ARGVMENTVM.

Docet amicum, non eſſe licitum augurus, ſomnis, viſionibus, fortuitis euentibus, vel alus modis vetitis, futurorum explorare notitiam.

CARISSIMO SOCIO ET AMICO SVVS PETRVS BLESENSIS ſalutem, & ſi quid melius eſt ſalute.

CVM nuper de hoſpitio egredienti Magiſtro G. pulchro, Magiſter Gui-lie[illegible] Bleſ[illegible] monachus frater meus occurriſſet, e[illegible]mo-[illegible]re[illegible] & inſtantiſſime, ne progrederetur, inhibuit, [illegible] e[illegible] ſibi [illegible] imminere periculum, ſi pr[illegible] profi-[illegible] Magiſter verò G[illegible] CHRISTO perfectus, [illegible] [illegible]fundatum, ſecurius iter [illegible] e[illegible], ſic [illegible] D[illegible] [illegible]is [illegible] de [illegible] [illegible] celebratur. [illegible] pau-lul[illegible] pro[illegible]nd[illegible], & [illegible] mun[illegible] [illegible]dit. cum [illegible]

[illegible] a-

in aquis vehementibus tandem M. Guilielmus conuenientibus & [illegible] multis vix euaſit. Hæc vidiſti, & vniuerſi, qui tunc Archiepiſcopi [illegible] rebant. Cœpiſti ergò ſcrupuloſè inquirere, & a me præ cæteris exploraſ[illegible] his fidem adhiberem, & quid ſentirem de eiuſmodi ominoſis oc[illegible] mniis, & ſomniis, de volatilibus, de ſternutamentis. Ea ſiquidem vice [illegible] citate mei ingenij reſpondiſſem, niſi, quia tunc, ſicut ipſe recolis, mittebar ad Dominum Regem, atque de his quæ erant itineri meo expedientia ſolicite [illegible]. Veruntamen, quia tunc viua voce non potui, nunc ſcriptis expediam, verb[illegible] fectum redimet diligentior explanatio per ſcripturam. Cum in ſacro el[illegible]

1. Ioan. 5. 4. gas, quia hæc eſt victoria, quæ vincit mundum, fides noſtra, vt fidem noſtr[illegible] ni generis inimicus expugnet, malitiam ſuam ad multiformes aſtutias c[illegible] multæ enim ſunt aſtutiæ eius, teſte Apoſtolo. Non ignoramus, inquit, [illegible] Sa-

2. Cor. 2. 11. tanæ. Mentibus itaque hominum phantaſticas illuſiones immittens, [illegible] volatu, nunc occurſu hominum, nunc ferarum, ſomniiſque, aut aliis modis [illegible] tit ſcientiam futurorum, & ſic rerum euentus lætos, infauſtoſue denunciat, [illegible] tem cordium vana curioſitate ſolicitet, atque vt aliquid paulatim de fidei [illegible] incruſtet. Suggeſtione ſiquidem diaboli quædam mulieres cereas ſiue lu[illegible] mant imagines, vt ſic hoſtes vel amaſios torqueant & incendant, iuxta [illegible]

Virg. eclog. 8. lianum: *Limus vt hic dureſcit, & hæc vt cera liqueſcit*, &c. Quædam habent [illegible]

Id. ecl 3. faſcinantes, iuxta illud Virgilij, *Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos.* [illegible]

Eclo 9. dam in volatu auium [illegible] *Quod niſi me quacunque nouas incidere lites Ante ſiniſtra caua monuiſſet ab ilice cornix, Nec tuus hic Mœris, nec viueret ipſe Menalcas.*

Iud[illegible] Legitur etiam quod in clypeo Hiero proficiſcentis ad be[illegible] aquila reſedit, ſignificans eum eſſe victorem futurum & Regem. Quidam genethliacos, quidam mathematicos, quidam ariolos, quidam pythonicos conſulunt. Et quia di[illegible] quandoque reſpondet euentus, eis fides a temerariis exhibetur. Nam mendacij pater veritatem exhibet frequenter vmbratilem, donec [illegible] del[illegible] in gehennam. Sic Saul, dum pythoniſſam co[illegible]

1 Reg. 28. 8. [illegible] Gelboe [illegible]. Sic Ochozias, qui [illegible]

4 [illegible] [illegible] vitæ diuturnitate [illegible] tanquam tela [illegible]

[illegible] [illegible] Alexander. Crœſus [illegible]

[illegible] greſſus [illegible] *perdendi*, euentu [illegible] eteriore percuſſus eſt. Sit [illegible]

[illegible] [illegible] de futuris inquirere, ſed illius diſpoſitioni humiliter [illegible]

[illegible] [illegible] conſiliarius nemo fuit. Non poſſ[illegible]

Iob 11. [illegible] [illegible] Dominus eſt, quod bonum eſt in oculis ſuis, faciat. N[illegible]

[illegible] [illegible] vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate. Futu[illegible]

[illegible] [illegible] auguriis, vel aliis illicitis modis diabolica tentatio eſt, & [illegible] occaſio. Os enim Domini locutum eſt populum Iſrael [illegible]

Deut. 18. [illegible] [illegible] fueris, inquit, terram, quam Dominus DEVS tuus dat[illegible] [illegible] abominationes gentium, non inuenietur in te, qui [illegible] ſuum, aut filiam ſuam, ducendo per ignem: non ſit, qui ariolos ſciſcitetur, & [illegible] [illegible] & ſuperſtitia: non ſit maleficus vel incantator. nemo per [illegible] [illegible] veritatem, omnia hæc abominatur Dominus. [illegible]

Deut. [illegible] [illegible] medio tui propheta, aut qui dicit ſe ſomnium vidiſſe, & præ[illegible] [illegible] euentum, & euenerit quod locutus eſt, verba ſom[illegible] [illegible]. Frequenter euenit, amice chariſſime, rerum prodigia [illegible] nere, eis tamen nulla fides adhibeatur. Licet enim ſæpe [illegible]

[illegible]

[illegible] ne te [illegible] a perſone commendabiles [illegible] N[illegible] [illegible] m. [illegible] de [illegible] curate, [illegible], & [illegible] [illegible], inhibuit. [illegible] quod itineris ſui eſ[illegible] [illegible] cad[illegible] [illegible] DEO [illegible] [illegible] Sanc[illegible] [illegible] clamat. V[illegible] [illegible] in Africam [illegible] in egreſſu nauis prol[illegible] ſed ad [illegible] [illegible] Teneo te, inquit, Africa, [illegible] que obtin[illegible] Rex [illegible] [illegible] equum [illegible] & proſtratus in terram [illegible] Terra [illegible] [illegible] & ſomnis [illegible] Se[illegible] & iuuenes [illegible] ſiones [illegible] Si [illegible] epiſtolam onerabo [illegible] [illegible] b[illegible] Virgini [illegible] Dormi Petrus in [illegible] Commun[illegible] ab Apoſtolis [illegible] & [illegible] CHRISTI [illegible] Apoſtoli, [illegible] & [illegible] oracula, ſomnia Pharaonis & Ioſeph [illegible] alii modo [illegible] voluntatem. [illegible] tamen, vt fidem habeam [illegible] Non [illegible] anima frequenter ex [illegible] praeſ[illegible] rorum praeſag[illegible] Nam, ſicut per [illegible] didici, ex ea [illegible] [illegible] contrarium reportaſſe. [illegible] errore inuoluas, qui [illegible] qui hominem orb[illegible] [illegible] detelamur, [illegible] aut columba, ſi a ſiniſtra in dexteram [illegible] [illegible] ſuo remotum auſpicia [illegible] habuerit, aut [illegible]. Opto [illegible] G. ſubn[illegible] [illegible]

Deut. [illegible]

[illegible]

Le[illegible] [illegible]

Iud. 8.33

Sim. metaphr. tom. 2. Sur.

[illegible]

Sueton. in C[illegible]are.

Polyd. [illegible] hiſt. Ang.

Ioel 2.28.

[illegible] 20.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Gen. [illegible]

[illegible]. 41.

[illegible]

EPISTOLA LXVI.

Ad Gualterium Archiepiſc. Panormitanum.

ARGVMENTVM.

Gratulatur Panorm. Archiepiſcopo, quod ex humili loco ad tantam dignitatem ſit euectus. Henrici ſecundi Regis Anglorum ſtaturam, moreſque breuiter deſcribit, & cædis S. Thomæ Cantuarienſis Archiepiſcopi & martyris minime auctorem fuiſſe demonſtrat.

QVONDAM SOCIO, NVNC DOMINO, ET AMICO IN CHRISTO cariſsimo Gualterio DEI gratia Panormitano Archiepiſcopo Pet. Bleſen. ſalutem, & continuos ad vota ſucceſſus.

ep. 103. ad Paulinum. LICET, teſtimonio Hieronymi, neſcio quid latentis energiæ viua vox habeat: & efficacior ſit vox viua, quam ſcripta; illi tamen, qui virtutem caritatis experiuntur, certi ſunt, quod præſtantior eſt præſentia ſpiritus, quàm corporis, & quanto ſpiritus eſt pars diligentis potior, tanto præſentia eius dignior eſt corporali. *Gen.2.24.* Nam ſi copula carnis efficit, vt ſint duo in carne vna, quanto fortius duos vnit amoris compago, & vnitas ſpiritus in vinculo pacis? Anima eſt potior pars mei. Si anima tua nō diſſidet, nihil duarum animarum idem volentium præiudicat vnitati. In hac tamen vnione, non ſolum animæ, ſed corpora fœderantur, cum poſſim de nepote meo dicere: os meum & caro mea. Glorior de tua gloria; lætor de tuorum lætitia. Vtrum tamen expediat tibi lætari, tu videris. Obſecro te per viſcera miſericordiæ CHRISTI, *Sap.6.6.* vt attendas periculum huius ſedis, recolens illud verbum Salomonis, quia horrendè, & citò iudicium his qui præſunt fiet. *Eccli.30.24.* Miſerere animæ tuæ placens DEO. Bonas fac vias tuas, & ſtudia tua. *Luc.12.42.* lætentur qui te diligunt, quod ſis ſeruus fidelis & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam. *Eccli.3.21.* Quanto maior es, humilia te in omnibus. *Matt.23.11.* Audi humilem & terribilem CHRISTVM. Qui maior eſt veſtrum, fiat ſicut iunior. *Eccli.32.1.* Principem te cōſtituerunt fratres tui: eſto quaſi vnus ex illis. Benedictus, Baſilius, Arſenius, duo Macharij, multique alij magiſtri religionis in ipſum ſenſerunt, votum ſcilicet religioſæ profeſſionis acceptum ſemel, nulla occaſione poſſe irritari. *Profeſſio religionis ſemel facta violari non poteſt.* Si monachorum electio, & non ambitio, ſicut mihi ſcripſiſti, fecit te fratrum tuorum Principem, non tamen abſtulit eſſe fratrem. Si iugum Domini portaſti hactenus, illud amodò patientius feras, & viuas regulariter inter eos, quos ad formam vitæ regularis informas. *Mat. 23.4.* alioquin notaberis illo Euangelij verbo. Alligant onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem ſuo nolunt ea mouere. *Reg. Bened. c. 2.* Tui ſiquidem Legiſlatoris edicto firmatur, vt quæ doces tuis diſcipulis eſſe contraria, tuis factis indices non agenda, vt de magnis interim alijſque præceptis taceam. *al. edicto.* *Matt.5.19.* ſi iuxta conſtitutionem Euangelij mandatum legis vel modicum ſolueris, & docuens ſic homines, in regno cœlorum modicus eris. nulla electio, ſicut iam tetigi, nulla prælatio te abſoluit ab illa votiua promiſſione, nec poteſtas illa tibi commiſſa vota promiſſionis euacuat, quæ diſtinxerunt labia tua. In legibus tuis, quarum quandoque fuiſti auditor, verbum Imperatoris eſt. *D l 32. t.t. l. 23.* Etſi legibus ſoluti ſumus, legibus tamen viuere volumus. Et illud Codicis. *Cod. l. 1. t. 14. l. 4.* Digna vox maieſtate regnantis, ſe legibus alligatum principem profiteri. Te honor aſſumptus a profeſſione non eximit, ſed ad eius obſeruantiam fortius alligauit. *Eccli. [illegible]* Qui ſaris tractuis exceſſibus oneratur [illegible] verbum Salomonis allegari tibi poſſit [illegible] Angli-

duplici [illegible] honorant, ſed [illegible] onerant. Prius ergo cuſtodi teipſum, vt ſecurius procures cuſtodiam aliorum. Commiſſa eſt tibi villicatio grauis. Villicationis huius rationem exactiſſime requiret [illegible] in [illegible] DEVS. Teſte autem Gregorio Prælatus [illegible] coronas [illegible] quot DEO animas lucrifacit. Prælati etiam ſcire debent, quod ſi peruerſa perpetr[illegible] [illegible] mortibus digni ſunt, quot ad ſubditos ſuæ perditioni exempla tranſmittunt. A te igitur prius, & deinceps a ſubiectis explantare ſtudeas diſſolutionum propagines [illegible], quas inſolentiæ mater longa impunitas r[illegible]icare permiſit. Omni [illegible] cor tuum, vt exemplo ſis aliis, & [illegible]berius auferas ſcandala de regno DEI, [illegible] vos eſt: nec in animæ tuæ diſcrimen reſerues hoc officium ang[illegible] s hoc minuſterium in die tremenda cœleſti diſpeclatione debetur. [illegible] o tuo, quod tui monaſterij nouus fundator accedas, ſciens, quia laudabi[illegible] eſt [illegible] corrupta, quam formare informia, ideoque tuorum anteceſſorum [illegible] non cogites. In omnibus enim tibi maturiore conſilio vtendum eſt, & v[illegible] tela. Eorum ſimplicitas, aut potius negligentia & ruina quorundam, circum[illegible] rem te faciat. Mittas manum ad fortia, & ſcias, quia diſſoluta eſt omnis domus, in qua non imperat diſciplina. Teſte B. Gregorio, ars artium eſt regimen animarum. Animas autem non potes regere, niſi diſciplina mediante, vt ſit iuſtitia & iudicium præparatio ſedis tuæ. Flagella filios tuos, & Sapientis teſtimonio, eorum animas liberabis. In omni tamen exercitio diſciplinæ miſericordia primas partes obtineat, vt quod rigor exaſperauit verbo aut verbere, pia manſuetudo mulceat. Non ſis pronus ad iracundiam, non impetuoſus ad cont[illegible], non præceps ad ſententiam, non vehemens ad vindictam, verba & opera tua prædictet caritas, & informet affectio: nec attendas, quid tibi ſit vtile, ſed quid multis. Caritas enim, quæ ſua ſunt, non quærit: nec vtilitates tuas procurabis efficacius, quam ſi commoditati & ſaluti fraternæ tua diligentia impendatur. Non ſis faſtuoſus in vultu, non vultuoſus in verbis, non minis exaſperans, non ſuperfluus in victu, non in equis, vel familia elatior, non notabilis in veſtitu. Dilectus DEO eris & hominibus, ſi conſcientiam tuam & actus tuos omni cautela ſeruaueris. Æmulare chariſmata meliora, non familiaritatem Principum, non popularis auræ gratiam, non laudis alienæ ſtipendia, ſed theſaurum conſcientiæ bonæ in abiectione tui, & CHRISTI caritate fundatæ. Non potes autem vere eſſe humilis, ſi credis palponibus, ſi propriam excellentiam nó contemnis. Si verò altior, quam melior eſſe appetis, non præmium, ſed præcipitium expectabis. Diſperdat Dominus vniuerſa labia doloſa, & linguam eorum magniloquam, qui dicunt [illegible], euge, euge. Teipſum de te conſule, reſpue blandimenta, adulationibus aures claude. Qui te beatificant, in errorem inducunt. Si noueris te ei[illegible], qualem laus aliena depingit, non tibi, ſed DEO adſcribe, cum Apoſtolo dicens. Gratia DEI ſum id quod ſum. Quid enim habes, quod non accepiſti? ſi autem accepiſti, quare gloriaris quaſi non acceperis? ac ſi Apoſtolus dicat. omnia quæ habes, à DEO accepiſti. De [illegible] ergò non in te, ſed in Domino glorieris. Conſilio autem eiuſdem Apoſtoli proba [illegible] tuum, & ſic habebis gloriam in teipſo, & non in altero: aut quod ſecurius eſt, nec in te, nec in altero, ſed in DEO. Nimis quidem periculoſum eſt, gloriam ſuam [illegible] ad arbitrium palpantis, aut blandientis laudem obtinere, vel perdere. In Do[illegible]tur anima tua, audiant m[illegible], & lætentur. Sit laus tua in exitu tuo [illegible] ortis opera tua, quando erit v[illegible] que laus à DEO. [illegible] orum enim conſiliorum mater ſapientia in libro ſui [illegible] to, & [illegible]

3 p. paſtor. ad- m[illegible]

al. venenoſas.

Matth. 13. 39.

1 p. paſtor. c. 1.

Prou. 23. 14.

1. Corinth. 13.

1 Cor. 15. 10.

1. Cor. 4. 7.

Prou. [illegible] 2.

eruditis. Probatos autem in religione, tecum habeas in conſilio, in obſequio, in contubernio, tuæ cuſtodes honeſtatis & teſtes. Sicut autem alios dignitate præcellis, ſic vitæ meritis antecedas. Et quia minus fortaſſe ponderis apud te habet co-
2.p paſtor. c.1. hortatio mea, circa inſtruendi Abbatis officium, pono ipſa B. Gregorij verba. Tanto, inquit, debet tranſcendere opera ſubditorum actio Prælati, quantum diſtare ſolet à grege vita paſtoris. Et ſubiungit Sit ergo cogitatione mundus, actione præcipuus, diſcretus in conſilio, fructuoſus in verbo, ſingulis compaſſione proximus, præ cunctis contemplatione ſuſpenſus, bene agentibus per humilitatem ſocius, per iuſtitiæ verò zelum contra delinquentes erectus, interiorum curam exteriorum ſollicitudine non minuens, diſpenſationem exteriorum interiorum prouidentia non relinquens. Denique Abbas, dicit idem Gregorius, in omnibus CHRISTI vitam
1.Joan.2.6. ſtudeat imitari. Apoſtolo enim teſte; Qui dicit ſe manere in CHRISTO, ſicut CHRISTVS ambulauit, debet & ipſe ambulare. Propterea idem Apoſtolus de ſe
1.Cor.4.11. dicit. Imitatores mei eſtote, ſicut & ego CHRISTI. Et vt forma regulæ ſpiritualis
Tit.2.12. exprimatur, iugiter in corde habeat verbum illud Apoſtoli. Apparuit gratia Saluatoris noſtri DEI omnibus hominibus erudiens nos, vt abnegantes impietatem, & ſæcularia deſideria, ſobriè, & piè & iuſtè viuamus in hoc ſæculo. Præcedat abnegatio impietatis & deſiderij ſæcularis, vt viuas piè, ſobriè, & iuſtè: piè ad DEVM,
A. in enchir. iuſtè ad proximum, ſobriè ad teipſum. Pietas quidem teſtimonio B. Auguſtini con-
ad Laur.c.2. ſiſtit in fide, & ſpe, & caritate. Iuſtitia verò naturalis eſt, vt non velis aliis facere, quod tibi fieri nolis: & aliis facias, quod tibi fieri velis. Ad ſobrietatem rerum temporalium moderatior vſus pertinet, neceſſitati ſatisfaciens, non ſeruiens voluptati.
Prou.6.1. Te honor aſſumptus ad ſubditorum cuſtodiam obligauit. Audi Salomonem. Fili mi ſpopondiſti amico tuo, defixiſti apud extraneum manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui, & captus es ſermonibus tuis. Fac ergo, quod dico tibi, fili mi, decurre, feſtina, ſuſcita amicum tuum, ne dederis ſomnum oculis tuis, & tuæ palpebræ
Greg. 3.p.paſtor.admon.5. ne dormitent. Iuxta expoſitionem Gregorij, apud extraneum manum ſuam defigere, eſt, curam animæ alienæ, quam prius non habueras, in periculum tuæ conuerſationis accipere. Commiſſos itaque tibi ſalutaribus monitis excitare iuberis, vt à peccati torpore ſurgentes, in ſanctis cogitationibus & operibus excubantes, de breui & tranſitorio labore manipulos referant exultationis æternæ. Ille autem, qui te ad hoc officium vocari permiſit, ſic te vocauerit, vt non repellat: ſic te honorauerit, vt non humiliet; ſic exaltauerit, vt non confundat, non deiiciat, vel allidat. VALE.

EPISTOLA CXXXIII.

Ad R. Decanum & Capitulum Sariſberien. Eccleſiæ.

ARGVMENTVM.

Probat, ob tenuitatem beneficij, non rectè ſe cogi ad faciendam reſidentiam in Sariſberien. Eccleſia.

DILECTIS DOMINIS FRATRIBVS ET AMICIS R. DEcano, & Capitulo Sarisber. Eccleſiæ, Petrus Bleſ. Bath. Archid. ſalutem, & in iudicando prudentiam.

MIROR

MIROR quod pro præ[illegible] quinque marcarum me vrgetis ad reſi[illegible]en-tiam faciendam. [illegible]od pro viatico vſq; Sareſberiam tota mihi præbenda non ſufficere[illegible] ſi inſufficiens eſt ad viam, multo magis ad reſidentiam, ſed capta[illegible] quæſtum ex abſentia mea, quam ex præſentia mea fructum. V[illegible]te[illegible]arum in omni Eccleſia parcitur debilibus & infirmis, vel, qui alias facultatem [illegible] non habent: vos autem pœnam in eos ſtatuitis, quos ipſa impoſſibilitas a p[illegible]atione abſoluit. Pœnam ſiquidem, non impotentia vel defectus, ſed [illegible]us [illegible]aciæ odium introduxit. Noſtrorum Præſulum Oſmundi, & Iocelini conſtitut[illegible] e[illegible]s qui præbendas habent diuites intorquetur, qui de obuentionibus earum p[illegible]os ædificare Sareſbarienſes, & ea quæ ad reſidentiam neceſſaria ſunt, de fac[illegible]rare. Sicut tamen decretum Teleſphori Papæ de adiectione ſeptimæ ſeptimanæ [illegible] contrarius aboleuit, ſic, imò fortius conſtitutionem prædictorum Pontificum co[illegible]etudo vtentium in contrarium penitus abrogauit. Cum itaque mihi præ[illegible]ſidendi facultas, quæ mihi culpa infligit hanc pœnam, vt quia non facio, quod mihi impoſſibile eſt, debeam præbendæ meæ perdere quintam partem? Tolerabilius eſt conſtitutione hac Pharaonis imperium. nam cum tota Ægyptus fiſco applicare quintam partem ſuarum poſſeſſionum Regis edicto publico vrgeretur, Sacerdotes & Leuitæ legis illius onera non ſenſerunt. Nunquid vultis, quod aliarum Eccleſiarum reditus hic expendam? Hoc mihi Gangrenſe Concilium interdicit, cuius auctoritate, vbi potiora bona recipio, conuerſatio mea debet eſſe frequentior, & pauperum quotidiana ſubuentio. Parcite ergo Domini mei & amici [illegible]ri veſtro, quem à neceſſitate reſidentiæ ipſa impoſſibilitas eximit. Quod enim [illegible] p[illegible]ſum, non debeo: quod indebitum eſt, iniuſte exigor, & ideò ab hac iniuſta [illegible]e Legatum appello. Valete.

Math. Paris de Oſmun. ad ann. 1099.

c. ſtatuimus. diſt. 4.

Geneſ. 47. 26.

Can. 13.

EPISTOLA CXXXIV.

Ad VILHELMVM electum S. MARIÆ.

ARGVMENTVM.

Abbatem recenter electum egregiè inſtruit in omnibus ad officium eius pertinentibus.

REVERENDO PATRI ET DOMINO VVILHELMO DEI gratia Electo S. MARIAE Bleſenſis, ſuus Petrus Bleſ. Bath. Archid. ſalutem in eo, qui in electis ſuis mittit radices.

ELECTVS es à tuis fratribus in Abbatem: propterea in vobis magnifico miſericordiam Saluatoris, ſi tamen miſericordia eſt, & non potius quædam probatio, vt quæſtus honoris quandoq; tranſeat in querelam. Erat longe ſecurius ſubeſſe, quam præeſſe: meritorium tamen valde eſt, ſi ſic præſis, vt proſis. Cariſſime mi Pater, dum in minore officio [illegible]as, ſæpe fuiſti tibi [illegible]ſi ſcandalo, frequenter tædio, ſemperque periculo: nunc autem ſuper car[illegible] de a[illegible] conſtitu[illegible] intraſti arenam euentus ancipitis. Nam [illegible]o[illegible]eſſionum ſolicitudines [illegible] animarum diſcrimina penſes, foris ſunt pugnæ, intus timores. Iuxta verbum [illegible]monis immiſiſti te in turbam, & alligaſti tibi peccata d[illegible]cia. Ideo plerique v[illegible]t latere ſub modio, & intra conſcientiæ [illegible]es

al. electi eſtis.

al. coeſſe, quā.

Eccl. [illegible]

claudunt interiores gloriæ bonum fouentes in ſinu memoriæ verbum illud prophe-
Iſa.24.16. ticum. Secretum meum mihi, ſecretum meum mihi. Et nunc Pater animam [illegible]
Luc.10.42. varia diſtrahi te oportet, pro aliis dolere, ſolicitari cum Martha, poſtponere vnum
illud neceſſarium, & tranſire ſic MARIÆ otio ad quendam animæ ſabbatiſmum.
Porrò non ſic exterior te ſolicitudo rapiat, vt animam tuam, pro qua CHRISTVS
mortuus eſt, curarum ſæcularium abyſſus abſorbeat. Quamobrem itaque interiorem
ſolitudinem ſemper tibi circumferas, vt in ſe collectus animus ad exteriora non ef-
fluat, nec attendat, quod appareat foris, aut quod exterius ſonat. Inter multos eris te-
Iob 3.14. cum, factus de illorum numero, quos B. Iob inſinuat dicens. Hi ſunt, qui ædificant
ſibi ſolitudines, vt vocem exactoris non audiant. Sic ergo [illegible], vt non vitu-
peretur miniſterium tuum; vt ſeruum ſingulorum te reputes, cum ſis Dominus o-
mnium. Sic in te contemplatiua & actiua vices ſuas alternent, vt nullum tempus ha-
beas feriatum. Melior eſt ſpiritus, quàm corpus, & corporis exercitatio ad modicum
1.Tim.4.8. prodeſt. Pietas autem valet ad omnia, habens promiſſionem vitæ, quæ nunc eſt, pa-
1.Cor.12.31. riter & futuræ. Æmulare igitur chariſmata meliora. Caro enim & ſanguis regnum
1.Cor.15.50. DEI non poſſidebunt. Caro non prodeſt quicquam. Fructus autem ſpiritus ſunt,
Gal.5.22. caritas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, fides, modeſtia, manſuetudo, conti-
nentia, caſtitas. Bonum eſt ſolicitari cum Martha, ſed quietius eſt ſedere ad pedes
IESV cum MARIA, prouidere Dominum in conſpectu ſuo ſemper, vacare & vide-
re, quàm ſuauis eſt Dominus. Poſtquam ergo diſpoſueris ea, quæ neceſſitas frater-
na depoſcit, deſcende in hortos aromatum, vt paſcaris deliciis ſpiritualibus [illegible]
ſima colligas lilia gaudiorum. Cum verò animam tuam reſoluerit [illegible], nul-
lus quæſo dilectum excitet, donec ipſa velit. Nec [illegible], vt [illegible] ab
amplexibus Rachelis, & ab vberibus ſanctæ voluptatis auellat. Sci[illegible]
gulæ profeſſores, ſi ſe ſæcularibus negotiis curioſe [illegible]
ercitij diſpendia patiuntur. Nauis enim, licet inter procello[illegible]
pereat, rerum tamen ſuarum iacturam ſuſtinet, vt in portum [illegible]
niat. Elegerunt te fratres tui, eſto in illis, quaſi vnus ex illis [illegible]
vultu, habitu & inceſſu. Sic te amabilem exhibeas & [illegible]
tua ædificet alios ad ſalutem. Age, quod non ſolum [illegible]
Nunquam ſingulariter viuas. non habeas, vt vulpes, [illegible], vt [illegible]
dum, non loculos, ſicut Iudas. A primis tuis motibus adoleſcentiæ [illegible]ter
venerabilis, mores [illegible] redolentes manſuetudinem, ſociales [illegible]
tate conditos, & ad omnem compoſitos honeſtatem. Vulgare eſt, quod [illegible] mores
mutant, aut potius monſtrant mores. Adminiſtratio [illegible]
illa morum nobilitate degeneret, nulla [illegible]
mo[illegible] obrepat. Si gl[illegible]
te virtu[illegible] CHRISTI. Sic [illegible]
[illegible] te rep[illegible]
Ioan.8.54. cumulabitur ad coronam. Ip[illegible]
Ioan.5.44. gloria [illegible] nihil eſt. Gloriam [illegible] quæ a ſolo
Pſal.113.1. DEO [illegible]. Tu
verò [illegible] in Domino [illegible]
[illegible] & [illegible]
1.Cor.4.7. [illegible] verbo Apoſtoli [illegible]
[illegible]
1.Cor.15.10. verbum illud Apoſtoli. Gratia [illegible]
ſtati

ſtati familiarius, atque confidentius aſſiſtat, & gratius, quàm vera humilitas. Ipſe au-
ctor vniuerſitatis ſe corde humilem confitetur & mitem. Igitur non veniat tibi pes *Eccl.3.20.*
ſuperbiæ: ſed quantò maior es, humilia te in omnibus, & adminiſtrationem hanc o-
nus reputa, non honorem, omnemq; motum ſuperbiæ prurientis, verbo illo Salo-
monis extirpa. Potentes potenter tormenta tolerabunt, atq; cito & horrendè iudi- *Sap.6.7.*
cium fiet his qui præſunt. Cogita ſemper, quia requiret a te Dominus de ouibus ſuis
exactiſſimam rationẽ. Propter hoc irritauit impius D E V M, dixit enim in corde ſuo, *Pſal.9.13.*
non requiret. D E V S autem per Ezechielem dicit. Ecce requiram oues meas de ma- *Ezech.34.10.*
nu paſtoris. Dominus dicit. Requiram. Impius dicit, non requiret. cuius putas aſ-
ſertio præualebit? Verbum prophetæ Iſaiæ eſt. Iurauit Dominus exercituum di- *Iſa.14.24.*
cens. Si non, vt putaui, ita erit; & quomodo mente tractaui, ſic eueniet. noli te quæ- *Pſal.36.1.*
ſo æmulari in malignantibus. Sunt enim Abbates quærentes potius, quæ ſua ſunt,
quàm quæ I E S V C H R I S T I. A fructibus eorum cognoſcetis eos. Hi animarum
cura omnino poſthabita ſummam ſui officij reputant, ſi in ſuam & ſuorum perni-
ciem poſſeſſiones Eccleſiæ ſuæ per fas nefaſque culturis & ædificiis magnificent, *A B V S V S*
& dilatent. Animarum verò curam, quæ à ſpiritu timoris conceperant fructum ſa- *Abbatum.*
lutis quaſi aborſum perniciose procurant: vt eis merito aptetur verbum Prophe-
tæ dicentis. Secuerunt prægnantes Galaad ad dilatandum terminos ſuos. Hi ſunt, *Amos 1.13.*
quos agitat ſpiritus huius mundi, ſpiritus vertiginis & erroris. Melius eſt tibi do-
mum tuam augere moribus, quàm poſſeſſionibus. Melius eſt cœlum implere,
quàm horreum. & hæc facere potes, & illa non omittere. Veternoſas autem vi-
tiorum propagines, quæ ex quorundam deceſſorum tuorum negligentia pullu-
larunt ſuccide maturius vitulamina, quæ nunquam fructificant ſurculis inciſio-
nis ſua præcedant incrementa. Fac omnia præeunte conſilio. non tamen cre-
das omni ſpiritui, ſed prius proba, vtrum ex D E O ſit. Semper autem potius de *1.Ioan.4.1.*
oratione quam de prudentia tua, de D E O tantum, & non de Principum fami-
liaritate confidas, quia maledictus, qui confidit in homine. & iuxta ſententiam *Ierem.17.5.*
Sapientis. nomen Domini plurima fortitudo. Scribitis autem vos ex continua *Prou.18.10.*
verſutu hoſtis aſtutia graues moleſtias ſuſtinere: ideoque vobis neceſſaria eſſe ſa-
cræ Scripturæ ſuffragia, cuius lectio frequens conatus hoſtiles euacuet, atque tur-
bines æſtuantium tentationum quadam gratiæ ſerenitate tranquillet: propterea li-
brum veſtrum cum inſtantia reperitis, quem vnum ex quatuor appellatis. Scio, quia *Vita religioſa*
ſine tentationibus vix hora diſtadia clauſtralis vita tranſigitur. vnde & militia Re- *tentationibus*
gularis arma ſpiritualia exigit, de quibus Apoſtolus ad Corinthios ſcribens dicit. *obnoxia.*
Arma militiæ noſtræ, non carnalia, ſed potentia D E O ad deſtructionem muni- *2.Cor.10.4.*
tionum, deſtruentes omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam D E I
captiuantes omnem intellectum in obſequium C H R I S T I. Sacra itaq; lectio vobis
neceſſaria eſt. Ipſa enim eſt menſa tabernaculi, quæ ad Aquilonem, vnde panditur *Ier.1.14.*
omne malum, poſita eſt. Quod pſalmiſta inſinuans dicit. Poſuiſti in conſpectu meo *Pſal.22.5.*
menſam. De menſa hac, & ſpiritualibus armis loquitur Iſaias. Pone, inquit, menſam,
contemplare in ſpecula, ſurgite principes, & arripite clypeum. Sacra lectio, cibus eſt, *Iſa.21.5.*
quia teſte veritate non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod proce- *Deu.8.3.*
dit de ore D E I. Per hunc cibum ſpiramus & viuimus. Verba, inquit Dominus, quę *Ioan.6.63.*
ego loquor, ſpiritus & vita ſunt. Certè ſolo ſacri eloquij teſtimonio C H R I S T V S *Math.4.*
contra omnes diaboli tentationes vſus eſt in deſerto. Si ergo conſiſtant aduerſum
vos caſtra, ſcuto bonæ voluntatis armate vos, & gladio ſpiritus, quod eſt, verbum
D E I. Meæ quidem exhortationis campus latiſſimus pater, ſed irruens occupatio-

num neceſſitas, & ſuccingens epiſtolam ad compendium, ad alia me retorquet. Fi-
Exhortatio ad ſubditos. lios autem obedientiæ veſtræ, fratres & Dominos meos rogo in viſceribus CHRI-
STI, & in caritate non ficta, hoc ſentire in ſe, quod & in CHRISTO IESV: vt ſicut pro nobis exinaniuit ſe formam ſerui accipiens, ſic ſe pro CHRISTO humilient in obſequium ſeruitutis. Exhibeant corpus ſuum hoſtiam viuam, ſanctam, placentem DEO, vt tota eorum ſenſualitas à ratione abſorpta, ſpiritui ſubiiciatur ad
Geneſ.3.16. ſeruiendum DEO viuenti. Senſualitas eſt mulier, ad quam dicitur. Et ad virum erit conuerſio tua. Tota itaque ratio humilietur, totus intellectus captiuetur in obſequium CHRISTI. Indixiſtis propriæ carni bellum, contendentes non eſſe, quod eſtis, & recuperantes fortiter, quod in prima origine perdidiſtis, vt rapiatis per violentiam regnum cœlorum, & intrudatis vos in hæreditatem Sanctorum. Cum
Ioan.4.28. Samaritana reliquiſtis hydriam concupiſcentiæ, & in vobis ſpiritualem veſtram
Ioſ.6.26. Iericho deſtruxiſtis. Scriptum eſt autem. maledictus, qui reædificat Iericho. Tu igitur cariſſime frater, qui dediſti legi Apoſtolicæ, manum, qui manum tuam miſiſti ad fortia, vtere conſilio ſapientis, & iniice ad compedes obedientiæ pedem
Prou.21.28. tuum, nec acedieris à vinculis eius. Recolas, quia vir obediens, teſtimonio ſapien-
Obedientia religioſi Laus. tiæ, loquitur victorias, dum de diabolo per obedientiæ bonum, de mundo, ac de ſeipſo triumphat in CHRISTO. Sine omni delectu, ſine omni exceptione, faciat regulæ profeſſor, quod iniungitur ſibi. Quid verò, vel quale, vel quantum ſit, quod iniungitur, non diſcernat: alioquin præſumit comedere de ligno ſcientiæ boni &
1.Corinth.3. mali. Cenſura enim diſcretionis eſt penes Patrem ſpiritualem, qui omnia diiudicat, ipſe autem à nemine iudicatur. Nihil ergò diſcernat. Sit indiſcretus, vt intelligat, ſit ſtultus vt ſapiat, nec reputet iniurioſum, ſi quandoque correctione contriſtetur, aut verbere, qui per inanem lætitiam immoderatius frequenter ſe recolit
Hebr.12.11. exceſſiſſe. Omnis diſciplina in præſenti amara eſt, ſed in futurum facit pacatiſſimum iuſtitiæ fructum. Lenteſcens in via Domini à Paſtore ſuo durius increpari
Eccli.22.2. ſuſtineat: ſtercoribus enim boum lapidandus eſt piger. Qui ergo ſpiritu DEI deducitur cum æquanimitate ſuſtineat corripientem magiſtrum: & ſi dura ſunt ea, quæ audit, reputet ſe durioribus eſſe dignum. Et nos quidem dilectiſſimi ſegregauit DEVS in hæreditatem ſibi, vt lætetur in bonitate electorum ſuorum cum hæreditate ſua, ſi tamen non accepiſtis iterum ſpiritum huius mundi. Ponite igitur corda veſtra ſuper vias veſtras, ne ſitis terra proxima maledictioni, quam per-
Matth.3.10. cutiet Dominus ſpiritu oris ſui. Recolite, quia non ſolummodo arbor, quæ fructus malos facit, ſed etiam arbor, quæ fructus bonos non facit excidetur, & in ignem mittetur. Securis quidem poſita eſt ad radicem: & arbor, ſiue ad auſtrum,
Eccl.11.3. ſiue ad aquilonem ceciderit, ibi erit. Indicabit enim Dominus fines terræ & hominem in ſuis operibus comprehendet. Dum fuiſtis in ſæculo, nullam contra vos inuidiam hoſtis antiquus exercuit: non enim eos impugnat, quos eſſe ſuos ex operum teſtimonio putat. Nunc autem, quia videt idola ſua in CHRISTI templa immutari, poſt amiſſam prædam quaſi leo rugiens circuit, & ad omnes nocendi artes anxius explorator ſuas verſutias circumducit. Quem verò de ſtatu conſcientiæ bonæ ſubito præcipitare non poteſt, quibuſdam imaginationibus phan-
Iob.14.19. taſticis latenter obrepentibus paulatim ſolicitat. Nam iuxta verbum B. Iob, lapides excauant aquæ, & mons cadens defluit, ſaxumque transfertur de loco ſuo, & alluuione paulatim terra conſumitur, quia ſollicitudinem [illegible] emolliunt, & ſubuertunt tentationes occultæ. Anima verò a fundamento virtutis auulſa, corruit in peccatum. Apponens itaque iniquitatem [illegible] immiſſiones per angelos

gelos malos, & ſi: de arce depoſito tanquam de loco eminentiore, confligendo inſurgens de miſero & decepto triumphum reportat ignobilem: ſic per illecebras huius vitæ, miſeri elongantur à DEO, dicentes anathema IESV, & tandem conuerſos in arcum prauum, & in reprobum ſenſum datos mala capiunt in interitu. Sci- *Iob 7.1.*
tis, quia tentatio vita hominis, & militia eſt ſuper terram. Sunt verò tentationum quædam ſuper nos, quædam infra nos, quædam iuxta nos, quædam intra, quædam extra, & omnes contra nos. Cautè igitur ambulate. mundus enim plenus eſt laqueis, plenus inſidiis, plenus periculis, atque ſcandalis ineuitabilibus, & mortibus infinitis. Introiſtis clauſtrum. bonum eſt nos hic eſſe, & non recedere à concilio & congregatione iuſtorum. Amice, ſi clauſtrum egrederis, tranſgrederis, & quaſi ſub iactu aleæ animam tuam ponis. Leo in ianuis eſt, vt te rapiat, & non ſit, qui eripiat. Irruit ventus vrens à regione deſerti, ſi forte inueniantur paleæ, quas ad ludibrium ſuum rapiendo diſpergat. Multiplici enim exquiſitæ fraudis artificio conatur angelus apoſtata ſanctorum congregationem transferre in theatrum, populum acquiſitionis in fabulam ſæculi, & ſcholam innocentiæ in deriſum. Sit quæſo, frater, anima tua in *Pſal.118.109.*
manibus tuis ſemper. theſaurum incomparabilem habes in vaſe fictili: dumq; clauſtrum egrederis drachmam, pro qua magnus ille mercator animam ſuam poſuit, ad ancipitis aleæ diſcrimen exponis. Terreat te frater egreſſus Dinæ, & oppreſſio *Geneſ.34.1.*
eius. Recole, quod Iacob domi reſidens benedictionem Patris hæreditauit. Eſau *Gen.27.28.*
verò dum foris euagatur & venatur, primogenitura, patriſque benedictione & *Gen.25.33.*
hæreditate priuatur. Nunquam ingrediaris ſæcularium domos: nequitiæ enim in habitaculis eorum: nec DEVS in domibus eorum cognoſcetur. Dicas igitur cum Propheta. odiui Eccleſiam malignantium, & cum impiis non ſedebo. In- *Pſal.25.5.*
ter ſcorpiones habitas; ergo iuxta doctrinam Hieronymi, ſis honeſtus in domo, *Hier. epiſt. ad*
ſis rarus in publico. Si ægrotauerit, aut obierit aliquis de parentibus tuis, non *Euſtoch. de*
ſit tibi eorum ægritudo, vel mors, egreſſionis occaſio. Sine mortuos ſepelire mor- *cuſtod. vir-*
tuos ſuos: fallax & proditoria eſt affectio parentelæ. Carnalis amor extra DEI amo- *gin. c.11.*
rem cito te capiet, & affectio mundi, quæ iam in te aruerat, in perniciem animi *Matth.8.16.*
reuireſcet. Mortuus es mundo, & parentibus tuis, atque complantatus es ſimili- *Monacho pe-*
tudini mortis CHRISTI, & vita tua abſcondita eſt cum CHRISTO in DEO. *riculoſum e-*
Noli iterum in ſæculo viuere, & arma victoriæ reddere inimico. Verbum Hierony- *gredi foras.*
mi eſt. Tenet hoſtis gladium, vt me perimat, & ego de parentum lachrymis cogita- *Ep.1. ad He-*
bo? Ero de parentum ſepultura ſolicitus, quem ſolicitari oportet, ne ſepeliar in *liod.*
inferno? Noli quæſo exire, quia mors in exitu eſt, & in limine te expectans. Quam citò egrederis oſtium, mors per oculorum feneſtras ingreditur. Nullum precor habeas cum homine ſæculari commercium. Qui enim tangit picem, in- *Eccli.13.1.*
quinabitur ab ea: bonoſque mores praua colloquia corrumpunt, & vita reproba trahitur à conuictu. Seneca ad Lucilium ſcribens dicit. Socrati, Lælio & Ca- *Sen. ep.7.*
toni poſſet bonos mores excutere turpium conuerſatio frequens, & diſſimilium multitudo. Verbum Apoſtoli eſt. Non ignoramus aſtutias Satanæ, cui ex hoc *2.Cor.2.11.*
ipſo datur opportuna & multiplex malignandi occaſio, quia incircumciſi obſederunt vos, & habitatis quaſi in medio Cananæi. Inter clauſtrum veſtrum, & forum, modica protenditur intercapedo parietum. habitatis quaſi in medio Babylonis. & mirum, imò miraculum eſt, ſi ſabbathum quietis veſtræ non turbat tumultuatio popularis. Ita eſtis ſæcularium importunitate obſeſſi, vt cum lamentatore propheta deplorare poſſitis. Ædificauit hoſtis in gyro meo, & circumdedit *Thren.3.5.*
me felle & labore. Concluſit vias meas lapidibus quadris. vrſus inſidians factus eſt

mihi leo in abſcondito, ſemitas meas ſubuertit, & poſuit me deſolatam. Habitans in medio populi polluta labia habentis, qui vobis verbum illud deriſorie frequenter adaptant. Commixti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum. Vtinam aduolet vnus de Seraphin, & ſumpto calculo de altari in eis rubiginem cordium, & ſcoriam purificet labiorum. Vos autem circumſpecte agatis, prouidentes bona, non ſolum coram Deo, ſed coram hominibus, & negotio ſalutis veſtræ vigilantius inſiſtatis. Sit iugiter ante oculos cordis veſtri timor Dei, ignis gehennæ, recordatio paſſionum Christi, veſtrorum memoria exceſſuum, dies mortis, & expectatio tremendi iudicij. Audite Hieronymum dicentem. Laudet populus, luxurient homines, rumores excurrant, & dicas. Mihi adhærere Deo bonum eſt, & ponere in Domino Deo ſpem meam. Quid enim mihi eſt in cœlo, & à te quid volui ſuper terram? Devs cordis mei, & pars mea Devs in æternum. Prope eſt, vt amatores ſæculi, & ſancti Ordinis trangreſſores ab æternæ vitæ radice præciſi in exteriores tenebras detrudantur, & ab Eccleſia Sanctorum perpetua excommunicatione mactantur ex intolerabili doloris anguſtia, quàm perniciosè illos deceperit appetitus tranſitoriæ voluptatis. Vos ergo tamen timor in via Domini lenteſcere non permittat, ſed corda veſtra excitet ad meliora inceſſanter, vita breuis, finis dubius, iudex terribilis, flamma inextinguibilis, vermiſque non moriens, & pœna, cuius non eſt intermiſſio, neque finis. Valete.

Iſa. 6. 5. *Rom. 12. 17.* *Iſa. 66. 24.*

EPISTOLA CXXXV.

Ad Decanum, & Capitulum Sariſberienſe.

Argvmentvm.

Cantuarienſis Archiepiſcopus eximit Canonicum quendam à lege Reſidentiæ & multis de cauſis clericos ab ea eximi poſſe docet.

Hvbertvs. H. DEI GRATIA CANTVAR. ARCHIEPISC. TOTIVS ANGLIÆ Primas, & Apoſtolicæ Sedis Legatus, dilectis in Christo filiis Decano & Capitulo Sariſber. Eccleſiæ, ſalutem, gratiam & benedictionem.

Cvm vbique terrarum maioribus reuerentia debeatur, & maxime Regi tanquam præcellenti, eos qui negotia Regis aut regni procurant fiſcalis ratio, ſeu publicæ rei neceſſitas à lege communi eximit, cum in omnium hominum ſtatu vices ſuas ſufficienter impleat, [illegible] abſens, qui omnium commoditatibus ſe impendit. Quia igitur magiſtri Thomæ de Eſſeben fides & induſtria multipliciter probata eſt in publicis regni negotiis, quamdiu in talibus ſe exercet, nolumus, vt ipſum ad reſidentiam compellamus. Scitis præterea, quod de ſingulis Cathedralibus Eccleſiis regni poſſimus eos pro arbitrio noſtro vocare in partem ſolicitudinis nobis iniunctæ, quos ad hoc magis expedire nouerimus. Nec abſurdum videtur, ſi nobis ſuffraganeorum noſtrorum Canonici, ſi membra capiti obſequantur. Certum eſt, quod quidem Domino Regi ſunt neceſſarij, quidam nobis, quidam infirmantur, quidam in ſcholis militant, quidam in peregrinatione ſunt, quorundam præbendæ ad reſidentiam [illegible]. In omnibus his habendum eſt diſcretionis & cautelæ iudicium [illegible] circa Reſidentiæ obſeruantiam habeatur conſideratio propriæ facultatis. [illegible] pro aliqua

quo talium ſcribimus, aut ſcripſimus vobis, ita preces noſtrę apud vos efficacem obtineant locum, vt & petitiones veſtræ apud nos opportuno tempore deſiderabilem ſortiantur effectum. Eum enim erga vos gerimus paternæ benignitatis affectum, vt nihil vobis velimus præcipere aut petere, quod in veſtri honoris redundare debeat detrimentum.

EPISTOLA CXXXVI.

Ad Alexandrum Papam.

ARGVMENTVM.

Henricus II. Angliæ Rex queritur de rebellione Henrici, reliquorumq; filiorum contra ſe, & auxilium Alex. III. Papæ implorat.

SANCTISSIMO DOMINO SVO ALEXANDRO, DEI GRATIA Catholicæ Eccleſiæ ſummo Pontifici H. Rex Angliæ, Dux Normanniæ & Aquitaniæ, Comes Andegauen. & Cenoman. ſalutem & deuotæ ſubiectionis obſequium.

IN magnorum diſcriminum anguſtiis, vbi domeſtica conſilia remedium non inueniunt, eorum ſuffragia implorantur, quorum prudentiam in altioribus negotiis experientia diuturnior approbauit. Longè lateq; diuulgata eſt filiorum meorum malitia, quos ita in exitium Patris, ſpiritus iniquitatis armauit, vt gloriam reputent & triumphum Patrem perſequi, & filiales affectus in omnibus diffiteri, præueniente meorum exigentia delictorum. Vbi pleniorem voluptatem contulerat mihi Dominus, ibi grauius me flagellat: &, quod ſine lacrymis non dico, contra ſanguinem meum & viſcera mea cogor odium mortale concipere, & extraneos mihi quærere ſucceſſores. Illud præterea ſub ſilentio præterire non poſſum, quod amici mei receſſerunt à me, & domeſtici mei quærunt animam meam. Sic enim familiarium meorum animos intoxicauit clandeſtina coniuratio, vt obſeruantiæ proditoriæ conſpirationis vniuerſa poſthabeant. Malunt namque meis adhærere filiis contra me transfugæ & mendici, quàm regnare mecum, & in ampliſſimis dignitatibus præfulgere. Quoniam ergo vos extulit DEVS in eminentiam officij Paſtoralis ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius, licet abſens corpore, præſens tamen animo me veſtris aduoluo genibus, conſilium ſalutare depoſcens. Veſtræ iuriſdictionis eſt regnum Angliæ, & quantum ad feudatarij iuris obligationem, vobis duntaxat obnoxius teneor, & aſtringor. Experiatur Anglia, quid poſſit Romanus Pontifex, & quia materialibus armis non vtitur, patrimonium B. Petri ſpirituali gladio tueatur. Contumeliam filiorum poteram armis rebellibus propulſare, ſed Patrem non poſſum exuere: nam & Ieremia teſtante, nudauerunt lamiæ mammas ſuas, lactauerunt catulos ſuos. Et licet errata eorum quaſi mentis efferatæ me fecerint, retineo paternos affectus, & quandam violentiam diligendi eos mihi conditio naturalis importat. Vtinam ſaperent, & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent. Lactant filios meos domeſtici hoſtes, & occaſione malignandi habita non deſiſtunt, quouſque redigatur virtus eorum in puluerem, & conuerſo capite in caudam ſerui eorum dominetur eis iuxta verbum illud Salomonis. Seruus aſtutus filio dominabitur imprudenti. Excitet ergo prudentiam veſtram

Regnum Angliæ eſt iuriſd. Pontificia.

Thren. 4. 3.

Deu. 32. 29.

Prou. 17. 2.

ſtram ſpiritus conſilij, & conuertatis corda filiorum ad patrem. Cor enim Patris pro beneplacito veſtro cõuertetur ad filios,& in fide illius,per quem reges regnant, veſtræ magnitudini promitto, me diſpoſitioni veſtræ in omnibus pariturum. Vos Eccleſiæ ſuæ, Pater ſancte, diu CHRISTVS ſeruet incolumem.

EPISTOLA CXXXVII.

Ad M. Alexand. de S. Albano.

ARGVMENTVM.

Gratulatur M. Alexandro nouitio, de ingreſſu in religionem; hortatur vt fortiter ferat nouum obedientiæ iugum, & inſolitum rigorem diſciplinæ: mundo perfectè moriatur & ſibi.

DILECTO ET PRAEDILECTO SOCIO ET AMICO M. ALEXANdro de S. Albano, M. Petrus Bleſen. Bath. Archid. ſalutem, & de mundo triumphum.

TOTIS medullis animæ conuerſioni & conuerſationi veſtræ congratulor. à prima enim veſtri notitia dilexi vos, non ad faciem, non ad quæſtum, ſed pro virtutibus veſtris in Domino virtutum. Litteratura ſiquidem veſtra, & famæ commendabilioris celeberrimus odor multos vobis conciliauit ad amicitiam ſalua Tullij ſententia, qui in libro de Amicitia ſcribit, vix à pluribus ſeculis quatuor amicorum paria extitiſſe. Hodie verò amici multiplicati ſunt ſuper numerum. caritas enim diffuſa eſt in cordibus noſtris, quæ ſola eſt veræ amicitiæ condimentum. A diebus itaque naſcentis Eccleſiæ cœpit dilectio multiplices affectionum propagines in vnitatem mentium dilatare,
Act. 4. 32. vt iam tunc multitudinis credentium eſſet cor vnum, & anima vna. Gratias igitur ago DEO, qui vos de medio prauæ ac peruerſæ nationis eduxit, vt odio habeatis Eccleſiam malignantium, & lauetis inter innocentes manus veſtras, quæ de fœditate ſeculi multiplices maculas contraxerunt. Gaudeo planè, quia mirabile & imitabile omnibus præmiſiſtis religionis auſpiciũ. Diu enim ante conuerſionem veſtram deſiderabili multis reditu abiecto, abiectus eſſe in domo Domini elegiſti; honorem Magiſterij, laudemque hominum, & inanem huius ſeculi lætitiam expuiſti, ad lætandum in lætitia gentis, quam CHRISTVS hæreditauit, vt laudetur cum hæreditate
Eccli. 6. 26. ſua. Poſuiſti, amice cariſſime, pedem tuum in via recta, imò pedes tuos ſapiẽtiæ compedibus inieciſti. Vide ne acedieris à vinculis eius. Manum tuam miſiſti ad fortia, vt regno cœlorum vim inferas, & in hæreditatem Sanctorum violenter intrudas: nimirum, per adoptionem factus es DEI filius, & cohæres CHRISTI. Qui enim ſpiritu
Rom. 8. 14.
Pſal. 15. 5. DEI aguntur, hi ſunt filij DEI. Securè iam dicas. Dominus pars hæreditatis meæ: tu es, qui reſtitues hæreditatem meam mihi. Propterea funes ceciderunt tibi in præclaris: etenim hæreditas tua præclara eſt. Beatus es ergo, cuius portio & hæreditas DEVS eſt. Adhuc tamen, dum nouitius, dum paruulus es, non differs a ſeruo, cum ſis Dominus omnium, ſed es ſub tutoribus, & curatoribus, vſque ad tempus præfini-
Gal. 4. 2. tum à patre, tempeſtiuè mittendus in plenariam poſſeſſionem æternæ hæreditatis.
Diſciplina religioſa laus. Moneo igitur in viſceribus IESV CHRISTI, vt te non deterreant conuerſionis primitiæ, nouum obedientiæ iugum, inconſuetus Ordinis rigor, & auſteritas diſciplinæ.

Quic-

Quicquid aſperum nunc videtur, obedientia ſibi conuertet ad lucrum: & quæ nunc
amariora fuit, vſu mediante dulceſcent. His enim, qui de tenebris progrediuntur ad
lumen, lux inprimis moleſta eſt, donec oculi lumini aſſueſcant. Inter dura & aſpera
tibi ſolatio ſit illud propheticum. Propter verba labiorum tuorum, ego cuſtodiui *Pſal.16.4.*
vias duras. Expedit tolerari dura, ne veniant duriora. Quod ſi murmuraueris, ſi de-
trectaueris obedientiæ iugum, in vano accepiſti animam tuam. Inſuper, & quod tibi
durum eſt, nec inobedientia, nec murmuratione molleſcet. Si pro regno cœlorum
nunc ſuſtines grauia, ſcias grauiora fuiſſe quæ nuper pro quæſtu tranſitorio, nec ſi-
ne diſcrimine animæ ſuſtinebas. Quia ergo teſtimonio B. Petri filij obedientiæ caſti- *1.Pet.1.22.*
ficant corda ſua, vince per obedientiam beſtialium motus affectuum, quia iuxta ver-
bum Salomonis, Vir obediens loquitur victorias. vincit enim mundum diabolum *Prou.21.28.*
& ſeipſum. Obedientia, quæ filium DEI decuit, non ſit tibi quæſo dedecori: non
eſt enim ſeruus maior Domino ſuo. Hoc igitur in te ſentias, quod & in CHRISTO *Phil.2.*
IESV. qui cum in forma DEI eſſet, formam ſerui accepit, & vſque ad pœnam &
ignominiam crucis curſum obedientiæ limitauit. Tu verò cohumiliatus & con-
pauperatus Domino maieſtatis vagum & liberum tuæ voluntatis arbitrium ſubiice
pro eo gratuitæ ſeruituti. Si recolas, quanta ſuſtinuerit pro te, etſi millies te pro eo
dare poſſes ad mortem, non ſufficeres tamen ad paria reſpondere. Magna tibi fe-
cit, qui potens eſt, & æſtimatio tanti beneficij compenſationis vicem non recipit.
Fatiſcant igitur membra vigiliis, extermineutur ieiuniis, labore frangantur, lique-
ſcant in lacrymas oculi: imò ſi totum cerebrum, & medullæ corporis in fletum ef-
fluant, non ſunt tamen condignæ paſſiones huius ſeculi ad gloriam, quæ quidem *Rom.8.18.*
acquiri poteſt, æſtimari autem, aut compenſari non poteſt. Quid enim retribuet
puluis & vermis Domino gloriæ, qui pro eo animam ſuam in morte concluſit, vt
beatitudine frueretur, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit? Attende igitur ſoli- *Phil.3.13.*
citius, quantum Domino tuo debes, & dum in profectu es, nunquam te perfectum
exiſtimes. Non quod iam apprehenderim, aut perfectus ſim, dicit Apoſtolus; ſequor
autem, ſi forte comprehendam, in quo comprehenſus ſum. Vnum autem, quæ re-
tro ſunt oblitus, ad ea, quæ priora ſunt, me extendo, ſequens ad brauium ſupernę vo-
cationis in CHRISTO. Attende igitur tuæ vocationis initia, vt ſcias, quæ à DEO dona-
ta ſunt tibi. Glorioſum donum DEI eſt, diuitias & delicias huius ſeculi abdicaſſe.
Quis ſapiens cognoſcet hæc? & intelliget miſericordias Domini; qui peruerſos tàm
pie conuertit, & pro ſubſtantiola huius vitæ, diuitias ſalutis æternæ retribuit? Ita er-
go mundum euomas, vt non reuertaris ad vomitum. Ita tibi ſeculi moriatur affe-
ctus, vt nunquam tibi deinceps ad deſiderium recidiuet; teq; ita configures, & com-
plantes ſimilitudini mortis CHRISTI, vt ſis mortuus mundo, mortuus à corde tuo,
& vita tua fœliciter abſcondatur in CHRISTO. Conuerſionem eorum damnabilem
reputa, qui pro clauſtro ſeculum deſerũt, & in clauſtrum mores ſeculi deferunt, pro
CHRISTO modicas facultates deſpiciunt, & contra CHRITVM ſpem maiorem conci-
piunt. Sub temporalium contemptu cupiditas intenſior latet. ignis enim dum tegi-
tur, vehementius ardet. Parum itaque tibi ſit renuntiare diuitiis, niſi renuncietur &
vitiis, quia minus periculoſum eſt eſſe diuitem CHRISTI, quam paupetem Antichri-
ſti. Omnes itaque angulos cordis tui reuolue: ſcrutare, & ab eis eiice, quod à ſe-
culo contraxiſti. Vetus homo crucifigatur in te cum actibus ſuis, vt deſtruatur
corpus peccati, & in quandam nouitatis infantiam renaſcaris. Dedit tibi Do-
minus exercitatos ſenſus, & gratiam ſcientiæ præeminentis. Credo autem quod
& ſpiritum DEI habeas. Nemo autem dicit anathema ſeculo, niſi in ſpiritu DEI.

Quanto

Quanto igitur melior es,tanto vigilantius caueas aſtutias Satanæ,qui non magni facit,ſi deuoret ſimplices. *Hab.1.16.* cibus enim eius electus. nec miratur, ſi abſorbeat fluuium, *Iob.40.18.* ſed habet fiduciam quod influat Iordanis in os eius. Accedens igitur ad ſeruitutem *Eccli.2.1.* DEI præpares animam tuam ad tentationem, recolens, qualiter vocauerit Dominus populum Iſrahel prius per blandimenta ſignorum in Ægypto, deinde per patientiam tentationum in deſerto, poſtea in ſubiectione populorum, & pace impleta eſt eis diuina promiſſio. Sic hodie offert DEVS quædã dulcia & blãda ſanctę conuerſionis initia,poſtea certamina tentationum,demum ſecurã in CHRISTO quietem & pacẽ, quę exuperat omnem ſenſum. Leuaſti te ſupra te, vt videas, quam ſuauis eſt Dominus,vt in die bona Domini,cum audieris vocẽ ſpiritus tanquã ſuſurrium,& ſibilum tenuis auræ quodã defecati cordis affectu, quaſi de ligno vitæ ſpirituales colligas fructus. *Gal.5.22.* Sunt autem fructus,teſte Apoſtolo,caritas,gaudium,patientia,lõganimitas,bonitas,benignitas,mãſuetudo, fides,modeſtia,cõtinentia, caſtitas. In his fructibus recepiſti CHRISTI miles arrham cœleſtis gloriæ habentem promiſſionem vitæ, quæ nunc eſt,& futuræ. In his delibando prægusta quaſdam experientias huius ſeculi, feliceſque primitias viſionis æternæ. Quibuſdam itaque deſideriorum pennis aduolat,& vſque in Iubilæas amænitates,vſque in faciem dilecti per exceſſus contemplationis excurrit. Sic ſubitò à ſe rapitur,vt iam viuat,non in ſe,ſed in CHRISTO, vnus cum eo ſpiritus exiſtens, ſoloque huius mortalitatis obſtaculo differens à ſanctis ſanctorum, quadam ineffabili, ſed momentanea ſuauitate fruitionis exultat, & in guttula deliciarum cœleſtium experitur, quàm inæſtimabilis ſit eorum beatitudo, quorum deſideriis torrens æternæ voluptatis inundat. *Thren.3.1.* Quia ergo vocauit te DEVS,vt curras in odore vnguẽtorum ſuorum: ego vir videns paupertatem meam, clamo ad te. trahe me poſt te. infixus ſum in limo profundi, ſed ora, ne abſorbeat me profundum,ne me demergat tempeſtas,ne vrgeat ſuper me puteus os ſuum. O dulcedo cordium DEVS animarum,ſuauitas & gloria te diligentium,ſpes mea a iuuentute mea. aufer à me cor incircumciſum,cor coagulatum,cor lapideum: da mihi cor carneum,cor nouum,cor humile & contritum: inſpira mihi [illegible]rem tui, contemptum mundi, peccati odium, & perſeuerantiam pœnitentiæ, quam nec prærumpat mors, nec morbus anticipet; donec eum miſeratio continuet ad profectum. Vale.

EPISTOLA CXXXVIII.

Ad Gualterum Rothomag. Archiepiſcopum.

ARGVMENTVM.

Congratulatur G. Archiepiſcopo de reditu ab exilio,& pace Rothomag. Eccleſiæ reddita. Cauſam reddit cur iuſti aff[illegible]gantur, monetque vt pacem DEO *auctori adſcribat.*

Vide Notas. ep.124.

DILECTO ET PRAEDILECTO DOMINO SVO GVALTERO DEI gratia Rothomagenſi Archiepiſcopo ſuus Petrus Bleſen. Bath. Archid. ſalutem, & ſi quid dulcius aut deſiderabilius eſt ſalute.

CVIVS-

CVIVSDAM noui operis occupatione ſolicitus, vix ad ſcribendum epiſtolam ſtylum moueo, mouet tamen & excitat obedientia lenteſcentem, inuitat amor, & compellit imperioſa deuotio. Deuoto ſiquidem & anxio compaſſionis affectu reuoluo frequenter, quàm viriliter pro teſtamento DEI veſtram animam poſuiſtis, & expoſuiſtis diſcrimini, veſtros parentes exterminio, familiares proſcriptioni, poſſeſſiones rapinæ, famam ludibrio. Quidam verò, qui vobis & Eccleſię noſtræ tenebãtur aſtricti, iacturam mundanæ ſupellectilis puſillanimiter exhorrentes, pro compendio temporali libertatis Eccleſiaſticæ titulum diſtraxerunt, ſubiicientes ſe vltroneæ ſeruituti. Nam ſi annus remiſſionis eis millies offeratur, præeligent ſuas aures ſubula perforari. Sic aduerſitatis irruente procella ſubornata ſimulatio dilectionis hypocritæ apparẽs, & non exiſtens inuenta eſt. Metientes enim ex fortuna perſonam conuerſi ſunt in arcum prauum pariter cum eis, qui ſupra dorſum innocentiæ fabricabant. Sed iuxta verbum B. Iob, lampas contempta apud cogitationes diuitum parata eſt ad tempus ſtatutum, atq; lucerna diu preſſa & obtenebrata ſub modio totum Occidentem ſerenius & glorioſius illuſtrauit. Sanè, ſi eſſet in eis, quæ omni Chriſtiano debetur affectio, reuerentiæ impenſioris officiũ paſtori debebatur afflicto. Quanto indigniora innocens tolerabat, tanto vberioribus obſequiis & honoribus dignus erat. Beatus equidem Iob glorioſior erat in ſterquilinio iacens, quàm circumſedente exercitu in ſolio ſedens. Reputabant vos ſua ſubiectione indignum, qui ex ipſa perſecutione veſtram penſare debuerant dignitatem. In omni enim dignitate nihil eſt dignius, quàm pro Eccleſiaſtica libertate honoris abiectio & contemptus. Solus itaq; aſcendiſtis ex aduerſo, & oppoſuiſtis vos murum pro domo Iſrahel. clamaſtis, & non erat, qui exaudiret. circumſpexiſtis, & non erat, qui adiuuaret. Sic imitator fortiſſimi Aioth iudicis Iſrahel ambidextri, per proſpera & aduerſa, per infamiam & bonam famam, à dextris & à ſiniſtris protectus ſcuto bonæ voluntatis à Domino veſtros labores conſummaſtis ad fructum, verè turris fortiſſima nomen Domini. Quis enim ſperauit in Domino, & confuſus eſt? permanſit in mandatis eius, & derelictus eſt? Sperent in te, qui nouerunt nomen tuum, quoniam non derelinquis quærentes te Domine. Tu enim cõſiliarius in duris, adiutor in opportunitatibus in tribulatione. In proſperis cuſtos, conſolator in aduerſis. In prima ſiquidem peregrinatione veſtra, ſicut ſæpius vobis ſcripſi, præſagiebat animus meus felicioris euentus auſpicium, fixum habens, quod perſeuerantia veſtra continuaret opus aſſumptæ fortitudinis ad triumphum. Sic animos electorum Dominus flagellis interrogat: ſic relinquuntur à Domino Cananæus, & cæteræ gentes, vt Iſraelem in eis erudiat. Duo enim nos affligunt, vitia & flagella. Per illa cognoſcimus quid de nobis ſcimus: per iſta, quid de mundo ſperare poſſimus. Flagellat autem Dominus iuſtum: flagellat & impium. Nam de flagello impij, dicit Dominus per prophetam. Plãga impij percuſſi te, & caſtigatione crudeli. Et rurſum. Quid clamas ſuper contritione tua? inſanabilis eſt plaga tua. Iuſtum verò ideò flagellat DEVS, & tàm proſpera, quàm aduerſa circa eum paterna moderatione diſpenſat, vt homo ſe cognoſcat, vt ſuos exceſſus corrigat, vt alios ſuo exemplo deterreat, vt virtus hominis innoteſcat, vt vexatio det intellectum ad cautelam, cautela verò ad coronam & gloriam cedat. Vnctione verò magiſtra, quæ docebat vos de omnibus, DEVS à primo peregrinationis exordio nos inſtruxit, & in lapide adiutorij cor veſtrum ſtabiliens, vos ad omnium iniuriarum tolerantiam conquadrauit. Tutius equidem excipit contumelias, qui ſcuto patientiæ ſe præarmat. Huius virtutis efficacia eſt, vt ſi quid durum acceſſerit, fortiter illud

Marginal notes: al. *monet.* — *Exod. 21. 6.* — *Job. 12. 5.* — *Job. 2. 8. & c. 29. 25.* — *Iud. 3. 15.* — *Ier. 30. 14.* — *Cur Deus iuſtos caſtiget.*

ſuſcipiat: quod non acceſſerit, lucrum æſtimet, & inter dura ſe durioribus dignum putet. Sunt ergo plurimi, qui hanc regni & Eccleſiæ pacem veſtris adſcribunt meritis, propter verbum illud Salomonis. Cum placuerint Domino viæ hominis, ini-
Prou.16.17. micos etiam illius conuertet ad pacem. Vos autem cautius & vigilantius prouidete, ne abroget ingratitudo, quod gratia prærogauit. Omnia, quæ vobiſcum miſericorditer operatus eſt DEVS, ei referatis ad gloriam, & non vobis. Abſit enim, vt
Deu.32.27. ſortem habeatis cum his, qui quandoque dicebant. Manus noſtra excelſa, & non Dominus fecit hæc omnia. Non ergo in arcu veſtro ſperetis, quia gladius veſter non
Rom.11.20. ſaluabit vos, ſed DEI dextera, & brachium ſuum, & illuminatio vultus ſui. Opti-
Prou.28.14. mum eſt ei, qui in alto poſitus eſt, non altum ſapere, ſed timere. Beatus enim, qui
Iob.9.28. ſemper eſt pauidus. Vbique verò periculoſa eſt ſecuritas: ideò S. Iob omnia opera ſua verebatur: qui cum eſſet deditus ſacrificiis, humilitati, hoſpitalitati, eleemoſynis; iuſtus, rectus, timens DEVM, licet eundem ad plenum Domini flagella pur-
Iob.21.15. gaſſent, ſuum tamen recogitans imperfectum dicebat. A facie Domini turbatus ſum, & timore ſolicitor. Sane ſecuritatis filiæ ſunt, negligentia, ingratitudo, ela-
2.Reg.24. tio. Hæ induxerunt regem Dauid, vt numeraret populum ſuum, conuerſumque
Iſa.38.8. eſt ei, & vniuerſo populo Iſrahel in ſingultum. Hæ regem Ezechiam, quem ho-
Iſa.39.2. norauerat Dominus in regreſſione Solis & fuga Sennacherib, ſubuerterunt, vt nunciis Merodach Baladan filij Balidan regis Babylonis, ad inanem gloriam oſtentaret domos aromatum, aurum & argentum, pigmentaria & vnguenta, & audiuit in continenti diuinæ animaduerſionis tonitruum. Terreat vos exemplum fi-
Iob.1.19. liorum Iob, quos in domo fratris ſui maioris conuiuantes & lætantes Satan interfecit: quod hodie ſpiritualiter impletur in his, qui prælati ſunt aliis ad cuſtodiam diſciplinæ, ſi hoſtis occultus eos inani lætitiæ vacare cognouerit. Nulla ergo vobis obrepat ſecuritas, ſed ſeruite Domino in timore, veſtroſque cogitatus iactate in eum, cui adhærere bonum eſt, ponere in Domino DEO ſpem ſuam, & horrere abominabiliter, quicquid ad pompam pertinet ſecularem. Stabilite ergo cor veſtrum in exercitio ſpirituali, in obſequio eius, qui nubilum perſecutionis, quo denigrata, ſed formoſa erat Eccleſia, ſerenauit, qui inter preſſuras eidem ex ipſis
H.l.7.de Trin. iniuriarum malleis coronam gloriæ fabricauit. Nimirum, B. Hilario teſte,
Gen.7.18. proprium eſt Eccleſiæ, vt tunc intelligat, cum arguitur, tunc obtineat, cum ſuperata videtur: tunc liberior ſurgat, cum eius liberatio deſperatur. Nam & arca
1.Reg.5. Noe inualeſcente diluuio tollitur in ſublime: & arca fœderis humiliata, Dagon confregit & Philiſthæos in poſteriora percuſſit. Quia igitur humanæ conditionis eſt dolere cum dolentibus, gaudentibus congaudere, & veſtræ perſecutioni anxios compaſſionis affectus impendi, totis medullis animæ congratulor veſtræ paci. Villa ſiquidem Andelia, quoties erumpebat ſeditio inter Reges, primos excipiebat hoſtilitatis incurſus, obnoxia iugo rapinæ & incendio: ſed nunc poſuit Dominus fines veſtros pacem, atque rerum veſtrarum ſummam colloca-
Pſal.33.11. uit in tuto. Præterea ſuſcepit Eccleſia veſtra non minimum ſui redditus incrementum. Inquirentes enim Dominum non minuentur omni bono, ſed ſemper faciet DEVS, etiam cum tentatione, prouentum. Veniſtis itaque portantes pacem, &
Phil.4.7. illuminantes patriam: & vtinam fiat pax in diebus veſtris. Sed pax vera pax DEI,
Ezech.13.10. quam nemo poteſt dare: non illa, de qua dicitur, pax pax, & non eſt pax: nam in pace huiuſmodi, ecce amaritudo amariſſima. Quæ eſt enim hæc pax, ſi quieſcit ancilla, & domina ſub iugo graui & degeneri ancillatur? Quæ vtilitas, quod caro à tribulatione malorum & dolore reſpirat, ſi nobili animæ, pro qua CHRI-

stvs mortuus eſt, malorum rotam ſolicitudinum labirynthus immittat? Quicunque ſpiritu Dei aguntur, teſte Apoſtolo, hi ſunt filij Dei, ideoque & filij pacis. Vbi enim pax, ibi Devs. Nam in pace factus eſt locus eius, ipſiuſque teſtimonio pacifici filij Dei vocabuntur. Annunciauit vobis Dominus annum placabilem, pacem ſuam dedit, pacem ſuam reliquit vobis, alteram foris, alteram verò intus. Agnoſcite, quæ à Deo donata ſunt vobis, & vtimini beneficio pacis indultæ, quia ſunt reliquiæ homini pacifico. Indignum planè omninò eſt & abſurdum, vt prænobilis anima deputata ſponſi cœleſtis amplexibus, oblita ſuæ originis, & illius, cuius imago eſt, ad mechanicos rapiatur affectus. Frequentius igitur exeatis in agrum cum Iſaac ad meditandum, deſcendite in hortos aromatum, vt guſtetis ſpirituales delicias, & gratiſſima colligatis lilia gaudiorum. De ligno vitæ percipite ſpirituales fructus, qui, teſte Apoſtolo, ſunt, caritas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas. Iſtorum fructuum ſunt quaſi acceſſio, & ſequela, reuerentia Devm diligentis, diligentia eum quærentis, ſapientia eum inuenientis, deuotio tenentis, gaudium perfruentis. Quieſcite igitur inter medias ſortes, inter præamabiles Rachelis amplexus, ibi vacate, & videte, quàm ſuauis eſt Dominus, & ab vberibus deſideratæ quietis nullus negotioſæ vitæ ſtrepitus vos auellat. Theſaurum conſcientiæ bonæ cautius abſcondatis, præfigentes eidem titulum, hoc impreſſiore ſigillo ſignatum. ſecretum meum mihi, ſecretum meum mihi. Et pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum cuſtodiat cor veſtrum, & intelligentiam veſtram, vt ſit animæ veſtræ forma pulchritudinis, & ſignaculum ſanctitatis, vt repleat in bonis deſiderium veſtrum Devs cordis veſtri, & pars veſtra Devs in æternum.

Rom. 8. *Pſal. 75. 3.* *Mat. 5. 9.* *Gen. 24. 63.* *Pſal. 67. 24.* *Gen. 29. 28.* *Iſa. 24. 16.*

EPISTOLA CXXXIX.

Ad R. Abbatem & conuentum Ciceſtrenſem.

Argvmentvm.

Implorat monachorum preces, vt dignè ſacerdotio initiari poſſit, cauſasq́ reddit, cur hactenus illud refugerit.

REVERENDO PATRI ET DOMINO R. DEI GRATIA ABBATI CIceſtrenſi, totiq; Conuentui eiuſdem Eccleſiæ, Petrvs Bleſ. Bath. Archid. ſalutem in auctore ſalutis.

DIv pulſatus ſum precibus, conſiliis, & monitis amicorum, vt in ſortem ſacerdotij tranſiens, ei, cui ſeruire regnare eſt, impenderem debitæ obſequium ſeruitutis. Reluctatus tamen hactenus ſacerdotium diſtuli: in eo enim conſideraui opera mea, & expaui. Quis enim etiam perfectiſſimus non formidet ſe diuinis immiſcere arcanis, ſe illius ineffabilis ſacramẽti exhibere miniſtrum, quod ſpiritus ſanctus conficit, cui angeli humili famulatu aſſiſtunt, quo diuinis terrena iunguntur, & quod in aſſumpti corporis vnionem recipit diuinæ præſentia maieſtatis? Reuerendo vertici Christi manum impoſiturus Baptiſta contremuit, princeps Apoſtolorum

In epiſt. 123. *Mat. 3. 14.* *Luc. 5. 8.*

Mat.8.8. miraculoſa piſcium captione perterritus, recede, inquit, à me Domine, quia homo peccator ſum, ſeque introitu CHRISTI Centurio putabat indignum. Qua igitur fiducia meritorum, qua mentis audacia contrectare præſumam vitam animarum, pretiũ mundi, angelorum panem? vbi, quanto dignior & eminentior eſt huius miniſterij gradus, tantò grauius imminet ex ipſius dignitate diſcrimen. Miſericordiæ Domini multæ, quia non ſum conſumptus: vt quid igitur contra prohibitionem ſapientis mittam me in peccata populi, & aggregabo mihi peccata duplicia? huc accedat innocens manibus & mundo corde. Vocatus à Domino tanquam Aaron, quem elegit ipſum. Nam etſi à corpore meo prohibeantur actus illiciti, de ſpurciſſimo tamen corde, quaſi de ſentina ſcatente cogitationum fœditas velut aura corrumpens exhalat. Denique vereor, ne cum debeam aliis in tempore iracundiæ fieri reconciliatio, prurientis conſcientiæ impoſtura mihi, & aliis obnubilet sereniſſimam CHRISTI faciem, & vſurpati auſus officij, nobis ſacrificium in ſacrilegium, & vitam conuertat in mortem. Tu igitur glorioſe, & ſemper glorificande IESV, non ſecundum miſeriam meam, ſed ſecundum miſericordiam tuam operare in me velle & perficere, quod beneplacitum ſit in oculis tuis, nec de meis exceſſibus tua iudicia æquilibres. *Pſal.129.3.* Si enim iniquitates obſeruaueris Domine, Domine quis ſuſtinebit? *Bleſenſis humilitas.* Volens itaque redimere dies meos, quos perdidi, quia perniotiosè & perdidè vixi, diſpoſui iugo Domini ceruicem ſupponere, laxiores vitæ ſalutare licentias, & cum eſſem liber in omnibus omniũ ſeruus eſſe. Tu verò Domine clementer aſpira, confirma quod in me trepidat, quod frigeſcit, accende, quod nutat conſolida, doce quod deſipit, erige quod deſperat, alliga quod vagatur, quod ſuperbit humilia, excita quod lenteſcit, illumina quod caligat. *Implorat aliorum preces.* Vos etiam dilecti Domini & amici mei, in quibus poſuit DEVS verbum reconciliationis, vt ordinetis teſtamentum eius ſuper ſacrificia, vt DEO placabiles hoſtias immoletis, quos ipſe fons chariſmatum copioſius irrigauit. vt iam in vobis virtutum flores erumpant in fructum: Vos, quos ſibi conſtituit genus electum, regalẽ ſacerdotium, vt ſitis corona gloriæ in manu Domini, & diadema in manu DEI noſtri; Vos, inquam, obſecro per miſericordiam CHRISTI, ſuccurrite mihi precibus, adiuuate me votis, ne ſub mole importabilis ſarcinæ ſuccumbat infirmitas vacillantis. Exigitur à me conſcientia pura, vita immaculata, fama integra, vt ſim CHRISTI bonus odor in omni loco. Hæc autem non merita hominis, ſed illius ſunt munera, qui vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt, cuius larga & effuſa benignitas diues eſt omnibus inuocantibus eum. *Rom.5.20.* tribuit enim abundanter, & non improperat, iuſtificans impium gratis, vt vbi ſuperabundauit peccatum, ſuperabundet & gratia. Omnium ſiquidem meritorum ſuffragio deſtitutus poſt DEVM, in vobis ieci & locaui meæ fiduciæ fundamentum: *Mat.15.22.* certiſſimè ſciens, quantum etiam in meritis fides, vel oratio proficiat aliena: *Ioan.11.43.* cum eius efficaciam in filia Chananææ, in Lazaro, in puero Centurionis & reguli, *Mat.8.6.* cæteriſque quampluribus frequenter euangelizet Eccleſia. *Ioan.4.47.* Sanè in CHRISTO omnes vnum ſumus, & ex vniformi connexione membrorum Eccleſiæ conſiſtens integritas indicit omnibus mutuæ communionis regulam, & indiuiſos caritatis affectus. Adiuro itaque vos in vnitate fidei, in Sanctorum communione, & in vnius confeſſione baptiſmi, vt imperfectum meum videant oculi caritatis veſtræ & orationibus veſtris ſupportetis infirmum, quem oneris magnitudo deterret. Apud CHRISTVM nunquam alicui deficit, quod per eum alij proficit: creſcit enim gratia ex impendio, & lecythus olei tanto plenius exuberat, quanto copioſius ex ipſo mater virtutum caritas, vaſis quæ of-

ferun-

feruntur infundit. Veſtra igitur oratio nunquam in terram vacua cadit, quia etſi non proſperatur ei pro quo mittitur, ſaltem in ſinum reuertitur ſupplicantis. Noueritis autem, quod ab incunte ætate ſemper in ſcholis, aut curiis militaui. Scholaſticus verò labor, licet ſit inefficax ad ſalutem: quædam tamen in ea mundana honeſtas eſt, & innocentia ſæcularis. At quicquid in curiis agitur, ferè peremptorium eſt ſalutis, ambitioſum, adulatorium, fictum, detractorium, ſubdolum, inuidum, crudele & impium, & generaliter temporalis quæſtus, & inanis gloriæ venatiuum. Hæc recordatus ſum, & effudi in me animam meam, quoniam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis. Ecce enim tabernaculum DEI cum hominibus, inſtar illius quod Moyſi in monte oſtenſum eſt. Hic primum altare eſt æneum, cor ſcilicet contritum & humiliatum, in quo beſtiales animi motus, & actus irrationales pœnitendo mactantur. Secundum altare ab omni æris rubigine alienum, auro rutilat caritatis. Nihil in eo carnale offertur, cum iam offerentis conuerſatio ſit in cœlis, cuius hoſtia eſt mens ſancta, deuota oratio, gratiarum actio, & vox laudis. Ad altare tertium, quod potius eſt propitiatorium, quam altare, non ſolummodo ſanctum eſt, ſed etiam Sancta ſanctorum dulci affectu, pura & defæcata intentione intrat ſacerdos cum ſanguine, iam verum ſanguinem agni immaculati offerens, & communicans paſſionibus CHRISTI. Vnde frequenter quadam beata extaſi exiens à ſe, & tranſiens in dilectum, vnuſque ſpiritus factus cum eo intra quaſdam diuinæ ſuauitatis experientias officium propitiatoris exequitur. dum per eum per quendam mediatorem DEI & hominum, his pro quibus ad DEVM intercedit, fructus propitiationis ex illa fruitione beata, ſed breuiſſima obtinetur. His indignum me iudicans, totus à vobis pendeo, totus vobis innitor. Rogate Dominum vnctionis, vt vngat me oleo miſericordiæ ſuæ: vnctio enim docet de omnibus: ipſa me doceat facere voluntatem DEI, captiuare totum intellectum meum in obſequium CHRISTI, fungi ſacerdotio, & offerre illi incenſum dignum in odorem ſuauitatis.

In Miſſa offertur verus ſanguis Chriſti.

1. Ioan. 2. 27.

EPISTOLA CXL.

Ad Petrum clericum Regis Angliæ.

ARGVMENTVM.

Hortatur Petrum Diaconum, vt repudiato ſtudio Iuriſprudentiæ, quod multis perniciem affert, totum ſe tradat Theologiæ ſacræ, & diuinarum litterarum lectioni, vitamque conuenienter Ordini ſuo inſtituat. Habes hic luculentum dogma de S. Euchariſtia.

M. PETRVS BLES. BATHON. ARCHIDIAC. DILECTO ſocio & amico ſuo Petro Clerico Domini Regis Angliæ ſalutem in eo, ſine quo non eſt ſalus.

DIVISVS es, & cor tuum in diuerſa diſtrahitur: varia enim deliberationum fluctuatione raptus, hæſitas, vtrum ad ſcientiam Legum, vel ad exercitium Sacræ Paginæ te conuertas. In hac perplexitate diſtinguit finis intentio: tendis enim ad vnum propter vanitatem ſæculi: ad alterum propter veritatem DEI. Æmulare ergo conſilio Apoſtoli chariſmata meliora, & in corde tuo deuoret draco Moyſi draconem Pharaonis, id eſt, veritatis

Rom. 12. 31.
Exo. 7. 12.

Pſal.13.4. ritatis ſcientia ſcientiam vanitatis. Non enim aſcendet in montem Domini, neque
Pſal.18.8. ſtabit in loco ſancto eius, qui in vano accepit animam ſuam. Scitis, quia lex Domini,
lex immaculata, conuertens animas. Iuſtiniana verò peruertit multos, & gehennæ fi-
Dan.7.4. lios facit. Quod ſub quodam ænigmate propheta inſinuans. Vocauit, inquit, iudi-
cium ad ignem, & deuorauit abyſſum multã. quod tunc euenit, cum iudices de pro-
funditate ciuilis ſcientiæ præſumentes contra ſe prouocant DEI iudicium, & iram
diuinæ animaduerſionis incurrunt. Vides, quàm imperſcrutabilis abyſſus, quàm du-
moſa ſylua, quàm immeabile pelagus ſit Pandecta, in qua ciuile ius continetur: cui
tota ætas hominis non ſufficit, cuius fructus totus in elatione & ambitione conſiſtit.
Verbum autem abbreuiatum fecit Dominus ſuper terram, vt propter ſcientiam ſa-
lutis & vitæ, iam te tranſalpinare non oporteat, aut maria tranſmeare. Nam, ſicut in
Deu.30.14. Deuteronomio legitur, Prope eſt verbum in ore tuo, & in corde tuo. Et Apoſtolo
Rom.10.8. teſte, regnum DEI intra nos eſt; quod non in ſermone, ſed in virtute DEI conſiſtit.
Luc.17.21. Duo ſanè ſunt, quæ hominem ad Legum ſcientiam vehementer impellunt, ambitio
1.Cor.4.20. dignitatis, & inanis gloriæ appetitus. Hi ſunt Rechab & Baana, quæ Iſboſeth dor-
2.Reg.4.6. mientem percutientes in inguine occiderunt. Lege ergo, quod Ordini, quod pro-
feſſioni tuæ conueniat, quod ab ambitionis æſtibus animum tuum reuocet, quod
vanitates & inſanias falſas procul à cordis tui affectione releget; vt in timore Domi-
ni, qui eſt initium ſapientiæ ad ſpiritualem intelligentiam, in qua eſt animæ ſalus, di-
2.Cor.10.5. ligens & deuotus aſſurgas. Arripe quæſo arma ſpiritualia, quæ teſte Apoſtolo, ca-
Epheſ.6.17. ptiuant totum intellectum hominis in obſequium CHRISTI. Aſſume gladium ſpi-
ritus, quod eſt Verbum DEI. Hæc ſunt arma Dauid, quibus expugnaturus Goliath,
Iac.3.17. arma Saulis grauiora reiecit. Hæc eſt Sapientia, quæ teſte B. Iacobo, deſurſum eſt. &
primùm quidem pudica eſt. deinde verò pacifica, quam pudica profeſſio deſpondet
2.Cor.11.2. vni viro virginem caſtam exhibere CHRISTO. Pacifica eſt, quę rogat, quę ad pacem
ABVSVS *Iu-* ſunt, & cum his, qui oderunt pacem, iubet eſſe pacificum. Legum verò ſcientia im-
riſprudentiæ. pudica eſt, quia meretricio more quæſtuaria eſt, & mercalis: & quicquid ſtudendo
congregauit ad nundinas vanitatis vili contractu venaliter & impudenter exponit.
Hæc vix vnquam pacifica eſt, quia ſemper litigat de contractibus vel quaſi, de male-
ficiis vel quaſi, de variis figuris cauſarum, de actionibus & obligationibus, de iudiciis,
de ſententiis, & appellationibus, & aliis, quæ cum ſopire lites debeãt, ſemper cineres
litium excitant iam ſopitos. Contra hanc ſapientiam Dominus in Euangelio palam
Matth.15.9. loquitur, & prouerbium nullum dicit. ſine cauſa, inquit, colunt me docentes doctri-
Iob 5.13. nas & mandata hominum. Et in Propheta. comprehendam ſapientes in aſtutia ſua,
& prudentiam prudentum reprobabo. Deniq; pro parte maxima leges ab Ethnicis
Pſal.49.1. inſtitutę ſunt: DEVS autem dedit legem vitæ & diſciplinæ. DEVS enim Deorũ do-
minus locutus eſt, & vocauit terram, vt homo, qui terra erat, fieret cœlum, & bene-
1.Cor.9.19. ficio legis igneæ, quam Dominus attulit de Seir, caro tranſiret in ſpiritum. Sapientia
Rom.8.6. quidem mundi ſtultitia eſt apud DEVM, & ſapientia carnis mors eſt. Apoſtolus enim
Coloſ.2.23. damnat ea, quæ ſunt formam quidem ſcientiæ habentia, ſecundum doctrinam ho-
minum, ſi non ædificant ad ſalutem. Humana itaque lex inflat, diuina ædificat. Pro-
feſſores illius ſapientes ſunt, vt faciant mala, bene autem facere neſciunt. Diſcipuli
huius mites ſunt & humiles corde, eoſque cuſtodit pax DEI, quæ exuperat omnem
ſenſum. Illi ſunt qui ſemper circueunt montẽ Seir, nec vnquã terram promiſſionis
introeunt. Iſti cum Apoſtolo nihil arbitrantes ſe ſcire, niſi CHRISTVM IESVM,
& hunc crucifixum viam vitæ quodam compendio ſcientiæ ſalutaris anticipant, &
quadam ſpirituali experientia, quàm ſuauis ſit Dominis, iam prægustant. Et quid

ſua-

ſuauius, quid iucundius ad exultationem, quid fructuoſius ad ſalutem, quàm com-
prehendere & amplecti fide, ſpe, & amore te DEVS? Scriptum eſt. Scire te DEVS, *Sap.6.14.*
ſenſus eſt conſummatus. Eminentiam huius ſcientiæ veritas manifeſtè inſinuat di-
cens. Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te Pater, & quem miſiſti IESVM *Ioan.17.3.*
CHRISTVM. Illi Hieruſalem ædificant in ſanguinibus, quorum flumina conuer- *Mich.3.10.*
tuntur in ſanguinem: ſcientia enim eorum & facundia tota vertitur in peccatum, &
impletur querela, quam proponit DEVS per Prophetam. Dedi eis, inquit, aurum & *Ezech.16.17.*
argentum meum, ipſi verò de auro & argento meo operati ſunt Baal. De auro ni-
mirum & argento faciunt idolum. Iſtis conueniunt verba illa blaſphemię. Labia no- *Pſal.11.8.*
ſtra à nobis ſunt, quis noſter Dominus eſt? Propter hoc dat eis DEVS cœlum æneum,
& terram ferream, vt ſint ſine affectione, ſine deuotione, vt ſint terra ſine aqua, qua- *2.Reg.1.21.*
ſi montes Gelboe, ſuper quos nec ros, nec pluuia deſcendit. Verba quidem lepida
plerunque habet, ſed ſunt folia ſine fructu, nugæ canoræ, & Syrenes, vſque in exi-
tium dulces. Mentior, ſi vnquam videris illius ſcientiæ Profeſſorem in ipſius exer-
citio fœlices exitus habuiſſe. B. Hieronymus fere vſque ad internecionem flagella- *H.epiſt.22.ad*
tus eſt ab angelo, quia Rhetorici lepore ſermonis illectus vanitati operam dabat. *Euſtoch.*
Caſtigans autem caſtigauit eum Dominus & morti non tradidit. Sanè lex Domini *Pſal.18.8.*
ſapientiam præſtat paruulis. ipſa ædificat, ipſa viuificat, ipſa illuminat. eſt enim præ-
ceptum Domini lucidum illuminans oculos: vt anima, quæ ad imaginem DEI fa- *2.Cor.3.18.*
cta eſt, iuxta promiſſum Apoſtoli, reuelata facie ſpeculetur gloriam DEI, & in ean-
dem imaginem reformetur à claritate in claritatem tanquam à Domini ſpiritu. Au-
di virtutem Sacræ Scripturæ, & efficaciam verbi DEI, ad cuius intelligentiam te
moneo in timore & tremore accingi. Veritas in Euangelio loquitur, dicens. Beati, *Luc.11.28.*
qui audiunt verbum DEI, & cuſtodiunt illud. Princeps etiam Apoſtolorum inter-
rogante IESV diſcipulos, vtrum abire vellent. Domine, inquiunt, ad quem ibi- *Ioan.6.68.*
mus? verba vitæ æternæ habes. Iterum, verba, quibus idem CHRISTVM DEI fi- *Matth.16.17.*
lium profitetur, non reuelat ei caro & ſanguis, ſed ſpiritus DEI Patris. Verba deni-
que DEI ita ſpiritualia & viuifica ſunt, vt ſint ſpiritus & vita, ipſo atteſtante, qui di-
cit. Verba, quæ ego loquor vobis, ſpiritus & vita ſunt. Sicut Apoſtolus dicit. Sermo *Ioan.6.63.*
DEI viuus eſt & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vſque ad *Hebr.4.12.*
diuiſionem animæ & ſpiritus, compagum quoque & medullarum: obtinet enim SACRÆ
vicem validiſſimæ pactionis, per quam eliminantur ab humano ſpiritu & purgan- *Scripturæ en-*
tur vniuerſi noxiales affectus. Et, vt experientia huius rei tibi faciat fidem: ſi tepi- *comia.*
dus es, ſacram Scripturam lege inſtantius, & ſcias, quia eloquium Domini inflam- *Pſal.118.140.*
mabit te. ignitum eloquium eius vehementer. ſi ambulas in tenebris, audies quid
loquatur in te Dominus DEVS in Euangelio & Prophetis. Eritque lucerna pe- *Ibid.104.*
dibus tuis verbum eius, & lumen ſemitis tuis. Si alicuius immunditiæ maculam con-
traxiſti, mundabit te ſermo CHRISTI. Iam vos, inquit, mundi eſtis, propter ſer- *Ioan.13.15.*
monem, quem locutus ſum vobis. Si te tàm grauis tentatio apprehendat, vt penè
moti ſint pedes, pene effuſi ſint greſſus tui, verbum DEI firmabit te, vt non cadas.
Quod enim amplius eſt, Verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis *Pſal.32.6.*
virtus eorum. Si es in mortali peccato, quod eſt mors animæ, ſacra lectio viuifica-
bit te, & implebitur, quod Dominus in Euangelio dicit. Venit hora, & nunc eſt, *Ioan.4.23.*
quando mortui audient vocem filij DEI, & qui audierint, viuent. Iſtudque indubi-
tabiliter ſcias quod Spiritus ſanctus vtrumq; teſtamentum edidit & expoſuit: vnum-
que alteri ineffabili ſapientiæ artificio coaptauit. ideoque Ezechieli prophetæ rota *Ezech.1.20.*
in rota apparuit, ſimulq; eleuabantur & incedebant rotę, eratq; ſpiritus vitæ in rotis.

Et

Et quis quæſo ſpiritus hodie in Legum Profeſſoribus dominatur? ſpiritus elationis, ſpiritus cupiditatis & iactantiæ, ſpiritus vertiginis & erroris. Reiecta ergo ſcientia, quæ in perniciem trahit, apprehende ſcientiam, quæ ædificat ad ſalutem. diſce, vt *Sapient.7.13.* doceas, vt cortina cortinam trahat: & qui audit, dicat, Veni. Sis imitator illius, qui dicit. Sine fictione didici, & ſine inuidia communico. abſit omnis fictio, quia Spiri-*Sap.1.5.* tus ſanctus ſemper diſciplinæ effugiet fictum. Gratis accipias, gratis doce. qui enim *Matt.10.8.* ſic fecerit, & docuerit homines, teſtimonio CHRISTI, magnus erit in regno cœ-*Dan.12.3.* lorum. Audi quæſo ſuper hoc teſtimonium Danielis. Qui docti ſunt, inquit, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Noli autem ſcrutari, quæ ſupra te ſunt, nec inanes cogita theorias, non diſputationum argutiis, nec verborum calumniis te diſtendas. Talia enim *1.Tim.6.3.* Apoſtolus interdicit ſcribens in prima epiſtola ad Timotheum. Si quis, inquit, aliter docet, nec acquieſcit ſanis ſermonibus Domini noſtri IESV CHRISTI, & eius, quæ ſecundum pietatem eſt doctrinæ, ſuperbus & languens circa quæſtiones & pugnas verborum, huius graue eſt iudicium. Audi quæſo, quid ſuper hoc Sapientia *Sap.1.1.* DEI in libro ſui nominis dicat. Sentite, inquit de Domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis quærite illum. Hodie varia eſt inter multos ſententiarum contentio: *Iſa.8.6.* factæque ſunt aquæ Siloës, quæ cum ſilentio currebant, aquæ contradictionis, apud *Num.20.13.* quas demeruerunt Moyſes & Aaron terræ promiſſionis introitum. Sic hodie apud multos carnes agni immaculati cõtra prohibitionem legis elixantur aqua, vel membratim diſcerpuntur ſæuitia beſtiali: igne ſiquidem aſſati debuerant, & ſi quidquam reſiduum eſſet, igne, id eſt, Spiritu ſancto fuerat comburendum. Non igitur de corde tuo vaticinari præſumas, ſed iuxta ſacri eloquij doctrinam vniuerſa diſcas & do-*Pſal.118.163.* ceas, orans cum propheta, & dicens. iuxta eloquium tuum Domine da mihi intellectum, non ſupra, non extra, non contra. ſunt enim, qui temere ſcrutantur alta DEI. *Prou.25.27.* Sed teſtimonio Salomonis, mel nimis comedenti non eſt bonum, & ſcrutator ma-*Eccl.7.24.* ieſtatis opprimetur à gloria. Et Eccleſiaſtes dicit. Sapiens efficiar, & ſapientia longè receſſit à me. Accedet enim homo ad cor altum, & exaltabitur DEVS. Mirabilis facta eſt ſcientia DEI, & non poteris ad eam. Proinde Doctor Eccleſiæ Paulus cum *Rom.12.3.* obſecratione nos admonet dicens. Dico per gratiam DEI, quæ data eſt omnibus, qui ſunt inter nos, non plus ſapere, quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. Alta nimirum ſapere, mors eſt, & facile periclitatur, qui ſe in eminenti conſiderans *Tob.12.7.* obſtupeſcit. Denique loquens angelus ad Tobiam. Sacramentum, inquit regis abſcondere bonum eſt: opera verò eius reuelare honorificum. Diſtingue ergo inter *Deu.33.28.* ſacramenta & opera. nam in Deuteronomio, cœli caligabant rore. & in pſalmo. te-*Pſal.17.12.* nebroſa eſt aqua in nubibus aëris, id eſt, obſcura eſt intelligentia in ſacramentis cœleſtibus, ſcriptiſque propheticis. In his verò, quibus operatus eſt DEVS ſalutem in medio terræ, vt exinanitio in formam ſerui, miraculorum coruſcatio, paſſio, reſurrectio, aſcenſio, quod fidem inſtituit, quod orare nos docuit, quod ad humilitatem, ad manſuetudinem, ad pœnitentiam, & ad miſericordiam nos verbo & exemplo inſtruxit, vult honorificari DEVS, & illic iter eſt, quo oſtenditur ſalutare DEI. Sacramentorum autem ratio & inquiſitio ceſſet, claudatur puteus, ne bos in eum aut aſi-*Amos 2.1.* nus cadat, ne perículosè nimis oſſa regis Idumææ redigantur in cinerem, & beſtia, *Hebr.12.20.* quæ montem tetigerit, lapidetur. Magna in ſacramentis eſt eminentia, intelligentia quorum fide potius expedienda eſt, quam adinuentione humana. Et vt, gra-TRANSVBSTANTIATIO. tia exempli, in vno ſacramentorum videas abyſſum profundiſſimam, & humano ſenſui imperceptibilem pane & vino tranſubſtantiatis virtute verborum cœleſtium in cor-

in corpus & ſanguinem CHRISTI, accidentia, quæ prius ibi fuerant, ſine ſubiecto remanent, & apparent. Cumq; corpus CHRISTI, caro ſit, & non ſpiritus, ſpiritum tamen, & non corpus reficit, ſpiritualiter paſcens atq; viuificans. Corpus idem apud nos eſt in diuerſis locis, quia in diuerſis altaribus contra naturam corporis: idem tamen corpus eodẽ tempore eſt in cœlis. licet enim ex natura corporali & circumſcriptibili ſit vno duntaxat in loco, tamẽ in pluribus locis eſt virtuali potentia, & ſpirituali modo. Tanta enim eſt vnio diuinitatis & carnis, quæ tota diuina & glorioſa facta eſt, vt ex plenitudine diuinitatis, quæ teſte Apoſtolo, corporaliter ibi habitat, illud corpus, licet in vno loco corporaliter & naturaliter, in pluribus tamen eſt diuina & ſpirituali virtute. Et, ſicut ipſe DEVS quamuis in pluribus, imò in omnibus locis ſit virtualiter & eſſentialiter, tamen ſecundum aliquem modum exiſtendi, id eſt, perſonaliter eſt in vno loco, id eſt, in ipſo homine aſſumpto per gratiam. ita quod diuinitatis eſt retribuit ineffabiliter corpori ſuo, vt ex vnionis virtute, & in vno homine ſit verbum, & in pluribus locis ſit illius corporis & ſanguinis incomprehenſibile ſacramentum. Gregorius in homilia Paſchali. Eodem momento & in cœlum rapitur miniſterio angelorum conſecratum corpus CHRISTI, & ante oculos ſacerdotis in altari videtur. Sicut autem diuinitas Verbi totum implet mundum, ita corpus illud in locis pluribus conſecratur. nec ſunt multa corpora, ſed vnum corpus, & vnus ſanguis. ideoque ſiue plus, ſiue minus quis inde percipiat, omnes æqualiter CHRISTI corpus integerrimè ſumunt. In his & ſimilibus ratio prorſus deficit: non deficit tamen fides, ſed attingit, quod non præſumit ratio; & quod mirabilius eſt ex rationis defectu fortius conualeſcit. Apprehendit fides per gratiam, quod non potuit ratio capere per ſeipſam. infirmatur ratio, vt ſit fortior fides. ratio ſuccumbit, vt fides amplius mereatur: nec inuidet ratio merito fidei, ſed libenter & humiliter acquieſcit. Quod enim fides meretur, non ſibiipſi meretur, ſed potius rationi. Sanè fides euacuabitur, & ratio permanebit. fides nimirum non eſt, niſi in via, ratio autem erit in patria perfecta & plena. ibi ratio ſeu ſcientia metet, quod nunc ſeminat fides, dignumque eſt vt ratio ibi fructum percipiat de merito fidei, quam adiuuat: dum ſe prorſus abnegans à ſeipſa hic deficit, vt quandoque fidei beneficio in ſe creſcat. Fidei igitur ſine contradictione conſentiens gratiæ DEI tota innititur, & dat gloriam DEO, ſciens ipſum poſſe facere, quod non poteſt ratio humana percipere. Pauca hæc tibi ſtylo reciſiore perſtrinxi, eo quod ſis diaconus, & ad ſacerdotij gradum in breui es aſpirante Domino aſcenſurus. Scis autem, quod diaconatui annexa ſunt, menſæ miniſterium, & annunciatio verbi DEI. Ad hoc enim Apoſtoli Diaconos elegerunt, vt menſis miniſtrarent, & nihilominus verbum vitę populo prædicarent. Audi ergò, qualem te eſſe oporteat, antequam aſcendas in montem Garizim, vt ibi cum filiis Aaron populo benedicas. Paulus in prima epiſtola ad Timotheum. Diaconos, inquit, oportet eſſe pudicos; intelligas, mente & corpore, vt vas ſuum in ſanctificatione & honore cuſtodiant, vt ſe in illa exerceant ſapientia, quæ pudica eſt & pacifica, non in illa, quę ſtulta eſt apud DEVM, & inimica DEO, quæ linguam hominis, ſeu potius animam, pro qua CHRISTVS mortuus eſt, vili commercio meretricia venalitate proſtituit. Propterea ibidem ſubiungit Apoſtolus, dicens. non bilingues, nec turpe lucrum ſectantes. in quo ſugillantur apertè, qui lingua præuaricatoria & duplici ſibi cauſas creditas produnt, & animas, in quarum pretium CHRISTVS innocentiſſimum ſanguinem ſuum dedit contractu damnabili ſupplicio ęternæ damnationis addicunt. Denique Leuitici ordinis gradus non ſolum extraordinarias abdicat vanitates, ſed exterminat etiam naturales affectus, vt non præſumat quis

Vide NOTAS.

Vide NOTAS.

Coloſ.2.9.

al. *ſit naturaliter.*

Gregor. in 4. dial. c. 58.

Actor.6.2.

Deu.27.12.

1. Tim.3.8.

Iac.3.17.

in eo miniſtrare, niſi prius in ipſo prorſus extincta ſit affectio parentelæ. Locutus eſt
Deu.33.9. enim Dominus ad Moyſen, dicens. Non ſeruiat mihi ſacerdos, aut Leuita, niſi prius
dixerit patri ſuo & matri, Non noui vos. Qua igitur conſcientia ſe præſumat lucris
immergere damnabilibus, & inextricabili ſollicitudinũ labyrintho, qui à carnalium
parentum cura diuinitus prohibetur? Rogo igitur & moneo te frater per virtutem
ſacramentorum cœleſtium, quibus in proximo daturus es profeſſionis manum, ſic
te præpara, ſic lege, ſic ſtude, ſic viue, ſic loquere & exhortare, vt voceris à Domino
tanquam Aaron, quem elegit ipſum, vt ad laudem ipſius fungaris ſacerdotio, dignumque offeras in odorem ſuauitatis incenſum. Vale.

EPISTOLA CXLI.

GVALTERVM.

Ad W. Rothomag. Archiepiſcopum.

ARGVMENTVM.

Conqueritur reditus ſui beneficij per quinquennium ab Elia quodam detentos, rogatque Archiepiſcopum, vt pro ſua auctoritate eum compellat ad faciendam reſtitutionem.

WALTERO. REVERENDO PATRI ET DOMINO W. DEI GRATIA Rothomag. Archiepiſc. ſuus P. Bleſ. Bathon. Archidiac. ſalutem, & in omni humilitate, ſi quid dulcius, aut deſiderabilius eſt ſalute.

Philip.4.1. CERTIFICATVS de incolumitate veſtra gratias ago gratiarum auctori. nam, vt verbo Apoſtoli vtar, viuo, ſi vos ſtatis in Domino; hæc eſt enim gloria & gaudium meum, & corona capitis mei. In eo verò, quod aliquid noui operis dignatio veſtra petiit à me, licet excuſatio mea præceſſerit, adhuc tamen ad pleniorem excuſationem mihi poteſt ſufficere, quod illa ſcribendi vrbanitas, quæ olim florebat in iuuene, nunc marceſcit in ſene. Vix enim gratia viroris reperitur in arbore, cuius radix exaruit. Præterea exaſperata iniuriis mens humana, potius in verbis ſequitur turbationis impetum quàm ſermonis ornatum. ex abundantia ſiquidem cordis loquor. Cor autẽ hominis quaſi vas plenum eſt, & quid intra ſe contineat, ex effuſione oſtendit. Domino Eliæ Capellano curam & cuſtodiam præbendæ meæ tanquam homini fideli & veraci com-
Pſal.11.2. miſeram: nunc autem cum Propheta querulari compellor. quoniam diminutę ſunt veritates à filiis hominum. Poſſum etiam interrogare cum CHRISTO & dicere. Cum
Luc.18.8. filius hominis venerit, putas inueniet fidem in terra? Nihil equidem dico in ſugillationem illius, licet famam ipſius plurimum denigrare videatur, quod quinque annis & amplius de præbenda mea nihil reddidit, fideiq; & modeſtiæ ſacerdotalis oblitus, non ſolum irrogat mihi damnum, ſed hanc ipſam iniuriam mihi cedere, facit in opprobrium & contemptum. Frequenter illuc mitto nuncios, eoſque ſemper remittit vacuos & inanes. Bene eis loquitur, ſed ex voce nullum ſequitur opus, quia vox eius
Gen.27.22. vox Iacob, manus autem manus Eſau: leuiuſq; profecto extorquerem clauam de manu Herculis, quàm denarium de manu ipſius. Non rapinam arbitratur mea rapere, verbiſq; contumelioſis me afficere: ſuum enim exceſſum hac ſola excuſatione colorat, quod magnis aliunde abundo reditibus, quaſi damni dati iniuria non poſſit infligi diuitibus, aut in vſus honeſtos erogari non poſſint, quæ à locupletioribus poſſidentur.

dentur. Sanè multi æſtimantur diuites,qui verè ſunt pauperes: licet enim eis diuitiæ affluant,ipſi tamen cor ſuum diuitiis affluentibus non apponunt. Denique Dauid in *Pſal.44.11.* regali ſolio conſtitutus.inclina,inquit,Domine aurem tuam,& exaudi me,quoniam inops & pauper ſum ego. Credo diuitias eſſe commendabiles ex honeſta occaſione quæſitas,ſi ſine luxu expendantur,in quantum exigit moderata neceſſitas. Abraham diuitias poſſedit ad vſus licitos, multiq; Sanctorum Patrum in temporalium largitione effuſi ſibi theſaurizauerunt in cœlo. Heu heu, cum ille, qui ſua non largitur *Matth.25.41.* pauperibus,damnetur à CHRISTO: quid de illo fiet, qui rem fratris ſui retinet, & *Luc.16.22.* viuit ex rapto? Qua præſumptione ſacrificium offeret in altari, quamdiu frater eius aduerſus eum aliquid habet? Non poteſt bibere calicem Domini,& calicem dęmoniorum. *1.Cor.10.21.* Quomodo verbum illud vulgare euadet: non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum? *Aug.epiſt.54.* Qualiter iuxta doctrinam Apoſtoli leuabit manus puras ſine diſceptatione ad DEVM, *14.q.6.c.1.* qui me ad materiam diſceptationis inuitat? Habeo ſiquidem *1.Tim.2.5.* litteras Summi Pontificis contra ipſum. mihi tamen ſeni videtur abſurdum contra ſenem & fratrem meum occaſionẽ ſcandali ſuſcitare. Nam, vt verbo Apoſtoli vtar, ego iam delibor, & in me reſponſum mortis accepi: & nihilominus mors in ianuis *2.Tim.4.6.* eſt,dicente Apoſtolo;omne quod antiquatur & ſeneſcit,prope interitum eſt. Ambo *Hebr.12.13.* ſentimus præambulos mortis, defectus videlicet ſenſuum & moleſtias ſenectutis. Quantò receſſimus longiùs à die natiuitatis noſtrę,tanto propinquiores mortis termino facti ſumus. *Eccl.9.12.* Teſtimonio enim Salomonis,neſcit homo finem ſuum, ſed ſicut piſces capiuntur hamo, & aues laqueo, ita homines tempore malo. Vtriq; noſtrum modicum vitæ reſtat,& illud nõ ſtat. in proximo dicemus ſæculo, Vale; & relinquemus inuiti, quæ nunc pertinaciſſimè retinemus. Domina enim auaritia, quæ maiorem in ſenibus ſolet exercere tyrannidem, teſtimonio Zachariæ, ipſa eſt oculus eorum in vniuerſa terra. *Zach.4.6.* Et eodem teſte. à maiore vſq; ad minimũ omnes auaritiæ ſtudent. *Ierem.6.13.* Hæc procul dubio eſt hydria Samaritanæ, de qua,qui biberit,ſitiet iterũ. quicquid enim deſiderari poteſt, *Ioan.4.28.* ſatiare non poſſet humanæ cupiditatis hiatum. Quantò glorioſius ſenes ita iuſtè & honeſtè viuerẽt,& requieſcerẽt, in ſenecta vberi,vt eſſent aliis odor vitæ in vitam,iuſtitiæ forma, & eruditio ad ſalutẽ. Scriptum namq; eſt. corona iuſtitiæ eſt ſenectus, quæ in viis iuſtitiæ reperitur. *Prou.16.31.* Video valetudinarios ſenes, quorũ conſumptis carnibus, pellibus os adhæſit, eiſq; ſolũ videtur ſupereſſe ſepulchrum. membra frigeſcunt, cupiditas feruet, caro ſenectute opprimitur,& ambitio iuueneſcit, vix imponet auaritiæ finem vitæ finis. ardebit in eis quidã pœnalis infernus,donec fodiatur peccatori fouea,donec in operibus manuum ſuarũ comprehendantur peccatores,& deſcendant in infernum viuentes. Subito enim anima,quæ tota temporalium deſideriorũ feruoribus æſtuabat, in diuortio ipſius & carnis exiens, nuda & miſera, onerata peccatis, & ab Eccleſia beatorum perpetua excommunicatione præciſa in æternæ noctis horrorem,& in chaos terribile detrudetur. In illa die peribunt omnes cogitationes illius,& cognoſcetur Dñs iudicia faciens,cuius monita intelligere noluerunt. Quia igitur horrendũ eſt incidere in manus DEI viuentis, adiuro vos per illum diſtrictiſſimum iudicem,qui etiã iuſtitias iudicabit, vt iuſtitiam meam in iudicium conuertatis,vt veſtra ordinaria iuriſdictione ex officio Iudicis rogare velitis,quę ad pacẽ ſunt. Dedit enim vobis Dñs linguam eruditam,vt corrigatis errantes,ſed & lingua veſtra clauis cœli facta eſt. Deniq; conſtituit vos Dominus inter meſſores angelos,vt omnia ſcandala tollatis de regno DEI,quæ eſt Eccleſia,quatenus *Gelaſ.ep.1. ca.* ſecundum regulas iuſtitiæ, quæ reddit vnicuiq; quod ſuum eſt, mea mihi reſtituãtur. *16. ca.generalis.diſt.54.* Nihil enim deperit vtilitatibus Eccleſiaſticis,ſi quæ ſunt aliena reſtituãtur.

EPISTOLA CXLII.

Ad P. Priorem & Conuentum de Euesham.

ARGVMENTVM.

Conſolatur monachos vehementer afflictos: hortaturque eos, vt patienter afflictionem ferant, & inſtruit quomodo gerere ſe debeant.

DILECTIS FRATRIBVS ET AMICIS P. PRIORI ET Conuentui de Eueſham, P. Bleſen. Londonienſ. Archid. ſalutem, & ſi quid dulcius, aut deſiderabilius eſt ſalute.

AFFLICTIONI veſtræ totis animæ pręcordiis, & intenſa caritate compatiens epiſtolam vobis conſolatoriam ſub aliqua ſtyli vrbanitate decreueram ſcribere, ſed quia turba negotiorum mihi iugiter tumultuosè incumbit, totus fere abſorptus ab eis, aut non ſum mecum, aut diuiſus & diſtractus ſum, & ſic diſſipatæ ſunt cogitationes meæ torquentes cor meum, vt vix, non dicam epiſtolam poſſim ſcribere, ſed breue breuiſſimum.
1.Cor.12.8. Vos autem, qui ſpirituales eſtis, quorum vnicuique data eſt manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem in huius tempeſtatis æſtuante malitia, nouiſtis, qualiter vos oporteat conuerſari, & luctari cum mundo.
1.Ioan.5.19. Mundus enim in maligno poſitus eſt, plenus laqueis, plenus ſcandalis & peccatis, circumſeptus periculis, prauis colloquiis, iniquis conſiliis, exemplis peſſimis, & mortibus animæ infinitis.
Epheſ.5.16. Proinde redimamus tempus, quia dies mali ſunt: nec poterit vobis deeſſe ſolatium, ſi velitis feruenter inſtare orationi, ſacræq; Scripturæ. Porrò neceſſe eſt vt veniant ſcandala, & probentur corda hominum, atque inter flagella Domini præbeat improuidis vexatio intellectum.
Epheſ.2.4. Omnes equidem filij iræ ſumus, & ſi Dominus nobis iratus appareat, nos amorem eius, non odium æſtimantes ipſius flagellum cum æquanimitate portemus.
Mich.7.9. Verbum Prophetæ eſt. Iram Domini portabo, quia peccaui ei. Flagellat nimirum Dominus, quem corripit, & in ſuis verberibus nobis memoriam abundantiæ ſuæ ſuauitatis abſcondit, vt quos facit humiles, ſibi conſeruet amabiles. Vult enim, vt de patientia noſtra quaſi de ligno vitæ fructus ſpirituales, & iuſtitiæ manipulos colligamus.
Gal.5.22. Sunt autem fructus ſpiritus, teſte Apoſtolo, caritas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas. omnibus his priuatur, qui ſuſtinentia caret.
Eccli.2.16. Propter quod Salomon dicit. Væ his, qui ſuſtinentiam perdiderunt. Suſtinentia ergo eſt, patienter flagella Domini ſupportare, quibus nos erudit ad ſalutem. Deiicit enim, vt erigat, vulnerat vt ſanet, vt preſſura vertatur in gratiam, & afflictio in coronam, vt qui prius flagellatus fuerat, cum Propheta decantet.
Iſa.12.1. Confitebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi, conuerſus eſt furor tuus, & conſolatus es me.
2.Cor.12.8. CHRISTVS itaque purgationem peccatorum faciens purgat quos diligit ſalutaribus monitis, tentationibus & flagellis. Quod enim Dominus per Satan colaphizari permiſit Apoſtolum, fecit eum audire. Quia virtus in infirmitate perficitur. Qui & de ſeipſo dicit. quando infirmor, tunc fortis ſum & potens. Vtinam ſic nos corrigat, & emendando emundet, vt non
Pſal.88.45. deſtruat: nec ſera pœnitentia nos oporteat querulari & dicere. Deſtruxiſti nos ab
Ezech.24.12. emundatione. Et illud. multo ſudore ſudatum eſt, & non exiuit de ea rubigo. Et rur-
Ierem.5.3. ſus. Percuſſi eos, & non doluerunt. Dolete igitur & plangite ſaltem diſpendia ſpiritualis

tualis exercitij. Ex hac enim turbatione perditis quietiſſimos Rachelis amplexus, diuinæ ſuauitatis experientias, & beatæ contemplationis exceſſus. Quomodo namque mens hominis perplexa & anxia, & humanis ſolicitudinibus intricata inhærebit, aut cogitabit æterna? Sunt autem huius mali occaſio quidam inter conuerſos peruerſi, inter columbas corui, angues inter anguillas, ſuſurrones, detractores DEO odibiles. Hi vt habeant materiam equitandi, ſeminant zizania inter fratres, concinnant dolos, faſtidiunt manna, ſanguineas dapes appetunt, menſuramque Gomor in ollas carnium, atque in allia & pepones Ægypti conuertunt. Sic abominantes clauſtralis paradiſi delicias exeunt, & poſt ſe trahentes ſeculum, quod reliquerant, forenſibus ſe ingerunt conſiſtoriis, atq; in viarum diſcurſibus, & in tumultibus curiarum, quicquid in clauſtro meruerant damnabili commercio, pro æterna perditione commutant. Denique facti transfugæ, & emanſores à clauſtro effrenes, vagi, & Sarabaitæ, dantur in reprobum ſenſum, vt iam nec animæ diſcrimen attendant, nec vereantur infamiam, nec tremenda DEI iudicia timeant, donec fodiatur peccatoribus fouea, & pœnitendi facultate prorſus ablata, à DEO perpetua excommunicatione præciſi corruant in gehennam. In tantæ igitur neceſſitatis articulo, pſallite ſapienter, orate feruenter, inſtate vigiliis, ignitis compunctionibus, iubilationibus, arcanis lacrymis, gemitibus, diſciplinis. Sic autem Dominus hanc procellam conuertet in auram, & abſque dubio diuinum ſentietis auxilium, quibus denegatur humanum. Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum. nec mentietur veritas, quæ ſub iureiurando firmauit, dicens. Amen amen dico vobis, ſi quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Quis ergo negligat pacem petere, niſi qui eam renuit impetrare? Corrigite quæſo, & in DEVM dirigite vias veſtras, quia teſtimonio Salomonis, cum placuerint viæ hominis DEO, tunc inimicos eius conuertet ad pacem. Obſecro autem vos per miſericordiam DEI, vt erga paſtorem veſtrum, qui pro communi libertate tàm periculoſæ viæ diſcrimini ſe expoſuit, fidelem & ſincerum, atque indiuiſibilem habeatis affectum. Sitis etiam inter vos vnanimes, & vnius moris in domo: nec ſint in vobis ſchiſmata, ſed vnitas ſpiritus in vinculo pacis. vbi enim eſt pax, ibi eſt DEVS. in pace factus eſt locus eius. Omnis equidem congregatio, vel conuentus debet eſſe cithara Dauid, vbi multæ & diuerſæ chordæ regulari moderatione, quaſi plectro, de compoſitione diuerſarum mentium dulciſſimæ faciunt harmoniæ concentum. Si ſit ibi chorda, quæ raucè ſonet, aut ſtrepat, ne inducat diſcordiam, omninò ad conſonantiam reducatur. Miror autem, & conqueror, quod apud Dominum Cantuarienſem virum magnæ prudentiæ & conſilij præcellentis nullum ſuper hac turbatione remedium inueniſtis. Solet enim quandoque deſperatas lites compeſcere, & inexorabiles magnatum diſcordias in gratiam reformare. Vtinam verò nullam haberetis fiduciam in Romanis. Nam, vt aliqua quæ in libro experientiæ legi ſub ſilentio claudam, illud poſſum vobis ad memoriam reuocare, quod Machabæorum Principes, quamdiu in Domino confiſi ſunt, de hoſtibus ſuis reportauere titulos triumphales; at ex quo inierunt fœdera cum Romanis miſerabiliter in prælio corruerunt. Vos autem confidite in Domino. Qui enim confidit in eo, non confundetur. Turris fortiſſima nomen eius. CHRISTVS heri, & hodie, & in æternum. nec abbreuiata eſt manus eius, vt ſaluare non poſſit. Petite tantummodo in nomine Saluatoris: promitto enim, quod nullam apud eum patiemini repulſam, ſi ſalutaria poſtuletis.

Pſal. 109. 4.
Ioan. 15. 16.
Prou. 16. 7.
Pſal. 75. 3.
Dan. 3. 4.

EPISTOLA CLXIII.

Ad C. Archiepiſcopum Moguntinum.

ARGVMENTVM.

Moguntinum Archiepiſcopum per veterem in ſcholis olim initam amicitiam obſecrat, vt omni ope cum aliis imperij Principibus nitatur vinculis eximere Regem Anglorum Richardum ab Auſtriæ Duce & Imperatore captum.

CONRADO. REVERENDO PATRI ET DOMINO C. DEI GRATIA MAGVNTIno Archiepiſcopo P. Bleſ. Bath. Archid. ſalutem in auctore ſalutis.

QVIA quandoq; in ſcholaribus caſtris militauimus ſub eodem Doctore, & ex diutina eiuſdem hoſpitij cohabitatione ſocialis amicitiæ, iura cõtraximus, fiducialius vobis ſcribo. Excurſus enim modici temporis noſtro non præſcribit amori: nec apud me mutationem veſtri ſtatus agnoſcit affectio. Sanè poſtquam deſideratiſſimam faciẽ veſtram nouiſſimè vidi, vos in Archiepiſcopalis eminentiæ gradum diſpenſatio diuina promouit. Sed, ſi bene recolo, quàm ſolida ſemper apud me fuerit fidei veſtræ, & amoris integritas: certus ſum, quod honoris aſſumptio circa ſtatum amicitiæ veſtræ nullum præiudicium mihi facit. Cum itaq; hinc amor audaciam loquendi mihi pariat, inde verò ad planctũ & gemitũ dolor ſingultuoſus vrgeat violẽter, indulge mihi, *Mat. 12. 34.* ſi in aliquo verbo ſobrietatẽ modeſtiæ, & limites honeſtatis excedo. ex abundãtia. n. cordis os loquitur. nã in amaritudine eſt anima mea, quę totũ huius epiſtolæ curſum mihi de doloris attramẽtario ſubminiſtrat. Quis verò inter communes lacrymas dolorem diſſimulet, aut ſupprimat planctus, vbi clerus dolet, lamentatur religio, gemit populus, nobilitas anxiatur? Vbi poteſt omni mœrore non plangi, qui colitur & fouetur amore communi? decidit corona capitis noſtri, & in luctum verſus eſt chorus noſter. Rex noſter in frixorio eſt, & occaſione illius in quamplures prouincias huius malitiæ ſartago deſæuit. ſuo Domino patienti contabeſcit & commoritur vniuerſitas, & per compaſſionem afflictio capitis in membra diſcurrit. Vir ſanguinum & cruentæ conſcientiæ Dux Auſtriæ non eſt veritus in CHRISTVM Domini ſacrilegas manus iniicere, & pedes calceatos in Euangelio pacis ferreis humiliare cõpedibus. Terribilis in iudiciis DEVS deſtruat illum in finem, & euellat de tabernaculo ſuo, & radicem eius de terra viuentium, pro eo, quod non eſt recordatus facere miſericordiam, ſed perſecutus eſt hominem innocentem & peregrinum adhuc in obſequio crucifixi & in procuratione Reipub. conſtitutum. Cum enim pro teſtamento DEI labores anxios tolerаſſet, exhauſtis bellicis ſudoribus & expenſis ad propria remeabat, vt denuò maius teſtimonium redditurus prudentiore cõſilio, & felicioribus auſpiciis viã ſecundæ peregrinationis inſtrueret. Et nunc Reges intelligite, reminiſcimini, qui iudicatis terrã, ſi vnquã ab infantia naſcentis Eccleſiæ aliquis rex pacificus, fidelis, innocens, peregrinus, tàm ſubdolè captus, tam malitioſè detentus, tã crudeliter eſt vẽditus, tàm indignè afflictus, & cũ populis ſuis tàm cupida & deteſtabili exactione grauatus. Vbi eſt lex naturæ? vbi eſt æquitas? vbi peregrinorum reuerentia, quos etiam CHRISTI crucifixores venerati ſunt? dum in agrum figuli ob peregrino-*Mat. 27. 7.* rum ſepulturam CHRISTI vẽditi pretium tranſtulerunt? Porrò cum Abraham pere-*Gen. 20. 14.* grinaretur in terra Chanaan, rex Abimelech ei gratiam plenæ humanitatis exhibuit. Iacob

Iacob apud Laban. Moyſes apud Iethro. Dauid apud regem Achis; & cæteri Patres *Gen. 29.*
antiqui nondum acceptis repromiſſionibus, ſed longè eas aſpicientes & cõfitentes, *Exod. 2. 21.*
quia eſſent peregrini & hoſpites ſuper terram, apud barbariem gentium multiplex *1.Reg.21.10.*
ſuæ peregrinationis ſolatium inuenerunt. Et qui eum vẽdidit, & qui emit in ſortem Iudæ Iſcariotis, & in maledictione fraudis Iudaicæ reputetur, vt ſit cum eis ipſorum pecunia in perditionem: cum Dathan & Abiron terra eos viuentes abſorbeat, ſucceſſores Iudæ, filios auaritiæ, ſeruos mammonæ, ſemen Chanaan, genimina viperarum, membra diaboli, miniſtros Satanæ, præambulos Antichriſti. Sæuiente in populos iſtorum tyrannide publica mortalitas inualeſcit, vrbes euacuantur peſtilentia & fame, quę ſuperueniunt vniuerſo orbi. nec diſſimulare poſſumus, aut tacere, quod
iuxta verbum Apoſtoli, iam myſterium iniquitatis Antichriſtus operatur, vt reue- *2.Theſ.2.7.*
letur in tempore ſuo: abundat enim iniquitas, & refrigeſcit caritas multorum. Optimus eſt, qui non eſt nimis malus. In argumentum aduẽtus illius filij perditionis generaliter mundus in maligno poſitus eſt, deſæuit morbus peſtilens, & edulitas inua-
leſcit. Legitur, quod mors cum eo eſt, & faciẽ eius præcedit egeſtas. Nobis in germa- *Iob.41.13.*
na Germania hæc mala germinant vniuerſis. Heu heu Principes Aquilonis. verè ab
Aquilone panditur omne malum. Sed hoc malum Regi noſtro bene vtenti conuer- *Ier.1.14.*
tetur in bonum. Nam iudex innocentiæ DEVS faciet in proximo iudicium iniuriam patienti, faciet miſericordiam Dominus CHRISTO ſuo. zelus Domini exercituum faciet hoc, & ſcient omnes, quia ſunt reliquiæ homini pacifico. Domine in virtute tua lætabitur Rex. iuſtus de anguſtia ſua liberabitur: cadet autẽ impius in laqueũ, quem tetendit, & in verticem ipſius iniquitas eius deſcendet. O rubigo animarum auaritia, o tinea cordium cupiditas, quæ ſic homines excæcaſti, vt DEI & iudiciorũ eius obliti, neq; ſuæ parcerent animæ, neq; famæ. conſumetur quidem pecunia, ſed nota pro-
ditionis non delebitur. Tanti ſceleris immanitas deriuabitur ad poſteros, & in vngue *Ier. 17. 1.*
adamantino hæc iniquitas ſcribetur. Filij plorationis æternæ non de fiſcali ærario, *Lege G. Neu-*
non de theſauris regalibus hæc accipiunt, ſed de patrimonio crucifixi, de ſuſtẽtatio- *brig. l. 4. rerũ*
ne pauperum, de viduarum lacrymis, de ſubſtantia religioſorum, de pupillorum ali- *Anglic. c. 35.*
mentis, de dotibus virginũ, de Eccleſiarum vtẽſilibus, de crucibus, de calicibus con- *Paris. Polyd.*
ſecratis. Quot ſolidos ſibi congregant, tot accumulant ſibi maledictiones, tot inter- *& alios.*
minabiles cruciatus ſibi in die iræ terribilis theſaurizant. Quicquid ad decorem domus DEI venerandæ antiquitatis munificentia erogauit, nunc inexplebilis auaritiæ hiatus abſorbet, vt hæreditate poſſideant ſanctuarium DEI, & tot ſacrilegiis execrabiles fiant, quot in partibus Occidentalis Eccleſiæ prophanantur. Exurge igitur homo DEI, exurgant & alij Patres conſcripti, quibus dati ſunt gladij ancipites in manibus eorum. ſuccurrite plagę Eccleſiæ, arripiat iudiciũ manus veſtra, & euaginato lin-
guæ gladio zelũ, quem Petrus in Ananiam & Sapphirã cenſus Eccleſiaſtici frauda- *Act. 5.*
tores exercuit, in publicos Eccleſiarũ prędones & inuaſores ſacrilegos exercete. Rex illuſtriſſimus catenis carceralibus, & fame torquetur. ferrũ pertranſiit animam eius: ſedet enim in mendicitate & ferro, & non eſt qui moueatur ſuper contritione Ioſeph. Palleſcit ieiunio ſpecioſa facies victualibus interdictis, virtuſq; corporis in robur animæ migratura, & vernans in facie decor natura ſuccumbente marceſcit. Si qua ergo in vobis benignitas, ſi quod ſolatiũ caritatis, ſi qs reſpectus ad CHRISTVM, ſi qua viſcera miſerationis, ſi qua memoria iudiciorum DEI, excitetur in vobis piæ compaſſionis affectus. Aſcendite ex aduerſo, curſumq; tam deteſtabilis ſacrilegij cohibeat Pontificalis auctoritas, ne veſtri Principes malignentur in ſancta, ne diutius Occidentales populi doloribus intabeſcant & fletu, ne de manu veſtra ſanguis innocens requiratur. Vale.

EPI-

EPISTOLA CXLIV.

Ad Cæleſtinum Papam.

ARGVMENTVM.

Aleonora Angliæ regina Papæ opem miſerabiliter implorat pro liberatione Regis Anglorum Richardi filij ſui.

REVERENDO PATRI, ET DOMINO CAELESTINO DEI GRAtia Summo Pontifici A. in ira DEI regina Anglorum, Duciſſa Normanniæ, Comitiſſa Andegauen. miſeræ matri exhibere ſe Patrem.

SILERE decreueram, ne inſolentiæ & præſumptionis arguerer, ſi fortè aduerſus Principem ſacerdotum verbum aliquod minus cautum abundantia cordis, & vehementia doloris eliceret. Sane non multum ab inſania differt dolor, dum in impetu ſuæ accenſionis eſt, Dominum
al. acceſſionis. non agnoſcit, ſocium non veretur, nec defert, nec parcit alicui, ſed nec tibi. Nemo ergo miretur, ſi verborum modeſtiam vis doloris exaſperet, iacturam
al. intolerabiliter. enim plango publicã: ſed & familiaris dolor in ſpiritus mei præcordiis incõſolabiliter radicauit. ſagittæ.n. Domini in me ſunt, quarũ indignatio ebibit ſpiritum meum.
Job.6.4. Gentes diuulſæ, populi lacerati, prouinciæ deſolatæ, & generaliter tota Occidẽtalis Eccleſia cõfecta lamẽtis in ſpiritu cõtrito & humiliato ſupplicant vobis; quẽ conſtituit DEVS ſuper gẽtes & regna in omni plenitudine poteſtatis. Afflictorũ quaſo clamor introeat in aures veſtras: calamitates enim noſtræ multiplicatæ ſunt ſuper numerum. Nec iſta diſſimulare poteſtis citra criminis & infamię notam, cum ſitis Vicarius crucifixi, ſucceſſor Petri, ſacerdos CHRISTI, CHRISTVS Domini, DEVS etiam
Exod.7.1. Pharaonis. De vultu tuo Pater iudicium prodeat, oculi tui videant æquitatem. De arbitrio veſtro & de clementia veſtræ ſedis pendent vota populi, & niſi maturius arripiat manus veſtra iudicium, tota redundabit in vos tragœdia huius mali: cum ſitis pater orphanorum, & iudex viduarum, mœrentium & dolentium conſolator, & omnibus ciuitas refugij. in tanto cumulo miſeriarum vnicum & commune omnibus expectatur de veſtræ poteſtatis auctoritate ſolatium. Filij Iſrahel Moyſen, cuius agitis vices, conſultabant in duris, & ad tabernaculum fœderis confugiebant in anguſtiis ſuis. Rex noſter in arcto eſt, & vndique anguſtiæ premunt eum. Videte ſtatum, aut potius caſum regni, malitiam temporis, tyranni ſæuitiam, qui de fornace auaritiæ arma iniquitatis inceſſanter fabricat contra Regem, quem in ſancta peregrinatione, in protectione DEI cœli, & tuitione Romanæ Eccleſiæ captum, & vinculis carceralibus coarctatum tenet, occiditque terrendo. Contemnit enim DEVM, & terribilia iudicia eius, prædæ incubat, & non eſt qui de manu eius poſſit eruere. Si Eccleſia Romana comploſis manibus ad tantas iniurias CHRISTI ſilet, & exurgat
3. Reg.18. DEVS, & iudicet cauſam noſtram, reſpiciat in faciem CHRISTI ſui. Vbi eſt zelus
Mat.14.4. Eliæ in Achab? zelus Ioannis in Herodem? zelus Ambroſij in Valentem? zelus Alexandri tertij, qui, ſicut audiuimus & vidimus patrem iſtius Principis Fredericum plena auctoritate Apoſtolicæ Sedis ſolenniter & terribiliter à fidelium communione præcidit? Porrò tyrannus Apoſtolicas claues habet ludibrio, nec niſi verba reputat

putat legem DEI. Sed tanto conſtantius deberetis arripere gladium ſpiritus, quod eſt verbum DEI. Scriptum eſt enim. Qui vos ſpernit, me ſpernit. ideò ſi veſtram non *Luc. 10. 6.* vultis, aut Eccleſiæ Romanæ iniuriam perſequi, vobis tamen diſſimulare non licet Petri opprobrium, & iniuriam CHRISTI. Non ſit ergò alligatum in ore veſtro verbum Domini, nec in vobis timor humanus obruat ſpiritum libertatis. Tolerabilius *Dan. 13. 13.* eſt incidere in manus hominum, quàm derelinquere legem DEI. Confidunt in virtute ſua, & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur inimici crucis CHRISTI, quorum finis interitus, & gloria eorum in confuſione. Quicquid Eccleſiarũ & pauperum neceſſitati ſubtrahitur inſatiabilis auaritiæ deuorat ingluuies. Sed prope eſt, vt in eos manus Domini tempeſtiuam exerceat vltionem, & eueniet, quod B. Iob *Iob. 20. 15.* de prædone impio proteſtatur. Diuitias, quas deuorauit, euomet, & de ventre eius extrahet eas DEVS. luet, quæ fecit omnia, nec tamen conſumetur. Quod ſi ad tempus humanum euadunt iudicium, diuinum terribilius eſt, quod imminet eis: quorum gaudium præſens inſtar puncti, interminabilis verò pœna ignis & vermis. Quis enim vnquam perſecutor innocentiæ vltricem illius manum, qui aufert ſpiritum Principum, potenteſque potenter punit, legitur euaſiſſe? Vt de pœna taceam gehennali, ſæpe legimus, quomodo digitus DEI pro arbitrio ſuo regna & imperia transfert: quas etiam, ſicut vult erigit, &, ſicut vult deiicit poteſtates. Non deterreat, *Iſa. 16. 6.* quæſo, vos ſecularis elatio. ſuperbus eſt Moab, & maior eſt ſuperbia eius, quàm for- *Prou. 18. 10.* tudo ipſius: econtrario autem nomen Domini plurima fortitudo. Illud verò publicè contriſtat Eccleſiam, populiſque murmur excitat, nec mediocriter militat in diſpendium veſtræ opinionis, quod in tanto diſcrimine, in tot lacrymis, in tot prouinciarum ſupplicationibus, nec vnum Nuncium ad Principes illos à veſtro latere deſtinaſtis. Sæpe pro cauſis mediocribus veſtri Cardinales in magna poteſtate, etiã ad partes barbaras legatione funguntur: in cauſa verò tàm ardua, tàm lamentabili, tàm communi, nec vnum adhuc ſubdiaconum, aut acolythum deſtinaſtis. Legatos enim hodie facit quæſtus, non reſpectus CHRISTI, non honor Eccleſiæ, non regnorũ pax, aut populi ſalus. Quis quæſtus vobis, aut prouentus glorioſior poſſet eſſe, quam in hac legatione Regis Summi Pontificis apicem, ſiue ſacerdotiũ Aaron, & Phinees exaltare? Sane non multum humiliaſſes Sedis Apoſtolicæ dignitatem, ſi in propria perſona ad tanti liberationem Principis in Germaniam deſcendiſſes. Quem enim tam officioſè colebat in proſperis, tàm deſidioſè deſerere non debuit in aduerſis. Quare nõ appenditis in libra iuſtitiæ beneficia, quæ bonæ memoriæ Henricus Pater huius Regis vobis, ſicut vidimus, in articulo ſummæ neceſſitatis exhibuit, vt è diuerſo tyrannidem Frederici, qua in vos & Eccleſiæ Romanæ poſſeſſiones, & in omnes, qui vobis fideliter adhærebant, exercuit? Cum enim prænominatus Fredericus fautor ſchiſmaticæ diſſenſionis & auctor cõtra Alexandrum III. canonice, ſicut ſcitis, electum, in partem apoſtatæ Octauiani coniuraſſet, atq; ſub illa ſchiſmatis cõcuſſione generaliter vbiq; terrarum Eccleſia laboraret, Reges Franciæ & Angliæ variis ex vtraq; parte legationibus tentabantur: cumq; ſententia Regis Francorum conſiliorum varietate, cui faueret parti, fluctuans dubia vacillaret, Rex Henricus dolens CHRISTI tunicam diutius ſcindi, primus Alexandro Papæ conſenſit, multaq; cautela trahens Regem Francorum pariter ad conſenſum Apoſtolicum ſuis muniuit conſiliis, & firmauit auxiliis, & ſic nauem Petri ſub certo diſcrimine naufragantem in ſecura littoris ſtatione locauit. Hęc apud caſtrum Radulphi vidimus, vbi etiam Romanorũ votis, ſicut ipſi pro miraculo publice prædicabãt, plenioribus xeniis auri & argenti regia munificẽtia ſatisfecit. Notabiliter igitur dehoneſtat gloriam Sedis Apo-

ſtolicæ,quod aliqua vnquam ingratitudo tanti beneficij memoriam potuit abolere. Quandoq; poterit ex cauſa conſimili, quod DEVS auertat ſchiſmatis pullulare fermentum, veſtræq; præſentis deſidiæ & defectus recordatio poterit tunc aliquibus cedere in ſingultum. Licet enim liberationem Regis ille veteratus ſerpens, ille coluber tortuoſus machinationibus præſtigioſis impediat, confidimus tamen in Domino, quod tempeſtiue reſpiciet in faciem CHRISTI, & dabit imperium Regi ſuo. Expectatio ſiquidem noſtra in ſpe certa, & fide firma conualuit. Fit enim inceſſanter oratio ab Eccleſia ad DEVM pro eo. DEVS autē qui in tempore accepto exaudit, & adiuuat in die ſalutis, reſpiciet in orationes humilium, & non ſpernet preces eorum.
1. Iac. 5. 16. Multum enim valet deprecatio iuſti aſſidua. Sol ad preces Ioſue ſtetit, & Luna con-
Ioſ. 10. 13. tra vallem Achilon non eſt mota. quia iuſti precibus obtinetur, vt à corde peccatoris ſol iuſtitiæ non recedat, & mens hominis, quamuis in defectum prona ſit, virtutum tamen ſtabilitate firmatur. Non enim tantum remittitur oratione peccatum, ſed & pœna peccati declinatur beneficio precum. Ideò bonum eſt Regi præſtolari cum ſilētio ſalutare Domini. Nam ſi nunc in fornace tribulationis purgatur à DEO, qui circa eum aduerſa & proſpera ſaluberrima moderatione diſponit, vexatio tranſibit in gloriam, atque pro confuſione duplici, & rubore in terra duplicia poſſidebit. Beatus itaque vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius. Sane, ſicut nunc ei publici gemitus, & generales impenduntur lacrymæ, ſic deſideratus gentibus tempeſtiuè communibus excipietur votis in exultatione vniuerſæ terræ. Domi-
al. & qui nūc. ne in virtute tua exaltabitur rex, & Eccleſia Romana, quæ nunc nimis culpabiliter in eius liberatione lenteſcit, non ſine lacrymis erubeſcet, quod in tantis angustiis tantum filium non agnouit.

EPISTOLA CXLV.

Ad eundem.

ARGVMENTI EIVSDEM.

SANCTISSIMO PATRI, AC DOMINO C. DEI GRATIA S. PONtifici, A. eadem gratia Regina Angliæ, Duciſſa Normanniæ, & Comitiſſa Andegauiæ, ſalutem & miſericordiæ viſceribus abundare.

TÆDET animam meam vitæ meæ. quicquid enim verebar, accidit; & adhuc expectatio durioris euentus omnem gratiam conſolationis
Ouid. Hero. ep. 1. abſcidit. *Quando ego non timui, grauiora pericula veris?* Liber enim itaq; & dolorem meum conſiderans, a puſillanimitate ſpiritus & [illegible] te ſubuertor. Ego vero iam delibor, & doloribus [illegible] paucitatem dierum meorum nunciat mihi. Multoties vobis [illegible] ſacrificium cordis in ſpiritu contrito & humiliato frequenter obtuli. Quia tamen ſemel cepi, loquar adhuc ad Dominum meum, cum ſim puluis & cinis. Dimitte me Domine, vt plangam paululum dolorem meum. Neſcio enim, quo pacto in pectus anxietatis ex ipſo plāctu, & lacrymarum profuſione lenteſcit. Diu expect[illegible] perdita, [illegible] qui leniret dolorem matris, qui diceret, Ioſeph filius tuus [illegible] ſterna, nec eum fera peſſima deuorauit. O fera peſſima, [illegible] que fera crudelior, qui filium meum, militem CHRISTI, C[illegible] peregrinum crucifixi, vinculis alligatum Imperatori vendi[illegible]. Sic [illegible]or aduer-

aduerſarius conſtitutus eſt, atq; de ergaſtulo in labyrinthum, & de Scylla tranſlatus
eſt in Charybdim. A diebus Iudæ Iſchariotis non eſt inuentus ſimilis illi, qui ſic vio-
laret legem excelſi. qui ita malitioſè traderet iuſtum. Et hæc in occulto, & in tene-
bris facta ſunt: erant enim opera tenebrarum. Memoriam abundantiæ ſuauitatis
tuæ Pater miſericordiæ precor, vt de ore leonis, & de manu beſtiæ, liberes innocen-
tem. Et quæ tibi vtilitas in ſanguine eius, qui de manu tua exactiſſimè requiretur?
Quia credebamus aliquando, quod diſpoſuiſſet Dominus per vos filio facere miſe-
ricordiam, facti ſumus lætantes. Nunc autem res in contrarium verſa eſt. triumphat
enim longe lateq; diabolus, ſapientia vincit malitiam, & audita in gentibus filij mei
captione perſonat in triuiis Geth, & in compitis Aſcalonis incircumciſorum ſolen-
nis applauſus. Heu heu percuſſit nos Dominus plaga graui & caſtigatione fideli. A
me viſcera mea tyrannus auulſit, & Eccleſias ſpolians in terra Sanctorum iniqua
geſſit, plebes innumeras amaritudine & mœrore confecit. In his omnibus non eſt
auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extenta. Non parcit monachis, non re-
cluſis, non eremitis, non monialibus, non leproſis. perierunt enim ius & fas, ti-
mor DEI, fides, religio & honeſtas. Exurge, quare obdormis Domine, exur-
ge, & ne repellas in finem. Moueat te ſumme Pontifex, etſi non huius peccatri-
cis infeliciſſimæ dolor, ſaltem clamor pauperum, compeditorum gemitus, inter-
fectorum ſanguis, Eccleſiarum ſpoliatio, & generalis denique preſſura Sancto-
rum. Vide, quanta malignatus eſt inimicus in ſancto. inualuerunt hoſtes Eccle-
ſiæ, prolongauerunt iniquitatem ſuam, confortati ſunt addentes præuaricationem,
iniquitatem apponunt iniquitati, vt ſanguis ſanguinem tangat, vt ſuperbia eorum
aſcendat ſemper, & impietas modernorum menſuram Patrum ſuorum non ſolum
impleat, ſed tranſcendat. Certè horrendo anathemate feriendi erant, aut potius ful-
minandi. Exurgat igitur orbis Epiſcopus, & arripiat quaſi fulgur iudicium manus
tua, ſicut Petrus vno ictu Ananiam & Sapphiram, & vno ictu Simonem magum po- *Act.5.5.*
tuit delere de medio, ſic ſpiritu labiorum tuorum interficias impios. Alioquin vide-
beris declinare in obligationem malitiæ per conſenſum. Declinantes autem in ob-
ligationem, adducet Dominus cum operantibus iniquitatem. Accingere gladio tuo *Pſal.124.5.*
ſuper femur tuum potentiſſime. gladio ſcilicet ſpiritus, quod eſt verbum DEI. Ar-
ripiat iudicium manus tua, & in poteſtate collata tibi cælitus tolle virgam peccato-
rum deſuper ſortem iuſti. ſcuto bonæ voluntatis tuæ protege filium meum, & filius
iniquitatis non apponat nocere vlterius innocẽti. Cum innocẽtia Regis filij mei te-
ſtimoniũ habeat ab his qui prope ſunt, & ab iis qui lõgè, non habetis excuſationẽ de
peccato. Quæ enim excuſatio poſſit veſtram deſidiam & incuriam palliare, cũ omni-
bus liqueat, quod liberandi filium meum habetis poteſtatem, & ſubtrahitis volun-
tatem? Nonne Petro Apoſtolo, & in eo vobis à DEO omne regnum, omniſq; pote- *Põtifici omnes*
ſtas regenda committitur? Benedictus autem Dominus, qui talem poteſtatem dedit *reges ſubiecti.*
hominibus. Non Rex, non Imperator, aut Dux à iugo veſtræ iuriſdictionis exími-
tur. Vbi eſt ergo zelus Phinees? vbi eſt auctoritas Petri? vbi eſt, qui dicat, zelus do- *Num.25.8.*
mus tuæ comedit me? Appareat, quod non in vanum dati ſint vobis, & coepiſcopis *Pſal.68 10.*
veſtri gladij ancipites in manibus veſtris. Dicite iniquis, nolite iniquè agere, & de- *Pſal.74.5.*
linquẽtibus, nolite exaltare cornu. Nõ degeneret in hęrede Petri dignitatis Apoſto-
licæ reuerenda ſucceſſio. Veſtrum agnoſcite principatum, probate zelum, accingi-
mini ad opus fortitudinis, & honorate miniſteriũ veſtrũ. gloria veſtra deriuetur ad
poſteros, & cognoſcat generatio altera, quàm inaniter tyrannus ille præſumpſerit,
& quam potenter præſumptionem eius Sedes Romana puniuerit. Vobis equidem

 con-

conuertetur in diſcrimen & crimen, ſi remiſſas habeatis manus, & addat impunitas *Luc. 23. 31.* cornua peccatori. Si enim in viridi hæc facta ſunt, in arido quid fiet? Recolat quæſo veſtra Paternitas, quantus amicus vir meus Rex, pater iſtius Regis, & quàm fidelis vobis fuerit: attendite, quàm benignus iſte ſucceſſor paternæ deuotionis extiterit. Nec à corde veſtro excidat, quanta ego ſolicitudine per ipſum veſtrorũ negotia Legatorum, imò veſtra promouerim. Si etiam in veſtris neceſſitatibus mea vnquã circa vos affectio torpuit, decidam meritò ab inimicis meis inanis. Ego autem nunc experiar veſtrorum promiſſa Cardinalium verba eſſe & folia. arbores autem non à foliis, aut floribus, ſed a fructibus cognoſcuntur. Et nos quidem à fructibus eorum cognouimus eos. Dicere pudet, quod vtinam eos feciſſe pudeat, tyrannus eos habuit malitiæ fautores, cuius ſe debuerant exhibuiſſe vltores. Dilexi vos, non lingua & verbo, ſed opere & veritate. nunquid redditur pro bono malum, & odium pro dilectione? Vt ſalua pace Domini mei vnum loquar. Dico ei, quod quandoque Ioab exprobraſ- *2. Reg. 19. 6.* ſe legitur Dauid Regi. Diligis eos, qui te oderunt, & eos odio habes, qui te diligunt. Heu quomodo exarmatur ſcelus iuſtitiæ, quam miſerabiliter claues Eccleſiæ ſuum perdiderunt officium: & vbi glorioſus Petri principatus eminere debuerat, ibi contumelioſius opprimitur & vileſcit Pontificalis auctoritas. Lupus irruit in ouile, leo in Eccleſiam DEI, & ſingularis ferus depaſcitur eam, nec eſt, qui pro domo Domini ex aduerſo aſcendat: quodq; familiarius & intolerabilius doleo, filium meum tyrannus eruciat. diſſimulat hoc ſummus Pontifex: nec eſt, qui redimat, neq; qui ſaluum faciat. Si qua ergò conſolatio in vobis, ſi qua virtus caritatis in CHRISTO, ſi qua miſeratio, ſi qua compaſſionis viſcera, ſi quid deniq;, quod affectum Patris, & Pontificalem ſapiat vnctionem: audiat omnis populus ſapientiam eſſe in vobis ad faciendum iudicium. Sed quid talibus immoror? curro in incertum, & aera verbero, atq; in ventos noſtri gemitus euaneſcunt. Obſtinatio tyranni durior adamãte eſt. & ſcio, quem DEVS negligit, nemo poterit corrigere. Sermo meus in terram cecidit, & reuertitur ad me vacuus, nec in his, ad quæ miſſus eſt, proſperatur. Me igitur tribulationum tempeſtas horrenda demergit, me profundum abſorbet abyſſi [illegible], & vrget ſuper me puteus deſperationis os ſuum. populi noſtri omnes dant manus ſuas motti, atq; cum inferno percutiunt fœdus tabeſcentes & areſcentes præ timore & expectatione, quæ ſuperueniunt vniuerſo orbi Occidentali. Tu autẽ Domine DEVS Sabaoth, qui iudicas iuſtè. vide, quia vim patior, iudica cauſam meam. Et quia in terris iudicem nõ inuenio, ego miſera, & nulli miſerabilis terrenum iudicem ad tuum terribile tribunal appello. Infelix ego, quare doloris mei vehementius [illegible]quor, & os meum in cœlum pono? ſed æquanimiter quæſo Pater, ſuſtineat benignitas veſtra, quod ex dolore, non ex deliberatione proceſſit. Peccaui ego, & [illegible] bo B. Iob vtar, quæ dixi, vtinam non dixiſſem, ideò non addam vltra, & ſupp[illegible]tum ori meo. Vale.

EPISTOLA CXLVI.

Ad eundem.

ARGVMENTI EIVSDEM.

REVERENDO PATRI, ET DOMINO CAELESTINO DEI GRA- *Al[illegible]ra.* tia Summo Po[illegible]ci A. miſera, & vtinam [illegible]abilis A[illegible] R[illegible], Duciſſa Normanniæ, Comitiſſa [illegible] exhibe[illegible] miſericordiæ Pat[illegible]

INVIDENTE locorum diſtantia prohibeor, Beatiſſime Papa, vobis præſentialiter loqui: neceſſe tamen eſt, vt plangam paulŭlum dolorem meum. Et quis mihi tribuat, vt ſcribantur ſermones mei? Tota interius & exterius anxior: vnde & verba mea dolore ſunt plena. foris ſunt timores, intus pugnæ. nec ad momentum mihi reſpirare liberum eſt à tribulatione malorum & dolore, à tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis. tota dolore contabui, pellique meæ conſumptis carnibus adhęſit os meum. Defecerunt anni mei in gemitibus, & vtinam omninò deficiant. vtinam totus ſanguis corporis mei iam emortui, cerebrum capitis, oſſiumque medullæ ita diſſoluantur in lachrymas, vt in fletus tota pereffluam. Auulſa ſunt à me viſcera mea. baculum ſenectutis meæ, & lumen oculorum meorum perdidi: meiſque votis accederet, ſi DEVS infelices oculos meos ne mala gentis meæ vlterius videant, perpetua cæcitate damnaret. Quis det mihi vt pro te moriar fili mi? Matrem tantæ miſeriæ reſpice miſericordiæ mater, aut ſi filius tuus fons miſericordiæ inexhauſtus, peccata matris requirit à filio, ab ea quæ ſola deliquit, totum exigat, puniat impiam, & de pœnis innocentis non rideat. Qui cœpit, ipſe me conterat, tollat manum ſuam, & ſuccidat me: & hæc ſit conſolatio mea, vt affligens me dolore, non parcat. Ego miſera, & nulli miſerabilis, cur in huius deteſtandæ ſenectutis ignominiam veni, duorum Regnorum Domina, duorumque Regum mater extiteram. auulſa ſunt à me viſcera mea. generatio mea ablata eſt, & conuoluta eſt à me. Rex iunior & Comes Britanniæ in puluere dormiunt, & eorum mater infeliciſſima viuere cogitur, vt irremediabiliter de mortuorum memoria torqueatur. Duo filij mihi ſupererant ad ſolatium, qui hodie mihi miſeræ & damnatæ ſuperſunt ad ſupplicium. Rex Richardus tenetur in vinculis. Ioannes frater ipſius regnum captiui depopulatur ferro, & vaſtat incendiis. In omnibus verſus eſt mihi Dominus in crudelem, & aduerſatur mihi in duritia manus ſuæ. Verè pugnat ira eius contra me. ideò & filij mei pugnant inter ſe: ſi tamen pugna eſt, vbi vnus vinculis arctatus affligitur: alius addens dolorem ſuper dolorem ipſius crudeli tyrannide ſibi regnum exulis vſurpare molitur. Bone IESV quis mihi tribuat, vt in inferno protegas me, & abſcondas me, donec pertranſeat furor tuus, donec ceſſent ſagittæ, quæ in me ſunt, quarum indignatione ſpiritus meus totus ebibitur. Mors in voto mihi eſt, & vita in tædio, & cum ſic moriar inceſſanter, in deſideriis tamen habeo mori plenius, viuere compellor inuita, vt vita mihi ſit pabulum mortis, & materia cruciatus. O felices, qui inexperti ludibria vitæ huius, & inopinatos euentus conditionis incertæ beato præuenerunt aborſu? quid facio? cur ſubſiſto? quare moror miſera, & non vado, vt videam, quem diligit anima mea vinctum in mendicitate & ferro? vt quid enim tanto tempore mater potuit obliuiſci filij vteri ſui? Tigres erga fœtus ſuos, & lamias etiam ſæuiores emollit affectio. Fluctuo tamen in dubio. Si enim abiero, deſerens filij mei regnum, quod vndique graui hoſtilitate vaſtatur, erit in abſentia mea communi conſilio & ſolatio deſtitutum. Si autem ſubſtitero, deſideratiſſimam mihi faciem filij mei non videbo. Non erit, qui liberationem filij mei ſtudioſè procuret, &, quod magis vereor, ad impoſſibilem pecuniæ quantitatem delicatiſſimus adoleſcens tormentis vrgebitur, tantæque afflictionis impatiens facile in mortem ſuppliciis adigetur. O impie, crudelis, & dire tyranne, qui nō es veritus manus ſacrilegas immittere in CHRISTVM Domini. nec te regalis vnctio, nec ſanctæ vitæ reuerentia, nec DEI timor a tanta inhumanitate cohibuit. Porrò Princeps Apoſtolorum adhuc in Apoſtolica ſede regnat & imperat, & in medio conſtitutus eſt iudiciarius rigor: illudque reſtat, vt exe-

ratis in maleficos, Pater, gladium Petri, quem ad hoc conſtituit ſuper gentes & regna. CHRISTI crux antecellit Cæſaris aquilas, gladius Petri gladio Conſtantini, & Apoſtolica ſedes præiudicat Imperatoriæ poteſtati. Veſtra poteſtas à DEO eſt, an ab hominibus? Nonne DEVS Deorum locutus eſt vobis in Petro Apoſtolo dicens. Quodcunq; ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis? Quare ergo tanto tempore tàm negligenter, imò tàm crudeliter filium meum ſoluere differtis, aut potius non audetis? ſed dicetis, hanc poteſtatem vobis in animabus, non in corporibus fuiſſe commiſſam. Eſto. certè ſufficit nobis, ſi eorum ligaueritis animas, qui filium meum ligatum in carcere tenent. filium meum ſoluere, vobis in expedito eſt, dummodo humanum timorem DEI timor euacuet. Redde igitur mihi filium meum vir DEI, ſi tamen vir DEI es, & non potius vir ſanguinum, ſi in filij mei liberatione torpeas, vt ſanguinem eius de manu tua requirat altiſſimus. Heu heu, ſi ſummus Paſtor in mercenarium peruertatur, ſi à facie lupi fugiat, ſi commiſſam ſibi ouiculam imò arietem electum, ducem Dominici gregis in faucibus cruentę beſtiæ derelinquat. Bonus Paſtor alios paſtores inſtruit, & informat, non vt fugiant, ſi viderint lupum venientem, ſed animas ſuas pro ouibus ſuis ponant. Anima tua tibi quæſo ſalua ſit, dummodo non dicam ouis tuæ ſed filij tui liberationem crebris legationibus, ſalutaribus monitis, comminationum tonitruis, generalibus interdictis, ſententiis terribilibus ſtudeas procurare. Sanè ſerò veſtram pro eo animam poneretis, qui pro eodem adhuc vnum verbum dicere, aut ſcribere noluiſtis. DEI filius, teſtimonio Prophetę de cœlo deſcendit, vt educeret vinctos de lacu, in quo non erat aqua. nunquid quod decuit DEVM, dedecet DEI ſeruum? Filius meus torquetur in vinculis, nec ad eum deſcendis, nec mittis, nec moueris ſuper contritione Ioſeph. CHRISTVS hoc videt, & ſilet; ſed opus DEI negligenter agentibus abundanter in ſumma diſtrictione retribuet. Legati nobis iam tertiò promiſſi ſunt, nec ſunt miſſi: vt verum fatear, ligati potius quàm legati. Si filius meus in proſperis ageret, ad ſimplicem eius vocationem feſtinantius acceſſiſſent, quia de magnifica eius munificentia, & de publico regni quæſtu ſuæ legationis vberes manipulos expectarent. Et quis quæſtus eis glorioſior eſſe poſſet, quam Regem liberare captiuum, reddere pacem populis, religioſis quietem, & gaudium vniuerſis? Nunc autem filij Ephrem intendentes & mittentes arcum in die belli conuerſi ſunt, & in tempore anguſtiæ, dum lupus prædæ incubat, canes muti latrare, aut non poſſunt, aut nolunt. Hæccine promiſſio illa eſt, quam nobis apud caſtrum Radulphi cum tanta dilectionis & fidei proteſtatione feciſtis? Quid profuit vobis ſimplicibus dare verba, & illudere vota innocentium inani fiducia? Sic olim rex Achab fœdus amicitiæ contraxiſſe cum Benadab perhibetur, illorumque mutuam dilectionem euentus habuiſſe infauſtos audiuimus: Pugnas Iudæ, Ioannis, Simonis Machabæorum fratrum cœleſtis diſpenſatio felicibus proſperabat auſpiciis: miſſa verò legatione ſibi firmantes amicitiam Romanorum, DEI perdiderunt auxilium, nec eis ſemel, ſed ſæpius venalis eorum familiaritas verſa eſt in ſingultum. Solus deſperare me cogitis, qui ſolus poſt DEVM ſpes mea, populique noſtri fiducia fueratis. Maledictus, qui confidit in homine. vbi eſt ergo nunc præſtolatio mea? tu es Domine DEVS meus. ad te Domine, qui laborem conſideras, ſunt oculi ancillæ tuæ. tu Rex regum & Dominus dominantium, reſpice in faciem CHRISTI tui, da imperium puero tuo, & ſaluum fac filium ancillæ tuæ, nec in eo punias delicta ſui Patris, aut malitias matris ſuæ. Ex certa & publica relatione cognouimus, quod Imperator poſt Leodienſis Epiſcopi mortem,

Petri gladius, gladio Conſtantini præiudicat.

Matth. 16. 19.

Zach. 9. 11.

3. Reg. 20. 17.

Vide NOTAS in Canonem Epiſc.

Ierem. 17. 5.

Leodienſis.

tem, quem funeſto gladio, longa tamen manu dicitur occidiſſe, Oſtunenſem Epiſcopum, & quatuor Epiſcopos comprouinciales eius; Salernitanum etiam & Tranenſem Archiepiſcopos coarctat miſeria carcerali, & quod auctoritas Apoſtolica nullatenus diſſimulare debuerat, Siciliam, quam a temporibus Conſtantini conſtat *Sicilia patrimonium S. Petri.* eſſe patrimonium S. Petri, poſt legationes, poſt ſupplicationes, poſt comminationes Apoſtolicæ Sedis in perpetuum Romanæ Eccleſiæ præiudicium, vſurpatione tyrannica occupauit. In omnibus his non eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extenta. Grauia quidem intulit, ſed certiſſime poteſtis expectare in proximo grauiora. Hi enim, qui debuerant eſſe columnæ Eccleſiæ, in omnes ventos arundinea leuitate mouentur. vtinam recolerent, quod propter negligentiam Heli ſacerdotis miniſtrantis in Silo gloria Domini de Iſraël tranſlata eſt, nec iam parabola *1. Reg. 4. 27.* temporis præteriti eſt, ſed præſentis: quia repulit Dominus tabernaculum Silo, tabernaculum ſuum, vbi habitauit in hominibus, & tradidit in captiuitatem virtutem *Pſal. 77. 6.* eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici. Imputatur eorum puſillanimitati, quod Eccleſia conculcatur, periclitatur fides, opprimitur libertas, dolus, patientia & iniquitas impunitate nutritur. vbi eſt, quod Dominus Eccleſiæ ſuæ *Iſa. 60. 16.* quandoque promiſit? Suges lac gentium, & mammilla Regum lactaberis. Ponam te in ſuperbiam ſæculorum, gaudium in generatione & generationem? Eccleſia olim ſuperborum & ſublimium colla propria virtute calcabat, legeſque Imperatorum ſacros canones ſequebantur. Nunc autem ordine turbato, non dicam canones, ſed canonum conditores prauis legibus, & conſuetudinibus execrandis arctantur. Deteſtanda potentum flagitia tolerantur; nec eſt, qui mutire audeat & in pauperum peccata duntaxat rigor canonicus exercetur. Ideò non immeritò Anacharſis Philoſophus telis aranearum leges & canones comparabat, quæ animalia debiliora retinent, fortia autem tranſmittunt. *Plutar. in Solone.* Aſtiterunt Reges terræ & principes conuenerunt in vnum aduerſus CHRISTVM Domini filium meum. Vnus eum torquet in vinculis; alter terras illius crudeli hoſtilitate deuaſtat. Et vt verbo vulgari vtar vnus tondet, alter expilat. vnus pedem tenet, alter excoriat. Hæc videt Summus Pontifex, & gladium Petri ſupprimit in vagina repoſitum. ſic addit cornua peccatori, ipſa taciturnitas eius præſumitur ad conſenſum. Videtur enim conſentire, qui cum poſſit & deberet non corripit, & diſſimulatrix patientia ſocietatis occultæ ſcrupulo non carebit. Imminet, ſicut prædixit Apoſtolus, tempus diſſenſionis, vt perditionis filius reueletur, inſtantque tempora periculoſa, vt ſcindatur tunica CHRISTI inconſutilis, vt rumpatur rete Petri, & Catholicæ vnitatis ſoliditas diſſoluatur. initia malorum ſunt hæc: ſentimus grauia, grauiora timemus. Nec propheta ſum, nec filia ſum prophetæ: plura tamen de futuris turbationibus dolor dicere ſuggerebat. ſed ipſa verba, quæ ſuggerit, ſurripit. Spiritum enim ſingultus intercipit, & animæ vires mœror abſorbens vocales meatus anxietate præcludit. VALE.

EPISTOLA CXLVII.

Ad R. Epiſcopum Bangorienſem.

ARGVMENTVM.

Reprehendit R. Epiſcopum, qui beneficium Eccleſiaſticum iam alteri collatum ſibi retinere conabatur.

DIL-

DILECTO QVONDAM SOCIO, NVNC AVTEM VENErabili Domino R. DEI gratia Electo de Bangor, M. Petrus Bleſen. Bathon. Archid. radicare in eo, qui in electis ſuis mittit radices.

IN die Ordinationis veſtræ debuiſtis veterem hominem cum ſuis acti-
bus exuiſſe, & induiſſe nouum, qui ſecundum DEVM creatus eſt. Sic
1.Reg.16.13. enim Dauid à die vnctionis ſuæ mutatus eſt in virum alterum, & Spi-
ritus Domini directus eſt in eum. Vos autem incipientes ab iniuriis,
turbaſtis mihi in ipſa ordinatione veſtra Dominum Archiepiſcopum,
& ad iracundiam prouocaſtis. Ecce ſacerdos bonus, qui in die ſuæ ſanctificationis
placere DEO & hominibus debuit, & in die iracundiæ fieri reconciliatio. Vos au-
tem primitias veſtras diſcordiæ conſecraſtis, & in tempore amicitiæ facti eſtis rixæ
Prou.6.16. & ſeditionis occaſio. Teſtimonio Salomonis, ſex ſunt, quæ odit Dominus, & ſepti-
mum deteſtatur anima eius. Enumeratis verò ſex odibilibus, ſeptimum ponit, ſcili-
cet, inter amicos diſcordiam ſeminare. Si accepiſtis, imò quia accepiſtis non ſpiri-
tum huius mundi, ſed ſpiritum qui ex DEO eſt, quo aguntur hi, qui ſunt filij DEI, ſi
vos etiam grauiter offendiſſem, debueratis eſſe promptiores ignoſcere, quàm vlci-
ſci. Sola inter vos diſſenſionis occaſio eſt, quod beneficium alij iam collatum vobis
non confero, contra formam canonum, contra meam conſcientiam, contra veſtram
2.Reg.12.2. animam, contra DEVM. Apertè vos tangit parabola illa, quam Regi Dauid Na-
than propheta propoſuit de diuite, qui multas oues habuit, & pauperi vnicam abſ-
tulit, quam habebat. Pauper ille Clericus, cui præbendulam illam donaui, iam ad
Sedem Apoſtolicam appellauit. Creditiſné quod æquitas Romana adeo degene-
ret, vt hominem inopem & mendicum, litteratum & honeſtum, in Eccleſiaſticis at-
que ſcholaſticis eruditum opprimi ſuſtineat à potente? Non oportet vos ſic abhor-
rere Eccleſiæ veſtræ paupertatem, quam in alienum grauamen tota die coram ho-
minibus allegatis. Titulus paupertatis glorioſus eſt apud CHRISTVM; & quæ fi-
Actor.3.6. lium DEI decuit, vos dedecere non debuit. Princeps Apoſtolorum & Præſulum
Poſſid. in vita. dicit. Aurum & argentum non eſt mihi. Magnus etiam Auguſtinus ideo teſtamen-
tum nullum fecit, quia, vnde faceret, pauper CHRISTI non habuit. Veſtri officij
eſt, viuere de Euangelio, ſicut conſtituit vobis Dominus, non incedere pompaticè
in veſtium cultu, in equorum faſtu, in multitudine clientelæ. Decet vos, tanquam
Sacerdotalis & Epiſcopalis ſanctimoniæ profeſſorem, præcidere omninò veſtigia
conuerſationis antiquæ. Quid vobis de cætero, & habitationi vulurunchanitim?
Omnes quæſo prauæ opinionis occaſiones abſcindite, & iuxta conſilium Apoſtoli,
abſtinete vos ab omni ſpecie mali, & bona non ſolum coram DEO, ſed coram ho-
minibus prouidete. Plurimum quidem veſtri honoris intereſt, ne vel modica præ-
teritæ leuitatis nota repullulet, aut aſſumptæ innocentiæ nouitatem ſiniſtra opinio
1.Cor.4. vel minimo flatu contaminet. Vt autem verbo Apoſtoli vtar: ſic vos exiſtimet ho-
mo, vt miniſtrum CHRISTI. ſic vos modeſtè habere velitis, vt modeſtia veſtra no-
ta ſit omnibus hominibus: omneſque motus animi veſtri ſic ad temperantiam redi-
gantur, vt vos talem dies conſecrationis futuræ inueniat, qualem diſcipulo ſuo de-
1.Tim.3.2. ſcribit Apoſtolus, dicens. Oportet Epiſcopum eſſe ſine crimine, ſicut DEI diſpen-
ſatorem, non iracundum, non litigioſum, non turpe lucrum ſectantem. Parcite er-
go pauperi clerico, ne ipſum ad Apoſtolicam ſedem oporteat laborare. Si enim hæc
ad aures Summi Pontificis illius querela detulerit, ſedes illa, quicquid de hoc miſe-
ro reditu, vel de aliis, quos hactenus habuiſtis, fuerit factũ ſine omni retractatione
damnabit. Parcite vobis amice cariſſime, parcite & mihi; & qui in hac præbendula
meus

meus quandoque fuiſtis, me nunc vobis in ipſa ad perpetuæ dilectionis obſequium obligare velitis. VALE.

EPISTOLA CXLVIII.

Ad S. Bathonienſem Epiſcopum.

ARGVMENTVM.

Hortatur Epiſcopum, vt ad ſuam diœceſin reuertatur, nec deſerat Eccleſiam ſuam propter peregrinationem.

REVERENDO PATRI AC DOMINO S. DEI GRATIA Bathon. Epiſcopo, Petrus Bleſen. Archidiac. ſuus ſalutem in eo, ſine quo non eſt ſalus.

SVPER laboribus & fatigationibus veſtris mea viſcera concutiuntur aſſiduè deuoto compaſſionis affectu. Quis enim æquo animo ferat, vt nobilis illa anima veſtra ſcholaribus exercitata militiis, ſpiritualibus imbuta doctrinis, tot & tantarum gratiarum dotibus pollens ita degeneret, vt ſui obliuiſcatur, ſuorum ſit immemor? nec deſponſatę ſibi Eccleſiæ, nec animarum curam, quas non ſine magno diſcrimine cuſtodiendas accepit, nec iudiciorũ DEI terribilium recordetur? Miſerere benigniſſime Pater animæ tuæ, pro qua CHRISTVS animam ſuam poſuit, & quam quaſi ſub iactu aleæ poſuiſti. Tibi reuerende Pontifex me caritas compati, & timere compellit: vtinam & tu timeas. Beatus enim homo, qui ſemper eſt pauidus. Quis etenim de Domino & amico ſuo nõ timeat in tam longo incolatu, inter tot viarum diſcrimina, inter tot vagos, & varios, & incertos excurſus? *Prou.28.14.* Quæ vtilitas, quæ honeſtas, quæ neceſſitas ad tam longæ peregrinationis exilium vos coegit? Veritas Apoſtolis dicit. Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Non in tempore pacis, ſed perſecutionis fugam ſuis diſcipulis Saluator indulſit: *Matth.5.11.* eam tamen credo veſtræ mentis conſtantiam, quod ſi vobis perſecutio immineret, non leuiter ad fugam hoſtilitatis impetus vrgere vos poſſet. Nunc autem conditione mercenarij veſtra fuga longè periculoſior cenſetur à multis. Ille fugit, qui luporum terretur incurſu; vos non lupos, ſed veſtras oues fugitis, qui beneficio præſentiæ veſtræ lupos in oues mutare poſſetis. Quod enim in tuo regno poſſet adeò vobis eſſe difficile, quod ille communis omnium fauor erga vos, illa ingenij veſtri natiua ſubtilitas, & multipliciter exercitata induſtria non poſſet ad veſtrum libitum immutare? Recolite Pater, quia B. Petri Vicarius eſtis. Vobis in eo quandoque dictum eſt, ſi diligis me, paſce oues meas. *Joan.21.17.* Quid eſt, oues paſcere, niſi euangelizare ſubiectis? reddere DEO populum acceptabilem, verbo, opere, & exemplo dirigere vias Domini, & parare Domino plebem perfectam? Sciatis, quod ſemper exulare, & peregrinari ſumma eſt miſeria: atque teſtimonio Salomonis ire de hoſpitio in hoſpitium vita peſſima. Si hodie, *Eccli.29.31.* quod DEVS auertat, mors, quæ omnibus inſidiatur repente vos raperet, quæ lucra animarum, quas accesſiones de talentis ſpiritualibus vobis creditis referretis ad Dominum? Non ſuſtineat Dominus, quod de illorum numero ſitis, de quibus Dominus dicit. Dedi eis aurum & argentum meum: ipſi autem de auro & argento meo *Ezech 16.17.* operati ſunt Baal. Aurum ſapientiæ, & argentum eloquentiæ copioſe contulit vobis DEVS. Abſit, vt iſta de cætero in vanitates, & in inſanias falſas huius ſæculi conuer-

uertantur. Abſit quod Dominus meus tonitruum illius ſententiæ terribilis audiat, quam ſeruo inutili & ideò nequam, qui talentum Domini inuoluit ſudario, & in
Matth.25.25. terra abſcondit, indignatio cœleſtis intentat. Seruus damnatus eſt etiam, qui talentum Domini cuſtodiuit, quia non eſt ex talento lucratus. nec arbor tantum quæ
Matth.3.10. malos fructus facit, ſed & quæ fructus bonos non facit excidetur, & in ignem mittetur. O quanta eſt eorum confuſio, qui vos diligunt ex affectu, dum vident, & dolent Eccleſiam veſtram tanto tempore deſolatam, & vos quaſi auem, quæ auolauerit à nido ſuo, & reliquerit pullos ſuos, quaſi viatorem in ſolitudine, hominem ſine cauſa exulem & peregrinum, ſpontè vagum & profugum ſuper terram. Abſentiam
al *religioſi lamentantur.* veſtram plangunt laici, clerici gemunt, religioſi lamentantur, & ad veſtrum reditum pendent deſideria omnium, totiſque medullis animæ ſuſpirant ad ſuarum Paſtorem & Epiſcopum animarum. Cum multis magnis & ſapientibus viris de negotio veſtro Glaſcomenſi locutus ſum; omnium ſententia eſt rem veſtram circa im-
Vide NOTAS. poſſibile verſari, regnum & ſacerdotium in hoc pariter conuenire, vt mitra vna nullo modo corona Regis aut Cantuarienſis Eccleſiæ mutiletur. Si ergo videris, quod veſtri conatus votiuos effectus non habeant, non ſit vobis confuſio redire ad pro-
Eccli.4.25. pria. Scitis, quia eſt confuſio adducens peccatum, & eſt confuſio adducens gloriam. Non confundatur, nec erubeſcat Dominus meus, ſi non poteſt pro libitu obtinere, quod cæterorum Pontificum nullus poſſet. Quod ſi hoc adſcribitis confuſioni & erubeſcentiæ, ſciatis, quod pro cõfuſione hac & rubore dabitur vobis in terra veſtra cum honore & gloria duplicia poſſidere. Reuertimini quæſo, ne vituperetur vlterius miniſterium veſtrum: & ad reditum vos inuitent, breuitas huius vitæ, peregrinationis pericula, Dei timor, memoria mortis, amici lugentes, & animæ deſolatæ, & quia, qui multum peregrinantur, rarò ſanctificantur. Vale.

EPISTOLA CXLIX.

Ad I. Et P. Amicos.

Argumentum.

Conqueritur ſe iam ſenem & emeritum, maleuolorum falſa criminatione deiici honore Archidiaconatus, duorumque aulicorum ea in re auxilium implorat.

AB amaritudine animæ meæ, & ab inconſolabili dolore cordis mei totus abſorbeor, & vtinam omnes cataractę capitis mei fluant in fletum. Vtinam maxima pars cerebri, atq; maxillarum tota medulla corporis mei liqueſcat in lachrymas, vt poſſim flere & plangere, ipſum quod lugere non poſſum. A Rege Henrico vocatus in Angliam, & ei conſociatus, atq; filiis eius ditatus largitionibus effuſis, nec non ab Archiepiſcopis & Epiſcopis, & vniuerſis magnatibus terræ omni veneratione vſq; ad malitiam huius temporis exaltatus, nunc occaſione quarundam literarum, quæ & per taciturnitatem veritatis, & per expreſſionem falſitatis obtentæ ſunt, à Domino Papa crudeliſſime circumuentus toto populo & clero tantæ ciuitatis, quorum cura & cuſtodia mihi commiſſa eſt, ſenex & emeritus à iuuene, ſimplex & valetudinarius ab ambitioſo, manſuetus & innocens à verſuto: & vt temperatius loquar, turpi crimine diffamatus ab omni honore Archidiaconatus mei violenter expellor. Porrò latet præſentium tra[illegible]m

vobis apertius explanabit: ſingultuoſus enim dolor os meũ ſyncopis & λειποθυμίας impediens, me loqui aut ſcribere non permittit. Datus ſum per aſtutiam malignantis in opprobrium & contemptum, niſi miſeria mea veſtram excitet miſericordiam, & paſſiones meæ veſtræ compaſſionis affectum prouocauerint. Miſeremini mei ſaltem vos amici mei, quos etſi meritorum meorum exigentia mihi amicos non fecit, tamen miſerum hunc amare compellat pia compaſſio, quæ venire frequenter in contractum amicitiæ conſueuit. Nulli, niſi vobis duobus, in curia ſcribo. vnicam enim poſt DEVM in vobis ſpei meæ anchoram fixi: nec ſum immemor verbi, quod veritas in Euangelio dicit. Super quacunq; re duo ex vobis cõſenſerint ſuper terram, fiet illis. Ethnicus etiam dicit. *non caret effectu quod voluere duo.* Valete. *Matth.18.19.*

EPISTOLA CL.

Ad Clericos aulæ Regiæ.

ARGVMENTVM.

Mitigat quæ in epiſt. 14. aſperius in aulicam vitam dixerat, fateturque conueniens eſſe vt clerici aliqui, atq; etiam Epiſcopi in aulis Regum verſentur, modo gregem ſuum non deſerant, & aulæ vitia non imitentur.

CARISSIMIS DOMINIS ET AMICIS CLERICIS DE curia Regis, M. Petrus Bleſ. Bath. Archid. ſalutem in auctore ſalutis.

IN anguſtia corporis & mortis periculo conſtitutus ſcripſi vobis epiſtolam, in qua viſus ſum vitæ curialis militiam, ne dicam maliriam vehementius dehortari. Eo enim tempore graui ægritudine tactus, & ideò graui pœnitentia ductus, non ſolum curiam, ſed mundum, & omnia quę mundi ſunt, immunda & damnabilia reputabam. Sicut per experientiã didiciſtis, infirmitas expreſſa eſt imago naufragij: nam dũ nauis illiditur ſaxis, aut ventorũ fluctuũq; rabie procelloſa concutitur, vniuerſa mundi precioſa vileſcũt, & in pœnitudinẽ tranſit, quicquid fuerat occaſio voluptatis. Si ergo de corde contrito & humiliato ad vos exhortatoria manauit epiſtola, quempiã veſtrũ propter hoc ſcandalizari nõ decuit. Diligo enim vos in CHRISTI viſceribus, & quicquid ad ædificationẽ veſtram in ea ſcriptũ eſt, nõ de odio curialiũ, ſed de ſincera caritate proceſſit. Sane periculoſum eſt in curia mori, nec leuiter aſcẽdet ad eminentiã perfectorum, qui ſe caſtrenſibus alligauit vinculis, & curialẽ incidit labyrinthũ. Sed nec vitã curialiũ damno: qui licet orationi & contemplationi non vacent, Rei tamẽ publicæ vtilitatibus occupantur, & frequẽter opera ſalutis exercent. nec poſſunt omnes viam vitę arctioris arripere. anguſta enim & ardua eſt via Domini, ſed magnũ eſt, ſi hi, qui in montis eminentiam non aſcenderunt, comitentur Loth, & ſaluentur in Segor modica ciuitate. Scio, quia hi, qui in regiæ familiaritatis ſacrarium admittuntur, multa facere poſſint, & dicere, quibus pauperum neceſſitas ſubleuetur, foueatur religio, fiat æquitas, Eccleſia dilatetur. In his & cõſimilibus miſericordię operibus poſſunt ſibi curiales ædificare ad vitam, ſi tamen non detrahant, ſi non inuideant, ſi manus ſuas excutiant a muneribus, ſi malum pro malo retribuere non affectent. Vitium enim curialium commune eſt hoc, quod pro leuiſſimo alterius exceſſu grauiter excandeſcunt, atque ſimpliciter delinquentis errorem impatientiſſimè ferunt, nec ad libram metiuntur iniurias, quarum expetunt vltionem. Fateor quidem, quod ſan- *Geneſ.19.22.*

ctum eſt Domino Regi aſſiſtere: ſanctus enim, & CHRISTVS Domini eſt. nec in vacuum accepit vnctionis regiæ ſacramentum, cuius efficacia ſi neſcitur, aut in du-

Vide NOTAS. bium venit, fidem eius pleniſſimâ faciet defectus inguinariæ peſtis, & curatio ſcro-

Iſa.45.1. phularum. CHRISTO meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, ſubiiciam ciuitates & regna, dicit Dominus per prophetam. Ibi Cyrum regem, CHRISTVM ſuum Domi-

2.Reg.1.16. nus vocat. Vnde & adoleſcenti, qui ad preces Saulis eundem occiderat, noluit Dauid parcere, eo quod in CHRISTVM Domini manus temerarias inieciſſet. Mihi non videtur abſurdum, ſi Domino Regi, iuxta Apoſtolum, tanquam præcellenti, hono-

1.Pet.2.18. rem & obſequium exhibetis. Regibus enim non ſolum bonis & modeſtis, ſed etiam

Ierem.29.7. diſcolis in omni humilitate & reuerentia ſentio ſeruiendum. Nam & Hebræi præcipiuntur orare pro Babyloniis, quia in pace Principum quies eſt populorum. Sed &

Matth.22.21. ipſe CHRISTVS ſolui à fidelibus Cæſari tributa decreuit. Non ſolum ergo toleranda, ſed deſideranda eſt plerunque cum Principibus conuerſatio clericorum. Legimus quidem ſacerdotes & prophetas frequentiam & familiaritatem cum Regibus habuiſſe. Tunc enim ſalubriter diſponitur vita Regum, cum religioſorum hortamenta ſectantur, & ducuntur conſilio ſapientum. Veruntamen, licet Epiſcopos & alios, qui curam in ſe gregis Dominici ſuſceperunt, Regum conſiliis frequenter expediat intereſſe, ſua tamen intereſt, ne miniſterium vigilantiæ Paſtoralis euacuent, ſed ſint in conſpectu Regum ſuæ conditionis memores, & Petri nauiculam, cui præ-

Exo.37.4. ſunt inter tempeſtuoſos fluctus curiæ non relinquant. Nam & vectes, quibus arca Domini deferebatur, licet moueri, & trahi in varias partes poſſent; extrahi tamen, aut auelli omnino non poterant. In quo manifeſtiſſimè figuratur, quod Eccleſiæ Prælati, etſi ad varias Reipub. neceſſitates diſtrahuntur ad tempus à ſponſæ amplexibus, & à populi ſibi crediti ſolicitudine minimè ſeparentur. Ab antiquo deſiderabile fuit

Horat. libro 1. epiſt.18. in oculis Principum gratiam inuenire: nam & Ethico teſte, *Principibus placuiſſe viris non vltima laus eſt.* Non ſolum ergo laudabile, ſed glorioſum reputo Domino Regi aſſiſtere, procurare Remp. ſui eſſe immemorem, & omnium totum eſſe. Per me tamen nullus implicabitur, per me nullus explicabitur à vinculo curiali. Sequa-

Ioſ.24.15. tur & teneat vnuſquiſq; propriæ voluntatis arbitrium. Nam & Ioſue in optione populi Iſraël ponit, ſeruire Diis Meſopotamiæ aut Diis Amorrhæorum, aut Domino DEO, nulli volens imponere citra liberam voluntatem alienæ ſeruitutis angariam.

Epiſt.14. Hieron. in Catal. Ego ſiquidem in hac & alia, quam præmiſi vobis epiſtola, varia, & forteſſe contraria ſcripſiſſe redarguar, ſicut & Didymus in quodam librorum ſuorum, quos innumerabiles fecerat, quandam legitur reprobaſſe hiſtoriam, quam in alio quodam librorum vehementiſſimè commendabat. Sane, cum Salomon verba iſta penitus conti-

Prou.26.4.5. nuet. Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam. Et. Non reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam: ſi in prouerbiis & epiſtolis verba benignius exponantur, nec in veſtro Eccleſiaſte, nec in veſtro Bleſenſi dicta ſibi aliqua repugnabunt.

EPISTOLA CLI.

Ad INNOCENTIVM III. Papam.

ARGVMENTVM.

Obſecrat & adiurat Summum Pontificem, vt Archidiaconatum Londinenſem ſibi iam ſeni oblatum amplioribus curet ornari redd[illegible].

DOMI-

DOMINO PAPAE INNOCENTIO P. BLESENSIS LONDONENſis Archidiac. ſalutem, & ſe totum ad pedes eius.

SI ex abundantia cordis aliquid ore incircunciſo imprudentius ſcribo, vos, qui ſpirituales eſtis, ſuſtinete huiuſmodi in ſpiritu lenitatis. Dedit enim vobis Dominus linguam eruditam, vt ſciatis eum ſuſtentare, qui lapſurus eſt verbo, ſed & lingua veſtra clauis cœli facta eſt, & poteſtas, in cuius plenitudinem vocati eſtis, non ab homine, ſed à DEO eſt. Audire ergo patienter, ſi plangam paululum dolorem meum, qui eleuatus ſum ſuper ventum, vt turpius cadam, & fiam cæteris in theatrum & deriſum. Quando mihi offerebatur Londonienſis Archidiaconatus, ipſum renuebam, illudque verbum Iſaiæ frequenter coram Epiſcopo inculcabam: non ſum medicus; & etiam, in domo mea non eſt panis aut veſtimentum. ideo nolite me conſtituere Principem multitudinis huius. Patriarcha Iacob, qui cum Domino frequenter habebat familiare verbi commercium, omnes dies vitæ ſuæ paruos & peſſimos reputabat. Ego verò vſque ad hunc Archidiaconatum omnes dies meos meliore lapillo, fœlicique tranſactos auſpicio computabam: nunc autem ſagittæ Domini in me ſunt, quarum indignatio ebibit ſpiritum meum. in veſpera vitæ meæ ſum, ſi tamen, quod viuo, vita eſt. Oppreſſus enim morbis, variiſque incommoditatibus ſenectutis obſeſſus præcipuum habeo in votis, Vale, ſeculo dicere: iamq; per DEI gratiam delibor, & mortis reſponſum in membris meis recepi, eiuſque metarores ſe nituntur ingerere corpuſculo tabeſcenti. O quàm quietius, & tutius mihi eſſet, ſemper latuiſſe ſub modio, quàm in Archidiaconatum Londinenſem inconſultius aſcendiſſe. vere ſuper ventum aſcendi. Nam Archidiaconatus ille draco eſt, non habens vnde poſſit viuere, niſi vento. Ille ſiquidem honor eſt in ſolis & nudis, & puris intellectibus. Nam cum ſint in illa ciuitate quadraginta millia hominum, atque centum & viginti Eccleſiæ; nec à laicis decimas, vel primitias, vel oblationes, quamuis ſacerdotio fungar, accipio, nec ab aliqua Eccleſiarum ſynodalia, vel cathedraticum, ſiue procurationes, vel auxilia, ſeu hoſpitia, nec aliquas conſuetudines debitas Archidiaconis poſſum elicere à ſubiectis. Ego tamen ſupra vires meas correctioni & eruditioni tam cleri, quàm populi anxia & indefeſſa ſolicitudine me impendo. Nunquid magnum eſſet, ſi ſpiritualia ſeminantes temporalia meteremus? Vbi eſt, Sumite pſalmum, & date tympanum? vbi eſt, Dignus eſt mercenarius mercede ſua? Nouit DEVS, & nouit tota regio, quod Archidiaconatus Londonienſis, niſi haberet aliunde ſubſidium vitæ, non poſſet ſe per menſem de vniuerſis illius honoris obuentionibus exhibere. Quia igitur vocauit vos DEVS in plenitudinem poteſtatis, & inter angelos ſuos, vt auferatis ſcandala de regno eius, quod eſt Eccleſia, obſecro & adiuro gloriam ſanctitatis veſtrę contra hoc malum, hoc ſcandalum abſcindatis, & quod à diebus antiquis inordinatè factum eſt, reducere vobis placeat, antequam moriar, ad gloriam honeſtatis. Si enim ex hoc patior, magis tamen ſucceſſoribus meis compatior. neſcient enim fodere, erubeſcent egere, & ex neceſſitate cogentur turpiter & publicè mendicare. Præcipite quæſo Elienſi & Vintonienſi Epiſcopis, vt ad locum accedant, & ſecundum ſtatum aliorum Archidiaconatuum iſtum ordinent: & quod ſtatuerint, apud regem faciant inuiolabiliter obſeruari. Sanctiſſime & potentiſſime Innocens, cum ſis nocentium malleus, & innocentium conſolator, aut ab hoc Archidiaconatu Apoſtolica benignitate me liberes, aut ſecundum gratiam tibi datam à DEO ſic ipſum ſola iuſſione tua per aliquos bonos viros ordines ac diſponas, quatenus apud poſteros gratiæ & gloriæ tuæ memoria ſemper per omnem memoriam perſeueret.

Iſa. 3. 7.

Gen. 47. 9.

al. methatores.

Londini 120. templa.

Pſal 80. 3.

Luc. 10. 7.

EPISTOLA CLII.

Ad eundem.

ARGVMENTVM.

Supplicat Summo Pontifici, vt Eccleſia quædam, cuius ipſe erat Decanus, propter incorrigibiles mores cleri commutetur in cœnobium Ciſtertienſis ordinis.

INNOCENTIO III. REVERENDO PATRI, ET DOMINO I. DEI GRATIA SVMMO Pontifici P. Bleſen. London. Archid. ſalutem, & deuotæ humilitatis obſequium.

ERAM Decanus Eccleſiæ de Wulrehaniten in diœceſi Ceſtrenſi, quæ tamen nulli erat obnoxia, vel ſubiecta Pontifici, niſi Archiepiſcopo Cantuarienſi & Regi. De antiquiſſima enim conſuetudine, quæ apud multos pro iure habetur, Reges Angliæ ſemper illum donauere Decanatum. Ad Decanum verò ſpectabat donatio & inſtitutio præbendarum. Porrò, quia clerus ille omninò indiſciplinatus erat, ſicut Wallenſes, & Scoti, tanta in eis obrepſerat vitæ diſſolutio, vt vitium euaderet in DEI contemptum, in animarum perniciem, atque in infamiam cleri, & in totius populi ſibilum & deriſum. Et, vt verba Scripturæ tranſumam, cantabantur eorum turpitudines in triuiis Geth, & in compitis Aſcalonis. (2. Reg. 1. 20.) Frequenter eis ad memoriam reducebam illud Oſee. (Oſ. 4. 15.) Si fornicaris tu Iſrahel, non delinquat ſaltem Iuda. ipſi verò publicè & apertè fornicantes prædicabant ſicut Sodoma peccatum ſuum, & in palpebris popularis infamiæ ducebant vxores, alter alterius filiam, ſiue neptem. tantaque erat cognationis connexio inter eos, vt colligationes impietatis eorum nemo diſſoluere præualeret. (Iob. 41. 7.) Erant enim quaſi ſquamæ Behemoth, quarum vna vni coniungitur, & ſpiraculum vitæ non incedit per eas. Terra proinde clamat aduerſus eos, & cœli reuelabunt iniquitates eorum. Exactiſſima diligentia laborabam, vitiorum in eis propagines venenoſas excidere, ſed facilius conuertere lupos in oues, & feras in homines. (Ier. 13. 25.) Non enim mutabit æthiops pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas. Quoties aliquos eorum in Eccleſia poteram congregare, vt mihi liceret cum eiſdem ſermonis habere commercium, ipſi more aſpidis obturabant aures ſuas, imò quaſi montes Gelboe, (2. Reg. 1. 21.) ſuper quos nec ros, nec pluuia cadit, ſalutaribus monitis aduerſantes de ſuis diſcriminibus non curabant. Multi quippe proiecerant intima ſua, atque in reprobum ſenſum dati currebant effrenes, quaſi equi emiſſarij in omnium præcipitia vitiorum. Inſtabam correctioni eorum totis medullis animæ, toto caritatis affectu: erat enim dolor continuus cordi meo, ſed oderunt corripientem in porta, & ſalutem loquentem abominati ſunt. Incumbebam orationi, & ponebam in puluere os meum, ſi forte eſſet ſpes, loquebar in amaritudine animæ meæ gemens; & ne adeps deeſſet compaſſionis ſacrificio, amaritudinem contriti cordis lachrymis condiebam. Terribiles comminatorias ſcribebant eis Rex & Archiepiſcopus; ego autem obſtinatiſſime promittebam, quod Pontifex Romanus tolleret locum & gentem, & eicerentur de habitationibus ſuis, ſed de comminatione creſcebat eorum contumacia, & de commonitione contemptus.

Pauci

Pauci erant, ſed eorum iniquitas in multitudinem plebeſcebat, multiplicabantur ge- *Iſa.54.5.*
nimina viperarum. oua aſpidum erumpebant in regulos, & de radicibus venenoſis ſpuria vitulamina pullulabant, de ſemine Chanaan progrediebatur generatio praua & exaſperans, filij Belial, filij ſcelerati. Qui volentes hæreditate poſſidere ſanctuarium DEI, quoties aliquo Canonico decedente ſubſtituebatur aliquis vir honeſtus defuncti nepos aut filius, patrimonium ſuum eſſe dicebat, quod erat patrimonium crucifixi. Fugiens ergo in ſyluam, factuſque ſocius furum, & ſpoliantium homines ferro & flammis, in ſubſtituti canonici perniciem graſſabatur. Videns itaque, quod iam miſeri appropinquabant ad portas mortis, merenſque conſiderans imperfectum cupiebam anathema eſſe à fratribus tantæ malitiæ, cui finem imponere non poterat etiam finis vitæ. Erat dolor continuus cordi meo, quod temerarius ego curam eorum ſuſceperam, quorum iniquitates irrumpere non valebam. Intelligebam iudicem diſtrictum rationem villicationis meæ, & eorum perditionem de manu mea terribiliter exacturum, malúſque eſſe omni theſauro, quod certo diſcrimini exponebam. Odiui Eccleſiam malignantium, mihique facta eſt cohabitatio eorum, ſicut ſpelunca leænæ; ſic dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum, vt eant poſt concupiſcentias ſuas. Non eſt enim DEVS in conſpectu eorum: nec eſt inter eos, qui terribilia DEI iudicia timere velit, aut credere, donec fodiatur peccatori fouea, quouſque DEVS cognoſcatur iudicia faciens: & qui lætatur & exultat in rebus peſſimis ſubito ad inferna deſcendat. Proinde acceſſi ad Dominum Cantuarienſem, rogans humiliter & obnixè, quatenus auxilio eius, & aſſenſu Domini Regis ſpurcitiæ illius abominatione ſublata, Ciſtercienſis Ordinis ibidem religio plantaretur. Ad hoc plurimum fauoris addebat, quod locus ille abundat ſyluis, atque paſcuis, & irriguis aquis, atque redditibus, qui per induſtriam cauti viri magnum citò caperent incrementum. Sub expectatione ergo iſtius mutationis, quæ verè eſt dexteræ excelſi, Decanatum in manu eius ſolenniter reſignaui. Ipſe autem, tanquam præcipuus religionis amator inuigilat & inſudat operi, & iam quoſdam de Ciſtercienſi Ordine introduxit, qui locum Eccleſiæ, & officinarum limitent, & diſponant. Propterea vos ſanctiſſime Pater, quem conſtituit DEVS inter meſſores angelos, vt per vos de regno ipſius ſcandala colligantur, noſtrum quæſo confirmate propoſitum, & monaſterio, quod Archiepiſcopus in exultatione vniuerſæ terræ de aſſenſu Regis ædificare intendit, fauorem & gratiam benignitatis Apoſtolicæ miſericorditer indulgere velitis. Porcorum ſtabulum, Satanæque proſtibulum conuertite in templum DEI, & in officinam ſpiritus ſancti. Auferantur impudicitiæ, atque latrocinia perditorum, & ædificetur his, qui quærunt faciem DEI Iacob, paradiſus voluptatis, vbi fruantur contemplationis deliciis, Rachelis amplexibus; vbi ſit præſepium CHRISTI, foſſa cubiti vnius, quam vidit Ezechiel in altari. Extirpate malitiam & ſeminate innocentiam ſanctiſſime Innocenti. ſuſcitate de lapidibus filios Abrahæ. arripite quæſo zelum Phinees, vt canceroſa hæc peſtis, quæ decorem domus Domini enormiter decolorat, præcidatur in iſtis: ſimileſque Apoſtolici rigoris terreantur exemplo. Cedet equidem ad gloriam, ſi per vos CHRISTI gloria dilatetur, & de merito huius boni obtinebitis æternaliter dies bonos. *Ezech 43.13.*

EPI-

EPISTOLA CLIII.

Ad Henricum II. Regem Angl.

ARGVMENTVM.

Rothomagen. & Lexou. Epiſcopi legationis ſuæ ad Franciæ Regem ſummam liberè exponunt, cauſas belli ab eo in exitium regni Regiſque Angliæ indicti produnt: monentque vt ſuis aliorumque precibus DEVM *ſibi propitium reddat.*

HENRICO DEI GRATIA ILLVSTRI REGI ANGLORVM, &c. R. Rothomag. Archiepiſcopus, & Arnulphus Lexouienſis Archiepiſcopus, ſalutem in eo, per quem reges regnant.

ROTHRODVS. *Vide* NOTAS *ep. 44.*

TANTO tempeſtiuius ac diligentius iniunctam nobis Legationem duximus proſequendam, quanto periculoſior in tanto diſcrimine dilatio videbatur. Accincti itaque ad laborem ſuſcepti itineris, Regem Francorum adiuimus, blandiſſimaque ſalutatione præmiſſa ipſius præuenientes offenſam, nulla cautela potuimus veſtræ ſalutationis extorquere reſponſum. Singulos noſtrę Legationis articulos explicauimus ſeriatim commoda pacis, & incommoda diſſenſionis frequentius inculcantes. Ipſe verò verbum noſtrum in omnibus, ſola ſalutatione excepta, patienter admiſit. Expedito itaque diligenter noſtræ Legationis excurſu, ſpacio modici temporis interiecto contumelioſè cœpit nobis fraudes & verſutias exprobrare, quibus ſe conquerebatur ſæpiſſimè circumuentum. Dicebat, quod fidem inter vos mutuo compromiſſam frequenter occaſione leuiſſima violaſtis: voſque in omnibus adeò exhibuiſtis inſtabilem, quod non adhibebit de cætero vobis fidem. Non ſit vobis Rex illuſtriſſime oneroſum, ſi quod audiuimus, loquimur. Hæc eſt enim nunciorum conditio, vt de iniuncto ſibi mandato nil ſubticeant, nil reſcindant, vel diminuant de reſponſo. Addebat etiam, ſe firmiſſimum habuiſſe propoſitum expugnandi vos, antequam Carnotum filius veſter aduentaſſet: iſtaſque occaſiones diſſenſionis & odij proponebat, quod filiam ſuam ad virum ſuum redire non ſinitis, quod ei dotem eius non redditis, quod ſubditos ſuæ ditioni populos à montibus Aluerniæ vſque ad Rhodanum in ipſius odium concitaſtis, quod in coronæ ſuæ diſpendium Comitem S. Egidij in ligium hominem recepiſtis. tandem etiam iuramento firmauit, ſe nunquam de cætero vobiſcum fœdus, aut concordiam habiturum, niſi de veſtræ vxoris, & filiorum veſtrorum aſſenſu. Nunc igitur in cuſtodiēdis munitionibus veſtris, & potiſſime in corporis veſtri tutela conſilio eſt vtendum. Communi enim voto in exitium veſtrum tota Francia conſpirauit. Nec ſatis eſt ei exterminare terræ faciem igne & gladio: ſed in veſtram perſonam, quod abſit, ſcelus exectabile machinatur. Conſulimus ſane, ſi qua abſtuliſti, ſi læſiſti aliquem, ablata reſtituere, & odia reformare in gratiam. Hoc enim inimicos veſtros potiſſime inuitat ad pugnam, quod inteſtinos hoſtes ſentiunt vos habere: & qui vobiſcum dulces capiunt cibos data opportunitate magnificabunt ſupet vos ſupplantationem. Maledictus qui confidit in homine, & ponit carnem fortitudinem brachij ſui. Quid eſt amabilius filiis? quid vxore familiarius? receſſit tamen vxor à latere veſtro, & filij inſurgunt in patrem. ideò nos fruſtrato[illegible]ba-tur

Vide Catal. barb. Vocum.

Jer. 17. 5.

tur hic ille hominum prudentiſſimus, qui dicebat. Amico ne eredas. ab ea quæ dormit in ſinu tuo, cuſtodi clauſtra oris tui. Filius enim contumeliam facit patri: & inimici hominis domeſtici eius. Sane ſuffragia illius imploranda cenſemus, in cuius manu ſunt corda Regum. In eius nomine non ſine paruitate Dauid Goliæ ſubiacuit magnitudo. In eius nomine Samaria adeò fame confecta obſidente Benadab, quod triginta argenteis caput aſini vendebatur, ſub ictu oculi liberata eſt, exuberantique victualium affluentia redundauit. in eo ſiquidem ſperans non infirmabitur. Si exurgat aduerſus vos prælium, in hoc ſperate. Si exurgant aduerſus vos caſtra, non timebit cor veſtrum: ipſe enim docebit manus veſtras ad prælium. Accipite vobis in auxilium preces Eccleſiæ: quam, ſi in aliquo offendiſtis, debita ſatisfactione impenſa ei de cætero omnem reuerentiam exhibete. Sponſa enim CHRISTI eſt: & iniurias ſponſæ CHRISTVS reputat ſuas. nec eſt, quod magis hoſtes veſtros incitat ad conflictum, quàm quod arbitrantur vos Eccleſiæ DEI minus extitiſſe deuotum. Bene valeat cariſſimus Dominus noſter, & de his qui ſe contra eum in ſuperbia & abuſione erigunt reportet in virtute altiſſimi gloriam & triumphum.

Mich. 7. 5. *Mich. 7. 6.* *Mat. 10. 36.* *1. Reg. 17. 10.* *4. Reg. 6. 25.*

EPISTOLA CLIV.

Ad Reginam Anglorum.

ARGVMENTVM.

Monetur Regina Anglorum Aleonora, vt vna cum filiis in Patrem Henricum conſpirantibus viro reconcilietur.

REGINAE ANGLORVM ROTHOMAGENSIS Archiepiſcopus, & Suffraganei ſui, ſalutem, & quæ ad pacem ſunt, quærere. ROTHRODVS.

IN publicam notitiam venit, nec alicui Chriſtiano licitum eſt ignorare, quàm firma & indiſſolubilis ſit copula coniugalis. Matrimonia ſemel inita ſeparari non poſſe, ſanxit veritas, quæ mentiri non poteſt. *Mat. 19. 6.* Quos DEVS, inquit, coniunxit, homo non ſeparet. Sicut autem diuini mandati ſe tranſgreſſorem conſtituit, qui ſeparat coniugatos, ita culpabilis coniugata eſt, quæ ſe a viro ſuo ſeparat, fidemque ſocialis vinculi non obſeruat. Cum vna caro coniuges efficiantur, neceſſe eſt, vt vnionem corporum comitetur ſpirituum vnitas & paritas in conſenſu naturæ conditionem. Apoſtoli mandatum, & Euangelij legem mulier illa euacuat, quæ viro non eſt ſubdita. Caput enim mulieris vir eſt: de viro ſumta eſt, viro eſt vnita, viri ſubdita poteſtati. *Epheſ. 5. 23.* Omnes itaque communi & lamentabili querimonia deploramus, quod, cum ſis mulier prudentiſſima, diuertis a viro, recedit latus à latere, membrum capiti non deſeruit, imo, quod enormius eſt, viſcera Domini Regis, & tua pateris inſurgere contra Patrem: merito cum propheta dicat. Filios enutriui & exaltaui: ipſi autem ſpreuerunt me. *Iſa. 1. 2.* Vtinam, ſicut propheta commemorat, præueniſſet hora nouiſſima dies veſtros, & operuiſſet terra faciem veſtram, ne videremus hæc mala. Scimus, quia niſi reuertaris ad virum tuum, eris generalis ruinæ occaſio: & quod ſingulariter nunc delinquis, in commune nunc diſpendium conuertetur. Reuertere

itaque Regina illuſtris ad virum tuum, & Dominum noſtrum. vt in tua reconciliatione reformetur laborantibus quies, & in tuo reditu lætitia redeat vniuerſis. Si te ad hoc non promouent preces noſtræ, te ſaltem afflictio populorum, imminens preſſura Eccleſiæ, & deſolatio regni ſolicitet. aut enim mentitur veritas, aut omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur. Sanè hæc deſolatio in Dominum Regem conuerti non poteſt, ſed in filios eius, & ſucceſſores ipſorum. cōtra manum fœmineam, & conſilium puerile prouocatis offenſam Domini Regis, cui etiam fortiſſimi reges colla ſubiiciunt. Ea propter, antequam res in deteriorem exitum vergat, redeas cum filiis ad maritum, cui parere & cohabitare teneris. te conuerte, nec tibi aut tuis filiis ſit ſuſpectus. Certiſſimi enim ſumus, quod omnimodam exhibebit vobis dilectionem, & ſecuritatis pleniſſimam firmitatem. Mone quæſo filios tuos, vt patri ſuo ſubditi & deuoti exiſtant, pro quibus tot paſſus eſt anguſtias, tot diſcrimina, tot labores. Vnde ne inconſulta facilitas dilapidet ac diſperdat, quod tantis eſt ſudoribus acquiſitum, hæc tibi piiſſima Regina, & zelo DEI dicimus, & ſinceræ caritatis affectu: parochiana enim noſtra es, ſicut & vir tuus. Non poſſumus deeſſe iuſtitiæ. Vel redibis ad virum tuum, vel iure canonico conſtringemus & tenebimus in te cenſuram Eccleſiaſticam exercere. Quod quidem inuiti dicimus, & quod, niſi reſipueris, cum dolore & lacrymis faciemus. Valete.

Regina eſt parochiana Epiſcopi Rothomag.

EPISTOLA CLXV.

Ad Priorem & Conuentum de Caritate.

ARGVMENTVM.

Rothrodus Archiepiſc. Rothomag. tempore belli inuitatus à monachis ad quietem, purgat ſe, quod à grege ſine ſcandalo abeſſe non poſſit; rogatque vt ſi pax componi inter regem Patrem & filium ac regem Francorum non poſſit, precibus ſuis rem Domino commendent.

R. DEI GRATIA ROTHOMAGENSIS ARCHIEPISCOPVS CArißimis amicis ſuis E. Priori de Caritate, & vniuerſo Conuentui ſalutem in eo, qui ſalus eſt omnium.

CVM ſuper impenſis olim obſequiis vobis teneamur multipliciter obligati, cumulatius tamen redundat ad meritum, quod de tribulatione noſtra vocatis nos in quietem, quod ad omne obſequium liberaliter vos offertis. Et quidem, ſi nulla diſſenſio Normanniam turbaſſet, ſi plena pace frueremur, ad vos anima noſtra totis nisibus anhelaret: nedum hac tempeſtate; cum apud vos conuerſari beatitudinem reputemus, & imaginem alterius paradiſi. Nihil eſt, quod noſtras anguſtias hodie grauius exacerbet, quàm & recordatio, & amiſſio quietis illius, quam vobiſcum duximus inter vos tanquam extra ſeculum, tanquam inter angelos conuerſantes. Nunc itaque ad noſtrorum votorum plenitudinem accederet, facere quæ rogatis, ſi ſine prægrandi & enormi ſcandalo poſſet fieri. Sed in hac ſtrage publica deſolatas oues relinquere, potius eſſet mercenarij, quàm paſtoris: non dicimus, quod hoſtibus velimus occurrere, qui hoſtes non videmus, qui Dominos noſtros aſpicimus vtrobique, qui Domini Regis Francorum, & Domini Regis Anglorum, & iunioris Regis filij ſui eminentiæ tenemur

al. viſceribus.

mur

mur obnoxij & deuoti. Si pacis reformatores eſſe non poſſumus, ſaltem rogabimus, quæ ad pacem ſunt. Vices agemus Epiſcopi, viuis condolebimus, & commoriemur mortuis, & mutuo compaſſionis participio preſſuram publicam, & commune diſcrimen proprium faciemus. Vtinam noſtro ſanguine poſſet hæc ſtrages redimi, & compenſari morte noſtra cum generali diſpendio: ſoli enim pateremur, quod paſſuri ſunt vniuerſi. Orate igitur dilectiſſimi Dominum noſtrum, vt reſpiciat in faciem teſtamenti ſui, & tumultum præſentis diſcordiæ tranquillet ad pacem. Si enim ſpes pacis nobis arrideret, hoc vnum habemus in votis vobiſcum illud cantillum vitæ expendere, quod noſtræ reſiduum eſt ſenectuti. Valete.

EPISTOLA CLVI.

Ad G. Elienſem Epiſcopum.

ARGVMENTVM.

Implorat auxilium Epiſcopi, vt liberet ſe ære alieno.

CARISSIMO DOMINO SVO G. DEI GRATIA ELIENSI EPIſcopo ſuus P. Bleſ. Bath. Archid. ſalutem & miſericordiæ viſceribus abundare. GAVFRIDO.

NECESSITATE vrgentiſſima tractus vado Cantuariam crucifigendus à perfidis Iudæis, qui in graui patibulo debitorum me torquent, & affligunt vſuris. Eandem crucem expecto Londoniis, niſi miſericorditer me liberaueritis: apud quem miſericordia & copioſa redemptio expectatur. Auferatis igitur Pater & amice cariſſime crucem iſtam, & ſex libras, quas debeo Sampſoni Iudæo, in vos ſuſcipiatis, quatenus in hac liberatione mea obligationem in obſequium, & debitum in gratiam conuertatis. Valete.

EPISTOLA CLVII.

Ad G. Vicarium ſuum.

ARGVMENTVM.

Monet Vicarium ſuum, vt pro grege ſibi commiſſo ſedulam curam gerat, & vitæ exemplo præeat eos, quos docet.

M. PETRVS BLES. BATH. ARCHID. G. VICARIO SVO SAlutem in eo, qui ſalus eſt animarum.

LICET circa debitum Eccleſiaſticæ adminiſtrationis ſis inſtructus ad plenum: quia tamen vices meas exequeris in hac parte, plurimum intereſt mea tanto conſideratius te ſolicitudinem animarum gerere, quanto certius eſt huius officij negligentiam in commune ſalutis noſtræ diſpendium redundare. Salus quidem animarum, quarum cuſtodiam ſuſcepiſti, de tuis manibus in diſtricto & ſummo examine requiretur: nec materiam excuſationis habebo legitimam, qui, etſi curam animarum non habuerim, ei tamē idoneum debui prouidiſſe paſtorem. Ea propter moneo te frater, & exhortor

in CHRISTO: vineam Domini Sabaoth, cuius tutela prouidentiæ tuæ commiſſa eſt, vigilanter & circumſpecte cuſtodias. Sunt enim vulpes, quæ demoliuntur latenter hanc vineam, occulti videlicet inimici vel ſtultæ, qui non ſolum ſubiectorum pernicie delectantur, ſed electorum obſeruant calcaneum, & Prælatos ſibi delicatius acceptant in cibum, ſicut Scriptura teſtatur, quia cibus Behemoth cibus electus. O perditos homines, qui non attendentes, quantum eis ex animarum cura diſcrimen immineat, ſic ſe ad ſuſceptionem honoris cum auiditate præcipitant. Et cum Apoſtolus dicat, nemo ſibi ſumit honorem, ſed qui vocatur a DEO tanquam Aaron: ipſi non electi, non vocati, periculoſæ adminiſtrationi ſe ingerunt & important. Infeliciſſimus ſacerdos ad animæ ſuæ prouidentiam omnino non ſufficit, & multarum animarum curam attentare præſumit; proculdubio mercenarius eſt, burſæ lucrum quærit, non animæ. Cum enim ſentiat ſe peccatis oneratum, mole huius corporis aggrauatum, terrenis curis implicatum, carnalibus deſideriis occupatum, contra perſecutiones infirmum, timoribus trepidum, anxium ſuſpicionibus, obnoxium infinitis neceſſitatibus, ærumnoſum, procliuum ad vitia, [illegible] ad virtutes, quia præſumptione aggreditur onus [illegible]rre, quod per horam non ſufficit ſuſtinere. Sed excæcat miſerum execranda ambitio, qui, dum obuentiones altaris percipit, de viduarum lacrymis, & patrimonio crucifixi paſcitur, non attendit, quod hæc in die tremenda à Domino exactiſſimè requirentur. Propter hoc irritauit impius Deum [illegible] dixit enim in corde ſuo, non requiret. Certe requiret Dominus vſque ad nouiſſimum quadrantem. Ipſe tamen longanimis & in multos miſericors ad tempus cum patientia ſuſtinet nequitiam ſacerdotum: ſed cum dixerint pax & [illegible], tunc repentinus ſuperueniet interitus, ſicut dolor in vtero habentis, & non effugient. Hæc ideo tibi dilectiſſime frater intimanda decreui, vt ſtatum vitæ tuæ conſilio maturiore diſponas, & ſi circa curam Dominici gregis te negligenter hactenus habuiſti, redimatur iactura temporis, & quod perperam factum eſt, in melius reformetur. Si vis alios regere & docere, prius teipſum regas & doceas. Cœpit IESVS facere & docere, prius fac, & poſtea doce. Male doces, ſi male agens bene loqueris: fortior enim vox operis, quàm vox oris. In ordinatione ſacerdotis labia & [illegible] Domino conſecrantur. Labia enim ſacerdotis cuſtodiunt iuſtitiam. Manus vero mundiſſimas eſſe oportet, quæ mundiſſimam carnem & ſanguinem CHRISTI tractant. Sint ergo verba tua ſubiectis ad fructum, ſint opera ad exemplum [illegible] Gregorio. Si peruerſè agis, tot mortibus te dignum conſtituis, quot ad ſubditos tuos perditionis exempla tranſmittis. Sane vitam ſingulorum, qui de [illegible] cenſentur, diligenter explora. ſi quid inueneris corrigendum, primum [illegible] in ſpiritu lenitatis: ſi te non audierit, dic Eccleſiæ: & ſi plaga in[illegible] exhortationum fomenta non ſenſerit, ferrum abſciſſionis appone. A[illegible] opportune importunè. Si quod tuum eſt feceris, & increpatio [illegible] quod miſſa eſt, ſed vacua reuertatur tanquam iaculum [illegible] & [illegible] non eſt quod tibi de cætero imputetur ad culpam. Ille enim te ex[illegible] audire te qui [illegible]lunt audire me. Et, qui vos ſpernit, me ſpernit. [illegible] tua fructum [illegible] animam tuam lucraberis cum anima aliena. H[illegible] & [illegible] te ad [illegible] [illegible] inuitare poteram: ſed, vt multa con[illegible] in paucis, conſilium meum eſt, vt te a ſollicitudine animarum omnino [illegible], aut talem ſtudeas efficere, quod ante terribilem [illegible] de tua & aliorum animabus ſufficias reſpondere.

Abac.1.16. *Heb.5.4.* *Pſal 9.13.* *Prou.29.1.* *Act.1.1.* *Mal.2.7.* *G.3.p.paſtor. adm.5.* *Ezech.3.7.* *Luc.10.16.*

EPISTOLA CLVIII.

Ad Ioannem Carnotenſem Epiſcopum.

ARGVMENTVM.

Grauiter queritur in curia Romana quoſdam muneribus corruptos hominem illiteratum & laicum contra canones præficere conatos Abbatiæ, ſed fruſtrà.

CARISSIMO PATRI ET DOMINO SVO I. DEI GRAtia Carnotenſi Epiſcopo, ſuus P. Bleſen. Bath. Archidiac. ſalutem, & promiſſæ miſericordiæ reminiſci.

QVIA ſcio vos occupatum circa ſolicitudinem Eccleſiarum, paucis vtor verbis, ne veſtræ ſanctitatis aures impediam vtilitati publicæ deputatas. Expletis feliciter & ſuper omne deſiderium meum negotiis, quæ mihi Dominus meus ſpecialiter iniunxerat, recepta benedictione & licentia recedendi à Domino Papa ſalutatis Cardinalibus lætus ad reditum accingebar, cum ſuperueniente electo S. Auguſtini, Dominus Papa Magiſtrum G. & me ab incepto itinere reuocauit: benignè ſiquidem receptus eſt ab eis, qui, ſicut ſcitis, gratius acceptant hominum munera, quàm merita perſonarum. Sperabant enim, quod promotio eius eſſet rixæ materia, & maioris emolumenti occaſio; atque fluuium abſorbentes, habebant fiduciam, quod in os eorum Iordanis influeret. Stabat ex aduerſo conſtanter & prudenter Magiſter G. ſtabam & ego, ſicut miniſtrabat in dulcedine ſua pauperi DEVS. Veruntamen, & leges, & canones, & quicquid de ſacro eloquio ad noſtræ partis aſſertionem poteramus inducere, funeſtum quidem maiores inter cæteros & ſacrilegum reputabant, noſq; hoſtes Romanæ Eccleſiæ publicè iudicabant, niſi ceſſaremus ab his verbis, quibus Eccleſiam S. Auguſtini, quam ſuam ſpecialiter aſſerunt, Eccleſiæ Cantuarienſi ſubiicere conabamur. Damna ſiquidem animarum non attendentes in monachis, omnia illicita eis licere permittunt, vt iugo diſciplinæ prorſus abiecto vagi & petulantes ad omnes carnis currant illecebras, omneſque exceſſus, quos per annum faciunt, annua redimunt penſione. Cum itaque nobis publicè fuiſſet inhibitum, ne in cauſa iſta canones, aut leges deduceremus in medium, ſed priuilegia duntaxat, ſi qua haberemus ad manum, quorum nullum eo tempore nos habere ſciebant, viderentque nos in hac parte omni ſolatio humano deſtitutos, & quod in votis haberent hominem illiteratum & laicum, ſed in emendis honoribus circumſpectum, præficere Abbatiæ, quam ſimoniaca venalitate acquiſierat, non occulta, ſed publica & forenſi, proſilui ad accuſationem, atque aduerſus electum paginam inſcriptionis arripui. Cum enim manifeſta & notoria proponerem contra eum, illi quos amicos ſibi fecerat de mammona iniquitatis, opinionis & infamiæ vulneribus vinum & oleum infuderunt. Exhauſtis itaq; Flandriæ mercatoribus in argento, à Romanis tandem infinitam multitudinem auri mutuauit. Sic pennæ columbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi eius in fulgore auri fecerunt, vt non audirent illi duo, vel etiam vnum de libertatibus & dignitatibus ſanctæ matris Eccleſiæ Cantuarienſis, pro quibus B. Martyr certauit vſque ad mortem, & quas moriens confirmauit in cerebri ſui effuſione, & ſanguine proprio rubricauit. Iniunxerant electo, vt ſe tonderi & radi faceret, benedictionem à Domino Papa ſequenti Dominica recepturus. Inter anguſtias igitur & cruces, inter

al. *Ioan. & Hugo, quos.*

ter mortes innumeras conſtitutus, videns, quod non conuerteretur in iudicium iuſtitia, ad natiuæ rationis argumenta me contuli, feciq; ſine promiſſione aliqua, ſine donorum aliquorum impendio, quod benedictio elongata eſt ab eo. Cauſa igitur Cantuarienſis Eccleſiæ Deo & noſtro Martyri commendata, lubo ingrediente cum febre grauiſſima curiam ſum egreſſus. Bene valeatis.

EPISTOLA CLIX.

Ad H. Baiocenſem Epiſcopum.

ARGVMENTVM.

Epiſcopum Baiocenſem ſic officij ſui commonefacit vt tamen veniam deprecetur quod id facere auſus ſit.

DILECTO, ET SVPER OMNIA DILIGENDO H. DEI gratia Baiocenſi Epiſcopo, Petrus Bleſenſis ſalutem, & ſi quid pretioſius eſt ſalute.

LITTERAS vobis ſæpiſſimè deſtinaſſem, ſed vereor ne importunitati detractor adſcribat, ſi minus tempeſtiuè veſtram interpello ſolicitudinem publicis Eccleſiæ vtilitatibus occupatam. Verum poſthabito detractionis vniuerſæ diſcrimine loquar ad Dominum meum, cum ſim puluis & cinis. Licet enim ſupra hominem ſit, tamen ſe non diffi-
al. diſſimulationis. tetur hominem, & qui, dum in hac diſſimilitudinis terra, & inter Chaldæorum officinas munditia caſtitatis puritati conuerſationis angelicæ ſe conformat, gloriæ ſæcularis aura non quatitur, fauorem populi calcans, quem alij cum labore venantur. Offerat itaque Dominus meus caput hoſtiæ, & quod fideliter cœpit & feliciter, exitu feliciore conſummet, & cuius nomen vnguentum effuſum eſt, ſit CHRISTI bonus odor in vitam, vt quod mutabile eſt conuertatur in ſolidum, & quod mundanum in cœleſte, & quod temporale eſt in æternum. Poſui os meum in cœlum, & ſapientiam inſipientiſſimus doceo; qui ſcateo immundis conſcientiæ vermibus eum moneo, cuius conuerſatio in cœlis eſt, qui vt myrrhæ faſciculus iam inter ſponſæ vbera commoratur. Ipſe eſt enim, qui in mundo exiſtens mundum ignorat, & carnis
Cant. 8. 3. propriæ perſecutor in odore vnguentorum decurrens cantat. Læua eius ſub capite meo, & dextera eius amplexabitur me. Impoſuiſſem vtique ori meo ſilentium, niſi
Prou. 9. 8. quia ſcriptum inuenio. Mone ſapientem, & te diliget: argue imprudentem, & te
1. Reg. 25. 10. habebit exoſum. Nabal ex commonitione legitur deterior, Pharao pertinacior.
Exo. 11. 14. Manaſſes ex correptione reſipuit, Balaam ex aſinæ loquela maledicendi reuocauit
2. Par. 33. propoſitum. Moyſes ad admonitionem Iethro publicæ adminiſtrationis officia
Num. 22. 32. conſultius diſpenſauit. Audiat itaque Dominus meus aſinum rugientem, & recen-
Exo. 18. 24. ſentem verbum illud Apoſtoli. Quotquot perfecti ſumus, ſumus tamen imperfecti.
Phil. 3. 15. Et alibi Cum omnia bene fecerimus, dicamus, quia ſerui inutiles ſumus. Iob ſiqui-
Luc. 17. 10. dem atteſtante. qui DEO ſeruiunt, non ſunt ſtabiles, & in angelis ſuis reperit praui-
Iob 4. 18. tatem. Elias ſe ſolum iuſtum exiſtimans clamabat ad Dominum. Domine altaria tua
3. Reg. 19. 14. ſubuerterunt, Prophetas tuos occiderunt, & ego ſolus relictus ſum inter eos, & quærunt animam meam. Quem Dominus increpans. adhuc, inquit, reſtant ſeptem millia,
Matt. 26. 35. qui non curuauerunt genua ſua ante Baal. Petrus ibi lapſus eſt vbi confidentius promiſerat ſe ſtaturum. Qui ergo ſtat, videat ne cadat. Diſtuliſſem vobis ſcribere, ſed vereor,

vereor, ne videatur conuerti epiſtola in ſermonem. Indue quæſo cariſſime tunicam talarem Ioſeph, & ſicut huc vſque feciſti, perſeuera vt conſummes, pugna legitime, vt triumphes. Principium & finis omnium DEVS tuo finem coaptet initio, teque ſibi ſanctum, & nobis conſeruet incolumem. Vale. *Geneſ.37.23.*

EPISTOLA CLX.

Ad Odonem Pariſienſem Epiſcopum.

ARGVMENTVM.

P. Bleſenſis, quoniam viginti ſex annis in Anglia vixerat, petit ab Odone Epiſcopo reuocari in Galliam, vt ſi non viuere, ſaltem ſepeliri poſſit in ſua patria.

SVO DOMINO O. SVVS DEVOTISSIMVS P. BLES. SAlutem, & ſi quid deſiderabilius eſt ſalute.

GLORIÆ veſtræ conglorior, quia ſicut ex multiplici commeantium relatione agnoui, famæ veſtræ titulus, laus & honor inceſſanter accreſcit. Sicut vnguentum effuſum eſt nomen veſtrum: effundite tamen & dilatate amplius eius gloriam, vt ſicut Abram in Abraham, Odo tranſeat in odorem, quatenus CHRISTI bonus odor ſitis in omni loco; deſcendat de capite Aaron in oram veſtimenti eius generoſæ liberalitatis vnguentum, vt nos, qui ad veſtræ tactum fimbriæ aſpiramus, trahamur poſt vos, & curramus in odore vnguentorum veſtrorum. Oleum ſiquidem gratię creſcit ex impendio, nec exuberantiam ignorabit, donec vaſis deficientibus deſinat erogari. Viginti ſex annis in Anglia peregrinans linguam, quam non noueram audiui. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt tanto tẽpore, & non eſt qui compatiatur exuli; non eſt qui cõmoueatur ſuper contritione Ioſeph. Nunquid ſemper ero vagus & profugus ſuper terram? Nemo finem imponet peregrinationi meæ, vt ſaltem ſemel ante ſupremi ſpiritus exhalationẽ in aëre natiuo mihi liceat reſpirare? Pleriq; peregrinationi diutinæ aſſueti patriæ pręacceptãt exilium, factiq; vitula Ephraim docta diligere trituram tædium exilij palearum ſolatio recompenſant. Ego aliter ſentio. *Me natale ſolum quadam dulcedine tangit. ſemper & immemorem non ſinit eſſe ſui.* Præſules Galliarum, apud quos factus ſum tanquã mortuus à corde, tanquam vas perditum, mihi nimis obdurauerunt ad gratiam: ſed ſurgat Aquilo, & veniat Auſter perflans cor veſtrum. veniat verbum DEI, & liquefaciat illud, & flante ſpiritu miſericordiæ fluant in me veſtrarum aromata gratiarum. Neſcio ſanè, vnde veniat, aut quo vadat benignus quidam ſpiritus ſuggerens aſſiduè mihi, quod DEVS gratiæ veſtræ ſpecialiter meæ reuocationis miniſterium reſeruauit. Obdurentur igitur contra me, qui carnaliter ſapiunt, & ille mihi ad miſericordiam liquefiat, qui ſpiritu DEI agitur. Nam & in deſerto carnes olim obdurari ad ſolem & manna liqueſcere Scriptura teſtatur. Propterea expectabo in ſilentio ſalutare meum, & audiam quid in me loquatur Dominus meus. Sæpè enim me iacentem erigit, & fiduciam mihi exhilarat langueſcentem, quod magni Epiſcopi contribules veſtri, quorum memoria in benedictione eſt, me quodam gratiæ ſpecialis priuilegio coluerunt, & exempti de terra in vobis plantaria veteris amicitiæ reliquerunt. Cum Bituricenſis Eccleſiæ Præcentor eſſem ad ſolatium alienigenarum manum munificentiæ veſtræ

2. Cor.2.15. *Pſal.132.3.* *Cant.1.4.* *Amos 6.6.* *Oſ.10.11.* *Ouidius 1. de Pont.el.4.* *Exo.16.21.*

vſque

vſque ad nouiſſimos fines Angliæ porrexiſtis: nec abbreuiata eſt manus veſtra, ſed tanto facta eſt ex conſecratione protenſior, quanto Præcentore maior eſt Præſul.
Ouid. Her. ep.16. *Quis neſcit longas Præſulis eſſe manus?* In promptu eſt, quantum vobis ex mea reuocatione honoris & vtilitatis accedat. Credo enim, quod ſicut Apoſtolus dicit, data
1.Cor.12.7. ſit vobis manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem. Sanè, vt prophetico verbo vtar: panem
Iſa.4.1. noſtrum comedemus, & veſtimentis noſtris operiemur, tantummodo inuocetur nomen tuum ſuper nos, aufer opprobrium noſtrum. Auferat innata vobis liberalitas ignominiam peregrinationis & exilij mei, vt me prorſus vendicetis in veſtrum, totumque veſtro militet honori & obſequio, ſi quid ſum, ſi quid valeo, ſi quid ſcio, ſi quid habeo, ſi quid poſſum. Quicquid mihi feceritis, quoddam breue precarium erit, veſtrumque beneficium cum multa gratiarum actione DEI & hominum tempeſtiuè redibit. Cui non licet in patria viuere, ſaltem liceat ſepeliri. Et, vt in verſu
Luc.lib.2. Lucani claudatur epiſtola, *Liceat tumulo ſcripſiſſe, Catonis Martia:* ſic liceat mihi ſcribere, PETRVS ODONIS.

EPISTOLA CLXI.

ARGVMENTVM.

Grauiter conqueritur eum, quem ſummum ſuum amicum arbitrabatur, factum infeſtum hoſtem, & obtrectatorem. Videtur ſcripta ad Epiſcopum.

INHONESTVM eſt illos ſeueris altercari diſſenſionibus, ad quorum æmulationem ſuæ vitæ ſtatum cæteri debuerant c[illegible]e. Me equidem in tuæ familiaritatis ſacrario repoſitum opinabar, te [illegible] iudicabam me alterum. Tu verſutiæ toxicum foue[illegible]s, vulp[illegible] nam fraudis ſophiſticæ dilectionis inuolucro palli[illegible]s. V[illegible] in p[illegible]æ liberalitatis eluſus eloquio, rerum experientia tandem edoctus, ambi[illegible] am[illegible]s effigiem deprehendi, dum venenoſo murmure me corrodis, dum [illegible]s,
Horat.lib.2. ſerm.ſat.1. dum innoxium non ceſſas impetere maledictis. Vel igitur eloquior[illegible] ſilentium indicas, vel aceto reſperſus ſatyrico, *flebis & inſignis tota c[illegible] vrbe.* Ab integritate dilectionis amor degenerat, quem claudicare cogit a[illegible], quem occaſio facilis inquietat: me ſiquidem mentis adeò ſibi conuiuit identitas, [illegible] c[illegible]icaremus anima, vt illum me alterum iudicarem. Verum [illegible]rro [illegible]s aculeo inſtigatus diſcordiæ toxicum ſeminauit, & iunctos diſpergens hoſtem mihi pe[illegible] erit in amicum. Quoniam igitur excellentiam Prælatorum ill[illegible]at, co[illegible]lias mitigare, reſarcire diſcordias, veſtris aduolutus genibus M[illegible]te [illegible] efflagito, quatenus me & Magiſtrum G. inter quos nubeculam od[illegible] adulatio, v[illegible]tis ad concordiam reuocare.

EPISTOLA CLXII.

AD E. AMICVM SVVM.

ARGVMENTVM.

Ait ſe ideo in extera regione verſari, quod parum acceptus ſit popu[illegible] ſuis in patria

[illegible] & [illegible]
[illegible]

IDEM [illegible] AMICO [illegible] SALVTEM, ET
[illegible]

N[illegible] ad votum [illegible] me [illegible]
[illegible] dem. Non [illegible] tu [illegible] & [illegible] propter a [illegible],
non cognouerunt me [illegible] quærens *[illegible]*
Domus na[illegible]tatis meæ [illegible] *[illegible]*
[illegible] mihi misericordiæ, & [illegible] *[illegible]*
[illegible] a [illegible] *[illegible] nent.*
[illegible] mihi [illegible]
non [illegible] tus auro effluere [illegible] M[illegible] *[illegible]*
n[illegible], quæ [illegible] libenter ac[illegible],
[illegible] Dominum reddant pro me [illegible]
[illegible] s [illegible]
[illegible] s. De[illegible], quam ergo vos habeo, testis est [illegible]
A[illegible], testis in terra. Ipsa duntaxat Deo & conſcientiæ meæ pater, *1.Theſſ.2.10.*
q[illegible] care [illegible] perſ[illegible]uum cenſeo, quia & verba adulationem ſaperent, &
[illegible]tem excederent in immenſum. Salutate omnes amicos noſtros. Certi-
[illegible] meas mei vobis deſignare non poſſum, quoniam inopini labores via-
[illegible] es implicant curiales. Latori facite præſtari comitiuam vſque
[illegible]

EPISTOLA CLXIII.

Ad Bathonienſem Electum.

ARGVMENTVM

[illegible], a quo magnus beneficiis affectus fuerat, quod in B[illegible]
[illegible] it.

[illegible] IEN[illegible]I ELECTO SALVTEM IN EO,
qui ſalus eſt electorum.

M[illegible] Dominum, quia magnifi[illegible]
[illegible] exaltauit in eo, qui mecum miſ[illegible]:
& [illegible] beneficij retributionem no ſuffic[illegible], C[illegible]
[illegible] pen[illegible] pro me exuberan[illegible] re[illegible] ad me-
[illegible] præſſ[illegible]rem, qu[illegible] me [illegible]
[illegible]orum nemo quicquam [illegible] ap-
[illegible] deam [illegible] pro quo [illegible]
[illegible] ſol[illegible] inter [illegible] & [illegible]
[illegible] D[illegible], & [illegible] o-
[illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible] ... congratulor ... [illegible] ... qui vestris libris [illegible] ... vt in eisdem [illegible] ...

EPISTOLA CLXIV.

Ad Alienoram Reginam Angliæ.

ARGVMENTVM.

Conſolantur Alienoram Angliæ Reginam Christianæ terræ [illegible], ob intempeſtiuum obitum [illegible] Henrici III. Anglorum regis, [illegible] præſente [illegible] Apoſtolica [illegible] celebrat[illegible].

R[illegible] flebilis, & triſtis [illegible] ... plenus & [illegible] ... cordia n[illegible] ... [illegible] ... portum de tot fluctibus [illegible] ... per incrementa tempo[illegible] ... & grata remedia [illegible] ... compaſſionis affectu [illegible] ... gationis vnguentu & [illegible] ... ad temperamentum tam acerbi doloris [illegible] ... [illegible]

4 Reg. 10. [illegible]

[illegible]

[illegible] Nam vita morti præ-[illegible] ... ecclesiarum, regnique Hierosolymitani Baronibus, ac vniuerso populo ... in Ecclesia S. Crucis, celebratiſque ex more exequiis, ac in crasti-num Miſsarum ſollemniis per Legatum Sedis Apoſtolicæ celebratis, magnaque [illegible] Indulgentia ex parte Legati & aliorum Prælatorum præ[illegible] Legatus nobis [illegible] pro requie mortui ſpeciales orationes [illegible]. [illegible] pro vita Regis, Reginæ, & filiorum & fratrum [illegible] per tempora [illegible] & amplius orare mandauit. [illegible] puerperæ deuotioni recommendamus, [illegible] conuenit.

Missa pro mortuo.

Indulgentiæ.

EPISTOLA CLXV.

Ad. N. Pontificem Romanum.

ARGVMENTVM.

[illegible] dentis gratulatur, quod N. ex ipſius terra ad ſummum [illegible] peruenerit, cumque hortatur, vt digno [illegible] tum ad dignitatem [illegible] promoueat.

[illegible] PAPÆ TALIS REX

A [illegible]

buit, [illegible] e Oc[illegible] N[illegible] P[illegible] magnifice [illegible], & [illegible] maieſtatis [illegible] p[illegible], de c[illegible] [illegible]. Si[illegible] apud [illegible] ſpiritualis ſpiritualia [illegible] noſtr[illegible] non mediocriter [illegible] R[illegible] perſonam veſtram, [illegible] plantandum duxerit, & de ter[illegible] [illegible] pere ſt[illegible] f[illegible]uoſ[illegible] [illegible]re, quod bea[illegible] dicunt omnes g[illegible]. [illegible] quoque ſin[illegible] cord[illegible] [illegible] m[illegible] v[illegible] [illegible] p[illegible], [illegible] quod abſit, alt[illegible] dignitatis faſtigium, g[illegible] p[illegible] S[illegible]d [illegible] minime affectamus, vt cum vniuerſatum E[illegible] [illegible] les ordi[illegible] e cu[illegible] [illegible] diſpenſatio C[illegible] [illegible] velint, & valeant ſupportare non reſpicientes ad [illegible] qualitatem, aut pote[illegible] quantitatem, [illegible] q[illegible] [illegible] & zelo ferventi [illegible] N[illegible] ctum [illegible] cum [illegible] ſupra modum officiat [illegible] d[illegible] tu[illegible] ne vi[illegible] re c[illegible] cum ſæpe d[illegible], vel pr[illegible] ben[illegible] conv[illegible] requiri prouidentiam, [illegible] indigeas [illegible] Cum autem fœlix terra, [illegible] redemptionis o[illegible]e, co[illegible] CHRISTI conſecratam, quam Chri[illegible] pr[illegible] ſicut oculata fide nouim[illegible] pe[illegible] batu[illegible] [illegible] l[illegible]tur, deſiderio deſideramus quod ad ipſius [illegible] [illegible] Illud autem olim [illegible] tre Imperi[illegible] C[illegible] [illegible]ter deſolatum, quis affectare non debeat, [illegible] ve[illegible] latio[illegible]em recipiat op[illegible] ! S[illegible] quidem & l[illegible] co[illegible]tis c[illegible] æmulatione affe[illegible] na [illegible] præſidet Eccleſiæ, ei[illegible] omnium [illegible] f[illegible] C[illegible] ſic[illegible] de [illegible] & de honore in honorem [illegible] [illegible] licere c[illegible]: ſicut Apoſtolus [illegible] [illegible] Eccleſiam illuſtrare [illegible] c[illegible] [illegible]ro lumine & calore relic[illegible] talia [illegible] [illegible] Deum [illegible]. [illegible] [illegible] & [illegible] [illegible] eſt[illegible] [illegible]

Ecclesiarum [illegible] ordinatio ad Papam pertinet.

[illegible] Imperium [illegible].

EPISTOLA CLXVI.

Ad Reginam quandam [illegible]

[illegible]

[illegible]

Digitized by Google

SALVTEM ET FELICEM DIERVM LONGITVDINEM CVM [illegible] ſalutis [illegible] emiſſio.

A Præsenti [illegible] omnium, licet rebus ipſis naturas indidit [illegible] concludi voluit vniuerſis, vt & mutabilitati & [illegible], & tandem defectui ſubiacerent, [illegible], quæ de nihilo primordialiter proceſſerunt. Hinc eſt quod [illegible] luci diei, nocti ſuccedit tenebroſitas, proſperitati annexa eſt tribulatio, [illegible] mutabilitas, illudit felicitati aduerſitas, gaudium doloris aculeus [illegible] demum de præſenti reportat vita triumphum. Hæc quippe regula quæ [illegible] em recipit. hæc eſt ſummi conditoris voluntas immobilis. Hæc [illegible] dignitates, nec immenſos potentatus excipit, ſed *ſceptra ligonibus* [illegible] æqua, omnes in hoc efficit coæquales. Ferenda eſt igitur [illegible], & illius depoſitioni parendum humiliter, cuius conſiliarius nemo [illegible] iam vt hanc nobis non parcendam oſtenderet, ipſam proprio filio non [illegible]. Quid eſt ergo quod de multorum talium tranſitu glorioſo doloris [illegible] ſingultuoſos gemitus, triſtia lamenta, doloroſas voces, & amaras lachrymas, [illegible] [illegible], emittitis inceſſanter? Equidem animus magnificus, nobilitatis titulus, prudentiæ modus, talia nec approbant, nec admittunt. Rogamus itaque ſublimitatem veſtram precibus quantis poſſumus, & in Domino IESV obſecramus, quatenus prædictas anxietates, puſillanimitatis filias, penitus deponentes, ad ipſum Dominum corporeos & mentales oculos dirigatis, ipſum in omnibus operibus ſuis toto mentis ardore, totoque ſtudio collaudando. Nam etſi doletis carnaliter, quia [illegible] ſublimes, tã magnificos amiſiſtis, regratiari potius debetis altiſſimo, & eius [illegible] collaudare, quia ipſo præſtante habere tales, vt prædictum eſt, meruiſtis. [illegible] etiam diligenter, quod quicquid habemus à DEO mutuum eſt, non [illegible]: depoſuit enim, non dedit, quicunque ſub ipſo beneficia poſſidemus. Agamus [illegible] de vſu gratias, & reddamus, cum repetierit, non ingrati: ſed ad gratias vos [illegible] recognoſcatis iterum pro felici copia liberorum: in quibus, ſi bene aduertitis & gaudiorum vobis adeſt materia, & multa inſuper reſtitutio amiſſorum.

EPISTOLA CLXVII.

Ad Reginam quandam.

ARGVMENTVM.

Hortatur Reginam ne plus æquo lugeat ob mortem Regis Aragoniæ.

Illi forſitan profuit hactenus ignoraſſe mortem Regis Aragoniæ, & [illegible] temporis ſubripuiſſe dolori: ſed nobis quidem obfuit manifeſte [illegible] doloris gladium, qui noſtram in ipſius morte lanceauit animam, [illegible] cogimur. Iteraro etiam vulnus, quod ipſa tempora [illegible] cicatricem rediuiuus [illegible]. Quid enim profuiſſet [illegible], non dolere, cum [illegible] ſuadere, ne fleas in funere [illegible] in ipſo doloris [illegible] nullatenus potuerimus, & [illegible]

moria [illegible] ere. Habet [illegible] patientia, & [illegible]

Gen. 37. 34 [illegible] S. patriarcha Iacob [illegible]

Iob. 1. 20. [illegible]

[illegible] ba [illegible] imus, vt qu[illegible] [illegible] das: quia [illegible] habere [illegible] præceſſit [illegible] io, [illegible] continuo [illegible]

Iob 2. 10. [illegible] obloquens vo[illegible], Si bona [illegible] tur indignaris, ſi dulcia [illegible] vita hominis ſuper te [illegible]? Et, [illegible] pulsis, nunc [illegible], nunc [illegible]

Aug. ſerm. 2 de coſol. mor. d[illegible] dolor, modo gaudium in hac vita. D[illegible] cere, [illegible] tamen ipſam, [illegible] Dauid Regis [illegible] us exemplum, [illegible] ui[illegible] bus [illegible] is admirantibus, quod cum [illegible]

2. Reg. c. 23. [illegible]; poſtquam autem mortuus, [illegible] [illegible], ieiunabam & flebam, [illegible] D[illegible] [illegible] quia mortuus eſt, cur ieiunem? [illegible] potero [illegible] ad eum, ipſe verò ad me non redibit, [illegible] & ſuos. Et tu ergo [illegible] ſoliſſima con[illegible] [illegible], non deficiens, ſed proficiens, cum a Dauid c[illegible] [illegible] moria, quod [illegible] nd[illegible] tem au[illegible] [illegible] ulum, quæ finem non habet, [illegible]

EPISTOLA CLXVIII.

[illegible] ab m[illegible].

C[illegible]

[illegible]

[illegible] placuit, [illegible]

eſt. Prudentiam igitur ſanctitatis veſtræ, quam circumſpectam ſcimus, quam in proſperis non elatam, quam in aduerſis non depreſſam pro certo cognouimus, duximus exorandam, quatenus occaſione talium, quos de mundi moleſtia tranſduxit gratia creatoris ad regnum, tam forti animo toleretis, quod patientiæ munus mitteretur in vobis.

EPISTOLA CLXIX.

Acerbiſſime deplorat infauſtam mortem Friderici Imperatoris, dicti Barbaroſſæ.

RVMOR terribilis, & horribilis, & nefandus vniuerſis & alienis auribus nuper inculcatus, omni lancea gladio penetrantior noſtri cordis viſcera ſic acerbe, ſic medullitus, ſic lethaliter ſauciauit, quod vix ſperatur antidotum, vix reſtat viuendi fiducia, vix ſpes aliqua ſubſiſtendi. Audiuimus enim, & in ipſo pene auditu defecimus præ dolore, quod ille Imperij columna immobilis & regni Apuliæ ſtabile firmamentum, ille Lucifer matutinus omni micanti ſtella micantior, ille, inquam, ingens chryſolithus omni iaſpide & lapide pretioſior, Fredericus videlicet noſter ſereniſſimus Imperator ſui fati diem proh dolor clauſit extremum. Ad cuius obitum vniuerſis eius fidelibus, & præſertim regnicolis, qui ſuo præſidio defenſante inconcuſſæ pacis quiete vigebant, quaſi ſol & luna, & vniuerſa cœli luminaria tenebreſcunt, dum illud lumen luciddiſſimum obturatur, quo vbilibet coruſcante, hactenus nullius erroris vel horroris offendiculum timebatur. Heu quid agimus, ad quem confugimus, cuius præſidia præſtolamur? Quis fiet amodò gentis præſidium? Quis regnicolis mite leuamen? Quis gentis Apuliæ tuta defenſio? Occubuit enim leo fortiſſimus, cuius facies inclyta, eiusque [illegible] feroces terræ beſtias deterrebat, & rebellium colla ſibi ſubiiciens vbique terrarum monſtra placabat. Plangite igitur regni fideles tanti Principis præſidio deſtituti, vlulate iuuenes, plorate ſenes, nuptæ ac virgines cum ephebis. Nam vitæ veſtræ dux & ſolamen, vita & ſalus, lux & defenſio, tutela & virtus, anchora ſpei, refugium & auxilium, heu mortis imperio ſubiugatur. heu heu importunæ mortis proteruitas effrænata, & effrænis præſumptio ſororum triplicium hominum fila trahentium, quæ ſumptis à parcendo vocabulis ſuis nominibus antiphraſticè ponuntur, cur ſaltem in tanto Principe vera ſibi nomina non adſciſcunt, vt illius capitis ſaluti parcerent, quod mille damnandis capitibus iam pepercit. O mortalium miranda conditio, &, ſi fas eſt dicere, conditio deploranda, dum mortis imperio curuantur imperia, & eius iugo colla nobilium ſubiugantur, [illegible] o pauperum ac diuitum debilium & potentium capita [illegible] diuina creditur prouidentia definitum, vt ſicut eſt ſimilis [illegible], ſic ſimilis finis & interitus viuentis & ſingulis ſubſequatur. Quis igitur de tanto, & de tam irrecuperabili damno fere inconſolabiliter eſt dolendum? [illegible] ſunt in dubio poſitæ, [illegible] quid fieri debeat in futurum, [illegible] Domini Imperatoris hæredibus exiſtat [illegible], quibus [illegible] creditur [illegible]

ſta-

[illegible] quotidie, [illegible]. Hinc est, quod [illegible] quæ plene confidimus, ex[illegible] & [illegible] esse debeat [illegible] quod nobis possibile [illegible] quæ ab hostibus iaciuntur, [illegible]

EPISTOLA CLXX.

Ad Episcopos Suffraganeos, & Abbates.

ARGVMENTVM.

Archiepiscopus Rothomag. auxilium Episcoporum & Abbatum implorat, [illegible] Pontifici Romano inopiæ subueniat.

ROTHOMAGENSIS ARCHIEPISCOPVS SVFFRAGANEIS & Abbatibus salutem.

[illegible] N[illegible], & in [illegible] Romanæ Ecclesiæ [illegible] Dei [illegible] propriæ [illegible] onere [illegible]. Clamat [illegible] ad vos vestra mater Ecclesia [illegible] exhausta, plenamque [illegible] de vestra largitione fiduciam postulat, ut in vestra consolatione respiret, pro quibus desolationem sentit, & [illegible]. Sub [illegible] potestatis procellis [illegible] pro parte detumuit; [illegible] Petri [illegible] clementior, [illegible] sub [illegible] vestræ [illegible] tatis [illegible] & inexplebiles pec[illegible] Domini [illegible] relatione [illegible]. Nec [illegible] Papa [illegible] & suis [illegible] sufficientiam de vestra [illegible] valete.

EPISTOLA CLXXI.

Ad Doctores Academiæ Neapolitanæ.

ARGVMENTVM.

Lamentatur de obitu M. Gualteri Professoris Grammatices.

[illegible] SVPER AQVAS AMARITVDINIS IN SALICIBVS organa [illegible] Neapolitani studij, Doctoribus vniuersis [illegible] lamentantium spiritus, & illam, quæ omnem [illegible] pacem Domini nostri IESV CHRISTI.

DE ſeculo nequam,& valle miſeriæ ad ſcholas florentis patriæ,vbi garrulitatis improbæ nullus auditur tumultus, illius vocatione, cuius imperium in cœlo & in terris, & in omnibus extenditur creaturis, Grammaticorum eximius con[...]ol[...] & frater, M. GVALTERVS nouiter e[...]ocatus, [...] n[...] terrae ſit velut vmbra,imò euanuit: ad cuius tranſitum ſtudij Parthenop[...] Sol,& Luna verſa eſt in Eclypſin. Nam ars Grammaticæ, quæ Latinæ voc[...]gustur, priuata decoris radiis triſtis ſedet in tenebris, & habet, vnde [...] p[...] iterarae dolorem, duobus maritis tàm modico tempore viduata.Nondum pr[...] & recentis doloris ſanata ſunt vulnera, & ſic calamitati calamitas, & t[...] tempeſtati dolor doloribus,& vulneribus vulnera inferuntur. M[...] hic eſt ordo præpoſterus & turbatus: quia naturaliter magiſtrum ſequitur diſcipulus: hic autem magiſter eſt diſcipulum ſubſecutus, & hoc ideò, quia mortis irregularitas de ſuo more peruerſo peruertit ordinem, quæ præponenda erant, p[...] pro ponit e contrario poſtponenda. Proh dolor, viris frondoſa quam ſubitò aruit, cuius fructus exuberarat ad plenum. Nam in multitudine filiorum,quos genuit indefeſſus ille vterus Magiſtralis cunctis præualuit, & tanquam cedrus Libani ſuperexcreuit,cui non ſunt adæquatæ virgultæ de deſerto. Ipſe quidem fuit alter Ioſeph in terra Ægypti, cui omnes inuiderunt potentes, quem ſæua beſtia deuorauit, videlicet mors, quæ per aphæreſim cunctis aufert mortalibus caput, & à membris diuidit & ſcindit: in cuius deciſione vos, qui floretis in cathedris,tanquam multorum capita plena oculis retro reſpicite, & diligenter attendite, quantum ſit tenuis & fragilis gloria ſingularis: quæ eſt quaſi quidam vapor ad modicum durans, fenumq; quod mane floret,veſpere decidit & areſcit.Ad tutelam igitur bene viuendi,Doctores incauti ſubtracti Magiſtri, per illam ſyncopen,à qua nullus Grammaticus excuſatur, ſtatum & tranſitum reciprocantes in vobis, vnum efficax per locum à ſimili colligite argumentum,ſimiliter iſtud iter currere,quod veſter ſocius præcucurrit: cum de ſimilibus idem iudicium habeatur. *Gen. 37.*

EPISTOLA CLXXII.

Ad auditores Grammatices.

ARGVMENTVM.

Eiuſdem eſt argumenti cum ſuperiori epiſtola, deplorat enim mortem Profeſſoris Grammatices.

VAGIENTIBVS IN CVNIS ADHVC ARTIS GRAMMATICAE, natiſque recens diſcipulis, quilibet homo, qui ſequitur veritatem, vitam bonam & exitum meliorem.

QVIA materia ita ſe habet,quod ab amaritudine ſumat exordium: nec [...] hinc animi perturbatione narrari; non miremini, ſi [...] oratione ſingultuoſa vobis ſcholaribus, qui habi[...] ad mare præcipue [...] pe-[...] Grammatice [...]tiamus. [...] enim, quod no[...] dolorum [...]

ter extincta lucerna, & deſiccatus eſt fons irriguus, frugifer Euphrates M[illegible] N. qui non ab infimo poſitiui, ſed à ſuperlatiui nomine meruit deriuari, cum ſuper ſe nullum habuerit aſcendentem: imò ſicut aquila tranſcendit omnia genera pennarorum, vir potens in opere & ſermone, rara in terris auis, quæ ſine pluralitatis conſortio meruit dici ſingularis. Ad cuius tranſitum, velut ſole petente occaſum, tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam faciem terræ. Nam ipſe ſolus de tenebroſis & confuſis PRISCIANI tractatibus educens lucem purgauit tenebras; ipſius veterem & antiquum Donatiſtam compeſcuit, & apoſtatam reformauit, & quaſi de caligine montis Sinai alter Moyſes legifer, a DEO & non ab homine ſibi ſcriptam Grammaticam hominibus reportauit, in qua ſub tali & tanto artifice, non ſolum prima, ſed artes quoq; cæteræ pariuntur. Vnde quid facient parietes, cum corruit fundamentum: Quid infelix Grammatica orba parente ſuo? de quo completum eſt illud propheticum.

Jer. 31. 15. Vox in Rama, hoc eſt in excelſis audita eſt, ploratus & vlulatus multus. Rachel plorat maritum ſuum, & non eſt, qui conſoletur eam ex omnibus caris ſuis. Nam quis ſimilis ſibi, vt ſuſcitaret Dominus ſpiritum ſuum per aliquam pythoniſſam, vt loqueretur vobis ad tempus Magiſter magiſtrorum ille doctiſſimus, qui du-

2. Reg. 14. cebat alios in ſtuporem? Verum, quia omnes morimur, & ſicut aquæ, quæ non re-

Sen. lib. de cō- uertuntur, dilabimur, ac teſtante Philoſopho, crudelitatem fati æqualitas cōſolatur,

ſol. ad Polyb. mœrore depoſito, qui talem & tantum dilexiſtis auctorem, ad eius obſequia concur-

c. 2. ratis, orantes pro illo Doctore mirabili; qui & a mane vſq; ad veſperam clamauit, ſicut pullus hyrundinis, & meditatus eſt, vt columba, ponendo animam pro ſcholaribus docendo deſiit, & docuit deſinendo.

EPISTOLA CLXXIII.

Ad Iuris ciuilis profeſſores.

ARGVMENTVM.

Deplorat obitum eximy cuiuſdam Profeſſoris Iuris ciuilis.

IVRIS CIVILIS PROFESSORIBVS VNIVERSIS P. SALVTEM, & attendere vltimum ante primum.

AMARITVDO amariſſima, & materia concreta doloribus humanis [illegible]uiter mentibus concurrerunt. Nam vnicus & ſingularis homo, in quo, velut in ſuo proprio, leges conuenerant & viuebant, eloquentiæ tuba, conſilij plenitudo, vox populi, ad finem & in fine optimus perſuaſor omnium excellentiſſimus IACOBVS De regione, IESV CHRISTO vitalem ſpiritum reſignauit, & attrita eſt nimium repente gloria altum eius. In c[illegible] caſu non ſolum Lombardia Sole priuata ſuo, verum etiam maxima [illegible] viventium continuis lacrymis ingemiſcit, & doloris gladius [illegible] perforauit. Nec immeritò, cum ipſe quaſi legifer, & ſupremus Doctor, de præſcriptis Iuris Codicibus ſenſus informarit informes, & quaſi adhuc viuens informare non deſinit, quia licet, vt homo, deficerit, non tamen deſinit vt Magiſter: quia mortuus ipſe docet, quātum ſit appellatio mortis difficilis & violenta, quia reſiſtentia nulla ei fieri poteſt, quia ex modo neceſſitatis omnem ſuperat ſyllogiſmum, exceptiones [illegible]ones aliquas non attendit. Verum, quia mirabilis eſt iſta [illegible], nunquam fallitur, & omnes fallit, fallacia videlicet ve[illegible], quæ [illegible] non habetur. Ipſa quidem

quidem eſt lætitiæ nebula, triſtitiæ genitrix, dilatatio lacrymarũ, vniuerſæ carnis exterminium,& ſingularium deſtructiua. Ideoque viri prudentes in Doctore mortuo prudenter addiſcite,quicquid poſſit,& quæ [illegible] fortior exterminant angeli; & diligenter attendite, quod legum facundia mortis imperio non reſiſtit. *Locus corruptus.*

EPISTOLA CLXXIV.

Monet quendam ne vita defunctum immoderate deploret.

PROPRIO filio ſuo Dominus non pepercit, ne ius cauſſæ communis gloria, & humana natura exceptionem haberet, quæ a mortalitate primæ corruptionis egreſſa moriendi neceſſitatem incurrit, & ideò naturæ debitum reddere licet,& decet, quia ſcriptum eſt. Fili in mortuum produc lacrymas. Sed veſtræ non debent a Saluatoris lacrymis diſcrepare,ſi eſtis Saluatoris amici, qui non pro morte Lazari,ſed pro ipſius reuocatione ad miſerias temporales planxiſſe dicitur,& luxiſſe. Qui enim vltra debitum naturam impugnat, non naturam, ſed naturæ impugnat auctorem. nec eſt tutum illi inferre iniuriam,qui nemini nouit inferre eam. Videte igitur, & cauete,ne terreno affectui,& poſtmodum perituro cedat æternus & ſalutaris affectus. Ideoque ſinceritatem veſtram monemus & hortamur attentè, quatenus ob reuerentiam DEI & veſtram, omnem triſtitiam deponentes, gaudeatis in illo,qui cœleſtis profunditate conſilij diſponit & ordinat, vocat & reuocat ſubiectas ſuæ prouidentiæ creaturas. qui affectibus paternis & patriis filios corrigit,& ad vitam diſponit æternam:attentius prouiſuri, & in ſacramentorum ſuffragiis,aliiſque operibus pietatis,quod perire non poteſt, & æternum eſt ſine fine viuens. Vnde ſancti viri Iob conſolationem memoriæ commendate,poſt rerum & filiorum amiſſionem dicentis. Dominus dedit, Dominus abſtulit. ſicut Domino placuit, ita factum eſt. ſit nomen Domini benedictum.

Eccli.38.16.
Joan.11.35.
Iob.1.21.

EPISTOLA CLXXV.

ARGVMENTI EIVSDEM.

SI omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos agri: ſi Lunã palleſcere,ſi ſolẽ videmus aliquando eclypſari, quid homo ingemiſcis lacrymis mortuo fratre tuo? cur non tacet pupilla oculi tui doloris amaritudinem transfundendo? Neſcis,quod omne compoſitũ, atteſtante Philoſopho,diſſoluitur,& prçter angelos omnis occidit creatura: Vnde illud propheticũ. Homo vanitati ſimilis factus eſt, & dies eius, ſicut vmbra, prætereunt & quaſi vas [illegible] confringetur. Humanũ quidem eſt flere,ſed continuare fletus, penitus inhumanum: [illegible] Apoſtolus. Nolite cõtriſtari,ſicut & cæteri,q de reſurrectione ſpem non habent. Vide Auguſtinus. Nõ illos amiſimus,ſed pmiſimus, qui de hoc ſeculo receſſerũt. [illegible] & [illegible] aliud q̃ à mortis regula nullus excipitur: *æquat enim ſceptra ligonibus.* Na pari [illegible] ſenes & iuuenes,fortes & debiles,potentes & infirmos, [illegible] & egenos inuoluit. Omne nãq; q̃ naſcitur moritur,& [illegible] eſt [illegible] perpetuũ ſub ſole. Cũ igitur frater tuus ad regionẽ ſanctorũ ſpirituũ tranſmigrauit, vtpote,

Eccli.14.18.
Iſa.40.6.
Pſal.143.4.
Pſal.101.12.
Pſal.2.9.
1.Theſ.4.14.
Aug.ep.6.ad [illegible]
Aug. ſerm. de con. mort.

qui partem habuit in reſurrectione prima, deſine flere, ne nomen Domini exacerbes, ſi velis, licet incaſſum, ſententiam mutare. Dominus namque mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit, cuius nutu diſponuntur omnia, & ſuos in tribulationibus conſolatur.

1. Reg. 2. 6.

EPISTOLA CLXXVI.

ARGVMENTI EIVSDEM.

VOx audita eſt, ploratus & vlulatus multus in obitu viri egregij fratris veſtri, qui tanto maioris triſtitiæ reliquit materiam, quanto maiori dote natura priuilegiauit eundem, & prærogatiuo morum ſpiritualium titulo inſigniuit. O mors inuida, mors amara, quæ in eo telam vitæ ſuccidit, dum adhuc orditetur, pulcherrima vitæ præciſa, palmite non relicto. Scimus quidem cauſam adeſſe doloris; modus tamen debet eſſe dolentis, quia Dominus dedit, Dominus abſtulit. in cuius manibus mors & vita. Qui enim dedit originem, dedit & obitum, & ſic communis eſt lex tam vitæ, quàm mortis, nec ius mutatur imperio vel fauore. Cum ergo vſus ſit Dominus iure ſuo, non fecit iniuriam, licet videatur manus eius ad præſens plena fuiſſe rigore. Cæterũ, quia decet, vt voluntati eius noſtros conformemus affectus, conſulimus, & pro gratia petimus ſpeciali, vt temperato dolore, & fluxu lacrymarum reſtricto, iam vobis parcatis, conſanguineis & amicis exiſtentes conſolationis ſpeculum, & confortationis exemplar.

EPISTOLA CLXXVII.

Ad Reginam quandam.

ARGVMENTVM.

Conſolatur Reginam lugentem mortem viri & filij.

IN mundi rota volubili conſtituti, ſi ſucceſſus varios ſentiant, & ex temporis mutabilitate inſtabili diuerſas viciſſitudines patiantur, non mirantur, nec ſtupent qui recto reguntur iudicio compoſitæ rationis. Norunt enim, quod nil poteſt conſiſtere ſolidum, cuius eſt ſub motu perpetuo fundamentum. Ideoq; felici quadã prouidentia caſus volentes prçuenire ambiguos, & accidentia futura contemnere, ſic diſpoſitionis [illegible] virtuoſæ conſtantiæ ſuos animos ſtatuerunt, vt [illegible] nec mutantẽ fortunam pertimeant, nec congaudeant in proſperis. [illegible] magnanimitas, quæ proſperis non extollitur, nec [illegible] aduerſis, [illegible] permanens eadem ſufficit ipſa ſibi. Sanè de talibus partibus, [illegible] ipſius, vos rumores audiſſe credimus plurimos, & inter alios [illegible] Chriſtiani exercitus proceſſum, per veſtrorũ [illegible] Domini Regis [illegible] & Domini Ioannis filij, ne dicamus obitum, [illegible] tranſitum [illegible] inſtanter deſolatũ. Et licet ſerenitatem veſtram ſic prædictæ [illegible] poſſimus dotata præſumere, ac tanto [illegible] vt [illegible] vi a naturę debitũ non frangatur. [illegible] quia vos [illegible] diligimus, nos cogit credere,

credere, quod vis doloris virtutem neſciat, & triſtitiæ motus modum debitum non permittat. O vtinam non ſic agi[illegible] fle[illegible] doloris fluctibus; non ſic abſorbeamini immoderatæ triſtitiæ faucibus, quin attendatis ſolicite, quod mors nil aliud eſt, quam peregrinationis terminus, finis miſeriæ, laborum meta, exilij limes, ianua patriæ, natiuitas vitæ, principium beatitudinis, p[illegible] omnibus, qui in Domino moriuntur. Cum igitur prædicti CHRISTI pugiles, fidei zelatores pro agone ſuorum regnorum, prout ſperamus, ſtipendi[illegible] æternorum, lætandum eſt potius de commercio tam felici, vbi pro terrenis [illegible] cæleſtia, pro tranſitoriis ſempiterna. Sed & ſi conſolationem velimus temporalem [illegible] mittere, non poteſtis totaliter quaſi vidua plangere, vel quaſi deſolata deſolationis incommoda deplorare. Ditauit enim vos altiſſimi clementia prole multiplici, vt [illegible] liberorum numeroſitate tolerabilior ſit vnius ſublatio, & viri carentiam [illegible] multitudo. O ſi mater veſtra tanto fuiſſet tempore potita coniugio, ſi tot [illegible] optato vſa ſolario, ſi tot filiorum ſepta conſortio, ceſſiſſet profecto doloris [illegible] gaudiis liberorum. Hæc itaque diligenter ſublimitas veſtra conſideret, & inuti[illegible] finem ponens lachrymis vlterius dolore nocuo non adiiciat damna damnis.

EPISTOLA CLXXVIII.

EIVSDEM ARGVMENTI.

SATIS credimus, & ſine dubitatione tenemus, quod audita morte talis, multi doloris, [illegible]ræque amaritudinis calicem ſuſcepiſti; ſed nec prima, nec ſola: quoniam antequam ſcire debuimus, & priuſquam ad te dolor ille perueniret, per nos tranſitum habuit; fecitque in nobis, quantum ſecundum DEVM licuit rationi. Equidem ſatis in viuo *al. ſtationi.* [illegible]ſimus, quantum in morte doleremus, & notauit affectus in amico, quæ ſequeretur triſtitia de amiſſo. Meritoque inter alios Principes ſæculares, quos dileximus, illum ſpeciali quadam prærogatiua prætulimus in eo, quod contra Saracenæ gentis perfidiam, [illegible] ſingularis Chriſtianitatis athleta quaſi proprium proprij Chriſt[illegible] commune proſecutus eſt intereſſe. Porrò nō eſt veriſimile, quod ſummi liberalitas largitoris non reſpondeat eius laboribus recompenſatione condigna, cum non ſit ut retributione difficilis, qui de ſola gratia merita ſupplicum excedit & vota ſuperabundantia pietatis. Sanè nullam fecit iniuriam, ſi vſus plenitudine ſui iuris, ſpiritum, quem commiſit corpori ad tempus, ſuo tempore reuocauit. Quis enim homo, qui viuit, & non videbit mortem? nonne puluis in puluerem reuertitur? nonne quaſi flos egreſſus homo conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet? Habet quippe humanæ conditionis fragilitas, debita ſoluere certa morti. Hinc neſcit importunæ mortis exactio quicquam de debito humanæ re[illegible] ſorti ſine differentia diſcretionis illud extorquens. Cæterum tibi non o[illegible] videatur, poſt ſe illuſtris indolis filium derelinquens, qui ſuum pro t[illegible] parentem, vt propago reſpondeat pro radice. Reſtat igitur, vt [illegible] conſolationis aſſumas, qui ſummus eſt in tribulatione con[illegible], quod magnus ille ex Dauid amare filium ſuum fleuit ægrotum, *2. Reg. 12.* ſed mortuum non plorauit, ne [illegible] retur [illegible] voluntati. Vt [illegible] non [illegible] Dominum DEVM [illegible], quæ poſita erat [illegible] aliorum, con[illegible] alios [illegible] ipſa exiſteret præcedentibus in exemplum, & poſteris in doctrinam. Adhuc i[illegible]

conſiderare te volumus, quod quanto plus tuorum viſa es deſtituta præſentia, tanto maiorem diuina clementia tibi faciet in proſecutione prouentum.

EPISTOLA CLXXIX.

EIVSDEM ARGVMENTI.

CVM amaræ mortis imperium nullus præſentis vitæ hoſpes valeat euitare, & homo ſit corruptibilis & mortalis, debetis, ſi placet, veſtram triſtitiam moderari, quam in mente veſtra concepiſtis, de veſtri fratris Nicolai obitu. DEVS enim nolens ipſum in hoc ſæculo præſentis vitę corruptionibus vlterius agitari, reuocauit eundẽ ad eius nomini confitendum. Præterea cum Eccleſiaſtica & diuina ſumpſerit ſacramenta, viuit in Do-
Apocal. 14. 13. mino. nam beati mortui, qui in Domino moriuntur. Quare amicitiæ veſtræ duxi
Iob 14. 5. præſentibus conſulendum, quatenus attendentes dictum propheticum; Conſtituiſti terminos eius, qui præteriri non poterunt, quod frater veſter terminum mortis non potuit præterire, veſtro dolori finem imponere debeatis, ne, quod à Domino factum eſt, videamini reprobare.

EPISTOLA CLXXX.

EIVSDEM ARGVMENTI.

INTER cęteros flebiles humanę conditionis defectus, incertus & labilis ſtatus hominis à mortalibus eſt potiſſime deplorandus; in quo dum quiſque de conceptu matrum procedit ad partum, & in lucem apertam ex obtruſo ventris cubili prodit, innumeris offertur miſeriis, & anguſtiarum vallo nimium anguſtante circumdatur. ſicque in illo, dum viuit variis mortis expoſitus caſibus, flos factus a die exitus matris ſuæ rarò poſt florem frondeſcit, rariuſq; plenam creſcit in arborem poſt frondium venuſta-
Pſal. 102. 15. tem. Nunquid homo & dies eius ſicut fœnum, & vt flos agri, ſicut legitur, efflorebit?
Matth. 6. 30. Videtur, inquam, vt fœnum, quod eſt hodie, & cras in clibanum mittitur, & vt flos agri: cuius delectabilis precioſitas, & amœnitas florida nimia venti vel æſtus percuſſa vredine ad modicum euaneſcit halitum. Scio, quod nuper acerbæ mortis G. noſtri tuiq; conſanguinei luctuoſum nuncium omnium noſtrum dolore grandi plurimum exacerbauit animum. Dumque caſum necis conſideramus, qua periit, animæ magis in eo quam carnis exitum deploramus: incerti & dubij valde, ſi in ſtatu ſalutis ipſum tam rapida rapuit mors, quæ tam abſorbuit repentina. Verum, quia hęc ſunt occulta DEI omnipotentis iudicia, qui iuxta ſuum beneplacitum, quando & quomodo vult rationales ab hoc ſæculo nequam reuocat creaturas, nobilitatem tuam rogamus in Domino, monemus quoque & hortamur attente, quatenus conceptam de ſubtractione dicti G. excludas à corde mœſtitiam, & lugere iam deſinas, quem reddere nequit vobis ſingultus lugubris, vel quantalibet lachrymarum pietas: ſed ſuper hoc Dominicæ poteſtatis flagello animi conſolationem recipias, & DEO, cui ſic placuit, benedicens, hæc circa ipſum fraterni amoris oſtendas indicia, vt ſpiritu
al. veritatis remed. diligas, quem in carne amaſti, animam G. iuuando quibuſlibet virtutis remediis & ſuffragiis caritatis.

FINIS EPISTOLARVM.

PETRI BLESENSIS ARCHIDIACONI BATHONIENSIS

EXHORTATIONES,

VEL

SERMONES

IN

COENOBIIS, SCHOLIS, ET SYNODIS

HABITI.

ELENCHVM

Sermonum ſequens pagina exhibet.

ELENCHVS

SERMONVM PETRI BLESENSIS.

IN ADVENTV DOMINI.

SERM. I. ERAT *Hieroſolymis probatica piſcina.* Ioan.5.2.
II. *Conuerte me ad viam portæ ſanctuary.* Ezech.44.1.

IN FESTO S. NICOLAI

III. *Qui non humiliauerit ſe, ſicut paruulus iſte.* Mar.10.15.

IN ADVENTV, ET DE B. LVCIA.

IV. *Et rex Dauid ſenuerat, nec calefiebat.* 3.Reg.1.1.
V. *Aſcendet Dominus ſuper nubem leuem.* Iſa.19.1.

IN NATALI DOMINI.

VI. *Dum medium ſilentium tenerent omnia.* Sap.18.14.

IN EPIPHANIA.

VII. *Qui ſedes ſuper Cherubin appare coram Ephraim.* Pſal.79.2.

DE S. VINCENTIO.

VIII. *Vincenti dabo edere de ligno vitæ.* Apoc.2.7.

DE PVRIFICATIONE B. VIRGINIS.

IX. *Oblatus eſt, quia ipſe voluit.* Iſa.53.7.

IN DIE CINERVM.

X. *Cum ieiunaueris, faciem tuam laua.* Matth.7.18.

IN QVADRAGESIMA.

XI. *Eruite lapides de plateis.* Ierem.50.26.
XII. *Qui habitat in adiutorio altiſſimi.* Pſal.90.1.
XIII. *Expulit* IESVM *ſpiritus in deſertum.* Marc.1.13.

IN DOMIN. LÆTARE.

XIV. *Lætare Hieruſalem, & conuentum facite.* Iſa.66.10.

IN DIE PALMARVM.

XV. *Apprehendent ſeptem mulieres virum vnum.* Iſa.4.1.

IN HEBDOM. SANCTA.

XVI. *Diſpone domui tuæ, quia morieris tu.* Iſa.38.1.

IN

IN COENA DOMINI.

XVII. *Cum dilexiſſet* IESVS *ſuos, qui erant in mundo.* Ioan.13.1.
XVIII. *Scitis, quia poſt biduum Paſcha fiet.* Matth.26.2.

DE ANNVNCIAT. B. VIRG.

XIX. *Egredimini filiæ Sion, & videte regem.* Cant.3.11.

IN LITANIA MAIORI.

XX. *Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum.* Pſal.77.31.

IN ASCENSIONE DOMINI.

XXI. *Venite aſcendamus ad montem Domini.* Iſa.2.3.

DE S. TRINITATE.

XXII. *Fluuius egrediebatur de loco voluptatis.* Geneſ.2.10.

DE S. MARIA MAGDAL.

XXIII. *Super tribus ſceleribus Moab, & ſuper quatuor.* Amos 1.6.

DE S. IACOBO APOST. S.CHRISTOPH. martyre & S. GERMANO confeſſore.

XXIV. *In ore duorum aut trium ſtabit omne verbum.* Deu.17.6.
XXV. *Vitulus, leo, agnus morabuntur ſimul.* Iſa.11.6.

IN FESTO S. PETRI AD VINCVLA.

XXVI. *Nunc ſcio verè, quia miſit Dominus angelum ſuum.* Actor. 12.11.
XXVII. *Dirupiſti Domine vincula mea.* Pſal.115.16.

IN ASSVMPT. B. VIRGINIS.

XXVIII. *Data eſt ei gloria Libani, decor Carmeli & Saron.* Iſa.35.2.
XXIX. *Ibo mihi ad montem myrrhæ, & ad colles Libani.* Cant.4.6.

IN FESTO S. AVGVSTINI.

XXX. *Melior eſt canis viuus leone mortuo.* Eccl.9.4.
XXXI. *Fili mel inueniſti, comede quod ſufficit.* Prou.25.16.
XXXII. *Tolle filium tuum, quem diligis, Iſaac.* Geneſ.22.2.

IN FESTO OMNIVM SANCTORVM.

XXXIII. *In die illa faciet Dominus in monte hoc conuiuium pinguium.* Iſaiæ 25.6.
XXXIV. *Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi.* Pſal.120.1.
XXXV. *Hieruſalem, quæ ædificatur vt ciuitas.* Pſal.121.1.

IN DEDICATIONE ECCLESIÆ.

XXXVI. *Domum tuam decet ſanctitudo Domine.* Pſal.92.5.

SERMONES HABITI IN SYNODIS.

XXXVII. *Si dixerit vobis Pharao, quod eſt opus veſtrum, reſpondete. Viri paſtores ſumus.* Geneſ.46.34.

XXXVIII. *In manibus prophetarum aſſimilatus ſum.* Oſee 12.13. iuxta LXX.

XXXIX. *Erudimini qui iudicatis terram.* Pſal.2.10.

XL. *Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos.* Ioan.15.16.

XLI. *Et nunc reges intelligite. erudimini qui iud. terram.* Pſ.2.10.

XLII. *Sederunt in terra, conticuerunt ſenes.* Thren.2.10.

XLIII. *Qui mihi miniſtrat, me ſequatur.* Ioan.12.26.

XLIV. *Paruuli petierunt panẽ, & nõ erat, qui frãgeret eis.* Thren.4.4.

XLV. *Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem.* Pſal.40.1.

XLVI. *Stetit angelus iuxta aram templi.* Apoc.8.3.

XLVII. *Homo cum in honore eſſet, non intellexit.* Pſal,48.13.

XLVIII. *Deſcendit Ionas ad interiora nauis.* Ionæ 1.5.

AD MONACHOS.

XLIX. *Omni cuſtodia cuſtodi cor tuum, fili mi.* Prou.4.23.

L. *Portio mea Domine dixi, cuſtodire legem tuam.* Pſal.118.57.

AD SANCTIMONIALES.

LI. *Audi filia & vide, & inclina aurem tuam.* Pſal.44.11.

FINIS.

PETRI BLESENSIS BATHONIENSIS ARCHIDIACONI SERMONES.

IN ADVENTV DOMINI.

SERMO PRIMVS.

E*RAT Hieroſolymis Probatica piſcina, cuius aqua mouebatur* *Ioan.5.2.*
ad deſcenſum angeli: & qui primus deſcendebat in eam, ſanaba-
tur, à quocunq; languore, vel infirmitate detinebatur. Πρόβατον
Græcè, ouis vel pecus dicitur Latinè, probatica itaque dicta
eſt piſcina, quia in ea Nathinæi carnes hoſtiarum lauabant ad
cremandum ſuper altare holocauſtorum. De cauſa autem *De cauſa mo-*
huius motus miraculoſi, & tempore, in Annalibus noſtris *tus aqua in*
non habetur. Veruntamen credibile eſt imminente aduentu *piſcina.*
Saluatoris accidiſſe: alioquin Chronici priorum temporum ſub ſilentio non præ- *P.Comeſt.c.*
teriiſſent. De cauſa verò duplex traditio habetur. Prior eſt, quoniam à diebus Salo- *81.hiſt.Euan-*
monis lignum Dominicę crucis ibidem in viſceribus terræ occultatum fuerat, quod *gel.*
in aduentu Saluatoris ſuperenatauit, & inuentum eſt. Proinde pro inuentione ſalu-
tiferæ crucis factus eſt in ea potus ſalutaris. Secunda traditio veriſimilior eſt. Media-
tor DEI & hominum homo CHRISTVS IESVS aduentum ſuum in carnem viſi-
bilibus ſignis demonſtrauit gentibus ab Oriente, & gentibus ab Occidente. Credi-
bile eſt, quod Iudæis in vmbilico gentium poſitis præcipuè, cum ad eos mitteba-
tur, manifeſtum tradidit ſignum & viſibile; præſertim cum Iudæi ſignum quære-
rent, Orientalibus noua ſtella noui Regis ortum indicauit. Neque indecenter: *Hieronym. in*
ipſi enim in diebus Nemroth ignem adorauerunt, & militiam cœli. Euentus etiam *quæſt. Heb. in*
noſtros contingentes motibus ſyderum adſcribebant. vnde per nouam ſtellam in- *Gen. P. Com.*
dicatum eſt eis Regem ortum in terris, qui ſuperſtitionem ſyderum terminaret in *Hiſt.gen.c.37.*
excelſis. Occidentalibus etiam Romæ ſignum dedit, non ſolum, quod fons olei eru- *Vide* NOTAS.
pit & fluxit vſque in Tyberim: ſed etiam in hoc, quod in eadem nocte, qua vir- *Fons olei Ro-*
go peperit, templum Pacis penitus corruit. Romani enim in monarchia orbis *ma nocte nati*
florentes templum Pacis ædificauerunt multo labore, grandibus expenſis, & *Chriſti.*
ambitione multa? quod erat admirabile in oculis intuentium. Conſulentes au- *Templum pa-*
tem Apollinem de eius diuturnitate, reſponſum eſt eis, ipſum permanſurum do- *cis corruit.*
nec Virgo pareret. Super hoc gauiſi, titulum prę foribus inſcripſerunt. TEMPLVM
PACIS ÆTERNVM. Eadem itaque nocte, qua virgo peperit, mirabiliter corruit,

& miſerabiliter: ac ſi apertè diceretur eis. Natus eſt Saluator, DEVS viuus & verus, ante cuius faciem corruent, idola ſurda & muta: ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. Iudæis verò datum eſt ſignum in aqua dedita vſibus hoſtiarum. ac ſi diceretur eis. Veritas de terra orta eſt, & ceſſabunt hoſtiæ figurarum. Veruntamen, quoniam omnia in figura contingebant illis: facta autem & ſcripta ſunt hæc propter nos, in quos fines ſæculorum deuenerunt, ſpiritualem illius motionis ſignificationem perſcrutemur. Probatica piſcina B. Virginem ſignificauit: ipſa enim non ſolum ouina propter ſimplicitatem & innocentiam dici potuit, ſed etiam ouis. Agnum enim peperit, qui tollit peccata mundi. Probabile verò fuit, ſi agnum peperit, quod ouis fuit. Deſcendit in eam magni conſilij angelus, & mota eſt triplici motione, ſcilicet, in ſeparatione carnis, in remotione fomitis, in virtute benedictionis. Cum obnubilaret eam virtus altiſſimi, ſeparauit ab ea carunculam, ex qua formata eſt caro Saluatoris. Extinctus eſt etiam in ea fomes ille naturalis, languor naturæ, ex quo ſurgunt in nobis illiciti motus, qui in noſtra poteſtate non ſunt. Benedictionem verò attulit illi angelus dicens. Aue benedicta inter mulieres, id eſt, ſola robuſta inter molles. Mulier enim à mollitie ſumitur, quaſi mollier. Hæc eſt illa mulier fortis, de qua ſcriptum eſt. Mulierem fortem quis inueniet? In cuius fortitudine dictum eſt diabolo. Ipſa conteret caput tuum. Antiquuus enim ille ceraſtes, duobus maximè cornibus impugnat nos, elatione animi, & immunditia carnis. Hæc duo cornua contriuit in ſe illa mulier fortis, contraria contrariis curans, humilitate deiiciens ſuperbiam animi, voto virginitatis carnis immunditiam. Hæc eſt mulier fortis, quæ manum ſuam miſit ad fortia. Duo enim proſecuta eſt ſimul, quæ vel difficile, vel impoſſibile eſt ſimul implere: vouit enim virginitatem, & ſimul conſenſit in coniugem. Fuit etiam in ea quarta motio, quam ſub ſilentio præterire fas non eſt, quæ ex leui nominis inflexione concipi poteſt. Virgo enim, O mutato in A, fit virga. In hunc modum facta eſt Virga, ſecundum illud. *Virgo* DEI *genitrix virga eſt.* Natus enim Saluator tres habuit Virgas: virgam ſuſtentationis, qua vtuntur ſenes: virgam eruditionis, qua vtuntur Doctores in Gymnaſiis ſuis, & virgam dominationis, qua vtuntur Reges. In hunc modum tres virgas habuit Saluator, carnem Virginis, clamorem prædicationis, calicem paſſionis. Prima fuit radicis, ſecunda deſerti, tertia regni. De prima ſcriptum eſt. Egredietur virga de radice Ieſſe. De ſecunda. Vox clamantis in deſerto, parate viam Domini. De tertia. Virga æquitatis, virga regni tui. Per primam in ſimilitudinem hominum factus, habitu inuentus eſt vt nos. Per ſecundam erudiuit nos. per tertiam liberauit nos. Fuit ergo virgo virga ſuſtentationis in hunc modum. Senex ille antiquus dierum, cuius egreſſus à diebus æternitatis, quem vidit Daniel cano capite & pedibus metallinis, in lingua ſua loqui non poterat, neque ambulare, ſitire non poterat aut eſurire, neque cætera noſtri defectus argumenta poterat proſequi. Innixus autem huic virgæ defectus noſtros proſecutus eſt, quos oportuit & decuit. *Poſt hanc aquæ motionem vnus eſt in ea ſanatus.* Hæc eſt vnitas Eccleſiæ, quæ per fidem incarnationis Dominicæ ſalutem conſecuta eſt à Domino. Veruntamen mouere nos poteſt, quod poſt incarnationem Domini factam credentes in eum à peccatis dicuntur ſaluari: cum certum ſit etiam Patres antiquos ſine fide incarnationis ſaluari non potuiſſe. Qui præcedebant enim, & qui ſequebantur, omnes clamabant, Oſanna in excelſis. Attendendum eſt itaque diligenter, quid interſit inter nos & illos. Hoc ſanè intereſt;

Marginal notes: *Matth.1.21.* *Pſal 84.12.* *1.Cor.10.6.* *Piſcina typus B.Virginis.* *Ioan.1.29.* *Luc.1.35.* *Luc.1.28.* *Iſid.l.11. etym. cap.2.* *Prou.31.10.* *Geneſ.3.15.* *B.Virgo vouit virginitatem.* *Iſa.11.1.* *Iſa.40.3.* *Hebr.2.8.* *Dan.7.9.* *Mich.5.2.* *Dan.10.5.* *Cur vnus ſanatus in piſcina.* *Matth.21.9.*

tereſt; quod poſt incarnationem ſanantur deſcendentes, antequam ſanabantur a-
ſcendentes: expectatio enim rei futuræ, ad quam tendimus, tanquam aſcenſus eſt.
Recordatio verò rei præteritę, ad quam recurrimus, deſcenſui ſimilatur. Præterea
fuerunt & aliæ piſcinæ, in quibus operatus eſt Saluator in diebus carnis ſuæ: ex qua- *Pſal.110.2.*
rum collatione cum probatica piſcina clarius eluceſcent magna opera Domini ex- *Joan.9.7.*
quiſita in omnes voluntates eius. Fuit enim natatoria Siloe, ad quam cæcus inun- *4.Reg.18.17.*
ctus luto abiit & vidit. Fuit & extra Hieruſalem piſcina in agro fullonis ad vſus ab- *3.Reg.22.38.*
luendarum veſtium. Fuit & piſcina in Samaria, in qua canes linxerunt ſanguinem
Achab, cum ſagittatus eſſet à ſuis in Ramoth Galaad. Per natatoriam itaque Siloe *Natatoria Si-*
non incongruè Euangelica ſignificatur doctrina, in qua populus gentium cæcus à *loe quid ſigni-*
natiuitate viſum recepit, iuxta illud. Populus gentium qui ambulabat in tenebris vi- *ficet.*
dit lucem magnam: habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta eſt eis. Piſcina *Mat.4.16.*
fullonum, in qua abluebantur veſtes, & non homines, Lex Moſaica, cuius emunda- *Quid piſcina*
tio ſecundum Apoſtolum ad emundationem carnis, & non ſpiritus, valuit. Im- *fullonum.*
mundus enim quis tactu morticini, leproſus, & ſeminis fluxum patiens, mulier *Heb.9.13.*
puerpera vel menſtruata, & huiuſmodi, ab ingreſſu templi arcebantur: nec commu- *Leu.12.13.14.*
nem vſum hominum habere poterant, donec mundarentur legali mundatione: ad
declinationem verò peccati huiuſmodi non valebant. Piſcinæ verò Samariæ tradi- *Quid piſcina*
tiones ſunt Philoſophorum, qui nihil putant verum, niſi ratio humana præbeat eis *Samariæ.*
experimentum. In ea canes, id eſt, dæmones gentium lambebant ſanguinem, id eſt,
omnem vigorem naturalium donorum, & induſtriam hominum ad ſe colendos in-
clinabant. Hi ſunt medici, in quibus hæmorrhoiſſa erogauit omnem ſubſtantiam
ſuam, & non profuerunt ei. De his ſcriptum eſt. Lamiæ nudauerunt mammas, dede- *Luc.8.43.*
runt vbera catulis ſuis. Porrò videamus, quid in ſingulis harum operatus ſit Domi- *Thren.4.2.*
nus. Quod vt eluceat, propriis nominibus annominemus eas. Prima, vt diximus, di-
cta eſt probatica. Secunda dicatur Dominica. Tertia Eclyptica. Quarta Sophiſtica.
Legem autem Moyſi eclypticam dicimus, quoniam inſtar Syrtis habuit aquam re-
ticulatam & arenam. Habuit enim quædam mandata mundantia ad iuſtificatio-
nem: alia verò, quæ neminem mundabant ad ſalutem. Prima piſcina fuit ſolitudi-
nis, ſecunda ſatietatis, ſecundum illud. Qui ſitit, veniat ad me, & bibat. Tertia pro- *Joan.7.37.*
miſſionis. Quarta deceptionis. Saluator primam fœcundauit; ſecundam deriuauit:
nam in omnem terram exiuit ſonus eius. tertiam adimpleuit ipſo atteſtante, cum
ait, Non veni ſoluere legem, ſed adimplere. Quartam exſiccauit, iuxta illud. Perdam *Mat.5.17.*
ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Et alibi. Percutiam *1.Cor.1.19.*
Ægyptum in ſeptem riuis, vt per eam tranſeant calceati. In primam deſcendit, & eſt *Iſa.11.15.*
mota. ſecundam ſtatuit, & eſt immota. tertiam impleuit, & eſt permota. percuſſit
quartam, & eſt remota. Hæc autem quatuor operatus eſt in quatuor regionibus le-
gationis ſuæ. Miſſus enim à Patre ad oues Iſrahel, quæ perierant, legatus: datæ ſunt
ei quinque regiones, vt in ſingulis proprio fungeretur legationis officio. Regio-
nes verò illas ſic determinare poſſumus: Vterum Virginis, medium Orbis, patibu-
lum crucis, domum fortis, extrema maris. In prima regione calceauit ſe, circumliga-
uit ſibi ligaturā calceamentorum ſuorum, cuius explanationis ſe non eſſe dignum
Baptiſta confeſſus eſt, viſibiliter ad nos egredi volens tanquam ſponſus de thalamo *Mar.1.7.*
ſuo. In hac regione Probaticam piſcinam fœcundauit. Egreſſus ad ſecundam, ſcili-
cet, ad medium Orbis, operatus eſt ſalutem in medio terræ exultauit vt gigas ad cur- *Pſal.73.12.*
rendam viam incipiens à Galilæa per medios fines Decapoleos pertranſiens vni- *Math.4.25.*
uerſam Iudæam prædicauit Euangelium regni, collegit diſcipulos, mira fecit in ocu-

lis hominum,& ſic Dominicam ſim piſcinam deriuauit. Aſcendens ad tertiam regio-
Iſa. 63. 3. nem torcular calcauit ſolus, factum eſt rubrum indumentum eius, veram hoſtiam
obtulit DEO Patri,& ita legalium figurarum promiſſiones adimpleuit. Deſcendens
Mat. 12. 29. in quartam regionem ligauit fortem, & vaſa eius diripuit, baculauit eum, qui habe-
bat mortis imperium, rabiē canum compeſcuit, ne ſanguinē lamberent hominum
violenter. Sanè in quinta regione non ita operatus eſt in facie hominum, ſed capti-
uam, quam ſecum traxerat, captiuitatem poſuit in extremis maris, id eſt, ſuper am-
pliſſimos fines ſeculi, vt tandem in aſcenſione membra cum capite cœlos penetra-
Act. 4. 32. rent. In hac regione, deābulauit ab his, quos poſuerat in extremis maris, ad eos, quos
forte. moris. collegerat in cœnaculo mortis: multitudinis, quorum erat cor vnum & anima vna:
quos relicturus erat in terris, vt darent ei teſtimonium in omni Iudæa & Samaria, &
Ioan. 14. 27. vſque ad vltimum terræ. Veniens ergo ad iſtos, aiebat, Pacem meam relinquo vobis:
ad illos autem, Pacem meam do vobis, tanquam vtriſque dicens. pax vobiſcum de
Pſal. 71. 6. cætero. Adhuc ſemel venturus eſt Saluator, ſed non ſicut pluuia in vellus, ſed tan-
Pſal. 77. 65. quam ruina trahens ineuitabile pondus. Veniet, inquam, tanquam potens crapula-
tus à vino,& nemini parcet: gaudium quidem his, qui à dextris eius erunt: terribili-
ter autem intonabit his, qui à ſiniſtris; auditionem, ſcilicet, malam,& verbum aſpe-
rum. Ab hac autem auditione mala, & à verbo aſpero liberet nos IESVS CHRISTVS
Dominus noſter, iudex noſter, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos.

HABITVS IN SCHOLIS.

IN ADVENTV DOMINI.

SERMO II.

Ezech. 44. 1. CONVERTI *me ad viam portæ ſanctuarij exterioris, quæ reſpicit ad O-
rientem, & erat clauſa. & dixit Dominus ad me. Porta hæc clauſa erit,
nec aperietur. Princeps ipſe ſedebit in ea, vt comedat panem coram Domi-
no.* Suſtinet hic Ezechiel perſonam generis humani de lacu miſeriæ,&
de luto fecis euadere cupientis, ac ſi dicat. Ego extorris à patria beati-
tudinis, & deiectus in hanc conuallem plorationis, per omnes retrò ætates oculos
circumferens, quæſiui viam ſalutis, & non inueni. Non potuit me liberare cœlum,
non terra, non mundus cum omni ſupellectili ſua, non homo: omnes enim ſumus
coafflicti,& coęgrotantes. non Angelus, qui potius meū aſpernatur, quàm reueretur
defectum. Nunc tandem *conuerti me ad viam portæ ſanctuarij*, id eſt, ad partum Vir-
CHRISTVS ginis. Porrò nemo ſanum ſapiens ignorat Dominum IESVM CHRISTVM ex duabus,
eſt in & ex & in duabus eſſe naturis. Diuina natura ſanctuarium interius eſt, quia eos, qui ſunt
duabus na- intus, angelos loquor,& ſpiritus beatorum, qui iam in patria, iam in palatio, imò iam
turis. in cubiculo quieſcunt, torrente voluptatis ſuæ potat. Humana ſanctuarium eſt ex-
terius, quia Eccleſiam militantem, quæ adhuc ſub Sole habet tabernaculum ſuum,
reficit participatione corporis & ſanguinis ſui. Vel potius illa ſanctuarium interius
dicitur, quia latet: iſta exterius, quia patet. Trinitatem namq; perſonarum in vnita-
te eſſentiæ non videbit homo & viuet: ſed trinitatem ſubſtantiarum in vnitate per-
ſonæ ſcimus, loquimur,& explicamus. Veniens enim Dominus ad nos, vt innouaret
nos, nouum fecit ſuper terram, Trinitatem, ſcilicet, temporalem, quæ Trinitati æ-
ternæ tanquam è contrario reſponderet. Sanctuarium itaq; interius eſt Verbum in
Heb. 1. 3. principio apud Patrem, portans omnia verbo virtutis ſuæ. Sanctuarium exterius,
Verbum

Verbum caro factum in tempore, purgationem peccatorum faciens infirmitatis noſtræ interioris. Porta eſt DEVS Pater dicente filio. Ego exiui à Patre, & veni in mundum. Vnde & Pſalmiſta. A ſummo cœlo egreſſio eius. Et illud. Egreſſus eſt à patre: regreſſus eius ad patrem. Exterioris verò porta fuit B. Virgo, per quam in noſtram DEVS inhumanatus ingreſſus eſt ciuitatem. non illam, inquam, de qua Dominus per prophetam. Ego Dominus, & ciuitatem non ingredior, ſed illam, de qua ipſe ait. Non poteſt abſcondi ciuitas ſuper montem ſita, cuius fundamenta in montibus ſanctis, quam impetus fluminis, id eſt, ſpiritus filij lætificauit. Hæc eſt Eccleſia ciuitas Regis magni, & hæc reſpicit ad Orientem. Omnes enim, qui ex complexu non ſine concupiſcentia grauidantur, etſi in lucem partus ſuos efferant, tamen quia ſaccum & meritum ſacci ſecum ipſi trahunt, caligine peccati fuliginantur, & ſedent in tenebris, & in regione vmbræ mortis. Solus Virginis filius, ſic editus in lucem eſt, vt non ſolum ſit ipſe lux, ſed illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. *Et hæc clauſa erat.* Licet de Virginitate Virginis nulli veniat in dubium, tamen vt certum fiat certius auctoritate Domini, in aſſertionem ſubdit propheta dicens. *Et dixit Dominus ad me. Porta hæc clauſa erit, non aperietur: vir non tranſibit per eam.* Idem eſt, quod tertio inculcatur. Sanè, vir, accipitur hic, non pro ſexu, ſed pro coniuge, vt aliquid expreſſius intimetur: quaſi dicat. Nec etiam vir eius, id eſt, Ioſeph cognoſcet eam. Congruè autem clauſa retrò memoratur, quia & ante partum, & in partu, & poſt partum virgo fuiſſe non dubitatur. Sequitur. *Et erit clauſa principi.* illi nimirum, de quo Dominus ait. Nunc princeps mundi eiicietur foras. Et item. Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Verum ſicut per id quod dictum eſt, *Vir non tranſibit per eam,* notatur integritas carnis: ita, per id, quod dicitur, *Non aperietur principi,* notatur integritas mentis, cum omnem malæ ſuggeſtionis conſenſum eliminauit à mēte. Quod verò ſequitur, *princeps ſedebit in ea,* de prænominato principe non eſt intelligendum. Qui enim non permittitur intrare, quo pacto ſedere perhiberetur in ea? Hic autē ille eſt, de quo dicitur. Et vocabitur nomen eius, admirabilis, conſiliarius, pater futuri ſeculi, princeps pacis. Seſſio ſiquidem pro humilitate ponitur. vt ibi. Tu cognouiſti ſeſſionem meam, & reſurrectionem meam. Et item. Surgite, poſtquam ſederitis, id eſt, poſt humilitatem exaltationē ſperate. Non modica quidem Verbi fuit humiliatio, formæ ſeruilis aſſumptio. Sequitur. *Vt comedat panem coram Domino.* ipſe ſiquidem ait. Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem patris mei. Obediens ergo Patri vſque ad mortem, reconcilians nos DEO, & cætera in hunc modum faciens comedit panem coram Domino, voluntate eius nobis reſtituens libertatem. Ecce audiſtis hæc expoſita de partu Virginis, de integritate eiuſdem, de fructu noſtræ ſalutis. Poſſunt tamen hæc eadem nobis non indecenter aptari, qui lectioni, & Sacræ Scripturæ operam damus. Nos enim ex maxima parte figmēta Poetarum, qui ranis loquacibus comparantur, prætermiſimus, præternauigauimus pallida Sophiſtarum argumenta, qui DEO odibiles dicuntur. Vale fecimus pōpoſis Philoſophorū opinionibus, qui dū adhuc eſſent inter nos, conati ſunt oculos attollere ſup cœlos, quorū peritiores, Academicos loquor, cōfeſſi ſunt, veritatē tanquam in puteo abyſſi latere. Dimiſimus, inquā, linguā magniloquam, vt habeamus linguā humiliatā loquentem; linguam vaniloquam, ſequentes linguā verificam. Quæſiuimus enim ſapientiā, ſed ecce nō erat in terra ſuauiter loquētiū. audiuimus eā in Ephrata, id eſt, in ſpeculo, vel ſpelūca, id eſt, in imagine & latentē, ſed ecce inuenimus eā in cāpis ſyluæ, id eſt, in manifeſtatione & obſcuritate noui & veteris teſtamēti. Vnuſqſq;, inq̄, noſtrū iā verè dicere

Ioan. 16.28. *Pſal. 18.7.* *Iſa. 37.34.* *Math. 5.15.* *Pſal. 86.1.* *Ioan. 1.9.* *Virginitas B. Virg. probatur.* *Ioan. 12.31.* *Ioan. 14.30.* *Iſa. 9.6.* *Pſal. 138.2.* *Pſal. 126.2.* *Ioan. 4.34.* *II. Expoſitio.* *Eccli. 37.23.*

cere poteſt. *Conuerti me ad viam portæ ſanctuarij, extra quam reſpicitur ad Orientem.* Sicut duæ ſunt partes Eccleſiæ, militans & triumphans; illa in via, hæc in patria; ita alia ſanctitudo illius, alia huius. Sanctarium ergo exterius, id eſt, ſanctitas præſentis Eccleſiæ, quæ adhuc extra eſt, iuſtificatio eſt per fidem & bona opera. Huius porta eſt ſacra ſcriptura, quæ docet nos rectè conuerſari in medio huius prauæ nationis: per quam, quicunque ingredietur & egredietur, paſcua inueniet. Via huius portæ caritas eſt. Homo quidem, qui in quadriuio huius mundi poſitus eſt, & quaſi in vmbilico terræ ſtans, diuertere poteſt ad Orientem, ad Occidentem, ad Auſtrum, ad Aquilonem. Quatuor enim ſunt viæ hominis. Via infirmitatis, via neceſſitatis, via vanitatis, via veritatis. Via infirmitatis Hierichuntina, per quam tranſit homo in imagine DEI more fluentis aquæ, per ſucceſſiones temporum tranſiens, donec in puluerem ſuum reuertatur. Hæc vergit ad Auſtrum, qui calidus eſt. Quodam enim naturali calore viuimus: quo extincto aliam viam ingredi eſt neceſſe, viam, ſcilicet, neceſſitatis. Hæc eſt via vniuerſæ carnis, per quam tranſit ſpiritus vadens, & non rediens, de qua Poeta. *Ire tamen reſtat, Numa quo deuenit & Ancus.* hęc vergit ad occaſum. Via verò vanitatis eſt, vita in peccatis, quæ aptius præcipitium dici poteſt; per quam ruimus de ſanguine in ſanguinem, trahentes longam veſtem. Hæc eſt via lata, quæ ducit ad mortem, cum per campos licentiæ debacchamur, de qua dicitur. Viæ illorum tenebræ & lubricum. Et item. Via illorum ſcandalum ipſis. Hæc vergit ad Aquilonem, ad illum ſcilicet, qui ait. Ponam ſedem meam ad Aquilonem. de qua Salomon. Aquilo frigidus & durus nomine tanquam dextera ligans aquas, id eſt, fluenta congelans gratiæ. Via veritatis eſt caritas, de qua dicit Apoſtolus. Adhuc excellentiorem viam vobis demonſtro. hæc vergit ad Orientem, quia hæc eſt via, quæ ducit ad vitam, & ideò contendendum eſt intrare per eam. Per hanc ad ſacram ſcripturam eundum eſt. Nec tamē diſſimulare poſſumus, quin per aliam viam multi ad eā incedamus. Quidā, vt multa ſcientes, alios excellunt, alij vt lucrētur, alij vt laudētur; alij vt ſeipſos ædificent, alij, vt etiam ꝓximos. Sed audi, quid ſuper his dixit quidā. VELLE ſcire, vt ſciamus ſuperbia eſt: velle ſcire, vt ſciamur, inanis gloria eſt: velle ſcire, vt lucremur ſimonia eſt: velle ſcire, vt ædificemur, prudentia eſt: velle ſcire, vt ædificemus, caritas eſt. Cæterum porta hæc ad Orientem reſpicit, ſed ad DEVM. Quicunque enim dedit de ſemine ſuo idolo Moloch, morte morietur, & lapidabit eum populus terræ. Semen eſt verbum DEI. Idolum, id eſt, formula tanquam diminutiuum ab εἶδος, quod eſt forma. Moloch rector interpretatur: idolum verò Moloch diabolus eſt, qui non verè, ſed quaſi dominatur in mundo. Qui ergo verbum DEI pro aliquo emolumento mundano, vel addiſcit, vel docet, de ſemine ſuo dat idolo Moloch, & hic talis morte animæ morietur. Sicut anima vita eſt corporis, ita vita animæ DEVS, quo diſcedente moritur anima. Non enim ſocietas eſt DEO cum idolo. Anguſtus enim eſt lectus, & pallium breue, vtrumq; operire non poteſt: *nec bene conueniunt, nec in vna ſede morantur,* maieſtas DEI, & amor mundi. Amicus enim mundi, inimicus efficitur DEI. Durum eſt, quod dicimus, & difficile eſt ad implendum. Sed nobis dictum reputate. Iſſachar aſinus fortis accubans inter terminos, doctrinam ſcilicet vtriuſque teſtamenti, vidit requiem, quod eſſet bona, & terram, quod optima, & ſuppoſuit humerum ad portandum. Vos itaque quia iam eſtis in via, quærite, & inuenietis, quia iam acceſſiſtis ad portam, pulſate, & aperietur vobis. Aperiat autem vobis ſenſum ad intelligendum Scripturas, qui aperuit oculos cæci nati, IESVS CHRISTVS Dominus noſter, Magiſter noſter, Iudex noſter, qui iudicaturus eſt viuos & mortuos, & ſeculum per ignem.

Viæ hominis quatuor. — *Horat. lib. 1. epiſt. 6.* — *Pſal. 34. 16.* — *Pſal. 48. 14.* — *Iſa. 14. 13.* — *Eccli. 43. 22.* — *1. Cor. 12. 31.* — *Bern. ſerm. 36. in Cant.* — *Luc. 20. 2. 3. 4.* — *Luc. 8. 11.* — *Iſa. 28. 20.* — *Ouid. 2. metā.* — *Iacob. 4. 4.* — *Gen. 49. 14.* — *Ioan. 9.*

IN FE-

IN FESTO S. NICOLAI. *Haban Scholis.*

SERMO III.

Q*VI non humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte, non intrabit in regnum cælo-* *Mat. 18. 4.*
rum. Verba ſunt Saluatoris, quæ audiſtis per os meum. Emerſerat *Mar 10. 15.*
quæſtio inter Apoſtolos, quis eorum eſſet maior: ſed quia hæc erat
de ſupercilio Phariſæorum, qui amabant primas cathedras in Syna- *Mat. 23. 7.*
gogis, & ſalutationes in foro, & vocati ab hominibus Rabbi, ideò
humilis magiſter, & Doctor humilitatis ad humilitatem reuocans eos, ſtatuit par- *P. Comeſt. c.*
uulum in medio eorum, Martialem, vt tradunt, Apoſtolum Lemouicarum, & ait. *90. hiſt. Euan-*
Qui non humiliauerit ſe, ſicut paruulus iſte, non intrabit in regnum cælorum. quaſi di- *gel.*
cat. Qui non erit humilis beneficio virtutis, ſicut hic paruulus beneficio ætatis, non *Vide Baron.*
intrabit in regnum cælorum. Salua tamen pace Saluatoris. Poſſunt hæc verba eſſe *tom. 1. annal.*
moderni temporis, poſſunt eſſe hodiernæ ſolennitatis Eccleſia DEI eſt, vt caſtrorum *p. 775.*
acies ordinata. In acie præliantium præmittuntur fortiores, in fine ordinantur for-
tiſſimi, in medio formidoloſi & imbecilles. In hunc modũ in primitiua Eccleſia fue-
runt viri fortes, qui primos impetus huius ſeculi ſuſtinuerunt, qui Eccleſiam DEI
fundauerunt ſanguine ſuo. In fine erunt fortiſſimi: quorũ erit tanta tribulatio, quod *Math. 24. 25.*
ſi fieri poſſet, mouebuntur electi. Temporibus verò noſtris tenera quædam eſt & e-
uirata medietas, quæ vix credere ſufficit, nedum præliari. Vtatur ergo ad hos debiles
mater Eccleſia verbis prætaxatis, & ordiamur altius eius admonitionem, & quaſi
ſub quodam dialogo interloquátur mater & filioli. Ad quos mater. Filioli, vir meus
pater veſter rediit ad eum, qui miſerat ipſum, & reliquit me in vtero habentẽ: verba
autem ſua poſuit in ore meo, vt, quos de cætero effunderem in lucem, hortarer ad
ſequendum eum indilatè. præceſſit enim parare nobis locum. Audiui enim dicẽtem
eum. Si quo minus dixiſſem vobis, Vado parare vobis locum. Ite ergò filioli, profici- *Ioan. 14.*
ſcimini poſt patrem veſtrum. nam & viaticum reliquit vobis; Ad quam vnus pro o-
mnibus. Mater; arcta eſt via & difficilis, & non potero ad eam. Præterea latro ſedet
in inſidiis cum diuitibus in occultis, vt interficiat tranſeuntes. Timendus eſt latro.
dixit enim, non mouebor à generatione in generationem ſine malo. Timendi ſunt *Pſal. 10. 6.*
diuites; pro quibus magnus ille viator, pſalmiſtam loquor, titubans ait. Mei autẽ pæ-
nè moti ſunt pedes, &c. Ad quam mater. Fili tolle ſignaculum patris tui tecum, quod *Pſal. 72. 2.*
ipſe reliquit mihi dicens. Si quis vult venire poſt me, tollat crucem ſuam & ſequatur *Mar. 8. 34.*
me. Ego autem in Eccleſiis manu factis in edito ſtatui illud, vt omnes intrantes vi-
deant & recogitent, qui demum Domini fuerit exitus mortis, & quicunq; voluerit
tollat illud. Multi iam præceſſerunt filij, etiam virgines delicatæ, & e veſtigio ſequen-
tes patrem, ſequere clauatam eorum. Adeò tutus eris cum ſigillo, quod etiam quæ- *Crucis effi-*
dam eius manualis repræſentatio inter quælibet pericula conſolatio eſt: ita quod *cacia.*
etiam de Iudæo dixit dæmon. Vas vacuum, ſed ſignatum. Ad quam filius. Quid eſt, *Greg. lib. 3.*
quod dicis mater? Nemo carnem ſuam odio habuit, etiam CHRISTVS horruit mo- *dial. c. 7.*
ri. Petrus ductus eſt ad crucem nolens. Apoſtolus optabat, ſi fieri poſſet, ſuperindui, *Eph. 5. 29.*
non ſpoliari. Quid ergo faciet virgula cedri, vbi concutitur cedrus Libani? Noſti te- *Ioan. 21. 19.*
neritudinem meam mater; determinatis horis vix orare ſufficio, ſtatutis diebus non *2. Cor. 5. 2.*
ieiuno, quin ad luxurioſam cœnam ſeruem ventrẽ meum. Licet promptuaria mea
plena ſunt eructantia ex hoc in illud, tamen vix mihi ſeparo duo minuta, quæ por

rigam pauperi. Veſtes habeo extenſas in perticis, plicatas in manicis in pabulū tan-
tum tinearum: vix veteres panniculos, & nullo vſui aptos mihi tollo ad fouenda la-
tera pauperum,& tu dicis, mater, quod intingam pedem meum in ſanguine. Muta
mater vocem, muta viam: hæc eſt via robuſtorum, barbati incedunt per eam. Ad
Ouid. 2. metam. quam mater. Noli timere fili mi. Eſt alia via, *lactea nomen habet*. ſi non potes ſequi
patrem per viam rubicundam, ſequere eum per candidā. Nam & ipſe dilectus meus
Cant. 5. 10. candidus & rubicundus. Vidi quidem euntem illum per viam rubicundam, in horto
ſcilicet ligatum, colaphis expalmatum, ſputis illitum, flagellis cæſum, ſpinis corona-
tum, opprobriis ſaturatum, in patibulo clauatum, poſt mortem lanceatum: Verun-
tamen prius per candidam viam inceſſit, per viam, ſcilicet, humilitatis. Vidi eum hu-
miliatum in præſepio, humiliter pendentem ad vbera Virginis, ſuppoſitum mani-
bus ſacerdotum, dum inuocarent ſuper eum nomen Domini, & geſtaretur tremulis
Luc. 2. 51. manibus Simeonis. Vidi eum cum parentibus ſuis in Nazareth, & ſubditus erat illis:
P. Comeſt. c. 23. hiſt. Euāg. imò, vt perhibent, de fonticulo, qui ibi eſt, aquam matri miniſtrabat indies. Vidi ca-
put eius verendum angelis, & tremendum Regibus, inclinari ſub manibus Baptiſtæ.
Math. 3. 15. Baptiſta autem contremuit, nec audebat tangere eum, donec Dominus ait. *Sine mo-
do*, ſic decet nos implere omnem humilitatem. Si ergò fili terret te via paſſionis,
gradere per viam humilitatis. Veruntamen fili diligenter aduerte, quam viam teras.
Quadriuium enim eſt humilitatis. Sunt quidam humiles, dum omnia ſuccedunt eis:
ſi autem tetigerit eos manus Domini, excandeſcunt, & ſtatim ponunt os ſuum in
cœlum. Sunt qui humiliantur, vt aſcendant: ſunt qui humiliantur, vt euadant. Im-
Humilitas quadruplex. petu enim venti quercus frangitur, quem calamus euadit. Prima ergo humilitas eſt
domeſtica, ſecunda erratica, tertia ſophiſtica, quarta Dominica. Prima enim eſt na-
turalis, ſecunda volatilis, tertia verſipellis, quarta admirabilis. Per primam incedunt
puſillanimes, per ſecundam murmurantes, per tertiam hypocritæ triſtes, per quar-
Pſal. 54. 9. tam columbæ ſimplices. De prima legitur. A puſillanimitate ſpiritus & tempeſtate.
Pſal. 48. 19. de ſecunda. Confitebitur tibi, cum bene feceris ei. De tertia. glorioſa res humili-
Math. 18. 4. tas, quæ palliari ſe appetit. Superbia ne inualeſcat. De quarta. Qui non humiliaue-
rit ſe, ſicut paruulus iſte, non intrabit in regnum cœlorum. Paruulus hic, fili mi, de
Iſa 11. 6. quo prædixit Iſaias. Vitulus, leo, & ouis paſcuntur ſimul, & puer paruulus mina-
Pſal. 44. bit eos. qui dictus eſt paruulus non pro diminutione ſtaturæ, quia ſpecioſus for-
ma præ filiis hominum, ſed pro minoritate pœnalitatis humanæ. Pœnam enim
habuit, non culpam. Cæterum humilitas Dominica ſubdiuiditur. Eſt enim debi-
ta, abundans, ſuperabundans. Debita eſt, ſubdere ſe maiori propter Dominum.
Primam & ſecundam pater tuus docuit; tertiam & habuit, & docuit. Conſidera fi-
li, quid habes amplius, & minoribus fratribus miniſtra tanquam ſubditus eis. Habes
ſubſtantiam, eroga non habenti. habes doctrinam, pone eam ad vſuram, vt recipias
cum augmento. habes exhortationem, deriuentur fontes tui foras, ita vt bibant
homines & iumenta. Habes laborem manuum tuarum, redde decimam Domi-
no DEO tuo. Reliquum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit. Habes quie-
tem, elongaſti fugiens, & manens in ſolitudine ora pro populo, intercede pro reli-
Exod. 32. 32. cta minorum multitudine. clama ad Dominum, & dic; aut dimitte eis, aut dele me
1. Cor. 9. 19. de libro vitæ. Audi fratrem tuum magiſtrum Paulum dicentem. cum liber eſſem ex
omnibus, ſeruum omnium me feci. Iuxta ergo doctrinā eius maiores tuos honora
duplici honore, pares tuos honore præuenias. infirmos in fide ſuſcipe. hoc fac & vi-
ues. hæc via patris tui. humiles incedunt per eā. POTEST quoq; prædicta exhortatio
Saluatoris ſpectare ad memoriam Beati Confeſſoris, pro quo hodie Eccleſia ſole-
mnizat

mnizat in terris,& exultat in excelſis, & fit maximè ad viros ſcholaſticos. Nã & noſter NICOLAVS ſcholaſticus erat, cum vocatus eſt à Domino, vt ſederet in cathedra cum ſenatoribus terræ. Nec recedemus à tenore dialogi, vt loquatur didaſculus ad diſcipulum,tanquam pater ad filium. Et intelligitur *per regnum cœlorum* ſacra Scriptura, ſecundum illud. Auferetur à vobis regnum cœlorum, & dabitur genti faciēti fructum. *Math.21.43.* Aperiens ergo os ſuum pater, inquit. Fili,omnium expetendorum prima eſt ſapientia,ſed non inuenitur in terra ſuauiter viuentium. *Iob.28.13.* *Qui enim non humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte, non intrabit in regnum cœlorum.* Ecce fili primus ingreſſus ad eam eſt humilitas. *Humilitas diſcipulo neceſſaria.* Audis & Philoſophum, cum quæſitum eſſet ab eo quæ neceſſaria ſint ad ſtudendi formam, ait. *Mens humilis, ſtudium quærendi, vita quieta, ſcrutinium tacitum, paupertas, terra aliena.* Attende quia præpoſuit humilitatem,& in tribus determinauit eam. ne ſcripturam ſcilicet aliquam vilipendas, quia non omnia reperiuntur in Catone. nec ab aliquo addiſcere erubeſcas, quia *quod tu non noſti, fortaſſis nouit Ofellus.* nec minus ſcientes elatus deſpicias. Tibi verò fili amplior neceſſaria eſt humilitas. Niſi enim abundauerit humilitas tua ſuper humilitatem Philoſophorū non intrabis in regnum cœlorū. id eſt, ſcripturæ ſacræ non attinges arcanū: niſi,inquã, habueris humilitatem Nicolai. Ad quē filius. Ediſſere pater, quæ ſit illa, vt ingrediar per illam. *S. NICOLAI abſtinentia.* Cui pater. Dum adhuc penderet ad vbera matris quarta & ſexta feria ſemel in die papillas ſugebat. Ad quem filius quaſi ſubridēs. Nunquid, pater, iterū introibo in vterum matris,& natus denuo ſuperincumbã matris vberibus? Cui pater. non eſt ita fili. myſtica ſunt, quæ dicuntur. frange os litteræ, & inuenies medullam intelligentiæ. Sex enim verba ſex ſpecies ſcientiæ ſignificant, & ſex feriæ, tempora inuentionis earum. Quæ meritò dicuntur feriæ, quia tempore otij addiſcitur ſcientia. In principio mundi naſcentis hoſtis antiquus primis parentibus ſcientiam tradidit noxiæ libertatis, non eſſendi ſub Domino, & relationem ſuperbam criminis, vt contra culpam ſuam tacitè obliquarent in auctorem ſuum. Secundo, miſer homo contra multiplices defectus ſolatium inuenit mechanicarum artium, quas & poſt extendit ad abuſum ſuperfluitatis. Tertio, non contentus his, cauſas naturales, quas DEVS in rebus ipſis occultauerat, auſus eſt rimari; adeò quod, ac ſi intereſſet ſyderibus, motus eorum, ortus & occaſus, combuſtiones & reſpectus ſe deprehendiſſe exiſtimans,& contingentes rerum euentus, fatali neceſſitate aſtrictos eſſe dogmatizauit. Quartò pater miſericordiarum videns hominem inutiliter laborantem, ſcientiam vitæ in canone vtroque teſtamenti promulgauit. Quintò abierunt quidam poſt vanitates adinuentionum ſuarum, & ſimplicitatem Eccleſiaſticam irridentes ſacram Scripturam maculis hæreſium, quaſi quadam lepræ varietate, reſperſerunt. Sextò, ſurrexere viri habentes zelum DEI,& primis diſputationibus ſuis quaſi quadam theriaca vehementi virus infuſum repulerunt. Poſtmodum manum ſupponētes chartis, numeroſam reliquerunt nobis multitudinem expoſitionum. Vides fili ſex verba traditionum ſuis temporibus quaſi ſex feriis emerſiſſe. Solum reſtat Sabbathum, vbi nemo dicet alij. Doce me. omnes enim erunt docibiles DEI. *Ioan.6.45.* Audi adhuc fili,& tace. Conſidera idiomata ſingulorum vberū, vt ſcias, cui debeas os admouere,& à quo amouere. Primum vber fuit ſerpentis. ſecundum Ægypti, tertium Philoſophi, quartum DEI, quintum hæretici, ſextum viri Catholici. De primo manauit lac venenoſum. de ſecundo lac acetoſum, quia multis amaritudinibus reſperſa eſt dulcedo humanæ fœlicitatis. De tertio lac ampulloſum. De quarto lac coagulatum. De quinto lac aqua mixtum. peſſimi enim caupones vinum aquæ miſcuerunt. De ſexto lac ſincerum. Primum ergo eſt reiiciendum. ſecundum illud.

Math.16.23. Vade retrò Satana. Secundum temperandum, ſecundum illud. Victum & veſtitum
1.Tim.6.8. habentes, his contenti ſimus. Tertium excolandum, vt quod liquidum eſt in Philo-
ſophis reponatur: abiiciatur, quod fæculentum eſt. Quartum hauriendum. Vnde.
Iſa.12.3. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. Quintum vitandum, ſecundum
Tit.3.10. illud. Hæreticum hominem poſt primam & ſecundam admonitionẽ deuita. Sextum
Ierem.25.27. bibendum, iuxta illud. Bibite & inebriamini filij. De primo ſcriptum eſt. Fouit aſpis
Prou.1.10. oua ſua, dedit vbera catulis ſuis. De ſecundo. Fili mi, ſi te lactauerint peccatores non
Thren.4.3. acquieſcas eis. De tertio. Sed & lamiæ nudauerunt mãmas, lactauerunt catulos ſuos.
Luc.8.43. Hæ ſunt medici, in quibus mulier hæmorrhoiſſa omnem ſubſtantiam ſuam inutili-
Cant.1.4. ter erogauit. De quarto. Memores erimus vberum tuorum ſuper vinum. recti dili-
Oſee.9.14. gunt te. De quinto. Da eis Domine vuluã ſine liberis & vbera arentia. De ſexto. Sta-
Cant.7.7. tura tua aſſimulata eſt palmæ, & vbera tua botris. Adhuc inſiſte fili, & ex propriis
nominibus proprietatem eorum concipe. Primum dicitur paralogia, ſecundum ſcenologia, tertium phyſiologia, quartum theologia, quintum cacologia, ſextum pantologia: iſta enim ad omnes pertinens per ſingulas tanquam ad caput redit. ipſa enim cacologiam expugnauit, theologiam explanauit, phyſiologiam ſpoliauit, ſcenologiam temperauit, parologiam conculcauit. Reſtat fili Sabbathum, vbi tantum audietur alleluia. Noſti fili vbera ſextæ feriæ tantum tibi poſita, non tamen ſugenda. non in die, id eſt, in his quæ intelligi poſſunt: reliquum igni comburatur, & non
Eph.4.6. niſi ſemel. Vnus enim Dominus, vna fides, vnum baptiſma, vna debet eſſe catholica doctrina. Audiſti Fili, quàm glorioſa eſt humilitas, ſal & condimentum reliquarum virtutum. Humiliemur ergo ſub potenti manu DEI, vt nos exaltet in tempore tribulationis IESVS CHRISTVS Dominus noſter, iudex noſter, cum venerit iudicare viuos & mortuos, & ſeculum per ignem.

HABITVS AD REGVLARES.

IN ADVENTV DOMINI, ET DE B. LVCIA.

SERMO IV.

3.Reg.1.1. E*T REX David ſenuerat, nec calefiebat, cum operiretur pellibus. Inuenta eſt Abiſag Sunamitis, quæ dormiuit cum rege, & calefecit eum. Rex autem non cognouit eam.* In quo ædificamur iuxta litteram, quia morbis & naturæ defectibus etiam superuenientibus preſſuris quoad poſſumus humano conſilio debemus obuiare, ne totum DEO com-
4.Reg.4.10. mittentes potius eum videamur tentare, quam implorare. De alia legimus Sunamiti, quod cum Eliſæus pergeret in via, tenuit eũ Sunamitis magna, & in celebriori lo-
Hoſpitalitatis laus. co domicilij ſui parauit ei ſellam & menſam, candelabrum, & lectum. In quo ad litteram ad tria ædificamur. Inſinuatur enim nobis virtus hoſpitalitatis, cum dicitur, *tenuit eum.* Tantus enim debet eſſe affectus hoſpitalitatis, quod etiam cogendi ſunt
Gen.19.3. hoſpites. Vnde & Loth renitẽtes angelos oppidò cõpulit, vt intrarent ſub tecto cul-
Luc.24.29. minis ſui. Et diſcipuli euntes in Emaus coegerũt Dominum, vt maneret cum eis. Secundo oſtenditur hic opus virtutis, cum legitur, quod honeſte collegit eũ, & parauit vſibus humanis neceſſaria. Pro loco enim, & tẽpore, & perſona hoſpites ſunt honorandi. Tertio, merces operis, cum legitur, quod propheta hoſpitæ filiũ dedit, & poſtmodum mortuũ ſuſcitauit. De tertia quoq; Sunamiti legitur apud Salomonẽ, quam

quarta

quarta vocatione vocauit fugientem. Reuertere, reuertere Sunamitis, reuertere, re- *Cant.6.12.*
uertere vt intueamur te. Hæc autem in figura tantum poſita eſt. Quartam Suna-
mitem non legimus: ſed in Luca legitur de vidua, quę obtulit duo minuta, vnde me- *Luc.21.2.*
ruit à DEO commendari. Quæ ſecundum myſticam intelligentiam non indecenter
additur prætaxatis: quam etiam ratione conſortij liceat nobis nominare Sunami- *Sunamitis ty-*
tem. Hæ quatuor in figura præceſſerunt. Sunamitis enim iuuencula figurauit Bea- *pus B.Virg.*
tam Virginem. Sunamitis Salomonica gentilitatem. Sunamitis magna, virginem
martyrem, puta LVCIAM. Sunamitis Euangelica, venerabile collegium ſpecula-
torum: qui omnia contemnentes pro CHRISTO, tantò tutius & citius ſequuntur
eum, quanto expeditius. De his itaq; quatuor etiam ſecundum temporis rationem *Sunamites*
proſequamur. Prima eſt Sunamitis modica. ſecunda Sunamitis miſera. tertia Suna- *quatuor in*
mitis magna. quarta Sunamitis vidua. Prima eſt Virgo ſingularis. ſecunda virgo ge- *Scriptura.*
neralis, de qua Apoſtolus. Deſpondi enim vos vni viro virginem caſtam. Tertia, *2.Cor.11.2.*
virgo particularis. quarta virgo ſpecialis. Prima fuit DEI mater & filia. ſecunda me-
retrix & ſponſa. tertia fortis & delicata. quarta pauper & compedita. Prima Dauid
antiquum calefecit. ſecunda ad Salomonem rediit. tertiæ filium propheta ſuſcita-
uit. quartam Dominus omnibus offerentibus prætulit. Primam inhabitauit Domi-
nus purpura & ſacco indutus, in duabus ſcilicet naturis. Ad ſecundam venit in igne
& gladio, ſecundum illud. Ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi vt ardeat? *Luc.12.49.*
Item. non veni pacem mittere in terram, ſed gladium. At tertiam ſuſcepit cum roſa *Matth.10.35.*
& lilio. Quartam humiliauit in cinere & cilicio. De prima legitur. *Et rex Dauid ſe-
nuerat*, qui eſt ante tempora, per quem facta ſunt tempora. nunquid ſenuit per tem-
pora? Abſit, ſed ſenuerat, id eſt, vſque ad ſenium temporis diſtulerat reparationem
humani generis, & vt plenius dicam, vniuerſitatis. Semiruta enim erat Eccleſia pri-
mitiuorum; diruta erat humana natura in protoplaſtis, terra maledicta in opere eo-
rum, luminaria cœli multata in diminutione luminis, & aſſiduitate laboris. Poſtre-
mo omnis creatura ingemiſcens erat, & parturiens erat vſque adhuc. hanc vniuerſi- *Rom.8.22.*
tatis confuſionem omnipotens quaſi diſſimulando pertranſibat, non calefiebat, id
eſt, nullum ferè caloris effectum exhibebat nobis. Eſt enim ignis Dominus. eſt ignis *Deu.4.24.*
Domini. eſt ignis Domino, id eſt, Spiritus ſanctus, & motus, qui cooperatione libe-
ri arbitrij ſurgit ex eo; & opus exterius, quod fit DEO, id eſt, vt inde glorificetur
DEVS. Neminem inhabitabat Spiritus, in nemine ſurgebat motus, nullius videba-
tur opus, licet operiretur multitudine ſacrificiorum ſine æſtimatione & numero. *Prophetæ miſ-*
Quæſita eſt ergo adoleſcentula Sunamitis. Quotquot prædixerunt de partu Virgi- *ſi ad quæren-*
nis, quaſi miſſi ſunt ad quærendum eam. Miſſus eſt Dauid, qui quaſi latentem in *dam B. Vir-*
lumbis ſuis ſeminaliter tanquam præſentem alloquitur. Audi filia & vide, &c. Quæ- *ginem.*
ſiuit eam Iſaias dicens. Emitte agnum Domine Dominatorem terræ, &c. Ieremias *Pſal.44.11.*
tanquam certus ait. Mulier circundabit virum. Ezechiel nimiæ ſolicitudinis ſuæ *Iſa.16.1.*
imagines quaſi ſomnians, vidit portam ſolis Orientalem ſemper clauſam. Cumque *Ierem.31.22.*
nullus eorum inueniſſet eam, tandem miſſus eſt Gabriel angelus ferens chartam ſa- *Ezech.44.1.*
lutationis in manu, & inuenit Virginem in Nazareth. cumque ſalutaſſet eam, inuen- *Luc.1.26.*
ta eſt in vtero habens. *Et dormiuit cum Dauid*, id eſt, caro de carne Virginis vnita eſt
Verbo DEI in vnitatem perſonæ, & calefactus eſt nobis Dauid. Apparuit enim be- *Tit.3.4.*
nignitas, & humanitas Saluatoris noſtri DEI. Venit ergo creator hominum ad
ſterquilinium hominum pro ſalute hominum in ſimilitudinem hominum, ſed eam
non cognouit, id eſt, clauſam reliquit, & adeò incãduit igne dilectionis in nos, quod
guſtarit pro nobis mortem, mortem autem crucis; & ibi apparuit Dauid, id eſt, ma- *Phil.2.8.*

nu fortis. Manus enim non armata, ſed clauis confixa aërias ſtrauit poteſtates,
Iudæos quoque & mortem. Mortuus verò factus eſt Salomon, quia ſanguine
ſuo pacificauit terrena cœleſtibus, hominem ſcilicet DEO, hominem angelo, ho-
minem homini, Iudæum, ſcilicet gentili: & videns gentium populum fugientem,
quaſi meretricem ſequentem amatores ſuos, qui pollicebantur ei frumentum,
vinum & oleum, lanam & linum, exclamans poſt eam ſemel, & iterum, & tertio,
& quarto inculcauit, *Reuertere*. Quatuor enim diligenda ſunt caritate. Tenetur
Diligenda homini quatuor. homo diligere DEVM, ſeipſum, proximum ſuum, & corpus proprium. Gentiles
enim receſſerant ab amore DEI, qui cum cognouiſſent DEVM, non ſicut DEVM
glorificauerunt, ſed abeuntes in vanitatibus ſuis, potius ſeruierunt creaturæ, quàm
Rom. 1. creatori. Quod ſe non diligerent, patet. quia qui diligit iniquitatem, odit ani-
Pſal 10.5. mam ſuam. Sed nec proximos diligebant, quia etiam filios ſuos initiabant dæmo-
niis traiicientes eos per ignem idolis ſacratum. Corpora etiam ſua afficiebant igno-
minia, ita vt robur viri euirarent in fœminam. Salomon ergo noſter clamans aie-
bat. Reuertere Sunamitis ad dilectionem DEI, reuertere ad dilectionem tui, re-
uertere ad dilectionem proximi, reuertere ad dilectionem corporis proprij: qua
recepta in coniugem, Salomon factus eſt Eliſæus, id eſt, caluus. Tantæ enim cal-
4. Reg. 2.24. uitiei fuit Eliſæus, quod deriſui habebatur à pueris clamantibus. Aſcende calue,
aſcende calue. Per capillos ſæpe bona terrena ſollent intelligi, quod figuratur in
Num. 8.7. tonſura Eccleſiaſtica. Vnde & Leuitæ tempore oblationis ſuæ raſerunt omnes pi-
Eccleſia vſq; ad Conſtantinum caruit poſſeſſionibus. los carnis ſuæ. CHRISTVS ergo in Eccleſia lactenti quaſi caluus erat, quia prædia
& poſſeſſiones non habuit Eccleſia vſque ad tempus Conſtantini; imò tanta la-
borabant inedia fideles, quod Iulianus apoſtata paupertatis opprobrium eis in-
cutiens Galilæos pannoſos eos vocare conſueuit. Hunc talem tenuit Sunamitis
Gregor. Naz. orat. 1. in Iulian. magna, magnæ ſcilicet virtutis Virgo LVCIA & virago, mulier fortis inuenta in
finibus Syracuſanis procul. Quæ in virginitate, quam DEO dicauit, lectum ſtra-
uit CHRISTO; in miraculis quæ fecit, candelabrum; de quibus B. AGATHA per-
Chryſoſt. con. gentil. hibuit ei teſtimonium. In doctrina menſam. docuit enim matrem quam lanaue-
rat, ſuſpectas eſſe eleemoſynas, quæ fiunt in extremis, cum opes tunc potius deſe-
S. LVCIÆ virtutes. rant hominem, quàm deſerantur. Et per triennium dicitur inſtitiſſe mater in
diſtrahendis facultatibus in vſus pauperum. Sellam parauit in conſtantia animi,
Vide SVRIVM tom. 6. quam etiam in corpore ipſius ſignificauit DEVS, cum nullis viribus hominum
vel boum trahi potuit ad lupanar. Eliſæus verò hoſpes eius, filium eius ſuſcitauit,
id eſt, ſpiritum eius tradidit in manibus ipſius, vt quaſi CHRISTI pediſſequa,
cum vellet, & quantum vellet, teneret animam ſuam, & cum vellet, poneret eam.
In medio enim ignis ſuccenſi pice & oleo etiam tranſuerberata gladio ſtetit præ-
dicans, & prædicens pacem Eccleſiæ redditam mortuo Maximiano, non ceſſa-
uit, donec collectis omnibus ſacerdotibus valefaciens eis, expirauit. Sed, DEO
gratias, iam ſiccata eſt in Eccleſia aqua contradictionis, tranſiuit per aquam in-
tolerabilem martyribus, per laqueos venantium in hæreticis. Aliud martyrij ge-
Eccli. 33.29. nus introduxit IESVS noſter. otioſitas enim inimica eſt animæ. Fundata ſunt cœ-
Pſal. 132.1. nobia tuba Spiritus ſancti per orbem intonante, Ecce quam bonum, & quàm iu-
Religionis monaſticæ initia quæ. cundum eſt, habitare fratres in vnum. Obtulit Sunamitis vidua duo minuta, hu-
militatem ſpiritus, & habitus mediocritatem. Veruntamen, quod poſt martyres
introduximus cœnobitarum martyrium, diuturnius eſt intelligendum, quantum
ad principium & exordium, non quantum ad initium. Ad modum enim arboris
tria conſiderantur in progreſſu religionis. Dum enim ſemen germinat in vi[..]c[.]ibus

terræ, arbor habet initium, ab initiando, id eſt, intus iactum iacendo dictum. Cum verò rupta terræ ſuperficie tenuis & vnica emergit virgula, tunc habet principium, id eſt, primum caput. Cum verò beneficio auræ clementioris deriuatur in ramulos, tunc habet exordium, cum ex vno multa ſcilicet oriuntur. In hunc modum Regularis cohabitatio fratrum initium habuit in Sion temporibus Apoſtolorum. initiata verò eſt in tribus, in caritate fraterna, in communi ſubſtantia, in communi obedientia. De primo dictum eſt. multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna. De ſecundo. nec quiſquam eorum quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat. De tertio. omnia ponebant ad pedes Apoſtolorum, tanquam profitentes eis debitam ſubiectionem. Pro his tribus dicitur eis. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, id eſt, caput cuſtodite. In his enim nulla ratione licet diſpenſare. Principium verò habuit quædam à Domino Benedicto, quædam à Doctore Auguſtino. Rudem enim quaſi imaginem colorantes, addiderunt de ariditate ciborum, de modicitate veſtium, de auſteritate lectorum, de cuſtodia labiorum, de temporibus ieiuniorum, de modis & diſtinctionibus orationum, de conſolatione laborum, & in his licet Prioribus admittere diſpenſationem, ſed in ſimplicitate cordis. Vnde additum eſt. Et ſimplices ſicut columbæ. Quidam enim potius aucupantur occaſionem diſpenſandi, quàm expectent. Exordium verò habuit in diebus noſtris, ſub incertis tamen auctoribus; deriuationes enim multæ exortæ ſunt. Quidam enim albis, quidam nigris, quidam griſeis gaudent indumentis, tanquam idiomatibus ſuis. Quidam fructibus poſſeſſionum, & obſequiis familiarum ſuſtentantur, alij de labore manuum ſuarum, & pecorum egreſſibus tenuem victum ſibi quæritant. Alij ſola largitione eleemoſynarum paſcuntur, vitam ſuam DEO committentes. Alij crucem præferentes pro tuitione Eccleſiæ ſanguinem ſuum exponunt: omnia in nomine Domini facientes: quaſi mutuo ſibi dicant. Magnificate Dominum mecum. Hanc Sunamitem compeditam diximus. Audierat enim, quia Dominus audit gemitus compeditorum, & iniecit pedes ſuos in compedem ſapientiæ, & collum ſuum in torquem eius. Cum licuit ei epulari, afflixit ſe ieiuniis; cum licuit dormire, intempeſtæ noctis vigilias ſibi indixit; cum loqui licuit, poſuit cuſtodiam ori ſuo: cum deambulare licuit, etiam muris materialibus ſepiuit pedes ſuos. Poſtremò quaſi oculis ſuis abſtulit viſum, auribus auditum, naribus olfactum, linguæ eloquium, manibus tactum, pedibus greſſum. Hęc compeditio mortificationem carnis operatur, & expeditam contra cuiuſlibet generis hoſtes excuſationem, quod aduerſus eam etiam aduerſarius mutire non poteſt. Accedit enim quis ad compeditum, & volens eum trahere ad illicita dicit. Egrediamur foras, videamus ludos theatrales, choreas Virginum, palęſtras adoleſcentium, gyros equitum, & huiuſmodi. Cui compeditus. Quid prouocas me ad videndum? non habeo oculos. Ad quam ille. nunquid video in capite tuo duo luminaria micantia & diffundentia viſum vſque ad obiectionem corporum? Cui compeditus. Oculi, quos vides, non ſunt mei, eos contuli in alium. lumina ſunt veritatis. Abſit, vt oculi veritatis videant opera vanitatis. In hunc modum ſatis idonea eſt & elegans reſponſio in excuſatione membrorum. Sanè hæc Sunamitis compedita, & Sunamitis miſera, adhuc militant in terris: aliæ duæ triumphant in cœlis, quarum precibus & meritis trahat vos de militia ad triumphum, de mundo ad DEVM IESVS CHRISTVS Dominus noſter, iudex noſter, cum venerit iudicare viuos & mortuos & ſæculum per ignem.

Religioſa vita cœpit ab Apoſtolis.
Actor.4.32.
Ibid.34.
Matth.10.16.
Vide NOTAS.
S. Benedictus, & S. Auguſt. addidere quædam Regulæ religioſorum.
In regula poteſt diſpẽſari.
Religioſorum varia genera.
Pſal.33.4.

DE EODEM ADVENTV DOMINI.

SERMO V.

Iſa.19.1. ASCENDIT *Dominus ſuper nubem leuem, & ingredietur Ægyptum, & mouebuntur ſimulachra Ægypti.* ISAIAS in ſpiritu loquens aduentum Domini in carnem prædixit, & licet multis in locis Domi-
Iſa.35.5. nici prænuncius aduentus fuit, vt ibi. Tunc ſaliet claudus, ſicut ceruus, & aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum patebunt: verbis tamen prædictis ſpecialiter prænunciauit aduentum Saluatoris, id eſt, incarna-
P. Comeſt. in hiſt. Euang. cap.10. tionem. Refertur ab iis, qui Chronica ſcribunt, quod Domino fugiente in Ægyptum, non fuit templum in Ægypto, in quo non rueret idolum. Legitur & in Annalibus, quos conſcripſerunt Iudæi, quod egreſſis filiis Iſraël de Ægypto idola Ægy-
Athan. de incarn. verbi. pti corruerint. Sed ad ingreſſum alicuius idola Ægypti ruere non legitur, niſi aduentante matre cum puero. Hoc Iſaiæ capitulum ſpecialiter prænunciauit primum Do-
Orig. hom.3. diuerſ. mini aduentum. *Nubes illa leuis* caro eſt redemptoris, eò à peccatis magis aliena, quo minus originali culpæ obnoxia. Nubis leuitas peccati eſt immunitas: ſolet e-
Baron.1.tom. annal. nim peccatum nos ad ima trahere. ideoque rectè intelligi habet ponderoſæ rei nomine. In Zacharia legitur. Sedet iniquitas ſuper talentum plumbi. Et alibi dicitur.
Caro Chriſti immunis a peccato originali. Sicut plumbum in aquis vehementibus. Nubem ergo leuem aſcendens Dominus Ægyptum eſt ingreſſus, vt ab ea, quibus tegebatur, nubes amoueret. Quadruplici enim nube obuoluta erat. Eſt namque nubes caliginis, eſt nubes roris, eſt nubes grandinis, & nubes vmbræ mortis. Vt autem hæc plenius videantur, altius eſt in-
Zach 5.7. choandum, quatenus quod præmiſſum eſt, eo fiat planius, quo fuerit expoſitum ple-
Exo.15.10. nius. Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus in prima hominis creatione quaſi ſecum de-
Geneſ.1.26. liberando dixerunt. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem, & ſimilem nobis. Quatuor item Regis primogenitæ virgines DEO in creatione hominis ſunt cooperatæ. Veritas, miſericordia, iuſtitia, & pax. Veritas, quia ſicut promiſit ſe facturum Dominus, rei executione perduxit ad effectum. Miſericordia, quia, vt ſuppleretur defectus angelicus, homo eſt creatus. Iuſtitia, homo enim rationalis præfectus eſt aliis creaturis, vt qui præcellebat creationis beneficio ſuper alia iuſto efferretur dominio. Pax eſt cooperata, quoniam cum ex tam diuerſis perſona humana ſit compacta, carne ſcilicet & anima, ita vt omnia elementa hic in vnum collegerit, ita vt non ſit qui diffidat, vt alterum alterius coniunctione gaudeat, ſint [illegible] vnius compoſitione, donec illi Phyſicales nodi [illegible], & cum [illegible] dolore, quæ coniuncta erant, ſeparentur. Vnde dicitur. [illegible] dolor, ſicut [illegible] morientium. Iſtæ filiæ, ſicut in creatione [illegible] cooperatæ, ſic & in eiuſdem
Pſal.48.21. iuſta deiectione. Homo enim, cum in honore eſſet, non intellexit: & ideò de paradiſo eiectus miſeriis huius mundi merito [illegible] eſt ſubiectus. Et quia in lapſu hominis differenter peccauerunt [illegible], Adam & Eua, differenter ſunt puniti, vt qui alio magis exce[illegible], [illegible] alio inueniretur in pœna. Vnde diuina vltione factum eſt, vt vna [illegible] Adam puniretur, Eua duabus, ſerpens tribus. Dictum
Geneſ.3.19. eſt ad Adam. In [illegible] vultus tui veſceris pane tuo. Ad mulierem verò dixit. Subie-
Ibid.14. cta [illegible] dolore paries. Ad ſerpentem ſic. Terram comedes, & ſuper pectus tuum gradieris. ponam inimicitias inter te & mulierem, & tu inſidiaberis

calca-

calcaneo eius, & ipſa conteret caput tuum. Prædictæ Regis filiæ, ſicut non defuerunt DEO creante hominem, ſic non defuerunt eodem puniente peccatorem. Quem enim poſt lapſum Dominus puniuit, ante lapſum ſic, ſi peccaret, ſe puniturum eſſe comminatus fuit, ſicut dicitur. Quacunque die comederitis, morte moriemini. *Geneſ. 3. 1.* Miſericordia eſt cooperata, quia qui peccando fecerat ſe miſerum, mortalis factus eſt in miſeriæ remedium. cum enim miſeria ſit, miſerum eſſe, grauiſſima eſſet ſarcina ſine fine miſeriam adeſſe. Vitæ breuitas miſeris eſt in remediu, qui hoc ipſo, quod citò moriuntur, tolerabilius cruciantur. Iuſtitia ibi non defuit. nam magis puniri dignus, magis eſt punitus. Pax adfuit. Ex ratione enim humanæ naturæ indita homo cognouit DEO ſe reconciliari poſſe, ſi pacem, quam perdiderat peccando, reciperaret condignè pœnitendo. Hinc eſt, quod tunicas pelliceas ad tegendam nuditatem parentes primi habuerunt, quatenus mores humanæ conditionis [illegible] redirent ad pacem conditoris. *Cur Adam & Eua tunicis pelliceis vſi.* Has Regis filias longè fecit Dominus a viis hominum. Iſtæ virtutes homines deſeruerant, his tenebræ ſuccedentes genus humanum nubibus obtexerant. Vnde Oſee exclamans dixit. nuſquam veritas, nuſquam miſericordia, vbiq; homicidium, vbiq; furtum. *Oſee 4. 2.* NVBES quatuor ſunt, vt diximus, & prædictis opponuntur filiabus Regis, ſcilicet virtutibus. Prima nubes eſt caliginis, ſecunda roris, tertia grandinis, quarta vmbræ mortis. Prima fuit promittens, ſecunda decipiens, tertia puniens, quarta perimens. Prima fuit ab oriente, ſecunda à meridie, quia ſufficiente vmbra pollebat; tertia ab occidente, quia lumen tegebat. quarta ab Aquilone, quia lumen non habebat. Per nubem caliginis ea rectè intelliguntur, quæ cælatiua erant veritatis. Quod enim Abel occiſus eſt, quod aries pro Iſaac immolatus eſt, *Geneſ. 4. 8.* hoc totum quid aliud ſignificabat, non apertè, ſed ſub quadam caligine, niſi futuram *Geneſ. 22. 13.* Domini incarnationem? Per nubem roris rectè Philoſophorum accipi poteſt ſcientia, qui tanquam tenues ſcientia diſputabant de ſupernis inuiſibilibus & ignotis tanquam de ſenſibus ſubiectis. Sed quia tales idipſum, quod ſapiebant, ſibi & non DEO attribuebant, quod iuſtius erat, quàm vt eius priuarentur munere, cui ſe ingratos exhibebant ex elationis tumore. Per nubem grandinis pœnę intelliguntur, quę ſecundum differentias peccatorũ ſub ſtatu veteris legis colla premebant Iudæorũ. Vnde quidam attendentes aſperitatem legis, ſarcinam ſeruilis oneris, in hanc lapſi ſunt inſaniã, vt dicerent, Legis eſſe datorem, non DEVM, ſed principẽ tenebrarum. Per nubem vmbrę mortis, peccata intelliguntur, quorũ exigentia ad mortẽ tendebant vniuerſa. Nubes prima veritati opponebatur, ſecunda iuſtitiæ: philoſophi enim iuſtitiæ obliuiſcebantur: aut ꝙ habebant DEI munere, ſuæ attribuebãt naturę. Tertia opponebatur miſericordiæ, quarta paci, quia per multitudinem peccatorũ pax receſſerat à cordibus peccantiũ. De prima nube dictum eſt. Tenebroſa aqua in nubibus aëris. *Pſal. 17. 12.* De ſecunda dicitur. Rorate cœli deſuper, & nubes pluant iuſtum. *Iſa. 45. 8.* De tertia legitur. In conſpectu eius nubes tranſierunt, grando & carbones ignis. *Pſal. 17. 13.* De quarta habetur. Oppoſuiſti nubem, ne tranſeat oratio. *Thren. 3. 44.* His nubibus tanquã errorum tenebris mundus erat inuolutus. Sed Dñs indutus carnem Ægyptum intrauit, & luce ſuæ præſentiæ noſtras tenebras illuminauit. Prædictis itaq; nubibus tanquam obſtaculis quibuſdã amotis quatuor Regis primogenitæ gratantes prodiere. Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi, iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. *Pſal. 84. 16.* Huius prophetię non niſi in quarta ſeptimana aduẽtus Dñi meminit Eccleſia, quia præmiſſis tribus recolit deſiderium Patrũ antiquorum CHRISTI aduentum deſiderantium. Vnde & in prima legitur, de aſinæ ſolutione, per quã ſignificata eſt ſolutio ſynagogę. In ſecũda & tertia exprimitur, quanto deſiderio Domini aduentus ſit expectatus, & adeo in ſecunda canit Eccleſia

Populus Sion,&c. In tertia. Gaudete in Dño ſemper,&c. Idipſum ſeptem vocales antiphonę ſignificant quarum ſingula ab O incipit, & in fine clauditur verbo imperatiui modi, imò deprecatiui: quibus aperte expectantiũ deſideriũ & ſecuri [illegible]. Et ſicut ad litterã corruerunt ſimulachra Ægypti in aduentu Domini, ita ſpiritualiter animorum ceciderũt ſimulachra, quando Oriens ex alto noſtra viſitauit infirma. Vnde in prima dicitur antiphona. Veni ad docendum nos. In ſecunda, Veni ad liberandum nos. in tertia, Veni ad redimendum. in quarta, Veni & educ vinctũ. in quinta, Veni ad illuminandũ. in ſexta & ſeptima, Veni ad ſaluandum. In prima, doctrina petitur, per quã ignorantia, quæ triplex fuit, fugetur. ignorabat enim homo DEVM, ignorabat ſeipſum, ignorabat virtutes. Sed hæc ignorantia tanquã ſimulachrũ Ægypti ruit, quãdo lux in tenebris luxit. In ſecũda rogatur, vt nos liberet a ſeruitute, quæ item fuit triplex. fuit enim ſeruitus diaboli, peccati, & debiti, id eſt, pœnæ peccato debitæ. In tertia petitur redemptio, & hoc tripliciter, a litterali lege, a labore, & ab hoſte. In quarta, vt a carcere educamur, id eſt, ab inferno, in cuius ore, medio & imo tũc quidam tenebantur. In quinta, vt nos illuminet, petimus, quatenus per ipſum illuminati tres ſupernorũ gratias mereamur oculo fidei, vt quandoq; recepti in eorũ conſortium de eis confruamur. In ſexta & ſeptima ſalus geminatur: per quod ſignificatur, quod per ipſum a nobis amouebitur, & carnis mortalitas, & carnis paſſibilitas. & ſicut Dominus nubem carnis indutus ingreſſus eſt Ægyptum, ſicutq; [illegible] nubibus ab Ægypto egreſſus aſcendit in cœlum, ſic ad iudicium veniet ſeparaturus grana a paleis, agnos ab hœdis, bonos a malis, vos ad dexteram poſiturus IESVS CHRISTVS Dominus noſter, qui veniet iudicare viuos & mortuos & ſeculum per ignem.

IN NATIVITATE DOMINI.

SERMO VI.

Sap.18.14. DVM medium ſilentium tenerent omnia, & nox in ſuo curſu, &c. Tempus illud, quo ad nos omnipotẽs ſermo DEI [illegible] de noſtra locutus ſalute aduenit, deſcẽdens de ſinu & corde Patris in vterũ matris Scriptura prædicta denunciauit. DEVS enim, qui multifarie multiſq; modis locutus

Hebr.1.1. fuerat Patrib⁹ in prophetis, diebus noſtris nobis locut⁹ eſt in filio ſuo,

Matth.3.17. de quo ait. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi cõplacuit, ipſum audite. Ipſum itaque,

Matth.17.5. quã, audite, id eſt, ipſi obedite vos, q de valle lachrymarũ in montem gaudiorũ vultis aſcendere. Venit igitur ſermo DEI ad nos, DEI verbum, DEI filius, a regalibus ſedibus ſe humilians, vt nos exaltaret, pauperrimus vt nos ditaret, humanus vt deificaret. Venit autem, quã, ad nos quando: *dum mediũ ſilentium [illegible]*, in nocte, poſt galli cantum. Primũ gallis cantãtibus, q cantauerunt, [illegible] præcedẽtes & ſecuturos clamores [illegible] Conticiniũ aũt illud, ſiue ſilentiũ [illegible] quo, ſi quid fieret, dũ mediũ ſilentiũ [illegible]. In huius ſæculi noctu, & [illegible] fuerunt prophetę, genus humanum [illegible] ortum quoq; ſolis præconantes. Hoc etiã [illegible] in gallicantu dicta eſt, repræſentat. Quaſi quidã gallus Moyſes [illegible] ſilentio exclamauit. Prophetam ſuſcita-

Deut.18.15. bit vobis DEVS [illegible] vt me, ipſum audietis. Erit autem. Omnis anima, quę non audierit prophetã illum, exterminabitur de populo ſuo. Clamabat ite-

Geneſ.49.10. rum [illegible]. Non auferetur ſceptrũ de Iuda, & dux de femore

eius,

[illegible] ne veniat, [illegible] ndus eſt, [illegible] expectationi gentium. Clamabat Iſaias tan- [illegible]
quã gallus Dñi [illegible] am,& di[illegible] virgo [illegible] et &c. Clamabat Ieremias: *Ierem.3[illegible]*
Ecce [illegible] vidi plane, qui [illegible] nõ
abſti [illegible] & edidit, nec perdidit
[illegible] Clamabat Daniel. Cum venerit [illegible], ceſſabit [illegible] *Dan.9.25.*
& [illegible] prophetas [illegible] gallus Dñs *Iob 38.36.*
dedit intelligentiã, vt aduentum veræ [illegible] prælcij præconarentur.
Clamauerant igitur galli, tanquã [illegible]. [illegible] in regione vm- *Iſa.9.2.*
bræ mortis,& populo qui ambulabat in tenebris, [illegible] apoſtoli ve-
rò & ipſi galli, tanquã [illegible]. Clamaturi ta-
men erãt,& in tanto q[illegible] in omnem terrã [illegible] eorũ, & in [illegible] terræ ver-
ba eorum. At [illegible] gallus videtur qui ait. Euigilate iuſti & nolite peccare [illegible].
Nox præceſſit, [illegible] quaſtet. Tenebant [illegible] *1.Cor.[illegible].34.*
qui clamauerant,& Apoſtoli, qui clamatores erãt. Silentium ſũt hoc mediũ & [illegible] *Rom.13.12.*
erat [illegible] amborũ, & eorũ, ſcilicet, qui clamauerãt,& eorũ, qui [illegible]
STO [illegible]. *Dum [illegible] tenerent omnia, omnipotens ſermo,* [illegible] eſt,
verbum Patris, *a regalibus ſedibus venit.* Et pulchrè in medio ſilẽtio mediator Dei &
hominũ homo ad homines, immortalis mortales, morte mortuos ſaluaturus, adue-
nit. Qui etiam mediationis ſuæ nõ immemor, operatus eſt ſalutẽ in medio terræ, in
medio cœli & terrę, tanquã cœlũ terrãq; cõcilians, exaltatus a terra, in cruce mortuus
eſt. Vide ergò diſpenſationẽ. In medio oritur, in medio moritur, in medio ſalutẽ ope-
ratur. Iã huius etiã rei ſacramentũ, dum mox in ſuo curſu mediũ iter ageret, à regali-
bus ſedibus venit. Quę eſt iſta nox? forte hoc tẽpus, quo à mũdi origine vſq; in vltimi
[illegible] finẽ in hac tenebroſa Ægypto viuũt filij Adam, graues ignorãtię ſuæ tenebras
[illegible], & ne alterutrum minime cernẽtes. Nunquid nõ ſe vidẽt, qui ſua viciſſim
corda nõ vidẽt. Propter has inuiſorũ cordium tenebras, mẽdacio & fallacię patet [illegible],
[illegible] hac nocte occulunt, qui mẽtiuntur & fallũt. In [illegible] medio, venit ad
[illegible] tenebris lux illa, q̃ illuminat omnẽ hominẽ venientẽ in hunc mundum, [illegible]
[illegible] tenebras depulſura, cũ illuminabit abſcõdita tenebrarum,& [illegible]
[illegible]. Viderat [illegible] mediũ iter, qui dicebat: Dñe [illegible] & [illegible] *Hab.3.2.*
in medio annorum viuificabis illud. Cęterum, ſi cui [illegible]
[illegible] nõ ſententię aſſentiãs libenter. *Cum ergo medium ſilentium tenerent omnia,*
dum nox in ſuo curſu mediũ iter haberet, omnipotẽs ſermo tuus a regalibus ſedibus venit.
Venit [illegible] ad ſilentes. Vrbana inter [illegible] & [illegible]
[illegible] honoratior & ppotens perſona loqui voluerit, tacẽt, qui circũſtant,
ſilentio. Vnde & Iob loquẽte linguã ſuã cohibebãt duces,& digitũ ſuperponebat ori
ſuo. Quando igitur DEVS Deorũ locutus eſt, vocãs ad fidẽ terrã [illegible] ortu [illegible], *Iob 29.9.*
ad occaſum, ſilent prophetę & cõticeſcunt. Veniat nunc ſermo DEI ad ſilẽtes, audia-
mus quid Dñs DEVS loquatur nobis. *Audi Iſrael præcepta vitæ, et ea in corde tuo [illegible]be,* *Deut.4.1.*
[illegible] libro, & dabit tibi terram fluentem lac & mel. Iſtis Domini verbis tria nobis
[illegible]r, quo nomine debemus cenſeri, & quid agere, quid in præmium expe-
ctare. [illegible] noſtrum magnum eſt. Hoc nomine nihil maius, nihil excellẽtius.
[illegible] Chriſtiani à CHRISTO. Quid amplius creaturę potuit de terre, quàm
[illegible] nomine [illegible]? Si [illegible] nomine, conueniat [illegible] & re. Dei
[illegible]. Qui [illegible] e, debet quęadm[illegible] & [illegible] *I[illegible].6*
[illegible]
[illegible] DEVM, [illegible] M, [illegible]

Ioan.1.17. poteſt quis videre DEVM? Nonne legitur, DEVM nemo vidit vnquam? & Viuet
Exo.33.20. homo, & non videbit me? Sed ſciendum, cum homo habeat duos oculos corporis,
quibus vtique DEVM, quia ſpiritus eſt, videre non poſſit, (cum nec etiam angelos,
nec animas) habet duos interiores, fidei & dilectionis, quibus videt DEVM per
Ioan.17.3. ſpeculum in ænigmate, vt poſt videat ipſa re, quæ eſt vita æterna. Hæc eſt enim vita
æterna, vt cognoſcant te. Quum verò iſta viſio ſit quaſi meritum, illa præmium,
quando videbimus facie ad faciem, ecce de nomine oſtenditur, quid debeamus facere. Dicitur enim. Audi præcepta, nec ſolum audi, *ſed ſcribe in corde tuo*. Sed forte, inquiunt, aliqui inter nos. Quomodo poteſt ſcribere, qui non nouit litteras vel
libros componere? non præcipitur in pergameno, ſed in corde. vt autem liqueat,
quomodo poſſis in corde ſcribere. Audi libri compoſitionem, vt & omnia in corde tuo comparare ſtudeas. Prius traditur raſori, vt cum raſorio omnem ſuperfluitatem, pinguedinem, ſcrupulos & maculas tollat, deinde ſuperuenit pumex, vt
quod raſio auferre non potuit pumice deleatur, ſcilicet, pili & talia minuta. Adhuc,
antequam ſcribatur, opus eſt regula, ne tortuoſe ducatur linea. Sic & tu, quaſi raſorio, amaritudine pœnitentiæ carnem ſeca, arbuſta criminum conſcinde, vt ſi qua
per voluptatem carnis contraxiſti crimina, per eiuſdem punitionem deleas. Aufer
auaritiam, luxuriam, inuidiam à corde tuo, & talia. Macera carnem nimium, aſſume
Diſciplina flagellorum. diſciplinam. Sed quàm pauci, qui iſta faciant? Cum præcipitur ieiunare, ipſe ſe excuſat. quomodo ieiunarem, & alij comederent? Et ſi præcipitur aſſumere diſciplinam, ipſe reſpondet. Non poteſt pati natura mea [illegible] Si præcipitur ei
dare nummum. reſpondet, ſe non habiturum vſque ad [illegible]
Iob 2.8. pergamenum.omnia criminalia ſunt ablata.Hoc modo faciebat [illegible] CHRISTI, qui radebat ſcabiem teſta. Sed quia adhuc reſtant alia, ſine quibus [illegible]
Venialia peccata quæ. agitur, quæ dicuntur venialia, quia leuiter conſequuntur veniam, adhuc opus eſt
pumice, id eſt, eleemoſyna, & oratione, quia extinguunt iſta venialia, quæ ſunt, ridere immoderate, bibere quandoque vltra quod ſatis eſt, quia & continuata, eſſet criminale. Sed antequam ſcribas in iſto libro, aſſume regulam, exempla Sanctorum
Patrum, Petri, Pauli, Stephani martyris. Secundum regulas illas dirige cor tuum,
vt ſit rectum, non tortuoſum. Tortuoſum eſt cor murmurantium aduerſus Dominum, in parte laudantium, in parte blaſphemantium; in aduerſis blaſphemantium,
Pſal.48.19. in proſperis laudantium. Confitebitur enim tibi, cum benefeceris ei. Noli ſic murmurare tortuoſum habens cor. Conſidera, ſi placet DEO creatura tuo, ſi propriè
Hebr.12. contradicas diſpoſitioni. Vide, quia pater flagellat filium, quem recipit. Habe cor
rectum in omnibus benedicens DEVM, ſciens quia ſi tibi immittit aduerſitatem
ad correptionem eſt pro peccato. Si proſperitatem, [illegible] Benedic ergò ſemper cum propheta dicens, Benedicam Dominum in omni tempore, &c. Lætamini in Domino, &c. vt & tibi benedicat Dominus. Quam bonus Iſraël DEVS
Pſal.33.2. *Pſal.96.12.* *Pſal.72.1.* *Pſal.17.27.* *Deu.6.4.* *Exo.20.7.* his, qui recto ſunt corde, non peruerſo. Cum [illegible] & cum peruerſo
peruerteris. Modo paratum eſt cor, [illegible] quid ſcribas. In
primo folio ſcribe. DEVS [illegible] Patrem omnipotentem crede, & dilige. In ſecundo eadem folio [illegible] nomen DEI tui in vanum. Crede Filium [illegible] ſecundum [illegible] habere Filium
æqualem ſibi, tanquam [illegible], vel inuidum. Tertiò corde Spiritum ſanctum,
in quo [illegible] in beatitudine. Hæc
in primo folio ſcribe, quæ pertinent ad DEI cultum. In ſecundo, quæ ſequuntur,
quæ

quæ perti[illegible] ent a [illegible] Qui [illegible] m [illegible] patrem & matrem, non [illegible]
ſolum [illegible] hos autem, non ſo-
lum non [illegible], qu[illegible] v[illegible] bonis, ſed
rebus pro[illegible] *F[illegible] nte [illegible]* At tamen ſæ[illegible]er- *Ouid.* [illegible]
citur fructus, [illegible] dicitur. Vt ſis [illegible] in terra mon[illegible] m *tam.*
fieri [illegible] mus, & ſuper terram pro[illegible] Mo[illegible] eſt illa, vbi [illegible] de-
ſcendit, [illegible] ve[illegible] Q[illegible]?
Q[illegible] non occides, vt nec corpus [illegible] da eſſe voluntate, ſic vt nec corpus, nec animam [illegible] O[illegible] pro-
ximi, cum te, ſ[illegible] cet exemplar conſtitui[illegible] mal[illegible]
animam intel[illegible] cis. Sexto ſcribe. Non f[illegible] n facies [illegible] vio-
lentus ex[illegible], ſed [illegible] fraudu[illegible] or. Qu[illegible],
quã qui [illegible] quadra[illegible] mutuata, debitore non recla[illegible] ite, per [illegible] mul-
tiplicari? Septimo ſcribe. Nõ mœchaberis: noli cognoſcere fœminam, [illegible] *fœ-*
copula tibi cop[illegible]. Quocunque enim alio modo fiat, criminale eſt. [illegible] *mina* [illegible]
legitima poteſ excedere. Octauo, non falſum teſtimonium dices. [illegible] *e* [illegible]
iurare, ex quo inciditur in periurium. Nonus verſiculus eſt. non c[illegible] *ca-*
proximi tui non bouem, non aſinum, non fundum, non vineam. Nonne hoc ſupe- *lum e.*
rius prohibitum. non. ibi actus, hic voluntas. non concupiſces vxorem proximi tui,
imò etiam hoc ibi. Non mœchaberis. Nam ibi actus, hic voluntas. quod quidem
criminale eſt, ſi tantum excreſcat, quod poſſis dicere. Non remanet in me, ſi h[illegible] be-
rem facultatem. Quare ira exardeſcis libidine? non poteſt vna, quam habes, ibi ſuffi-
cere? Ecce compoſitus eſt liber inſcriptus. Scriptura bona ſcriptura DEI. Sed inſi-
diatur diabolus, tanquam ſimia. Auerte oculos tuos, ſtatim ipſa accedens appo[illegible]it
[illegible], delet quæ ſcripſiſti, & apponit litteras ſuas. Sic diabolus, ni caueas, [illegible]po-
[illegible] a. Omni ergo cuſtodia ſerua cor tuum, vt ait Salomon, ne [illegible] *Pro.* 4. 23
[illegible] euellere, quæ plantaſti. Adde ergo libro quaſi firmatorium gratiam DEI, quæ [illegible]
p[illegible] e omn[illegible], ſi conſentiant. Hunc librum potes tecum ferre [illegible] pu- *om*[illegible]
ba[illegible] Satis eſt paruus iſte liber, in quo clauſis oculis poteſt [illegible] ri- [illegible]*o.*
[illegible] n a[illegible] o. Si iſtum librum ſcripſeris, a[illegible] quid & q[illegible] tibi pro[illegible]
[illegible], quæ non mentiatur, nec mentiri poteſt. *Dabo tibi terram fluentem lac & mel.*
[illegible] eſt [illegible] carne proueniens, mel de cælo, de ſemperie [illegible]. Sic in nobis
[illegible] natura, caro & anima. Per fluentem, accipe plenam & perfectam [illegible] un-
[illegible] Dabo tibi ple[illegible]itudinem beatitudinis, quoad corpus, & [illegible]
[illegible] t hæc terra, cuius incolas nos faciat IESVS CHRISTVS, Dominus noſter,
[illegible] ex noſter, cum venerit iudicare viuos & mortuos, & ſeculum per ignem.

IN APPARITIONE DOMINI VEL EPIPHANIA.

SERMO VII.

[illegible] *per Cherubin, appare coram Ephraim, Beniamin & Ma-* *Pſal.* [illegible] 2.
[illegible] Frequentes [illegible] nobis promiſſiones [illegible] ad[illegible]
[illegible] ſcribe [illegible] is [illegible] *Eſai.* [illegible]
[illegible] Malci [illegible] es, [illegible]

Pſal.26.14. erat. Alius quidem dicebat: Expecta Dominũ, viriliter age, & confortetur cor tuum,
Hab.2.3. & ſuſtine Dominum. Alius verò ſic. Si moram fecerit, expecta eum, quia veniens
veniet. Ambo pari conſilio de ſecretario Domini exierant, nihil tamen niſi promiſ-
ſionem Domini reportantes. Etiam citharista noſter, tanquam longa iam expecta-
Pſal.88.39. tione fatigatus quadam obliquatione culpam in DEVM referebat dicens. Tu verò
repuliſti & deſtruxiſti nos, diſtuliſti CHRISTVM filium. Iſaias vir nobilis & vrbanæ e-
Iſa.64.1. loquentiæ tanquam indignando dixit. Vtinam dirumperes cœlos, & deſcẽderes. Da-
Pſal.143.5. uid de optatiua iam proſiluerat in imperatiuam dicens. Inclina cœlos tuos & de-
ſcende. In hunc modum totus ille prophetarum conuentus tanquam diutius expe-
ctando pertæſus, nunc optando, nunc imperãdo, nunc conquerẽdo, nunc indignan-
do ſermones ſuos variabat. Tandẽ venit expectatus, & clauſit ora prophetarum, da-
Exod.4.10. tũ eſt promiſſum, & impoſitum eſt promittentibus ſilentium. Sileat ergo Legiſlator,
Iſa.6.5. quia impeditioris linguæ eſt apud DEVM. Sileat Iſaias, quia pollutaſe fatetur ha-
Ier.1.6. bere labia. Sileat Hieremias, quia puer eſt, & neſcit loqui. Sileat Ezechiel, quia pollu-
Ezech.4.14. to pane veſcitur. Sileat Daniel, quia poſt viſionẽ grauiter infirmatus eſt. Sileat Oſee,
Dan.10.8. quia fornicariã duxit vxorẽ. Sileat Amos, quia propheta non eſt, ſed paſtor vellicans
Oſe.1.2. ſicomoros. Erũpat vox Eccleſiæ & dicat. Apparuit humanitas & diuinitas Saluato-
Am.7.14. ris noſtri, venit enim non tantum cum vino & oleo, ſed etiam cum purpura & ſacco.
CHRISTVS quidẽ DEVS & homo modo quædã agebat, in qbus apparebat verus ho-
mo: modo quædã, in quibus apparebat verus DEVS, quaſi more hiſtrionũ ludens, &
Prou.8.30. in varias ſpecies ſe alternatim transformans. De quo ludo dicit ſapientia. Delecta-
bar per ſingulos dies, ludens corã eo in omni tempore, ludens in orbe terrarũ. Die
CHRISTVS ſiquidẽ Natiuitatis apparuit homo, hodie DEVS. Dicat ergo Eccleſia. Domine IESV
nunc hominẽ, in natali tuo habitu inuentus vt homo, paulo minor ab angelis effectus. Hodie verò
nunc DEVM tu, *qui ſedes ſuper Cherubin*, Dominus angelorum & hominum *apparuiſti coram E-*
ſe eſſe demon- *phraim, Beniamin & Manaſſe.* ac ſi dicat. Domine iam vidimus te recens natum in præ-
ſtrat. ſepio, pannis inuolutum, vagientem inter animalia. Vidit te MARIA, vidit te Ioſeph,
viderunt te paſtores, & nunc tertiadecima dies eſt hodie, quo hæc facta ſunt. Appare
Apparitiones ergò hodie, q ſedes ſuper Cherubin. & ſic factũ eſt. Tripliciter enim hodie apparuit
CHRISTI nobis DEVS, non quod in eadem die, niſi per temporum reuolutionem. Tertiadeci-
tres. ma enim die à natiuitate apparuit Regibus gentibus ſtella ſtante ſupra, vbi erat puer.
Math.2.& 3. nam & ipſi eius offerendo DEVM muneribus confeſſi ſunt. Triceſimo anno eadẽ die
apparuit Ioanni Baptiſtæ, & turbis, quæ conuenerant ad eum, per teſtimonium Pa-
Ioan.2. tris. Sequenti anno eadem die apparuit, vt DEVS, coram matre & diſcipulis & con-
uiuis per mutationem aquæ in vinum. Et hæ tres apparitiones [illegible] tria nomi-
na, quæ ſequuntur, *Ephraim, Beniamin & Manaſſe.* Sed ſi ordine retrogrado profe-
rantur, ordinẽ ſequuntur hiſtoriæ. Dicamus ergo. Appare coram Manaſſe, Beniamin
& Ephraim. Manaſſes, obliuio eſt. In ſine [illegible] de quibus, vt de
Pſal.21.28. oblitis dicitur. Reminiſcentur, & conuertentur ad Dominum vniuerſi fines terræ. Et
Pſal.49.22. alibi. intelligite aliquando, qui obliuiſcimini Deum. Coram his apparuit per ſtel-
Gen.35.18. lam. *Beniamin*, filius dexteræ, qui prius à matre vocatus eſt Benoni, id eſt, filius dolo-
ris, quia præ labore [illegible] mater. Hic eſt Ioannes Baptiſta Synagogæ
Luc.16.16. vel Legis filius, [illegible] eſt mater, quia vſq; ad Ioannẽ lex & pro-
phetæ. Sed pater [illegible] id eſt, filium dexteræ, id eſt, potentiæ diuinæ. non
enim vis humana fuit, quod [illegible] de ſenibus & ſterilibus, ſed diuina. Coram au-
tem eo apparuit [illegible] *Ephraim* eſt fructificatio. hi ſunt diſcipuli, quibus ipſe
Ioan.15.16. dixit. Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos, & poſui vos, vt eatis & fructum afferatis.

[illegible] & hæc verba [illegible] decenter aptari [illegible] qui ſub throno DEI clamant [illegible] IESV C[illegible], qui tanquam [illegible] habens [illegible] lepra [illegible] *coram Ephraim, Beniamin & Manaſſe*. & ſic [illegible] D[illegible], & [illegible] fuerit, tanquam [illegible] crapulatus [illegible] Sane in [illegible] *In iudicio nemo [illegible] pro homine [illegible]*
[illegible] hominum erunt, [illegible] iudicabuntur, [illegible] fructus, id eſt, opera [illegible] homo & opera [illegible] eo, & hi ſignificantur per Ephraim [illegible] ſequentes omnia & ſequentes Dominum [illegible] Sedebitis *Matth. 19. 28.*
[illegible] ſedes duodecim [illegible] per Beniamin, quia dextera, id eſt, potentia iudicandi [illegible] eſt. Iam iu- *Ioan. 5. 18.*
[illegible] ſunt [illegible], quorum [illegible] eſt [illegible] Eccleſiæ [illegible] quorum tan[illegible] ſtricta. Hi per Manaſſen [illegible], quibus [illegible] mundus eſt DEV[illegible] tanquam mortuus a corde. Dicunt ergo [illegible] beatorum deſiderantes diem Domini, [illegible] *Domine manifeſtare coram Ephraim*, id eſt, [illegible], *& Beniamin*, id eſt, iudicantibus, *& Manaſſe*, id eſt, iudicatis. Poſſunt [illegible] hæc verba eſſe Eccleſiæ militantis, ac ſi dicat: Domine IESV verbum patris in tempore ante legem innotuiſti quidem, ſed paucis & parum. inuiſibilia enim DEI *Rom. 1.*
per ea quæ facta ſunt à creatura mundi intellecta ſunt. Sub lege etiam innotuiſti, & ſub velamine figurarũ, ſub vmbra litteræ occidentis, vitis, ſcilicet, aquoſæ, quæ in folijs, non in fructu copioſa facta eſt iuxta illud. Vitis aquoſa vel frondoſa Iſrahel eſt. *Oſe. 10. 1.*
[illegible] cooperuerunt cedros DEI. Nunc autẽ opportuno tempore manifeſtare, &c. [illegible] Ante legem fuiſti verbum indicatum tantum, ſub lege nuntiatum tantum, [illegible] autem manifeſtatum, id eſt, eructatum. Eructauit enim cor patris verbum bonum, & ſicut eructatum eſt de corde patris in vterum virginis [illegible] vero Mariæ [illegible] Eccleſia. Eructatum verò manifeſtatum [illegible], quia quod eructatur [illegible] ſecum trahit [illegible] interiorum, à quibus eructatur. & ſic quod [illegible] De ſecretis ergo Patris eructatus filius ſaporem cor[illegible] eſt, miſericordiam ſiue gratiam tanquam quoddam interius, & [illegible] Miſerationes enim eius ſunt ſuper omnia opera eius. Vnde & [illegible] *Pſal. 44. 9.* *Pſal. [illegible] 2 4.*
[illegible] miſericordia eius ſuper vitas. Venit [illegible] Samaritanus [illegible] *Luc. 10. 34.*
cum vino confeſſionis & oleo miſerationis. Tu ergò, *qui ſedes ſuper Cherubin*, id eſt, plenitudinem ſcientiæ, *manifeſtare nobis*, dando ſingulis, dando [illegible] de [illegible] plenitudine, & deſcendat vnguentum de capite in barbam, & de barba vſque [illegible] veſtimenti. *Pſal. [illegible] 2.*
autem hæc plurimum difficilis eſt, & multa indiget diligentia. Ipſi enim, per quos fit,
indigẽt diſpoſitione: ſicut enim difficile eſt inuenire cuſtodiã, ſi cuſtodiendi ſint ipſi
cuſtodes; ſic diſpenſatione, ſi diſponendi ſunt diſponentes. Sanè virtutes ſunt, per
quas diſponit animus domui ſuæ, quæ & ipſę diſponendæ ſunt, ne ſupra modum ſyl-
ueſcãt. Sicut enim cauendũ eſt, ne quid parum: ſic etiam, ne quid nimis. Quod breui *Virtus ipſa*
exemplo liquet. Minuendi ſanguinis duplex eſt ratio. Qualitas, ſcilicet, & quantitas. *quoq; mode-*
nec minus pernicioſa eſt ſuperfluitas, quàm corruptela. Quid autem amicabilius eſt *ratione eget.*
humanę naturę, quàm ſanguis? quid iucundius homini quàm virtus? Virtus ergo
quandoq; minuenda eſt. Audi medicum ſub lege peritiſſimũ, qui ait. Noli nimis iu- *Eccl.7.17.*
ſtus eſſe. eſt iuſtus, qui perit in iuſtitia ſua. Audi alterum ſub gratia peritiorem, qui di-
xit. Non plus ſapere, quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. Cui putas venę *Rom.12.3.*
virtutum parcendum eſt, ſi iuſtitia & ſapientia indigent minutione? Quamobrem ſi
ſapiat ſpiritus miſer, reſpondeat Spiritui ſancto, & dicat. Domine quid iubes me *Rom.7.18.*
diſponere domui meæ? Hoc labor eſt ante me. Velle mihi adiacet, perficere autem
non inuenio. Doce ignorantiam meam, adiuua impoſſibilitatem, quia ſicut ſine te
nihil ſcio, ita ſine te nihil poſſum facere. Dicet ei profecto Spiritus ſanctus. Scruta-
re Scripturas, quas per me ſcripſit filius, quia ego ſum lingua & calamus ſcribæ velo- *Ioan.5.39.*
citer ſcribentis, & inuenies plene diſpoſitam, domus tuæ diſpoſitionem. Legat itaq; *Pſal.44.2.*
Scripturas animus noſter, & inueniet, quod quærebat. Potens eſt autem iſte Paterfamilias, clientelam habet multam nimis, clientes habet exteriores, & ad exteriora
diſcurrentes. Habet & interiores, qui vultui eius ſemper aſſiſtunt. Exteriores ſunt
quinque ſenſus corporis, id eſt, membra ſenſibus deputata. Quorum diſpoſitio &
crebrò, & de facili legitur in Scriptura. Legitur enim. Auerte oculos tuos, ne vi- *Pſal.118.37.*
deant vanitatem. cohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolos. Obtura aures tuas, ne acceptum habeant opprobrium aduerſus proximum ſuum.
Comprime nares, ne peregrinis quærant odoribus delectari. Claude manum tuam,
ne accipiat munera ſuper innocentem. Iniice pedes tuos in compedes ſapientiæ, ne
currant ad effundendum ſanguinem. Et multa in hunc modum ſunt, quæ ſpectant
ad eorum diſpoſitionem. Interiores verò clientes, pręcipuè ſunt quatuor animi affe-

Virgilius 6. Æneid. ctus,quorum meminit Poëta dicens. *Hinc cupiunt, metuunt, gaudentq́, dolentq́.* Hi, inquam,ſunt, gaudium,& dolor, ſpes & timor : quia ſicut diues paterfamilias carere non poteſt ianitore, dapifero, pincerna, cubiculario, ita & hi velut in modum eorum miniſtrantes nobis aſſiſtunt. Eſt enim timor pro ianitore, dolor pro dapifero, gaudium pro pincerna, ſpes pro cubiculario. Legitur enim de timore. Timor ſup-
Eccli.1.16. plicij ianua regni. Et alibi. Initium ſapientiæ timor Domini. Iſte duas habet portas, & oſtiolum in medio valuarum : quas obiicere, & claudere debet, ſi forte peruer-
Eccl.10.1. ſæ cogitationes ad animum velint irruere. quæ abiiciendæ ſunt tanquam muſcæ
Geneſ.15.11. morientes, ne perdant ſuauitatem vnguenti, ſicut & volucres, quas abigebat A-
Iſa.66.24. braham. Altera portarum eſt, carere viſione DEI; altera ignis, qui non extinguetur. oſtiolum, vermis conſcientiæ, qui non morietur. Irruentibus ergo hoſtibus obiiciat iſta timor, & dicat. Nequaquam intrabis, ne propter vos forte Dominus meus careat viſione DEI, igne crucietur æterno. conſcientia propria teſte
Soph.1.10. & accuſante pereat. De duabus portis meminit Sophonias. A prima, inquit, porta erit clamor, & à ſecunda vlulatus. Clamabunt enim impij, cum ſua conſci-
Matth.25.41. entia eos accuſabit. Vlulabunt, cum audient verbum aſperum. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & angelis eius. Dicat ergo animus ia-
3.Reg.4.6. nitori, vt vigilet, ne ſicut Iſboſeth ancilla oſtiaria dormiente à latronibus percutiatur in inguine. Vigilante ſiquidem ianitore tutior ſedens & tranquillius vocet dapiferum, & dicat. Pone menſam, præcinge te, miniſtra mihi, acceleret dolor, & primò panes apponat lachrymas, ſcilicet pro delictis. Hic eſt panis quotidianus, quem pro quotidianis manducate debemus exceſſibus. Hoc pane veſceba-
Pſal.41.4. tur, qui dicebat. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Et item. Ci-
Pſal.79.6. babis nos pane lachrymarum. Dicat autem animus dolori. Puer nunquid pul-
Ioan.21.5. mentarium habes? Non in ſolo pane viuit homo. Appone coctionem, alioquin
Matth.4. arida ſedebit anima mea. Apponat itaque dolor fercula coctionum : primò miſeriarum noſtrarum memoriam, ſecundò recordationem exilij, & patriæ dilationem,
Geneſ.3 19. tertiò difficultatem redeundi. Apponens ergò primum dicat. Memento, quia cinis
Eccli.7.40. es, & in cinerem reuerteris. Et hoc. Fili recordare nouiſſima tua, & non peccabis in æternum. Apponens ſecundum dicat. Heu tibi, quia incolatus tuus prolongatus
Pſal.119.5. eſt; habitas cum habitantibus Cedar : multum incola erit anima tua. Et item.
Pſal 136.1. Super flumina Babylonis ſedes, & flere debes, cum recordaris Sion. Apponens
1.Pet.4.18. tertium, dicat. Vix iuſtus ſaluabitur, & tu miſer vbi parebis? Quid facies virgula deſerti, vbi concutietur cedrus Libani? Durus eſt dapifer iſte, & infrunitus, ſed fidelis. Aſper eſt cibus, ſed ſalutaris. amarus eſt in guſtu, ſed, cum deglutitus fuerit, dulcorabitur. Condimentum eius eſt humilitas, quia ipſa eſt primogenita filia ſummi regis, ſal & condimentum reliquarum virtutum. Refectus autem animus cibo tali vocet pincernam, & dicat. Sitio, miſce potum, quo exhilaretur
Matth.5. facies mea, quia cibus confortauit cor meum: quia, ſicut ſcriptum eſt, Beati, qui
Pſal.32.1. nunc fletis. Similiter ſcriptum eſt. exultate iuſti in Domino. Acceleret gaudium, & tria genera potuum propinet. Primum eſt, infuſio primæ gratiæ operantis. ſecundum cooperatio gratiæ ſubſequentis. tertium perſeuerantia finalis. Primum
Pſal.4.7. apponens dicat. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine, & ideò dedit
Pſal.118.54. lætitiam in corde meo. Secundum apponens dicat. Cantabiles mihi ſunt iuſtifi-
Ouid. li.4. de cationes tuæ in loco peregrinationis meæ. Apponens tertium, dicat. Habe cari-
Pont.eleg.10. tatem, & fac quicquid vis. omnia difficilia facilia ſunt amanti. *Gutta cauat lapidem.*
Pſal.26.14. expecta Dominum, viriliter age, & confortabitur cor tuum. Hilaris eſt iſte pincerna,

cerna,& amplectendus. fœlix eſt hæc eſt ebrietas, quæ ſobrios reddit. Suſpectus eſt aureus calix Babylonis. malo ſitire. Accedat quartus cliens,Spes,ſcilicet,quæ cubiculum ſtrauit,& dicat.Ediſti ſatis, atque bibiſti. ſurge,veni,cuba,quieſce. Ego etiam tria tibi lectiſſima paraui. Carnis reſurrectionem,Sanctorum communionem, Vitam æternam. Indubitanter ſpera, quia hoc mortale induet immortalitatem, hoc *1.Cor.15.53.* corruptibile incorruptionem.Præter hoc, gaudium omnium erit ſingulorum. non minus gaudebis de bono alieno, quàm de tuo. Super hæc vita viues beata & interminabili. Audiendus eſt iſte cubicularius, quia ſtratum quod verſauerat homo in infirmitate ſua, iſte ad ordinem debitum conuertit. Felix eſt animus,ſi in hunc modum domui ſuæ diſponat. Satagamus ergo ſinguli, ſatagamus vniuerſi, vt de menſa doloris dignè tranſeamus ad menſam communionis : vt de vtraque poſtmodum transferamur ad menſam patris,hæredes facti Dei, cohæredes autem Christi iudicis noſtri,qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos,& ſeculum per ignem.

IN COENA DOMINI.

SERMO XVII.

Cvm *dilexiſſet* Iesvs *ſuos, qui erant in mundo, etiam in finem dilexit eos.* *Ioan.13.1.* Quos vocet ſuos Iesvs,ambigi poteſt,cum eius ſit orbis terrarum,& vniuerſi,qui habitant in eo. Poteſt quidem conuenienter exponi, quod præmiſimus de omnibus electis,vel de inter electos prælectis,ſiue de omnibus Chriſtianis. De electis ſic. *Cum dilexiſſet ſuos*,&c. Hic videndum eſt,quis,quomodo, quos,& quantum dilexerit. Quis? Dominus Iesvs. quomodo? gratis. quos? inimicos. quantum? vſque in finem mundi, & maximè in fine,id eſt,ſexta ætate, quando pro nobis humiliatus ſua nos exaltauit paſſione. Ab æterno nos elegit Devs ſaluandos ſecundum illud. Nouit Devs, qui ſunt eius. *2.Tim.2.19.* Et illud.nouit Dominus numerum iumentorum ſuorum. Quod Devs ſit,qui di- *Prou.12.10.* lexit,oſtendit propheta dicens. Tu es Devs meus. Quod gratis nos dilexerit,conſequenter nobis aperit,cum ſubiungitur. Bonorum meorum non eges. Quos dilexit *Pſal.15.2.* Apoſtolus docet,cum dicit.Cum inimici eſſemus,ipſe prior dilexit nos. Quantum *Rom.5.10.* verò nos dilexit,patet ex paſſione,quantum pro nobis ſuſtinuit. Poteſt & de prælectis exponi,quos in carne elegit ſub patre. dignatus eſt enim eos idiomate ſui characteris inſignire,& quadam dilectionis familiaritate ſibi vnire, mittens eos in orbem *Act.1.8.* terrarum,vt eſſent ſibi teſtes in Hieruſalem,Iudæa,& Samaria.Hic item videndum, quos dilexerit,quomodo,& quos, & quantum? Quos? magiſter & dominus. Quomodo? familiari dilectione. quos? infirma mundi,imò minima, piſcatores, ſcilicet, & pauperes,idiotas,ignobiles. Hi in mundo erant,ſed non de mundo: eorum enim cordi aruerat mundus. Quãtum eos dilexerit,& quam familiarius,declarat cœna die hodierna celebrata. Cœli conditor,hominum creator & recreator ſurrexit a cœna *Ioan.13.5.* linteo præcinctus,& lauit pedes diſcipulorum. Humiliatæ ſunt ad pedes ſeruorum manus Saluatoris, vt huius humilitatis exemplo à cordibus humanis abſtergeretur *Cur Chriſtus* tumor elationis. Tribus propriè cauſis in miniſterio abluendi pedes humiliauit ſe *pedes lauerit.* Dominus.propter humilitatis exemplum,propter dilectionis argumentum,& pro- *Ioan.13.15.* pter ſacramentum. De humilitatis exemplo ait. Exemplum dedi vobis, vt & vos ita *Ioan.15.12.* faciatis. Et item. Hoc mando vobis,vt diligatis inuicem. Sacramentum verò huius *Ioan.13.8.*

ablutionis innuens Dominus ait Petro. Si non lauero te, non habebis partem mecum. Nec hoc de exteriori ablutione eſt intelligendum, ſed de ſignificatione per eam, id eſt, peccatorum venialium remiſſione. Demum in cœna corpus ſuum ſub forma panis & vini diſcipulis dedit ad comedendum, & de cætero ad conficiendum, dicens. Accipite & comedite. Hoc eſt corpus meum. Et item. Hoc facite in meam commemorationem. Fuit CHRISTVS nobis in cruce pretium, in via viaticum, in patria erit præmium, exiſtens cibus grandium, id eſt, perfectorum. Hunc cibum Elias accepit, & in eius fortitudine quadraginta diebus ambulauit, donec ad montem DEI Oreb peruenit. Hic eſt mons, de quo propheta ait. Quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Per quadraginta dies omne tempus, in quo præſenti viuitur, accipitur, per quod viatico corporis CHRISTI fidelis anima reficitur. De Chriſtianis verò & hoc accipi poteſt, facta modica verborum mutatione. Et ſic Dominus dilexit ſuos, vt in finem diligat eos. *Suos*, id eſt, bonos & malos. Malos quidem ſaltem participatione ſacramentorum, etſi non finali operatione. His omnibus confert gratis gratia Saluatoris plura beneficia. confert parua, confert & magna. parua benedictione ſiniſtræ, magna benedictione dexteræ, parua in temporalibus, magna in ſpiritualibus. De benedictione ſiniſtræ dicitur. Homines & iumenta ſaluabis Domine. Confert DEVS Chriſtianis magna, aduerſa repellendo, dando proſpera, conſeruando collata. repellit aduerſa, ne moleſtiis ſuccumbamus. largitur proſpera, vt largitorem diligamus. conſeruat collata, ne per ingratitudinem à largitoris gratia reſiliamus. Et notandum quandam miſerationem DEI magnam, quandam maiorem, quandam maximam. magna in patientia, maior in diſciplina, maxima in iuſtificatione. In patientia expectat ad emendationem. in diſciplina corripit ad iuſtitiam, in iuſtificatione ſubleuat ad palmam. Et horum quodque conſiſtit in tribus. patientia in malorum repulſione, bonorum collatione, & collatorum conſeruatione; diſciplina in dictis comminationis, in factis delectationis. Flagellat enim DEVS filium, quem diligit; & in exemplis imitationis. Diligamus ergo DEVM ſine præſumptione, timeamus ſine deſperatione, imitemur ſine ſimulatione. Iuſtificatio etiam in tribus conſiſtit, vel notatur: in gratiæ infuſione, in liberi arbitrij cooperatione, tandem in conſummatione. primum eſt incipientium, ſecundum proficientium, tertium peruenientium. Eſt etiam maximum bonum, boni continuatio, de bono ad melius promotio, rapi in optimo. In optimo rapit ſanctos DEVS; etſi enim fieri poſſet, vt amplius viuerent poſt diem obitus præſcitum, non magis mererentur. ſic & de damnandis, licet plus viuerent, quam victuros eos DEVS præſciuit, ſi fieri poſſet, de cætero minus mali non fierent. Rogemus ergo fratres Dominum, vt nos vſq; in finem diligat, & ſua benigniſſima miſeratione ad viam vitæ dirigat. Nec cum illo fratre adoleſcentiore hircum rogemus, quem cum amicis comedamus. hircus fœtidum animal eſt, & petulcum, & pro peccatis conſueuit offerri, per quod peccata intelliguntur. Carnes hœdinas petit, & edit, qui licet manus cohibeat ab opere, intus tamē æſtuat peruerſa cogitatione. Is qui vitæ arctioris propoſito obediētiæ iugo collum ſubmiſit, ſi de cætero vigiliarum macerationes aſpernatur, lecti minus mollis modicitatem pati dedignatur, carnes hœdinas comedit, & cum amicis, ſi a propoſito [illegible]ués omiſſa repetit. Alij ſunt, qui licet non cum amicis, tamen in eis vel pro eis hircum edunt. In eis edunt, qui eis peccantibus conſentiunt, & quos deberent corripere conſenſu prauitatis per vitiorum abrupta docent diffluere. Pro eis edunt, qui bona Eccleſiæ ad eorum ſuperfluitatem fouendam diſtribuunt, communia tanquam propria largientes. Hi vel neſciunt, vel ſcire diſſimulant, quod

Chriſtus dedit corpus ſuū ad conficiendum illud.

Math. 26. 26.

Luc 22. 19.

3 Reg. 19. 8.

Pſal. 14. 1.

Mali ſumunt ſacramentū.

Pſal. 35. 8.

Heb. 12. 6.

Iuſtificatio in tribus cōſiſtit.

Luc. 15. 29.

quod naturæ modicum ſufficit, ſuperfluitati nihil. Vnde illud. Diuitias & pauperta- *Prou.30.8.*
tem ne dederis mihi, ſed tantum victui meo tribue neceſſaria. Et illud. Habentes *1.Tim.6.8.*
victum & veſtitum: his contenti ſimus. Rogemus ergo ſimul, rogemus ſinguli, vt qui pro nobis eſt humiliatus in terra nos ad cœlum ſubleuet per humilitatis exempla Dominus IESVS rex noſter, iudex noſter, cum venerit iudicare viuos & mortuos, & ſeculum per ignem.

IN EADEM COENA DOMINI.

SERMO XVIII.

SCITIS, *quia poſt biduum Paſcha fiet.* Mediator DEI & hominum homo IESVS CHRISTVS, cum prædixiſſet diſcipulis ſciſcitantibus ſigna euerſionis Hieruſalem, & aduentus ſui ad iudicium, ſubdidit. *Scitis, quia poſt biduum Paſcha fiet.* Non fecit taliter Iſraeliticæ nationi, nec ſecreta ſua ſic manifeſtauit eis, dum loqueretur per Moyſen. Seruis, qui neſciunt voluntatem Domini ſui, de futura veritate agni Paſchalis, multiplicauit ſermonem, figuris occuluit veritatem. Iſtis autem tanquam amicis, & ſcientibus, quid velit Dominus ſuus; vnde & præmiſit, *Scitis*, ſub compendio veritatem tradidit; nec tantum ſub breuitate ſermonis, quantum ſub breuitate temporis. Poſt biduum enim coram ipſis Paſcha noſtrum immolatus eſt CHRISTVS. pro ipſis oblatus eſt, quia ipſe voluit. Veruntamen poſſunt hæc eadem verba non indecenter eſſe matris Eccleſiæ. Sicut enim CHRISTVS & Eccleſia duo ſunt in carne vna, ita ſæpenumerò poſſunt eſſe duo in voce vna. Hortatur ergo mater Eccleſia filios vteri ſui, vt præparent ſe ad eſum eſcæ ſalutaris, dicens. Filioli ſcitis, quia poſt biduum Paſcha fiet. Prope eſt dies feſtus azymorum, qui dicitur Paſcha. Accedendum vobis eſt ad eſcam vnitatis, vſque ad cornu altaris. Probet autem ſe homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Si adhuc eſtis in Ægypto, vel ſi emenſo tantum vnius diei itinere proceſſiſtis, nondum eſt vobis Dominicam cœnam manducare. eundum eſt prius itinere duorum dierum. Dauid rex & propheta, cū interfuiſſet in ſpiritu curiæ cœleſti, de excelſo cœlorū habitaculo reportauit nobis huius bidui ꝓcinctum, dicēs. Declina à malo, & fac bonū. Ite ergo, proficiſcimini filij per diē & diem, declinātes, ſcilicet, à malo, & faciētes bona, extirpantes nociua, & ſeminantes vtilia, & eſtote parati in diem tertiū, ne menſa ſalutis fiat vobis in laqueum, & in retributionē, & in ſcandalū. Plus ſolito, aut præter ſolitum colite pietatem, modeſtiam exhibete, humilitatem ſectamini, induite grauitatē, vt CHRISTO patienti quodāmodo compati videamini, qui in vita ſua operatus eſt actionē paſſiuam. in morte verò paſſionē actiuam, ꝑ quam operatus eſt ſalutē noſtrā in medio terræ. Talis nimirū admonitio matris Eccleſiæ, vtilis eſt quidē, ſed adhuc tenuis, aqua refocillans, ſed nondū ſatiās. Quocirca eruderemus cum Iſaac puteū abundantiæ, donec egrediantur aquæ largiſſimæ, ita vt bibant homines & iumēta, id eſt, duo genera hominū in Eccleſia. Sanè ſecundum hierarchiam Dionyſij duo ſunt genera fideliū in Eccleſia DEI. Primum, quod dicitur Deiuidum. alterū, quod appellatur, pediſſequum. Deiuidos dicimus miniſtros Eccleſiæ, quibus credita ſunt eloq̄a DEI. Quibus dictū eſt: vobis datum eſt noſſe myſteriū regni DEI, cęteris aūt in parabolis. quibus CHRISTVS ait. Omnia, q̄ audiui à Patre meo, nota feci vobis.

Math.26.2. *1.Cor.5.7.* *Eph.5.35.* *1.Cor.11.28.* *Pſal 36.27.* *Pſal.68.23.* *Gen.26.33.* *Fidelium duo genera.* *Diō.l.de Eccl. Hierarchia.* *Math 13.11.* *Ioan.15.15.*

vobis. Pediſſequos verò, dicimus populum multitudinis, qui ſedet ſecus pedes Deiuidi, vt audiat legem ex ore ipſius, & percipiat de manu eius pabulum vitæ in tempore opportuno. Illi ſunt boues arantes, iſti aſinæ paſcentes iuxta eos. Illi ſunt Aaronitæ, quibus arcam teſtimonij & Cherubin gloriæ reuelata facie videre conceſſum eſt. Iſti ſunt Caathitæ, qui ſancta portant humeris, ſed non niſi inuoluta. hi ſunt gemelli fœtus Eccleſiæ. Ad hos duos loquitur mater Eccleſia, propria tamen, & ſeparata cuique admonitione. Aliter enim admonendi ſunt Deiuidi, aliter pediſſequi.

Pſal. 18. 6. Deiuidos tanquam celerius currentes poſt gigantem, qui exultauit ad currendam viam, hortatur dicens. Filij *ſcitis, quia poſt biduum Paſcha fiet.* Hanc de triduo admonitionem prius proſequemur. & eſt ſenſus. Filioli, mementote, quia poſt triduum ſedebitis ad menſam diuitis. Videte diligenter, quæ vobis apponuntur. ſcitote ſimilia vos debere ei præparare. Parauit CHRISTVS menſam in conſpectu veſtro, dicens. Hoc facite in mei commemorationem. quod ſanè intelligere debetis, non pro memoria tantum recordationis, ſed potius imitationis. CHRISTVS enim paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. Ad quam vnus pro omnibus reſpondet. Dic nobis mater, quæ reliquit nobis CHRISTVS imitanda? Ad quem mater. Vidi eum in horto ligatum, in atrio pontificis expalmatum, ſputis illitum, in prætorio iudicis irriſum, virgis cæſum, ſpinis coronatum, in patibulo crucis toto corpore extenſum, clauatum, lancea perforatum, in ſepulchro decurionis clauſum, cuſtodibus vallatum. Hi ſunt ingreſſus DEI mei. hæc eſt via CHRISTI. Chriſtianus incedit per eam. Ad quam filius. Durus eſt hic ſermo mater, & quis poterit audire eum? Difficilis eſt hæc imitatio, & non potero ad eam. Ad quem mater. Noli timere fili, ſed audi & tace. Ecce nunc tempus acceptabile ſequendi CHRISTVM. Siccata eſt aqua illa contradictionis. ſiccatus eſt torrens, de quo bibit CHRISTVS in via. Primitiuam viam martyrum, qui tinxerunt pedem ſuum in ſanguine, temperauit pater miſericordiarum, & DEVS totius conſolationis. Si non potes fundere ſanguinem, ſaltem funde aquam, in quo tibi nulla eſt excuſatio. Ad quam filius. Vnde mihi hæc aqua mater? Cui illa. Hauries aquas in gaudio de fontibus Saluatoris, qui clamans aiebat. Omnes ſitientes venite ad aquas. Hæc ſunt tria genera aquarum, quas vidi CHRISTVM effundentem. Vidi ipſum effundentem lachrymas ſuper ciuitatem ſanctam, & dum ſtaret ad Lazari monumentum. Vidi eum effundentem aquam in peluim, quando creator omnium rerum DEVS inclinauit ſe ad lauandos pedes hominum. Vidi, quando vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit diſtinctè ſanguis & aqua. In hunc modum triplicis aquæ neceſſaria eſt tibi ablutio, ſicut triplex macula te polluit, cordis, oris & operis. Effunde ergo aquam primam, ſecundam & tertiam. Prima eſt interior. ſecunda ſuperior. tertia exterior. prima eſt contritionis. ſecunda confeſſionis. tertia ſatisfactionis. Prima lauat lectum, ſecundum illud. Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lacrymis meis ſtratum meum rigabo. Secunda lauat faciem, ſecundum illud. Vnge caput tuum, & faciem tuam laua. Tertia lauat manus. Vnde. Lauabo inter innocentes manus meas. Prima lauat ad munditiam. Vnde. Lauamini, mundi eſtote. ſecunda lauat ad iuſtitiam. Vnde. Dic tu inquitates tuas, vt iuſtificeris. tertia lauat ad coronam. Vnde Apoſtolus. Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. Sufficit tibi fili hæc triplex aquæ effuſio, vt ingrediaris in conſpectu DEI tui ſine macula. Hoc eſt triduum, quod tibi propoſueram. hoc itinere trium dierum emenſo Paſcha facies in azymis ſinceritatis & veritatis. Supereſt, vt de admonitione ad Deiuidum proſequamur. Ad quem mater. Fili, tu ſem-

Marginal references: *Luc. 22. 19.* — *2. Pet. 2. 21.* — *Iſa. 12. 3.* — *Iſa. 55. 1.* — *Luc. 19. 41.* — *Ioan. 11. 34.* — *Ioan. 13. 5.* — *Ioan. 19. 34.* — *Pſal. 6. 7.* — *Math. 6. 18.* — *Pſal 25 6.* — *Iſa. 1 16.* — *Iſa. 43. 27.* — *2. Tim. 4. 7.*

tu ſemper mecum es, & omnia mea tua ſint. primitias, decimas, oblationes, vota
& ſpontanea dedi tibi. Itaque patienter inclina aurem tuam in verba oris mei. Ex-
altauit te CHRISTVS tanquam electum de plebe ſua, & dixit tibi. Qui mihi mini- *Ioan.12.26.*
ſtrat, me ſequatur. oportet ergo te eum ſequi, quocunque ierit. *Scio, quia poſt bi-*
duum Paſcha facies, id eſt, non in aqua tantum ſicut frater tuus, ſed in aqua & ſan-
guine. Triduum fratris tui pone tibi pro die primo. Reſtat tibi dies ſecundus, ſed *Quinquies*
prolixior priore in quinaria ſanguinis effuſione. Nam & CHRISTVS, quem ſeque- *effudit ſan-*
ris, quinquies ſanguinem fudit. Vade, & tu fac ſimiliter, ne requiratur à te ſan- *guinem Chri-*
guis eius, qui effuſus eſt pro te. In circumciſione ferrum pertranſiit carnem eius. *ſtus.*
In nocte hac cum prolixius oraſſet, factus eſt ſudor eius, ſicut guttæ ſanguinis decur- *Luc.22.44.*
rentis in terram. In craſtinum alligatus eſt columnæ, & virgis cæſus, adeò quod ve- *Guttæ ſangui-*
ſtigia cruoris notantur in columna vſque in diem hodiernum. Poſtmodum ſuſpen- *nis Chriſti ad-*
dentes eum in ligno foderunt manus eius & pedes, & aſperſa eſt ſanguine caro eius. *huc apparent*
Poſtremò de latere dormientis exiuit ſanguis & aqua. Toties fudit ſanguinem ſuum *in columna.*
CHRISTVS, non tantum, vt te redimeret, ſed vt te erudiret. Prima ergò effuſio facta
eſt tibi in documentum. ſecunda in exemplum. tertia in teſtimonium. quarta in
pretium. quinta in ſacramentum. In his docet te CHRISTVS, quid debeas tibi,
quid fratri, quid mihi. Circumciſionem tibi, ſudorem fratri, flagellationem mihi.
De circumciſione pertranſeo, quia ſæpenumerò eam inculcaui, & plenius in ſermo-
ne, qui inchoat. *Erudimini.* & hic inſeri poteſt. fratrem tuum, qui tanquam terra, & *Serm.39.*
ſcabellum pedum tuorum, rigare debes. vt germinet in labore & ſudore vultus tui.
Nec deſiſtas: etiamſi tuam ipſius animam pertranſibit gladius. mihi verò, quia ſum
columna & firmamentum veritatis inſolubiliter alligari debes; ita quod neque fa-
mes, neque nuditas, neque periculum, aut gladius ſeparet te a fidei meæ confeſſio-
ne. verum potius eligas mori, quàm ſeparari etiam tempore pacis. Noli te implica-
re ſecularibus negotiis, & reſpicere retrò. Porrò, ſi eleuatus fueris à terra, vt ponant
te in cathedra ſeniorum, & iudices cum ſenatoribus terræ, configge manus tuas, ex-
cute ſcilicet eas ab omni munere. Noli ſequi retributiones, ne faciant te ſenciri abo-
cellum. ne vox ſonet Iacob, & manus ſint Eſau. crucifige pedes tuos. ſta in porta *Gen.27.22.*
domus Domini, clama importune opportune, & non moueantur veſtigia tua. Di- *Matth.5.*
numerabilia ſint oſſa tua, id eſt, luceant opera tua bona coram hominibus, vt glorifi-
cent patrem tuum, qui eſt in cœlis. Poſtremò, ſi mortuus fueris mundo. ſi elonga-
ueris fugiens, vt quieſcas in ſolitudine, interdicas omni ſenſui tuo vſum ad exterio-
ra, aures habebis & non audies, oculos & non videbis, manus & non palpabis, pe-
des & non ambulabis. Ad DEVM tuum clamabis in gutture tuo. tantum de latere
dormientis fluet aqua humilitatis, & ſanguis obedientiæ. Qui facit hæc, non moue-
bitur in æternum. Cum his non apparebis vacuus in conſpectu DEI tui, & ſecurus
Paſcha facies. quod neceſſe eſt quantumuis perfecto. Licet enim ſanatum ſit hulcus *Eucharistia*
criminis in baptiſmo & pœnitentia, tamen manet pruritus hulceris, quem mitigat *vulnus pecca-*
Euchariſtia. De cætero, ſicut ſciebant Apoſtoli poſt biduum Paſcha fieri, ſcimus & *ti perfecte ſa-*
nos, quia poſt biduum Paſcha fiet. Scimus, quia qui accedit indigne, iudicium porta- *nat.*
bit quicunque eſt ille. Paremus ergò nos ad menſam communionis, qui ſedemus in
Scriptura ad menſam refectionis, vt tandem vocet nos ad menſam patris IE-
SVS CHRISTVS Dominus noſter, iudex noſter, cum venerit iudica-
re viuos & mortuos, & ſeculum per ignem.

HABITVS IN SCHOLIS.

IN ANNVNCIATIONE B. VIRGINIS.

SERMO XIX.

Cant.3.11. EGREDIMINI *filiæ Sion, & videte regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum hodie mater ſua.* Glorioſa dicta ſunt ſæpe de glorioſa matre DEI. Et ego forte, ſi linguis hominum loquar & angelorum, tamen in irritum cedet labor meus, quia puteus altus eſt, & in quo hauriã non habeo. Veruntamẽ obmuteſcere non poſſum, vnde omnis loquitur creatura. tantũ iucundum ſit eloquium meum, & non erit infructuoſum Quid glorioſius inter nos iudicatur, quam videre regem in decore ſuo, incedere purpuratum, coronatum diademate ſuo? longè glorioſius coronatus eſt hodie rex noſter in thalamo matris ſuæ. Hodie quidem impletum eſt illud Hieremiæ. No-
Ier.31.22. uum faciet Dominus ſuper terram. mulier circumdabit virum. poſt annunciatio-
Luc.1.30.38. nem enim angelicam, *concipies, & paries filium*, & verecundam Virginis conceſſionem, *Fiat mihi ſecundum verbum tuum*, conceptus eſt DEI filius, vel, vt verius dicam, inceptus. Non enim ex diuerſis ſeminibus ſimul captis, conceptus eſt, ſed ex
Chriſtus vno momento perfectus homo conceptus. ſola Virginis carne formatus, non per interualla temporum, vt cæteri, ſed ſtatim homo in omnibus membris ſuis, ſtatim animatus eiuſdem potentiæ & virtutis, cuius erat, dum tricenarius prædicaret: vnde & viri nomine cenſetur in propheta. Quomodo autem hodie ibidem coronatus fuerit, ad videndum nos hortatur Scriptura.
Ad Theologiæ auditores. *Filiæ Sion egredimini*, &c. Ad nos ſanè præcipuè dirigitur ſermo, ad litteratos, inquam, quibus datũ noſſe eſt myſteria, cæteris autem in parabolis, & his maximè, qui Eccleſiaſticis operam dant diſciplinis, qui poſtpoſita facunda, ſed infæcunda Philoſophorum loquacitate veniunt, vt hauriant aquas in gaudio de fontibus Saluatoris, qui non immeritò per filias Sion intelliguntur. Per Hieruſalem enim & Sion intelligitur Eccleſia. Filiæ itaque Sion, & filiæ Hieruſalem filij ſunt Eccleſiæ. Iſrahel
3.Reg.9.24. ad litteram iuxta Sion ſita eſt, cuius municipium, quod Mello dicebatur, in Sion poſitum fuit. Per filios ergo Hieruſalem laicos tanquam minus peritos, & cuſtodia municipij egentes intelligimus, per filias Sion litteratos, tum propter ſcientiæ eminentiam, tum propter aliorum cuſtodiam & inſtructionem, tum quia Sion ſpecula-
Ezech.3.17. tio interpretatur. Prophetæ enim dictum eſt, & nobis in propheta. Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrahel. His, inquam, dicitur *Filiæ Sion*, quibus Dominus aperuit ſenſum, vt intelligeretis Scripturas, *Egredimini*. Idipſum dictum Abra-
Gen.12.1. hæ homini DEI. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui.
Tres peccati fontes. Tria ſunt, quæ nos peccare compellunt. ſuggeſtio propriæ carnis, ſuggeſtio proximi, & ſuggeſtio dæmonis, vel mundi. Egrediamur itaque de terra noſtra, id eſt, Euam noſtram reprimamus; *& de cognatione*, id eſt, proximo malè ſuadenti aures claudamus, ſicut homo non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones. *Et de domo patris*, id eſt, mundum, & principem eius, id eſt, diabolum ſuis nos illudentem oblectamentis fugiamus confugientes ad altiſſimum, vt ſcapulis ſuis obumbret nobis, & ſub pennis eius ſperemus. Quod ſi Scriptura non moneret nos egredi, ipſius tamen loci importunitas nos egredi compellit. Quis noſtrum, ſi iaceret in luto, non mallet egredi, quàm manere? quid eſt iſte mundus, & omnis concu-

concupiſcentia eius, niſi lutum & feces? Audi, de amatoribus mundi quid dicatur. Computruerunt tanquam iumenta in ſtercoribus. Audi Apoſtolum, qui reputas ea tanquam ſtercora. Quantis autem ſordibus ſterquilinium hoc cumuletur in euidenti eſt. Adam primus & maximus omnium gigas ſordes inobedientiæ ſuper nos euomuit, cuius tanta fuit labes, vt vniuerſam poſteritatem miſerabiliter macularet. Secundus Cain ſtercus fratricidij iniecit. Lamech fetorē digamiæ ſuperfudit. Etiam ante diluuium mulieres ſupergreſſæ viros, & viri muliebria corporis ſui patientes, feces fecibus cumulauerunt. Penſet qui poteſt, quantis vſque in hodiernum diem ſordibus hæc vallis vſque ad fetorem intolerabilem repleatur. Quocirca citiſſimè egredimini filiæ Sion: vt quid pro croceis amplexamini ſtercora? homines eſtis, non ſues. Et vos quidem, qui ſtudere veniſtis, egreſſi eſtis de terra, & cognatione veſtra, venientes cum regina Saba audire ſapientiam Salomonis. Sed egrediendum potius mentis affectu, quàm corporis inceſſu. Vobis etiam plurimum expedit exire, quia qui comedit vuam acerbam, dentes eius obſtupeſcunt, & frangere non poteſt panem. Sed quid eſt in cauſa? Nunquid dentes priſtinum robur amittentes mollificati ſunt? nunquid panis cæteris cibis ſuauior iucunditate ſua priuatus eſt? nequaquam ſtupor in cauſa eſt. Ita quis ſtudio militans, ſi ſecularibus implicet ſe negotiis, conſuetudine obſtupeſcit. Sufficit nobis natura ad ſtudendum, ſuauis eſt diſciplina, ſtupor conſuetudinis frangere panem perhorrēſcit. Egredimini ergo, & videte regem Salomonem. Salomon trinomius fuit. Dictus eſt Idida, Salomon, Eccleſiaſtes. Idida, dilectus Domini, vel à Domino, dicitur. Hic eſt CHRISTVS, ſecundum quod eſt à principio apud Patrem, ac ſi diceret Scriptura. Non dico, videte Ididam, quia, vt eſt apud Patrem, alius apud alium, cum ſit homo in Sion eum cum patre non videbit homo, & viuet. Credere poteſtis, videre nondum poteſtis. Neque dico, videte Eccleſiaſten, hoc eſt, concionatorem. Hoc enim adhuc futurum eſt, cum videbit omnis caro ſalutare DEI, & in tanta concione quibuſdam intonabit in verbo aſpero dicens. Ite maledicti in ignem æternum. Aliis blando ſubridebit alloquio, dicens. Venite benedicti. Intelligite itaque Ididam, quia eſt irreprehenſibilis. Expectate Eccleſiaſten, quando erit terribilis. Nunc videte Salomonem, quia nunc eſt placabilis, & deſiderabilis aſpectu. Salomon enim pacificus. hic eſt CHRISTVS homo, qui eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum, parietem inimicitiarum ſoluens inter nos & DEVM. Hunc videte. hic ab omnibus viſus eſt. viderunt oculi noſtri ſalutare DEI. & licet abiectum, & opprobriis ſaturatum, tamen videte regem, quia ſimul in vnum eſt diues & pauper. Hodie verò videte eū in diademate ſuo. Aliud eſt corona, & aliud eſt diadema. Corona ſimplex eſt circulus aureus, quo vtuntur reges in minoribus ſolemnitatibus. Diadema eſt quaſi duplex corona, cum ipſi coronæ quaſi alius circulus gemmis ſuperpoſitus ſuperadditur. Ex ipſa enim græci nominis interpretatione, duplicitatē ſonat. Corona itaq; animæ ſunt bona naturalia: gēmæ verò ſuperpoſitæ, vt faciāt diadema, bona ſunt gratuita. Cum enim naturales animæ affectiones ordinatæ ſunt, in ea, coronant eam & exornant. inordinatæ enim ludibriū ſunt ei. Vnde Salomon. Mulier pulchra & fatua circulus aureus eſt in naribus ſuis. Quatuor ſanè ſunt naturales affectiones, timor, ſpes, gaudium, dolor. Vnde Poeta. *cupiunt, metuunt, gaudentque, dolentque.* Hæc autem ſic ordinari debent, vt caput animæ corônent. Timor eſt in fronte. Initium enim ſapientiæ timor Domini. ſpes eſt in capite, quia de futuris eſt tantum, & de his quæ non videntur. Gaudium eſt à dextris, vt omne gaudium ſit in Domino, qui ponet nos ad dextram. dolor ſit à ſiniſtris: pro exceſſibus enim dolendum eſt,

Ioel.1.17. *Phil.3.8.* *Gen.4.23.* *Gen.6.* *3.Reg.10.* *Salomon tria nomina habuit.* *Math.25.42.* *Eph.2.* *Prou.11.22.* *Virg. 6. Æneid.* *Eccli.1.*

qui ſunt cauſa poſitionis hœdorum ad ſiniſtram. His autem ſi ſuperponantur quatuor principales virtutes ordinatè diadema fit animæ. Hæ quidem ſunt iuſtitia, prudentia, temperantia, fortitudo. *Eccli.15.1.* Timori ſuperponenda eſt iuſtitia, quia qui timet *Vlp. l. iuſtitia. ff. de Iuſt. & iur.* DEVM, faciet bonum, & DEO reddit, quod ſuum eſt, & proximo. Iuſtitia enim eſt conſtans, & perpetua voluntas, ius ſuum cuique tribuens. Spei ſuperponenda eſt prudentia: ſpes enim duo habet collateralia ſibi plurimum timenda, abyſſum deſperationis, & ceraunia præſumptionis. Sperandum itaque eſt prudenter, ne *Gen.4.* quis nimiam iuſtitiam DEI attendens cum Cain dicat. maior eſt iniquitas mea, *Iſa.49.15.* quàm vt veniam merear: Vel nimis attendens miſericordiam DEI præſumens dicat. Et ſi obliuiſcitur mater filij ſui, DEVS tamen non obliuiſcetur noſtri. Gaudio ſuperponenda eſt temperantia: ſemper enim exultandum eſt cum tremore. quod planè innuit Apoſtolus, qui cum dixiſſet. Gaudete in Domino ſemper: ſtatim ad- *Phil.4.5.* didit. Modeſtia veſtra nota ſit omnibus. Dolori ſuperponenda eſt fortitudo, ne abſorbeat nos profundum doloris, neque puteus vrgeat ſuper nos os ſuum. Sic ornatur anima per arma iuſtitiæ à dextris & ſiniſtris. In hac ergo die Dominicæ conceptionis, CHRISTVS homo hoc diademate coronatus eſt in vtero matris, quia & naturalia & gratuita in eo fuerunt, eaque ordinatiſſima. Per hoc autem, quod dicitur eum coronaſſe mater ſua, intelligitur, quod & alius, & alter eum coronauit. Siquidem coronauit eum nouerca ſua. coronauit eum pater ſuus, coronauit eum familia ſua. Coronauit eum nouerca ſua, id eſt, ſynagoga: cuius caput tremendum angelis coronam ſpineam in ignominiam tulit: ſed in die reſurrectionis coronauit eum pater ſuus corona immortalitatis & gloriæ. In die ventilationis ex- *Prou.31.23.* tremæ coronabit eum familia ſua. Veniet enim cum ſenatoribus terræ, quia veniet Dominus, & omnes ſancti eius cum eo. in medio autem omnes diiudicabit. Corona matris fuit corona miſericordiæ, miſeratione enim ſola voluntatis ſuæ humanatus eſt. Corona nouercæ corona fuit miſeriæ. quæ autem patris, fuit gloriæ. *2.Tim.4.8.* Vnde Apoſtolus. repoſita eſt mihi corona gloriæ. Vltima erit corona potentiæ. *Pſal.77.65.* Veniet enim tanquam potens crapulatus à vino. In corona matris imitabilis, in corona nouercæ contemptibilis, in corona patris admirabilis, in corona familiæ horribilis. Videbunt eum impij in corona potentiæ, & peribunt. videbunt eum iuſti in corona gloriæ, & gaudebunt. Agite ergo ne pereamus, & nos cum pereuntibus: præparemus nos ad aduentum iudicis cuncta cernentis. Si enim nos impræparatos inuenerit, quid poterit nos excuſare? Excuſabit nos pœnitentia? ſed eam in carne contemnimus. Excuſabunt nos bona opera? ſed in tempore agendi non agimus. Excuſabit nos fragilitas carnis? ſed ex aduerſo ſtabunt virgines, quæ *Math.25.42.* in carne carnis fragilitatem vicerunt. Merito dicet nobis. Ite maledicti in ignem *Iſa.66.24.* æternum, vbi ignis non extinguetur, & vermis non morietur, vbi continuus gemitus, dolor ſummus, pœnalis ſenſus. Ponamus ergo ante oculos, quàm malum eſt cœleſtis patriæ extorres fieri, communione ſanctorum priuari, mori beatæ vitæ, morti viuere ſempiternæ, à qua liberet nos IESVS CHRISTVS Dominus noſter, iudex noſter, cum venerit iudicare viuos & mortuos, & ſeculum per ignem.

IN LITANIA MAIORE.

SERMO XX.

ADHVC *eſcæ eorum erant in ore ipſorum, & ira* DEI *aſcendit ſuper eos.* *Pſal.77.31.*
Ad litteram exprobrat propheta Iudæis, populo duræ ceruicis, ſemini
nequam, filiis ſceleratis beneficia à DEO collata, & ipſorum ingratitu-
dinem. In deſerto enim panem de cœlo faſtidientes, carnes Ægypti
deſiderauerunt, & dedit eis Dominus carnes ſecundum deſideria eo- *Pſal.77.27.*
rum: carnes in abundantia tanta, quia dedit, ſicut arenam maris volatilia pennata.
Sed dum adhuc eſcæ eorum eſſent in ore ipſorum, ira DEI aſcendit ſuper eos, quia
inopinata morte proſtrati ſunt, & putruerunt cadauera eorum in deſerto. Hoc pro-
pheticum tamen non tantum exprobratio eſt apud Iudæos, vt dictum eſt, ſed &
prophetia eſt, & comminatio. Eſt ergò exprobratio quantum ad eos, qui præceſſe-
runt: prophetia ad futuros, comminatio ad præſentes. Sed cum eſt exprobratio, hic
eſt ſenſus. *Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum*, ſed doleant, quia ira DEI aſcendit
ſuper eos. Cum verò eſt prophetia, hic eſt ſenſus. *Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſo-
rum:* ſed timeant, quia ira DEI aſcendet ſuper eos. Cum autem eſt comminatio, hic
eſt ſenſus. *Adhuc eſcæ eorum*, &c. ſed caueant, ne ira DEI aſcendat ſuper eos. Expro-
bratio itaque tetraſyrtica eſt, id eſt, ad quatuor trahi poteſt, id eſt, ad quatuor præce-
dentes commodè refertur. prophetia vero tetraſyrtica, comminatio autem annua-
lis. Quatuor enim præceſſerunt prophetiam, quibus non incongruè poteſt hoc ex-
probrare. Primi parentes, genus humanum temporibus Noë, Sodomitæ, filij Iſraël
in deſerto. Acceperant enim primi parentes mandatum, ne guſtarent de ligno ſci- *Geneſ.3.*
entiæ boni & mali. ſed noluerunt intelligere, vt bene agerent, & euanuerunt in cor-
dibus ſuis, putãtes fieri ſicut Dij, ſcientes bonum & malum, & tranſgredientes man-
datum, comederunt cibum vetitum. *Et adhuc eſcæ erant in ore ipſorum, & ira* DEI
aſcendit ſuper eos. Pœna inflicta eſt eis pro peccato, quia deiecti ſunt in lacum miſe-
riæ, & in lutum fæcis. Quam miſeriam aperit Iob, dicens. Homo natus de muliere, *Iob 14.1.*
breui viuens tempore, repletur multis miſeriis, &c. Et Pſalmiſta. Circundederunt *Pſal.17.5.*
me gemitus mortis. Et Apoſtolus. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore *Rom.7.24.*
mortis huius? Tamen ira DEI aſcendit, ſtans quaſi ſuper eos, nec cecidit ſuper eos,
vt ſcilicet tota mole eos premens contereret eos penitus, ſine ſpe, ſcilicet, reſurgen-
di, ſicut contriuit diabolum: Mediocriter enim puniuit eos, quando miſeriæ eorum *Mortalitas*
addidit mortalitatem. Mirum eſt, quod dicere geſtio, ſed planè verum eſt. Mortali- *inflicta homi-*
tas enim, etſi pœna ſit homini, tamen verius attendenti miſericordia eſt. Si enim *ni ſignum eſt*
cum miſeria illata, fuiſſet ſibi immortalitas conſeruata, ergo miſeria eius fuiſſet im- *miſericordiæ.*
mortalis, & ſic æterna, & ita non diſtaret à dæmonum miſeria. Sicut autem per mor-
talitatem temperata eſt miſeria, & facta eſt tranſitoria, & poſitus eſt ante paradiſum *Geneſ.3.24.*
gladius verſatilis, id eſt, aptus ad verſandum, nempe, ad remouendum, ſic homo la-
pſus à beatitudine, in qua erat cum DEO, non tamen deſcendit in abyſſum miſeriæ
interminabilis cum diabolo, ſed medium ſortitus locum, miſer eſt, ſed cum termi-
no. Poteſt etiam adaptari prædicta exprobratio hominibus dierum Noë, quia, vt ait
veritas in Euangelio. In diebus Noë edebant & bibebant, & repentinus ſuper eos *Matt.24.37.*
venit interitus. Itaque dum eſcæ eorum eſſent in ore ipſorum, ira DEI aſcendit ſu-
per eos. Poteſt etiam non incongruè adaptari Sodomitis. Legitur enim quod pec-

Ezec.16.49. catum Sodomorum fuit ſuperbia vitæ, & abundantia panis & ſaturitatis. Inter ipſas ergo comeſſationes & ebrietates, dum adhuc eſcæ eſſent in ore ipſorum, ira DEI aſcendit ſuper eos. Poteſt nihilominus adaptari filius Iſrael in deſerto, ſicut primò expoſitum.& etiam ſuper hos ira DEI aſcendit; nam contriuit eos quia,vt ait Hieronymus, non debet reputari DEVS iniquus, quod genus humanũ ſubmerſit diluuio, Sodomitas igne conſumpſit & ſulphure, filios Iſrael proſtrauit in deſerto, quia ſic puniti ſunt,ne in æternum puniret eos. Cæterum prophetia eſt,vt diximus tetrafyrtica. Propheticè enim prædixit Dauid deſtructionem vrbis Hieruſalem factam per Romanos, & pœnam malorum in iudicio, etiam peſtem inguinariam in Romanos; pro cuius remotione inſtituta fuit Romę hodierna Litania.De die enim iudicij dicit Veritas.Quia ſicut factum eſt in diebus Noë,cum comederent homines & biberẽt, & dicerent,pax pax,& ſecuritas,ſuperueniet eis hora,quam non ſperabant. Væ ergò illis prædicitur. *Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum*, &c. De Iudæis etiam legitur, quod cum venerant Hieroſolymã ad diem feſtum Paſchæ, in quo ſecundum legem agnum comedebant Paſchalem, & azimos panes; in ipſis verò diebus azymorum ex improuiſo ſuperuenit Romanus exercitus, & infra mœnia vrbis in anguſtia cibi & potus infinitam multitudinem Iudęorum concluſit.Et ſic vere Dauid preuidens deſolationem vrbis ſuæ in vltionem Dominici ſanguinis factam prophetauit. *Adhuc eſcæ eorum erant in ore*,&c. Romani verò ſimiliter in diebus Paſchalibus non diiudicantes corpus & ſanguinem Domini, quod ſumpſerant, maximè comeſſationibus, ludis, & luxuriæ vacabant, qui tamen in diebus ieiuniorum continenter vixerant, tanquam terminus Reſurrectionis Dominicæ terminum feciſſet eis continentiæ.& qui, dum expectabant Domini ſui ſuſceptionem, tanquam mundum hoſpitium ei parauerant, ſuſcepto eo frena licentiæ ſuæ laxarent. Ergo dum adhuc eſcæ Dominici corporis, & comeſſationes, quibus præmiſſa ieiunia quaſi redimere volebant, dum, inquam, hæ eſcæ adhuc erant in ore ipſorum, ira DEI aſcendit ſuper eos, peſtis ſcilicet inguinaria. Apparebat enim tumor in inguine, & aliquantus rubor in facie, & fere ſine ſenſu doloris paſſim moriebantur, in menſa, in via, in colloquijs, & ludis. Et tantum etiam hæc peſtis extenſa eſt, quod etiam Pelagius illius temporis Papa eadem peſte occubuit. Cui ſubſtitutus eſt B. GREGORIVS adhuc diaconus, qui, ſi forte conuerteretur Dominus, & ignoſceret, inſtituit, vt vniuerſus populus Romanus hac die ieiunio ſe affligeret, & cum ſumma humilitate Baſilicam B. Petri adiret, in qua DEI miſericordiam lachrymabilibus Litanijs imploraret. Qui proſtratus cum omni multitudine ad orationem ante gradus Baſilicæ cum ſurrexiſſet ab oratione, vidit ſuper caſtrum Creſcentij angelum, qui gladium cruentatum detergens reuocabat eum in vaginam, intelligens, quod ceſſaret graſſatio, tum de ſimul proſtratis ad orationem circiter octoginta mortui ſunt inuenti: & deinceps mutato nomine dictum eſt caſtrum angeli. Comminatio, vt diximus, annualis eſt. Cum enim ſingulis annis legitur Apoſtolus, dicens. Probet ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini: ideò inter vos multi imbecilles & infirmi, & dormiunt multi. Quid aliud eſt, quàm ſi diceret. cauete, ne eſca ſalutaris ſic ſit in ore veſtro, quod ideò ira DEI aſcendat ſuper vos, ne eſca, quæ datur vobis in reſurrectionem, ſit vobis in ruinam. Sed non arbitror prætereundum, quod pluraliter dicimus. *Eſca eorum*. Eſt enim eſca iumentorum, eſt eſca fidelium, eſt etiam eſca grandium. Eſca iumentorum grandis & neceſſaria, de qua dicitur; Qui dat iumentis eſcam ipſorum. Hæc ſunt victualia de tra-ctibus

Hieron. in c. 1. Nahum. — *G. Turon. lib. 10. hiſt.* — *P. Diacon. lib. 3. cap. 11.* — *Microl. c. 57.* — *Matth. 24.* — *Ioſep. lib. 5. de bello Iudaico, cap. 14.* — *Romani cur puniti peſte inguinaria.* — *Ioan. diac. in vita B. Greg. lib. 1. c. 37.* — *Gregor. lib. 11. epiſt. cap. 2.* — *Baron. tom. 8. pag. 6.* — *1. Cor. 11. 28.* — *Pſal. 146. 9.*

ctibus terræ, & animantibus nobis conceſſa ad reficiendas ventris ruinas. Eſca ve-
rò fidelium ſalutaris eſt & myſtica. Euchariſtiam loquor. Solus enim fidelis dicit
Domino. Paraſti in conſpectu meo menſam. Et ad ſolum filium Salomon diri- *Pſal 22.5.*
git verba dicens. Fili ſediſti ad menſam diuitis. Appone cultrum gutturi tuo, & *Prou 23.2.*
vide, quæ tibi apponuntur. Scito te debere ei ſimilia præparare. CHRISTVS enim *2.Pet.2.*
paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamur veſtigia eius. De hac
eſca dicit propheta. Faciet Dominus in monte hoc conuiuium pinguium medulla- *Iſa.25.6.*
torum, conuiuium vindemiæ defæcatæ, quaſi dicat. In valle tophet, id eſt, in ſyna-
goga factum eſt conuiuium pinguium & mulſi, quia ibi calix in manu Domini ple- *Pſal.74.9.*
nus mixto. Sed in monte hoc, id eſt, Eccleſia eſt eſca medullata, & potus defæ-
catus. Quod autem fidelium tantum eſca ſit hic, aperit Eccleſia in ſcrutiniis Ca-
techumenorum, qui vſque ad Secretam officij Miſſæ interſint, & deinceps eii-
ciuntur. ac ſi diceret eis. Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & dare cani-
bus. Eſca verò grandium ſpiritualis eſt, & intellectiua. Hæc eſt ſacra Scriptura, quæ *Matth.15.26.*
quot habet documenta, totidem proponit fercula litterato. Grandes enim in Eccle-
ſia litteratos dicimus. de quibus Apoſtolus. Vos qui maiores eſtis inſtruite huiuſ- *Gal.6.1.*
modi. Ipſi enim dati ſunt ſpeculatores domui Iſrael. Vnde & Prælatos noſtros Epi- *Aug.7.confeſ.*
ſcopos vocamus. De his dicit ſapientia. Cibus grandium ego ſum ſpecialis. Sanè ci- *cap.10.citat*
bus gratia Domini ibi aſſignatur. Vetuſtiſſima veterum comedetis; ſed ſuperueni- *hunc locum.*
entibus nouis proiicietis vetera. Vetuſtiſſima enim ante vetera, moralia ſunt præce- *Leu.26.10.*
pta ſacræ Scripturæ, quæ etiam natura duce digito DEI ſcripta ſunt in cordibus no-
ſtris. Vetera verò, quæ poſt illa ſignificatiua ſunt legis Moſaicæ præcepta, quæ do-
nec res ſignificata veniret, erant obſeruanda. Noua verò ſuperuenientia, euangelica
eſt perfectio. Niſi abundet, inquit CHRISTVS, iuſtitia veſtra ſuper iuſtitiam Scri- *Matth.5.20.*
barum & Phariſæorum. ac ſi diceret nobis propheta. Vos futuri grandes in Eccleſia,
qui ſuper ſenes intelligitis, qui ſublato velamine litteræ cornutam Moyſi faciem ir-
reuerberatis oculis videbitis, moralia & Euangelica ſeruate, cerimonialia verò abii-
cite. Itaq; poſt tot exempla pereuntium, cauendum nobis eſt impendio, ne dum eſcę
ſpirituales adhuc ſunt in ore noſtro, ira DEI veniat ſuper nos, & pereamus. imò fla-
gitemus ipſum, quem recipimus, vt poſt eſcas huius temporis ſacramentales trahat
nos ad menſam Patris IESVS CHRISTVS Dominus noſter, iudex noſter, cum ve-
nerit iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem.

IN ASCENSIONE DOMINI.

SERMO XXI.

VENITE *aſcendamus ad montem Domini.* Ieroboam ſtatuit vitulos au- *Iſaiæ 2.3.*
reos in Dan & in Bethel, & aras erexit eis, & impleuit ibi manus ſacer- *3.Reg.12.28.*
dotum, & obtulit hoſtias, vt ſic reuocaret filios Iſrael, ſcilicet decem
tribus, ne aſcenderent in Hieruſalem ad immolandum Domino. Pro-
phetæ tamen, quos comedebat zelus domus Domini, aſſiduè reuo-
cabant eos dicentes. *Venite aſcendamus ad montem Domini.* Non enim vox hæc
exhortatio tantum erat, ſed etiam dehortatio. ac ſi diceret. nolite aſcendere in
Dan, & in Bethel, ſed venite nobiſcum ad montem Domini: præeuntium enim
eſt, dicere. *Venite.* Ad ignominiam quoque loci Bethel, vocauerunt Bethauen. Mons
autem

Mons Moria. autem Domini in Hieruſalem, eſt mons Moria, ſuper quem ædificatum eſt tem-
Geneſ.22.4. plum & altare Domino, quem eleuatis oculis procul viderat Abraham, vt ibi filium
2.Reg.24. immolaret. Ibidem vidit Dauid angelum, in area Ornam Iebuſæi reponentem gla-
dium in vaginam poſt plagam factam in Iſraël. Veruntamen, licet propria illius tem-
poris fuerit exhortatio prædicta, nihilominus quotidiana eſt, & in diebus noſtris
magis neceſſaria. Plures enim modo ſequuntur vias Ieroboam, quam in diebus ſuis.
Omnes fere relicta vel potius neglecta Hieruſalem in Dan aſcendimus, vel in Be-
thauen. Nec recens eſt error iſte, quando ſciſſum eſt regnum Iſraël. Inchoatus eſt
Iob 38.7. in principio naſcentis mundi, ſcilicet, cum creata eſt illa nobilis creatura, cum iubi-
Iſa.14.12. larent aſtra matutina; angelorum loquor; Lucifer, qui mane oriebatur, cuius operi-
mentum erat omnis lapis pretioſus, in abundantia virtutis ſuæ intumuit, & prodiit
Ibid.13. ex adipe iniquitas ipſius. Et ait. aſcendam in cœlum, ponam ſedem meam ad Aqui-
lonem, & ſimilis ero altiſſimo. Iſte aſcendit in Bethauen, quod ſonat, domus idoli,
vel domus inutilis, per viam, ſcilicet, ſuperbiæ in montem potentiæ & dominatio-
nis. Adam ſimiliter pater noſter, radix apoſtatica aſcendit in Dan, quod ſonat iudi-
Geneſ.3. cium, id eſt, diſcretionem. Credens enim alij apoſtatæ, qui ait. Eritis ſicut Dij ſcien-
tes bonum & malum: per viam auaritiæ aſcendit in montem ſcientiæ inflantis. Sed
Prou.16.18. quia ſcriptum eſt. ante ruinam exaltatur cor, vtriuſque exaltationem grauis ſecuta
eſt ruina. Primus enim apoſtata de angelo factus eſt diabolus, de cœlo Empyreo la-
pſus eſt in hunc aëra caliginoſum, qui tanquam carcer deputatus eſt ei vſq; in finem
temporum, quando mittetur in ignem æternum, qui paratus eſt ipſi, & angelis eius.
Luc.10.18. De caſu ipſius legitur. Videbam Satanam ſicut fulgur cadentem de cœlo. Secundus
Pſal.48.13. apoſtata, cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus,
& ſimilis factus eſt illis. de horto deliciarum eiectus eſt in ſterquilinium mortalita-
tis noſtræ, tanquam in lacum tenebroſum ſcopulis plenum. Confractus eſt enim
in naturalibus, in gratuitis cæcatus, ſordibus criminum inuolutus. In hunc modum
quicunque accenduntur libidine dominandi poſt Satanam aſcendunt in Bethauen.
Quicunq; ſcientiam appetunt inflantem, Adam ſequuntur in Dan. Quia ergo mul-
titudo palearum Eccleſiæ tales ſequitur prçambulos, gemunt inter eos grana, & cla-
mant. *Venite aſcendamus ad montem Domini.* ac ſi dicerent. Non ſequimur te Satan,
aſcendis ad Aquilonem, qui frigidus eſt, & malus, nomine tantum dexter, a quo pan-
Ierem.1.14. ditur omne malum. A cuius facie Hieremias vidit ollam ſuccenſam. Nec etiam te
ſequimur Adam: nolumus enim ſapere, plus quam oportet: nec ſi te rupetis, illi par
eris. Sed aſcendemus ad montem Domini. & vos præuaricatores redite ad cor, &
aſcendite nobiſcum. Sed forte dicent paleæ. Quomodo ibimus vobiſcum? nec quo
eundum ſit, nec viam ſcitis. quis inde venit? quis annunciauit vobis, quod oculus
non vidit, non auris audiuit? vnde & ex deſperatione videtur dixiſſe propheta. Quis
aſcendet in montem Domini? ſed non eſt deſperandum fratres. Ducem habemus
in via CHRISTVM IESVM, qui cum exultaſſet vt Gigas ad currendam viam, hodie
aſcendit in montem Domini, & ſedet à dextris virtutis DEI. Nobis verò reliquit
exemplum, vt ſequamur veſtigia eius. Sed quia ipſe aſcendit ſaliens in montibus,
tranſiliens colles. & nos gradatim per vias collium aſcendamus ad montem. Si enim
in corde noſtro aſcenſiones diſpoſuerimus, de valle lachrymarum in domum Do-
mini lętantes ibimus, euntes de virtute in virtutem, donec videatur DEVS Deorum
Pſal.24.4. in Sion. Abſcondita eſt quidem via Domini, ſed tu Domine vias tuas demonſtra no-
Aſcenſus Chri- bis, & ſemitas tuas doce nos. Primò itaq; videamus aſcenſus IESV CHRISTI, vt per
ſti ſeptem. eoſdem ſciamus eum imitari. Ex ſerie Euangelij perpēdamus ſeptem fuiſſe Domini
aſcen-

ſus. Et ſatis eſt. quia ſeptenarius eſt numerus vniuerſitatis, & ita per ſeptem vni-
ceius aſcenſus intelligi poſſunt. Aſcendit enim de aqua in deſertum, aſcendit in *Matth.4.1.*
ntem Thabor & transfiguratus eſt, aſcendit in montem ſolus orare, aſcendit in *Matth.17.1.*
ontem cum elegit Apoſtolos, & tradidit eis legem Euangelij in ſermone. Aſcen- *Matth.14.23.*
dit ſuper aſinam, aſcendit in crucem, aſcendit in cœlum. Nec multum attendimus, *Matth.5.1.*
vtrum hoc ordine aſcenderit, ſed potius noſtrum ordinamus aſcenſum. Primò ita- *Matth.21.7.*
que aſcendit, vt tentaretur, ſecundo vt transfiguraretur, tertio vt clarificaretur. *Luc.24.51.*
orabat enim clarificari à Patre. Quarto, vt intelligeretur. quinto vt rex manſuetus *Matth.17.1.*
agnoſceretur. Vnde. Dicite filiæ Sion. ecce rex tuus tibi venit manſuetus, &c. Sex- *Matth.21.5.*
to, vt exaltaretur. Vnde ipſe ait. Cum exaltatus fuero, omnia traham ad meipſum. *Ioan.12.32.*
Septimo, vt eleuaretur. Vnde. Videntibus illis eleuatus eſt. In primo vicit. in ſe- *Actor.1.9.*
cundo reſplenduit. in tertio ſupplicauit. in quarto docuit. in quinto diſpoſuit. in
ſexto redemit. in ſeptimo intercedit. Hæc autem omnia fecit propter nos. non e-
nim ſua interfuit, ſed noſtra. Primus ergo eius aſcenſus fuit nobis ad exemplum.
ſecundus ad ſolatium. tertius ad refugium. quartus ad documentum. quintus ad
ſubſidium. ſextus ad pretium. ſeptimus ad præmium. In hunc modum poſt
CHRISTVM aſcendere expedit Chriſtianum. Aſcendere, inquam, per colles vſ- *Varro li.4. de*
que ad montem Domini. Colles ſiquidem dicuntur, quia coli poſſunt. Tempus *ling.lat.*
enim colendi eſt, id eſt, merendi, dum aſcendimus. tempus verò recipiendi in mon-
te. Supereſt attendere colles, qui ducunt ad montem. Primus collis eſt probationis,
ſecundus ſpei, tertius orationis, quartus veritatis, quintus mortificationis, ſextus
perfectionis, ſeptimus glorificationis. Hi ſeptem aſcenſus vias habent proprias, &
colles diſtinctos, de quibus dicit Hieremias. State in viis veſtris. Et alibi. Viæ Do- *Ierem.6.26.*
mini, id eſt, ad Dominum, rectæ, lætificantes corda. Per viam patientiæ aſcendi- *Pſal.18.9.*
mus ad primum collem. per viam timoris ad ſecundum. per viam deuotionis ad
tertium. per viam meditationis ad quartum. per viam temperantiæ ad quintum.
per viam obedientiæ ad montem ſupremum. Aſcendens autem per aſcenſus o-
ratione Dominica tanquam comite muniatur. Dulce enim vehiculum eſt in via
oratio, fidelis præcurſor ad Dominum, primitians ei aduentum aſcendentis. v-
nicuique enim aſcenſui propriam poterit adaptare petitionem, vt tanquam ſe-
ptem cantica ſeptem gradibus contineantur. Fidelis itaque poſt CHRISTVM
aſcendens de aqua baptiſmi præparet ſe ad defendendum contra tentationes, quia
ſtatim occurrent Amalechitæ in deſerto, id eſt, dæmones. Statim ſerpentes igni-
ti, id eſt, carnis incentiua; ſtatim Sehon rex Amorrhæorum, & Og rex Baſan, id eſt,
occaſiones mundi, vt tyronem CHRISTI deiiciant, vinctum trahant, in carcerem
proiiciant. Sed attendat Chriſtianus primum CHRISTI aſcenſum. qui ei præpoſi-
tus in exemplum eſt ingrediens viam patientiæ, ſecundum illud. Fili, cum acceſſe- *Eccli.2.1.*
ris ad ſeruitutem DEI, ſta in iuſtitia & timore, & præpara te ad tentationes. Vicit
CHRISTVS, & per eum vincat Chriſtianus, & ſic ad primum collem euadet, id eſt,
ad probationem. Tribulatio enim operatur patientiam, patientia verò probatio- *Rom.5.4.*
nem. Quod enim fornax auro, quod lima ferro, idem confert tribulatio iuſto: & in
hoc aſcenſu dicat. Pater ſanctificetur nomen tuum in me. In baptiſmo nomen ſum-
ptum à tuo nomine ſortitus ſum, à CHRISTO Chriſtianus. Sanctificetur hoc no-
men in me, id eſt, immobiliter firmetur, vt ſic ſemper participem te, ſicut ſemper
nomine. Sed ne putet luctam interminabilem, vel inutilem, & ſic deficiat; attendat
CHRISTI transfigurationem, quæ facta eſt nobis in ſolatium, vt eandem gloriam
ſpe certa expectemus. Configurati enim corpori claritatis eius hæredes erimus DEI, *Ioan.12.26.*

IN HEBDOMADA POENOSA.

SERMO XVI.

Iſaiæ 38.1. DISPONE *domui tuæ, quia morieris tu, & non viues.* Familiaris fuit hæc
admonitio, & ſemel facta per Spiritum ſanctum ad Ezechiam, qui re-
gnabat ſuper Iudam & Hieruſalem. Generalis eſt, & quotidiana ad
quamlibet fidelem animam: ſpecialis vero & annua in hoc tempore
Quadrageſimali, in quo certus & breuis dierũ numerus ad corrigen-
das aliorum temporum negligentias nobis conſtitutus eſt. Cum enim Ezechias poſt
innumerabiles triumphos elatus fuiſſet in ſuperbiã, nec dignas DEO gratias egiſſet,
ægrotauit ad mortem, & venit Iſaias in ſpiritu, & ait. *Diſpone domui tuæ*, id eſt, proui-
de, quis ſuccedet tibi in Regem: niſi enim de ſuperbia tua pœnitentiam egeris, mo-
rieris. Generaliter etiam ad vnumquemque noſtrum de die in diem clamat Spiritus
ſanctus. *Diſpone domui tuæ:* quia niſi diſpoſueris, morte animæ morieris, & poſtmo-
Hieron. tom. 2. ad Auitum. dum morte æterna. Et non credas Origeni dogmatizanti, quia, in æternum non ira-
ſcetur Dominus, imò etiam dæmonum quandoq; miſerebitur. Etenim *non viues*, id
Origenes docuit dæmones ſaluandos. eſt, nunquam deinceps reuocaberis ad vitam. Specialiter autem in hoc tempore vni-
cuiq; noſtrum dicitur. Diſpone domui tuę, tãquam vitreę ampullę, ſuper quam ſi ce-
ciderit lapis, vel ipſa ſuper lapidem, confringetur. Imminet tibi dies Paſchæ, præpara
te ad communicandum Euchariſtiæ, quia hoc tempus eſt quaſi paraſceue Paſchæ: ſi
enim indiſpoſita domo acceſſeris morieris, quia iudicium tibi manducabis & bibes.
Sin autem pro domo indiſpoſita accedere volueris, morieris, quoniam ad mortem
Primi Chriſtiani olim in Miſſa omni communicabant. peccabis. In prima enim Eccleſia, quotquot intererant conſecrationi Euchariſtiæ
communicabant eidem. Inde eſt quod Collectæ, quas poſt Communionẽ dicimus,
plurali numero cenſentur, verbi gratia. *Refecti cibo potuq; ſpirituali*, &c. Et iterum. *Sa-
cramenta quæ ſumpſimus*, &c. Poſtquam autem creuit numerus fidelium, nec omnes
accedere ad Euchariſtiam viſum eſt, ſtatutum eſt, vt ſaltem diebus Dominicis fideles
Tum omni Dominica. communicarent. Cum verò paleæ ſupercreſcentes cœperunt cooperire grana, &
multorum refriguit caritas, & creuit iniquitas, & perpauci inuenti ſunt idonei, qui
calicem ſalutaris acciperent, decretum eſt, vt ſaltem per tres ſollemnitates in anno
Inde tribus præcipuis feſtis. fideles communicarent. In Paſcha, Pentecoſte, & Natali: quia in hunc modum præ-
cepit Dominus Patribus antiquis, vt omnis maſculus in Iſraël ter in anno appareret
in conſpectu eius, ſed non vacuus. Nunc autem, quoniam dies mali ſunt, & omnes
Exodi 23. 17. fere declinauerunt, & inutiles facti ſunt, non audeo dicere, ex præcepto Eccleſiæ, ſed
Annua communio nondũ præcepta tempore Bleſenſis ab Eccleſia. ex tacita permiſſione ipſius introductum eſt, vt ſemel in anno congregentur in Ec-
cleſia ad communicandum, quod præterire fas non eſt. Vt ſicut ea die filij Iſraël typi-
cum agnum comedebant perpetuo: & eadem die Dominus diſcipulis ſuis carnem
ſuam & ſanguinem dedit, & in memoriam ſui idipſum faciẽdum commendauit, ita
& nos eadem die carnem agni, qui tollit peccata mundi, edamus. Sed videndum eſt,
Exo. 12. cui patrifamilias loquatur Spiritus ſanctus, & de qua domo præcipiat diſponenda.
Matth. 26. 27. Sane quatuor domus leguntur in Theologia. Domus dæmonis, domus hominis, do-
mus animi, domus Domini. Domus dæmonis ſunt filij diffidentiæ, vaſa iniquitatis,
Matt. 12. 44. de quibus ipſe ait. Reuertar in domum meam, vnde exiui. Sed quia pater ille fami-
lias induratus eſt tanquam lapis, ad eum non dirigitur hæc admonitio: proinde de a-
liis tribus conſiderandum eſt. Domus itaque hominis eſt manufacta & viſibilis; do-

mus

mus animi creata & rationalis: domus Domini regenerata & ſpiritualis. Domũ ſuam homo inhabitat, animus diſpenſat, Dominus illuminat. homo per neceſſitatem, animus per naturam, Dominus per gratiam. De domo hominis dictum eſt à villico iniquitatis. Vt cum amotus fuero à villicatione mea recipiant me in domos ſuas. De diſpoſitione huius domus non creditur facta eſſe præſens admonitio, cum potius contemnenda præcipiatur, quàm diligenda, cum Abrahæ dictum eſt ſic. Exi de terra tua, & de cognatione tua. Et ſponſæ præceptum eſt. Obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui. Siquidem domus animi eſt homo ipſe. Animum verò voco rationem, cui tanquam patrifamilias carnis & animæ noſtræ credita eſt cuſtodia, & mandata diſpoſitio. De hac domo legitur. Tria eiiciunt de domo hominem, fumus, ſtillicidium, & mala vxor, id eſt, peccatum ignorantię, peccatum ſuggeſtionis, peccatum primæ concupiſcentiæ, quæ non tantum rationem in domo ſua dominari non permittit, verum etiam ancillari cogit. Domus autem Domini eſt animus ipſe. Et ita mirum in modũ animus domus eſt hominis, & domus DEI. vnde Apoſtolus. Caput mulieris vir, caput viri CHRISTVS, caput CHRISTI DEVS. De hac domo legitur. Sapientia ędificat ſibi domũ, &c. Tantum patremfamilias amouere de diſpenſatione domus ſuæ inſipidum eſſet & vanum. Quis enim adiuuit ſpiritum Domini, aut conſiliarius eius fuit? Patet itaq; , quod animo dictum eſt. *Diſpone domui tuæ.* Diſpoſitio autem hæc plurimum difficilis eſt, & multa indiget diligentia. Ipſi enim, per quos fit, indiget diſpoſitione: ſicut enim difficile eſt inuenire cuſtodiã, ſi cuſtodiendi ſint ipſi cuſtodes; ſic diſpenſatione, ſi diſponendi ſunt diſponentes. Sanè virtutes ſunt, per quas diſponit animus domui ſuæ, quæ & ipſę diſponendæ ſunt, ne ſupra modum ſylueſcãt. Sicut enim cauendũ eſt, ne quid parum: ſic etiam, ne quid nimis. Quod breui exemplo liquet. Minuendi ſanguinis duplex eſt ratio. Qualitas, ſcilicet, & quantitas. nec minus pernicioſa eſt ſuperfluitas, quàm corruptela. Quid autem amicabilius eſt humanę naturę, quàm ſanguis? quid iucundius homini quàm virtus? Virtus ergo quandoq; minuenda eſt. Audi medicum ſub lege peritiſſimũ, qui ait. Noli nimis iuſtus eſſe. eſt iuſtus, qui perit in iuſtitia ſua. Audi alterum ſub gratia peritiorem, qui dixit. Non plus ſapere, quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. Cui putas venę virtutum parcendum eſt, ſi iuſtitia & ſapientia indigent minutione? Quamobrem ſi ſapiat ſpiritus miſer, reſpondeat Spiritui ſancto, & dicat. Domine quid iubes me diſponere domui meæ? Hoc labor eſt ante me. Velle mihi adiacet, perficere autem non inuenio. Doce ignorantiam meam, adiuua impoſſibilitatem, quia ſicut ſine te nihil ſcio, ita ſine te nihil poſſum facere. Dicet ei profecto Spiritus ſanctus. Scrutare Scripturas, quas per me ſcripſit filius, quia ego ſum lingua & calamus ſcribæ velociter ſcribentis, & inuenies plene diſpoſitam, domus tuæ diſpoſitionem. Legat itaq; Scripturas animus noſter, & inueniet, quod quærebat. Potens eſt autem iſte Paterfamilias, clientelam habet multam nimis, clientes habet exteriores, & ad exteriora diſcurrentes. Habet & interiores, qui vultui eius ſemper aſſiſtunt. Exteriores ſunt quinque ſenſus corporis, id eſt, membra ſenſibus deputata. Quorum diſpoſitio & crebrò, & de facili legitur in Scriptura. Legitur enim. Auerte oculos tuos, ne videant vanitatem. cohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolos. Obtura aures tuas, ne acceptum habeant opprobrium aduerſus proximum ſuum. Comprime nares, ne peregrinis quærant odoribus delectari. Claude manum tuam, ne accipiat munera ſuper innocentem. Iniice pedes tuos in compedes ſapientiæ, ne currant ad effundendum ſanguinem. Et multa in hunc modum ſunt, quæ ſpectant ad eorum diſpoſitionem. Interiores verò clientes, pręcipuè ſunt quatuor animi affe-

Luc 16.4.
Geneſ.12.1.
Pſal.44.11.
1.Cor.11.3.
Prou.9.1.
Rom.11.34.
Virtus ipſa quoq; moderatione eget.
Eccl.7.17.
Rom.12.3.
Rom.7.18.
Ioan.5.39.
Pſal.44.2.
Pſal.118.37.

Virgilius 6. ctus,quorum meminit Poëta dicens. *Hinc cupiunt, metuunt, gaudentq́, dolentq́.* Hi,
Æneï. inquam,ſunt, gaudium,& dolor, ſpes & timor : quia ſicut diues paterfamilias carere
non poteſt ianitore, dapifero, pincerna, cubiculario, ita & hi velut in modum eo-
rum miniſtrantes nobis aſſiſtunt. Eſt enim timor pro ianitore, dolor pro dapifero,
gaudium pro pincerna, ſpes pro cubiculario. Legitur enim de timore. Timor ſup-
Eccli.1.16. plicij ianua regni. Et alibi. Initium ſapientiæ timor Domini. Iſte duas habet portas,
& oſtiolum in medio valuarum : quas obiicere, & claudere debet, ſi forte peruer-
Eccl.10.1. ſæ cogitationes ad animum velint irruere. quæ abiiciendæ ſunt tanquam muſcæ
Geneſ.15.11. morientes, ne perdant ſuauitatem vnguenti, ſicut & volucres, quas abigebat A-
Iſa.66.24. braham. Altera portarum eſt, carere viſione DEI; altera ignis, qui non extinguetur.
oſtiolum, vermis conſcientiæ, qui non morietur. Irruentibus ergo hoſtibus
obiiciat iſta timor, & dicat. Nequaquam intrabis, ne propter vos fortè Domi-
nus meus careat viſione DEI, igne crucietur æterno. conſcientia propria teſte
Soph.1.10. & accuſante pereat. De duabus portis meminit Sophonias. A prima, inquit,
porta erit clamor, & à ſecunda vlulatus. Clamabunt enim impij, cum ſua conſci-
Matth.25.41. entia eos accuſabit. Vlulabunt, cum audient verbum aſperum. Ite maledicti in i-
gnem æternum, qui paratus eſt diabolo, & angelis eius. Dicat ergo animus ia-
3.Reg.4.6. nitori, vt vigilet, ne ſicut Iſboſeth ancilla oſtiaria dormiente à latronibus percu-
tiatur in inguine. Vigilante ſiquidem ianitore tutior ſedens & tranquillius vocet
dapiferum, & dicat. Pone menſam, præcinge te, miniſtra mihi, acceleret dolor,
& primò panes apponat lachrymas, ſcilicet pro delictis. Hic eſt panis quotidia-
nus, quem pro quotidianis manducare debemus exceſſibus. Hoc pane veſceba-
Pſal.41.4. tur, qui dicebat. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Et item. Ci-
Pſal.79.6. babis nos pane lachrymarum. Dicat autem animus dolori. Puer nunquid pul-
Ioan.21.5. mentarium habes? Non in ſolo pane viuit homo. Appone coctionem, alioquin
Matth.4. arida ſedebit anima mea. Apponat itaque dolor fercula coctionum : primò miſeria-
rum noſtrarum memoriam, ſecundò recordationem exilij, & patriæ dilationem,
Geneſ.3 19. tertiò difficultatem redeundi. Apponens ergò primum dicat. Memento, quia cinis
Eccli.7.40. es, & in cinerem reuerteris. Et hoc. Fili recordare nouiſſima tua, & non peccabis in
æternum. Apponens ſecundum dicat. Heu tibi, quia incolatus tuus prolongatus
Pſal.119.5. eſt; habitas cum habitantibus Cedar : multum incola erit anima tua. Et item.
Pſal 136.1. Super flumina Babylonis ſedes, & flere debes, cum recordaris Sion. Apponens
1.Pet.4.18. tertium, dicat. Vix iuſtus ſaluabitur, & tu miſer vbi parebis? Quid facies virgu-
la deſerti, vbi concutietur cedrus Libani? Durus eſt dapifer iſte, & infrunitus, ſed
fidelis. Aſper eſt cibus, ſed ſalutaris. amarus eſt in guſtu, ſed, cum deglutitus fue-
rit, dulcorabitur. Condimentum eius eſt humilitas, quia ipſa eſt primogenita filia
ſummi regis, ſal & condimentum reliquarum virtutum. Refectus autem ani-
mus cibo tali vocet pincernam, & dicat. Sitio, miſce potum, quo exhilaretur
Matth.5. facies mea, quia cibus confortauit cor meum : quia, ſicut ſcriptum eſt, Beati, qui
Pſal.32.1. nunc fletis. Similiter ſcriptum eſt. exultate iuſti in Domino. Acceleret gaudium,
& tria genera potuum propinet. Primum eſt, infuſio primæ gratiæ operantis.
ſecundum cooperatio gratiæ ſubſequentis. tertium perſeuerantia finalis. Primum
Pſal 4.7. apponens dicat. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine, & ideò dedit
Pſal 118 54. lætitiam in corde meo. Secundum apponens dicat. Cantabiles mihi ſunt iuſtifi-
Ouid. l. 4. de cationes tuæ in loco peregrinationis meæ. Apponens tertium, dicat. Habe cari-
Pont. eleg. 10. tatem, & fac, quicquid vis. omnia difficilia facilia ſunt amanti. *Gutta cauat lapidem.*
Pſal. 26.14. expecta Dominum, viriliter age, & confortabitur cor tuum. Hilaris eſt iſte pin-
cerna,

cerna,& amplectendus. fœlix eſt hæc eſt ebrietas, quæ ſobrios reddit. Suſpectus eſt aureus calix Babylonis. malo ſitire. Accedat quartus cliens,Spes, ſcilicet,quæ cubiculum ſtrauit,& dicat.Ediſti ſatis, atque bibiſti. ſurge,veni,cuba,quieſce. Ego etiam tria tibi lectiſſima paraui. Carnis reſurrectionem,Sanctorum communionem, Vitam æternam. Indubitanter ſpera, quia hoc mortale induet immortalitatem, hoc corruptibile incorruptionem. Præter hoc,gaudium omnium erit ſingulorum. non minus gaudebis de bono alieno, quàm de tuo. Super hæc vita viues beata & interminabili. Audiendus eſt iſte cubicularius, quia ſtratum quod verſauerat homo in infirmitate ſua, iſte ad ordinem debitum conuertit. Felix eſt animus,ſi in hunc modum domui ſuæ diſponat. Satagamus ergo ſinguli, ſatagamus vniuerſi, vt de menſa doloris dignè tranſeamus ad menſam communionis : vt de vtraque poſtmodum transferamur ad menſam patris,hæredes facti DEI, cohæredes autem CHRISTI iudicis noſtri,qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos,& ſeculum per ignem. *1.Cor.15.53.*

IN COENA DOMINI.

SERMO XVII.

CVM *dilexiſſet* IESVS *ſuos, qui erant in mundo, etiam in finem dilexit eos.* Quos vocet ſuos IESVS,ambigi poteſt,cum eius ſit orbis terrarum,& vniuerſi,qui habitant in eo. Poteſt quidem conuenienter exponi, quod præmiſimus de omnibus electis,vel de inter electos prælectis,ſiue de omnibus Chriſtianis. De electis ſic. *Cum dilexiſſet ſuos*,&c. Hic videndum eſt,quis,quomodo, quos,& quantum dilexerit. Quis? Dominus IESVS. quomodo? gratis. quos? inimicos. quantum? vſque in finem mundi, & maximè in fine,id eſt,ſexta ætate, quando pro nobis humiliatus ſua nos exaltauit paſſione. Ab æterno nos elegit DEVS ſaluandos ſecundum illud. Nouit DEVS, qui ſunt eius. Et illud.nouit Dominus numerum iumentorum ſuorum. Quod DEVS ſit,qui dilexit,oſtendit propheta dicens. Tu es DEVS meus. Quod gratis nos dilexerit,conſequenter nobis aperit,cum ſubiungitur. Bonorum meorum non eges. Quos dilexit Apoſtolus docet, cum dicit.Cum inimici eſſemus,ipſe prior dilexit nos. Quantum verò nos dilexit,patet ex paſſione,quantum pro nobis ſuſtinuit. Poteſt & de prælectis exponi,quos in carne elegit ſub patre. dignatus eſt enim eos idiomate ſui characteris inſignire,& quadam dilectionis familiaritate ſibi vnire, mittens eos in orbem terrarum,vt eſſent ſibi teſtes in Hieruſalem,Iudæa,& Samaria.Hic item videndum, quos dilexerit,quomodo,& quos, & quantum? Quos? magiſter & dominus. Quomodo? familiari dilectione. quos? infirma mundi,imò minima, piſcatores, ſcilicet, & pauperes,idiotas,ignobiles. Hi in mundo erant,ſed non de mundo: eorum enim cordi aruerat mundus. Quãtum eos dilexerit,& quam familiarius,declarat cœna die hodierna celebrata. Cœli conditor,hominum creator & recreator ſurrexit à cœna linteo præcinctus,& lauit pedes diſcipulorum. Humiliatæ ſunt ad pedes ſeruorum manus Saluatoris, vt huius humilitatis exemplo à cordibus humanis abſtergeretur tumor elationis. Tribus propriè cauſis in miniſterio abluendi pedes humiliauit ſe Dominus.propter humilitatis exemplum,propter dilectionis argumentum,& propter ſacramentum. De humilitatis exemplo ait. Exemplum dedi vobis, vt & vos ita faciatis. Et item. Hoc mando vobis,vt diligatis inuicem. Sacramentum verò huius

Ioan.13.1. *2.Tim.2.19.* *Prou.12.10.* *Pſal.15.2.* *Rom.5.10.* *Act.1.8.* *Ioan 13.5.* *Cur Chriſtus pedes lauit.* *Ioan.13.15.* *Ioan.15.12.* *Ioan.13.8.*

ablutionis innuens Dominus ait Petro. Si non lauero te, non habebis partem mecum. Nec hoc de exteriori ablutione eſt intelligendum, ſed de ſignificatione per
Chriſtus dedit corpus ſuũ ad conficiendum illud. eam, id eſt, peccatorum venialium remiſſione. Demum in cœna corpus ſuum ſub forma panis & vini diſcipulis dedit ad comedendum,& de cætero ad conficiendum, dicens. Accipite & comedite. Hoc eſt corpus meum. Et item. Hoc facite in meam commemorationem. Fuit CHRISTVS nobis in cruce pretium, in via viaticum, in
Math.26.26. patria erit præmium,exiſtens cibus grandium,id eſt,perfectorum. Hunc cibum E-
Luc 22.19. lias accepit,& in eius fortitudine quadraginta diebus ambulauit,donec ad montem
3.Reg.19.8. DEI Oreb peruenit. Hic eſt mons, de quo propheta ait. Quis habitabit in taber-
Pſal.14.1. naculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Per quadraginta dies omne tempus, in quo præſenti viuitur,accipitur, per quod viatico corporis CHRISTI fidelis anima reficitur. De Chriſtianis verò & hoc accipi poteſt, facta modica verborum
Mali ſumunt ſacramentũ. mutatione. Et ſic Dominus dilexit ſuos,vt in finem diligat eos. *Suos*,id eſt, bonos & malos. Malos quidem ſaltem participatione ſacramentorum, etſi non finali operatione. His omnibus confert gratis gratia Saluatoris plura beneficia. confert parua, confert & magna. parua benedictione ſiniſtræ, magna benedictione dexteræ, par-
Pſal.35.8. ua in temporalibus, magna in ſpiritualibus. De benedictione ſiniſtræ dicitur. Homines & iumenta ſaluabis Domine. Confert DEVS Chriſtianis magna,aduerſa repellendo, dando proſpera, conſeruando collata. repellit aduerſa,ne moleſtiis ſuccumbamus. largitur proſpera,vt largitorem diligamus. conſeruat collata, ne per ingratitudinem a largitoris gratia reſiliamus. Et notandum quandam miſerationem DEI magnam,quandam maiorem,quandam maximam.magna in patientia,maior in diſciplina,maxima in iuſtificatione.In patientia expectat ad emendationem.in diſciplina corripit ad iuſtitiam,in iuſtificatione ſubleuat ad palmam. Et horum quodque conſiſtit in tribus. patientia in malorum repulſione, bonorum collatione,& collatorum conſeruatione; diſciplina in dictis comminationis, in factis delectationis.
Heb.12.6. Flagellat enim DEVS filium,quem diligit; & in exemplis imitationis.Diligamus ergo DEVM ſine præſumptione, timeamus ſine deſperatione,imitemur ſine ſimula-
Iuſtificatio in tribus cõſiſtit. tione. Iuſtificatio etiam in tribus conſiſtit, vel notatur:in gratiæ infuſione, in liberi arbitrij cooperatione,tandem in conſummatione.primum eſt incipientium,ſecundum proficientium,tertium peruenientium. Eſt etiam maximum bonum, boni continuatio, de bono ad melius promotio, rapi in optimo. In optimo rapit ſanctos DEVS; etſi enim fieri poſſet,vt amplius viuerent poſt diem obitus præſcitum, non magis mererentur. ſic & de damnandis,licet plus viuerent,quàm victuros eos DEVS præſciuit, ſi fieri poſſet, de cætero minus mali non fierent. Rogemus ergo fratres Dominum,vt nos vſq; in finem diligat, & ſua benigniſſima miſeratione ad viam vi-
Luc.15.29. tæ dirigat. Nec cum illo fratre adoleſcentiore hircum rogemus, quem cum amicis comedamus.hircus fœtidum animal eſt, & petulcum, & pro peccatis conſueuit offerri,per quod peccata intelliguntur. Carnes hœdinas petit, & edit, qui licet manus cohibeat ab opere,intus tamẽ æſtuat peruerſa cogitatione.Is qui vitæ arctioris propoſito obedientiæ iugo collum ſubmiſit, ſi de cætero vigiliarum macerationes aſpernatur,lecti minus mollis modicitatem pati dedignatur,carnes hœdinas comedit, & cum amicis, id eſt prop[illegible] dimiſſa repetit. Alij ſunt,qui licet non cum amicis, tamen in eis vel pro eis hircum edunt.In eis edunt, qui eis peccantibus conſentiunt, & quos deberent corripere conſenſu prauitatis per vitiorum abrupta docent diffluere. Pro eis edunt, qui bona Eccleſiæ ad eorum ſuperfluitatem fouendam diſtribuunt,communia tanquam propria largientes.Hi vel neſciunt,vel ſcire diſſimulant,

quod

quod naturæ modicum ſufficit,ſuperfluitati nihil. Vnde illud. Diuitias & pauperta- *Prou.30.8.*
tem ne dederis mihi, ſed tantum victui meo tribue neceſſaria. Et illud. Habentes *1.Tim.6.8.*
victum & veſtitum: his contenti ſimus. Rogemus ergo ſimul, rogemus ſinguli, vt qui pro nobis eſt humiliatus in terra nos ad cœlum ſubleuet per humilitatis exempla Dominus IESVS rex noſter, iudex noſter, cum venerit iudicare viuos & mortuos,& ſeculum per ignem.

IN EADEM COENA DOMINI.

SERMO XVIII.

SCITIS, *quia poſt biduum Paſcha fiet.* Mediator DEI & hominum homo IESVS CHRISTVS, cum prædixiſſet diſcipulis ſciſcitantibus ſigna euerſionis Hieruſalem,& aduentus ſui ad iudicium,ſubdidit. *Scitis,quia poſt biduum Paſcha fiet.* Non fecit taliter Iſraeliticæ nationi, nec ſecreta ſua ſic manifeſtauit eis,dum loqueretur per Moyſen. Seruis, qui neſciunt voluntatem Domini ſui, de futura veritate agni Paſchalis, multiplicauit ſermonem,figuris occuluit veritatem. Iſtis autem tanquam amicis, & ſcientibus, quid velit Dominus ſuus; vnde & præmiſit, *Scitis*,ſub compendio veritatem tradidit; nec tantum ſub breuitate ſermonis, quantum ſub breuitate temporis. Poſt biduum enim coram ipſis Paſcha noſtrum immolatus eſt CHRISTVS. pro ipſis oblatus eſt,quia ipſe voluit. Veruntamen poſſunt hæc eadem verba non indecenter eſſe matris Eccleſiæ.Sicut enim CHRISTVS & Eccleſia duo ſunt in carne vna, ita ſæpenumerò poſſunt eſſe duo in voce vna. Hortatur ergo mater Eccleſia filios vteri ſui, vt præparent ſe ad eſum eſcæ ſalutaris,dicens.Filioli ſcitis, quia poſt biduum Paſcha fiet.Prope eſt dies feſtus azymorum, qui dicitur Paſcha. Accedendum vobis eſt ad eſcam vnitatis, vſque ad cornu altaris. Probet autem ſe homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Si adhuc eſtis in Ægypto, vel ſi emenſo tantum vnius diei itinere proceſſiſtis, nondum eſt vobis Dominicam cœnam manducare. eundum eſt prius itinere duorum dierum.Dauid rex & propheta,cũ interfuiſſet in ſpiritu curiæ cœleſti, de excelſo cœlorũ habitaculo reportauit nobis huius bidui ꝑcinctum, dicẽs. Declina à malo,& fac bonũ.Ite ergo,proficiſcimini filij per diẽ & diem, declinãtes, ſcilicet, à malo,& faciẽtes bona,extirpantes nociua, & ſeminantes vtilia, & eſtote parati in diem tertiũ,ne menſa ſalutis fiat vobis in laqueum, & in retributionẽ, & in ſcandalũ. Plus ſolito,aut præter ſolitum colite pietatem, modeſtiam exhibete, humilitatem ſectamini,induite grauitatẽ,vt CHRISTO patienti quodãmodo compati videamini,qui in vita ſua operatus eſt actionẽ paſſiuam.in morte verò paſſionẽ actiuam,ꝑ quam operatus eſt ſalutẽ noſtrã in medio terræ.Talis nimirũ admonitio matris Eccleſiæ,vtilis eſt quidẽ,ſed adhuc tenuis,aqua refocillans,ſed nondũ ſatiãs.Quocirca eruderemus cum Iſaac puteũ abundantiæ, donec egrediantur aquæ largiſſimæ, ita vt bibant homines & iumẽta,id eſt,duo genera hominũ in Eccleſia.Sanè ſecundum hierarchiam Dionyſij duo ſunt genera fideliũ in Eccleſia DEI. Primum,quod dicitur Deiuidum. alterũ,quod appellatur,pediſſequum. Deiuidos dicimus miniſtros Eccleſiæ, quibus credita ſunt eloqa DEI.Quibus dictũ eſt: vobis datum eſt noſſe myſteriũ regni DEI, cęteris aũt in parabolis.quibus CHRISTVS ait.Omnia,ꝙ audiui à Patre meo,nota feci vobis.

Math.26.2. *1.Cor.5.7.* *Eph.5.35.* *1.Cor.11.28.* *Pſal.36.27.* *Pſal.68.23.* *Gen.26.33.* *Fidelium duo genera.* *Diõ.de Eccl. Hierarchia.* *Math 13.11.* *Ioan.15.15.*

vobis. Pediſſequos verò, dicimus populum multitudinis, qui ſedet ſecus pedes Deiuidi, vt audiat legem ex ore ipſius, & percipiat de manu eius pabulum vitæ in tempore opportuno. Illi ſunt boues arantes, iſti aſinæ paſcentes iuxta eos. Illi ſunt Aaronitæ, quibus arcam teſtimonij & Cherubin gloriæ reuelata facie videre conceſſum eſt. Iſti ſunt Caathitæ, qui ſancta portant humeris, ſed non niſi inuoluta. hi ſunt gemelli fœtus Eccleſiæ. Ad hos duos loquitur mater Eccleſia, propria tamen, & ſeparata cuique admonitione. Aliter enim admonendi ſunt Deiuidi, aliter pediſſequi.
Pſal. 18. 6. Deiuidos tanquam celerius currentes poſt gigantem, qui exultauit ad currendam viam, hortatur dicens. Filij *ſcitis, quia poſt biduum Paſcha fiet.* Hanc de triduo admonitionem prius proſequemur. & eſt ſenſus. Filioli, mementote, quia poſt triduum ſedebitis ad menſam diuitis. Videte diligenter, quæ vobis apponuntur ſcitote
Luc. 22. 19. te ſimilia vos debere ei præparare. Parauit CHRISTVS menſam in conſpectu veſtro, dicens. Hoc facite in mei commemorationem. quod ſanè intelligere debetis, non pro memoria tantum recordationis, ſed potius imitationis. CHRISTVS enim
2. Pet. 2. 21. paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. Ad quam vnus pro omnibus reſpondet. Dic nobis mater, quæ reliquit nobis CHRISTVS imitanda? Ad quem mater. Vidi eum in horto ligatum, in atrio pontificis expalmatum, ſputis illitum, in prætorio iudicis irriſum, virgis cæſum, ſpinis coronatum, in patibulo crucis toto corpore extenſum, clauatum, lancea perforatum, in ſepulchro decurionis clauſum, cuſtodibus vallatum. Hi ſunt ingreſſus DEI mei. hæc eſt via CHRISTI. Chriſtianus incedit per eam. Ad quam filius. Durus eſt hic ſermo mater, & quis poterit audire eum? Difficilis eſt hæc imitatio, & non potero ad eam. Ad quem mater. Noli timere fili, ſed audi & tace. Ecce nunc tempus acceptabile ſequendi CHRISTVM. Siccata eſt aqua illa contradictionis. ſiccatus eſt torrens, de quo bibit CHRISTVS in via. Primitiuam viam martyrum, qui tinxerunt pedem ſuum in ſanguine, temperauit pater miſericordiarum, & DEVS totius conſolationis. Si non potes fundere ſanguinem, ſaltem funde aquam, in quo tibi nulla eſt excuſatio. Ad
Iſa. 12. 3. quam filius. Vnde mihi hæc aqua mater? Cui illa. Haurıes aquas in gaudio de fon-
Iſa. 55. 1. tibus Saluatoris, qui clamans aiebat. Omnes ſitientes venite ad aquas. Hæc ſunt tria
Luc. 19. 41. genera aquarum, quas vidi CHRISTVM effundentem. Vidi ipſum effundentem la-
Ioan. 11. 34. chrymas ſuper ciuitatem ſanctam, & dum ſtaret ad Lazari monumentum. Vidi eum effundentem aquam in peluim, quando creator omnium rerum DEVS incli-
Ioan. 13. 5. nauit ſe ad lauandos pedes hominum. Vidi, quando vnus militum lancea latus eius
Ioan. 19. 34. aperuit, & continuò exiuit diſtinctè ſanguis & aqua. In hunc modum triplicis aquæ neceſſaria eſt tibi ablutio, ſicut triplex macula te polluit, cordis, oris & operis. Effunde ergo aquam primam, ſecundam & tertiam. Prima eſt interior. ſecunda ſuperior. tertia exterior. prima eſt contritionis. ſecunda confeſſionis. tertia ſatisfa-
Pſal. 6. 7. ctionis. Prima lauat lectum, ſecundum illud. Lauabo per ſingulas noctes lectum
Math. 6. 18. meum, lacrymis meis ſtratum meum rigabo. Secunda lauat faciem, ſecundum il-
Pſal. 25. 6. lud. Vnge caput tuum, & faciem tuam laua. Tertia lauat manus. Vnde. Lauabo in-
Iſa. 1. 16. ter innocentes manus meas. Prima lauat ad munditiam. Vnde. Lauamini, mundi e-
Iſa. 43. 27. ſtote. ſecunda lauat ad iuſtitiam. Vnde. Dic tu iniquitates tuas, vt iuſtificeris. tertia
2. Tim. 4. 7. lauat ad coronam. Vnde Apoſtolus. Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. Sufficit tibi fili hæc triplex aquæ effuſio, vt ingrediaris in conſpectu DEI tui ſine macula. Hoc eſt triduum, quod tibi propoſueram. hoc itinere trium dierum emenſo Paſcha facies in azymis ſinceritatis & veritatis. Supereſt, vt de admonitione ad Deiuidum proſequamur. Ad quem mater. Fili, tu ſem-

tu ſemper mecum es, & omnia mea tua ſint. primitias, decimas, oblationes, votiua & ſpontanea dedi tibi. Itaque patienter inclina aurem tuam in verba oris mei. Exaltauit te CHRISTVS tanquam electum de plebe ſua, & dixit tibi. Qui mihi miniſtrat, me ſequatur. oportet ergo te eum ſequi, quocunque ierit. *Scio, quia poſt biduum Paſcha fiet*, id eſt, non in aqua tantum, ſicut frater tuus, ſed in aqua & ſanguine. Triduum fratris tui pone tibi pro die primo. Reſtat tibi dies ſecundus, ſed prolixior priore in quinaria ſanguinis effuſione. Nam & CHRISTVS, quem ſequeris, quinquies ſanguinem fudit. Vade, & tu fac ſimiliter, ne requiratur à te ſanguis eius, qui effuſus eſt pro te. In circumciſione ferrum pertranſiit carnem eius. In nocte hac cum prolixius oraſſet, factus eſt ſudor eius, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. In craſtinum alligatus eſt columnæ, & virgis cæſus, adeò quod veſtigia cruoris notantur in columna vſque in diem hodiernum. Poſtmodum ſuſpendentes eum in ligno foderunt manus eius & pedes, & aſperſa eſt ſanguine caro eius. Poſtremò de latere dormientis exiuit ſanguis & aqua. Toties fudit ſanguinem ſuum CHRISTVS, non tantum, vt te redimeret, ſed vt te erudiret. Prima ergò effuſio facta eſt tibi in documentum. ſecunda in exemplum. tertia in teſtimonium. quarta in pretium. quinta in ſacramentum. In his docet te CHRISTVS, quid debeas tibi, quid fratri, quid mihi. Circumciſionem tibi, ſudorem fratri, flagellationem mihi. De circumciſione pertranſeo, quia ſæpenumerò eam inculcaui, & plenius in ſermone, qui inchoat. *Erudimini.* & hic inſeri poteſt. fratrem tuum, qui tanquam terra, & ſcabellum pedem tuorum, rigare debes. vt germinet in labore & ſudore vultus tui. Nec deſiſtas: etiamſi tuam ipſius animam pertranſibit gladius. mihi verò, quia ſum columna & firmamentum veritatis inſolubiliter alligari debes; ita quod neque fames, neque nuditas, neque periculum, aut gladius ſeparet te à ſidei meæ confeſſione: verum potius eligas mori, quàm ſeparari etiam tempore pacis. Noli te implicare ſecularibus negotiis, & reſpicere retrò. Porrò, ſi eleuatus fueris à terra, vt ponant te in cathedra ſeniorum, & iudices cum ſenatoribus terræ, confige manus tuas, excute ſcilicet eas ab omni munere. Noli ſequi retributiones, ne faciant te ſenem abocellum. ne vox ſonet Iacob, & manus ſint Eſau. crucifige pedes tuos. ſta in porta domus Domini, clama importunè opportunè, & non moueantur veſtigia tua. Dinumerabilia ſint oſſa tua, id eſt, luceant opera tua bona coram hominibus, vt glorificent patrem tuum, qui eſt in cœlis. Poſtremò, ſi mortuus fueris mundo: ſi elongaueris fugiens, vt quieſcas in ſolitudine, interdicas omni ſenſui tuo viam ad exteriora, aures habebis & non audies, oculos & non videbis, manus & non palpabis, pedes & non ambulabis. Ad DEVM tuum clamabis in gutture tuo. tantum de latere dormientis fluet aqua humilitatis, & ſanguis obedientiæ. Qui facit hæc, non mouebitur in æternum. Cum his non apparebis vacuus in conſpectu DEI tui, & ſecurus Paſcha facies. quod neceſſe eſt quantumuis perfecto. Licet enim ſanatum ſit hulcus criminis in baptiſmo & pœnitentia, tamen manet pruritus hulceris, quem mitigat Euchariſtia. De cætero, ſicut ſciebant Apoſtoli poſt biduum Paſcha fieri, ſcimus & nos, quia poſt biduum Paſcha fiet. Scimus, quia qui accedit indignè, iudicium portabit quicunque eſt ille. Paremus ergò nos ad menſam communionis, qui ſedemus in Scriptura ad menſam refectionis, vt tandem vocet nos ad menſam patris IESVS CHRISTVS Dominus noſter, iudex noſter, cum venerit iudicare viuos & mortuos, & ſeculum per ignem.

Ioan. 12. 26.

Quinquies ejusdit ſanguinem Chriſtus.

Luc. 22. 44.

Guttæ ſanguinis Chriſti adhuc apparent in columna.

Serm. 39.

Gen 27 22.

Math. 5.

Euchariſtia vulnus peccati perfectè ſanat.

concupiſcentia eius, niſi lutum & feces? Audi, de amatoribus mundi quid dicatur. Computruerunt tanquam iumenta in ſtercoribus. Audi Apoſtolum, qui reputat ea tanquam ſtercora. Quantis autem ſordibus ſterquilinium hoc cumuletur in euidenti eſt. Adam primus & maximus omnium gigas ſordes inobedientiæ ſuper nos euomuit, cuius tanta fuit labes, vt vniuerſam poſteritatem miſerabiliter macularet. Secundus Cain ſtercus fratricidij iniecit. Lamech fetorē digamiæ ſuperfudit. Etiam ante diluuium mulieres ſupergreſſæ viros, & viri muliebria corporis ſui patientes, feces fecibus cumulauerunt. Penſet qui poteſt, quantis vſque in hodiernum diem ſordibus hæc vallis vſque ad fetorem intolerabilem repleatur. Quocirca citiſſimè egredimini filiæ Sion: vt quid pro croceis amplexamini ſtercora? homines eſtis, non ſues. Et vos quidem, qui ſtudere veniſtis, egreſſi eſtis de terra, & cognatione veſtra, venientes cum regina Saba audire ſapientiam Salomonis. Sed egrediendum potius mentis affectu, quàm corporis inceſſu. Vobis etiam plurimum expedit exire, quia qui comedit vuam acerbam, dentes eius obſtupeſcunt, & frangere non poteſt panem. Sed quid eſt in cauſa? Nunquid dentes priſtinum robur amittentes molliſicati ſunt? nunquid panis cæteris cibis ſuauior iucunditate ſua priuatus eſt? nequaquam ſtupor in cauſa eſt. Ita quis ſtudio militans, ſi ſecularibus implicet ſe negotiis, conſuetudine obſtupeſcit. Sufficit nobis natura ad ſtudendum, ſuauis eſt diſciplina, ſtupor conſuetudinis frangere panem perhorrēſcit. Egredimini ergo, & videte regem Salomonem. Salomon trinomius fuit. Dictus eſt Idida, Salomon, Eccleſiaſtes. Idida, dilectus Domini, vel à Domino, dicitur. Hic eſt CHRISTVS, ſecundùm quod eſt à principio apud Patrem, ac ſi diceret Scriptura. Non dico, videte Ididam, quia, vt eſt apud Patrem, alius apud alium, cum ſit homo in Sion eum cum patre non videbit homo, & viuet. Credere poteſtis, videre nondum poteſtis. Neque dico, videte Eccleſiaſten, hoc eſt, concionatorem. Hoc enim adhuc futurum eſt, cum videbit omnis caro ſalutare DEI, & in tanta concione quibuſdam intonabit in verbo aſpero dicens. Ite maledicti in ignem æternum. Aliis blando ſubridebit alloquio, dicens. Venite benedicti. Intelligite itaque Ididam, quia eſt irreprehenſibilis. Expectate Eccleſiaſten, quando erit terribilis. Nunc videte Salomonem, quia nunc eſt placabilis, & deſiderabilis aſpectu. Salomon enim pacificus. hic eſt CHRISTVS homo, qui eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum, parietem inimicitiarum ſoluens inter nos & DEVM. Hunc videte. hic ab omnibus viſus eſt. viderunt oculi noſtri ſalutare DEI. & licet abiectum, & opprobriis ſaturatum, tamen videte regem, quia ſimul in vnum eſt diues & pauper. Hodie verò videte eū in diademate ſuo. Aliud eſt corona, & aliud eſt diadema. Corona ſimplex eſt circulus aureus, quo vtuntur reges in minoribus ſolemnitatibus. Diadema eſt quaſi duplex corona, cum ipſi coronæ quaſi alius circulus gemmis ſuperpoſitus ſuperadditur. Ex ipſa enim græci nominis interpretatione, duplicitatē ſonat. Corona itaq; animæ ſunt bona naturalia: gēmæ verò ſuperpoſitæ, vt faciāt diadema, bona ſunt gratuita. Cum enim naturales animæ affectiones ordinatæ ſunt, in ea, coronant eam & exornant. inordinatæ enim ludibriū ſunt ei. Vnde Salomon. Mulier pulchra & fatua circulus aureus eſt in naribus ſuis. Quatuor ſanè ſunt naturales affectiones, timor, ſpes, gaudium, dolor. Vnde Poeta. *cupiunt, metuunt, gaudentque, dolentque.* Hæc autem ſic ordinari debent, vt caput animæ coronent. Timor eſt in fronte. Initium enim ſapientiæ timor Domini. ſpes eſt in capite, quia de futuris eſt tantum, & de his quæ non videntur. Gaudium eſt à dextris, vt omne gaudium ſit in Domino, qui ponet nos ad dextram. dolor ſit à ſiniſtris: pro exceſſibus enim dolendum eſt,

Iocl. 1. 17. *Phil. 3. 8.* *Gen. 4. 23.* *Gen. 6.* *3. Reg. 10.* *Salomon tria nomina habuit.* *Math. 25. 42.* *Eph. 2.* *Prou. 11. 22.* *Virg. 6. Æneid.* *Eccli. 1.*

IN LITANIA MAIORE.

SERMO XX.

ADHVC *eſcæ eorum erant in ore ipſorum, & ira* DEI *aſcendit ſuper eos.* *Pſal.77.31.*
Ad litteram exprobrat propheta Iudæis,populo duræ ceruicis,ſemini nequam,filiis ſceleratis beneficia à DEO collata,& ipſorum ingratitudinem. In deſerto enim panem de cœlo faſtidientes, carnes Ægypti deſiderauerunt, & dedit eis Dominus carnes ſecundum deſideria eorum: carnes in abundantia tanta,quia dedit, ſicut arenam maris volatilia pennata. *Pſal.77.27.*
Sed dum adhuc eſcæ eorum eſſent in ore ipſorum, ira DEI aſcendit ſuper eos, quia inopinata morte proſtrati ſunt, & putruerunt cadauera eorum in deſerto. Hoc propheticum tamen non tantum exprobratio eſt apud Iudæos, vt dictum eſt, ſed & prophetia eſt, & comminatio. Eſt ergò exprobratio quantum ad eos, qui præceſſerunt: prophetia ad futuros, comminatio ad præſentes. Sed cum eſt exprobratio,hic eſt ſenſus. *Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum*, ſed doleant, quia ira DEI aſcendit ſuper eos. Cum verò eſt prophetia,hic eſt ſenſus. *Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum:* ſed timeant,quia ira DEI aſcendet ſuper eos. Cum autem eſt comminatio,hic eſt ſenſus. *Adhuc eſcæ eorum*, &c. ſed caueant, ne ira DEI aſcendat ſuper eos. Exprobratio itaque tetraſyrtica eſt, id eſt,ad quatuor trahi poteſt, id eſt,ad quatuor præcedentes commodè refertur. prophetia vero tetraſyrtica, comminatio autem annualis. Quatuor enim præceſſerunt prophetiam, quibus non incongrue poteſt hoc exprobrare. Primi parentes,genus humanum temporibus Noë,Sodomitæ, filij Iſraël in deſerto. Acceperant enim primi parentes mandatum, ne guſtarent de ligno ſcientiæ boni & mali. ſed noluerunt intelligere, vt bene agerent,& euanuerunt in cordibus ſuis,putātes fieri ſicut Dij, ſcientes bonum & malum,& tranſgredientes mandatum, comederunt cibum vetitum. *Et adhuc eſcæ erant in ore ipſorum, & ira* DEI *aſcendit ſuper eos.* Pœna inflicta eſt eis pro peccato, quia deiecti ſunt in lacum miſeriæ, & in lutum fecis. Quam miſeriam aperit Iob,dicens. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſeriis, &c. Et Pſalmiſta. Circundederunt me gemitus mortis. Et Apoſtolus. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Tamen ira DEI aſcendit, ſtans quaſi ſuper eos, nec cecidit ſuper eos, vt ſcilicet tota mole eos premens contereret eos penitus, ſine ſpe,ſcilicet, reſurgendi,ſicut contriuit diabolum: Mediocriter enim puniuit eos,quando miſeriæ eorum addidit mortalitatem. Mirum eſt,quod dicere geſtio, ſed planè verum eſt. Mortalitas enim, etſi pœna ſit homini, tamen verius attendenti miſericordia eſt. Si enim cum miſeria illata, fuiſſet ſibi immortalitas conſeruata, ergo miſeria eius fuiſſet immortalis,& ſic æterna,& ita non diſtaret à dæmonum miſeria. Sicut autem per mortalitatem temperata eſt miſeria, & facta eſt tranſitoria,& poſitus eſt ante paradiſum gladius verſatilis,id eſt,aptus ad verſandum, nempe, ad remouendum, ſic homo lapſus à beatitudine, in qua erat cum DEO, non tamen deſcendit in abyſſum miſeriæ interminabilis cum diabolo, ſed medium ſortitus locum, miſer eſt, ſed cum termino. Poteſt etiam adaptari prædicta exprobratio hominibus dierum Noë, quia,vt ait veritas in Euangelio. In diebus Noë edebant & bibebant, & repentinus ſuper eos venit interitus. Itaque dum eſcæ eorum eſſent in ore ipſorum, ira DEI aſcendit ſuper eos. Poteſt etiam non incongrue adaptari Sodomitis. Legitur enim quod pec-

Geneſ.3. *Iob 14.1.* *Pſal.17.5.* *Rom.7.24.* *Mortalitas inflicta homini ſignum eſt miſericordiæ.* *Geneſ.3.24.* *Matt.24.37.*

Ezec.16.49. catum Sodomorum fuit ſuperbia vitæ, & abundantia panis & ſaturitatis. Inter ipſas ergo comeſſationes & ebrietates, dum adhuc eſcæ eſſent in ore ipſorum, ira DEI aſcendit ſuper eos. Poteſt nihilominus adaptari filiis Iſraël in deſerto, ſicut primò ex-
Hieron. in c. 1. Nahum. poſitum. & etiam ſuper hos ira DEI aſcendit; nam contriuit eos: quia, vt ait Hieronymus, non debet reputari DEVS iniquus, quod genus humanũ ſubmerſit diluuio, Sodomitas igne conſumpſit & ſulphure, filios Iſraël proſtrauit in deſerto, quia ſic puniti ſunt, ne in æternum puniret eos. Cæterum prophetia eſt, vt diximus tetraſyrtica. Prophetice enim prædixit Dauid deſtructionem vrbis Hieruſalem factam per
G. Turon. lib. 10. hiſt. Romanos, & pœnam malorum in iudicio, etiam peſtem inguinariam in Romanos; pro cuius remotione inſtituta fuit Romę hodierna Litania. De die enim iudicij dicit
P. Diacon. lib. 3. cap. 11. Veritas. Quia ſicut factum eſt in diebus Noë, cum comederent homines & biberẽt, & dicerent, pax pax, & ſecuritas, ſuperueniet eis hora, quam non ſperabant. Væ ergò
Microl. c. 57. illis prædicitur. *Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum*, &c. De Iudæis etiam legitur,
Matth. 24. quod cum venerant Hieroſolymã ad diem feſtum Paſchæ, in quo ſecundum legem
Ioſep. lib. 5. de bello Iudaico, cap. 14. agnum comedebant Paſchalem, & azimos panes; in ipſis verò diebus azymorum ex improuiſo ſuperuenit Romanus exercitus, & infra mœnia vrbis in anguſtia cibi & potus infinitam multitudinem Iudęorum concluſit. Et ſic verè Dauid pręuidens deſolationem vrbis ſuæ in vltionem Dominici ſanguinis factam prophetauit. *Adhuc*
Romani cur puniti peſte inguinaria. *eſcæ eorum erant in ore*, &c. Romani verò ſimiliter in diebus Paſchalibus non diiudicantes corpus & ſanguinem Domini, quod ſumpſerant, maximè comeſſationibus, ludis, & luxuriæ vacabant, qui tamen in diebus ieiuniorum continenter vixerant, tanquam terminus Reſurrectionis Dominicæ terminum feciſſet eis continentiæ. & qui, dum expectabant Domini ſui ſuſceptionem, tanquam mundum hoſpitium ei parauerant, ſuſcepto eo frena licentiæ ſuæ laxarent. Ergo dum adhuc eſcæ Dominici corporis, & comeſſationes, quibus præmiſſa ieiunia quaſi redimere volebant, dum, inquam, hæ eſcæ adhuc erant in ore ipſorum, ira DEI aſcendit ſuper eos, peſtis ſcilicet inguinaria. Apparebat enim tumor in inguine, & aliquantus rubor in facie, & ferè ſine ſenſu doloris paſſim moriebantur, in menſa, in via, in colloquiis, &
Ioan. diac. in vita B. Greg. lib. 1. c. 37. ludis. Et tantum etiam hæc peſtis extenſa eſt, quod etiam Pelagius illius temporis Papa eadem peſte occubuit. Cui ſubſtitutus eſt B. GREGORIVS adhuc diaconus, qui, ſi forte conuerteretur Dominus, & ignoſceret, inſtituit, vt vniuerſus populus
Gregor. lib. 11. epiſt. cap. 2. Romanus hac die ieiunio ſe affligeret, & cum ſumma humilitate Baſilicam B. Petri adiret, in qua DEI miſericordiam lachrymabilibus Litaniis imploraret. Qui proſtratus cum omni multitudine ad orationem ante gradus Baſilicæ cum ſurrexiſſet
Baron. tom. 8. pag. 6. ab oratione, vidit ſuper caſtrum Creſcentij angelum, qui gladium cruentatum detergens reuocabat eum in vaginam, intelligens, quod ceſſaret graſſatio, tum de ſimul proſtratis ad orationem circiter octoginta mortui ſunt inuenti; & deinceps mutato nomine dictum eſt caſtrum angeli. Comminatio, vt diximus, annualis eſt.
1. Cor. 11. 28. Cum enim ſingulis annis legitur Apoſtolus, dicens. Probet ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini: ideò inter vos multi imbecilles & infirmi, & dormiunt multi. Quid aliud eſt, quàm ſi diceret. cauete, ne eſca ſalutaris ſic ſit in ore veſtro, quod ideò ira DEI aſcendat ſuper vos, ne eſca, quæ datur vobis in reſurrectionem, fiat vobis in ruinam. Sed non arbitror prætereundum, quod pluraliter dicimus. *Eſcæ eorum.* Eſt enim eſca iumentorum, eſt eſca fidelium, eſt etiam eſca grandium. Eſca iumentorum grandis & neceſſa-
Pſal. 146. 9. ria, de qua dicitur; Qui dat iumentis eſcam ipſorum. Hæc ſunt victualia de fru-
ctibus

ctibus terræ, & animantibus nobis conceſſa ad reficiendas ventris ruinas. Eſca verò fidelium ſalutaris eſt & myſtica. Euchariſtiam loquor. Solus enim fidelis dicit Domino. Paraſti in conſpectu meo menſam. Et ad ſolum filium Salomon dirigit verba dicens. Fili ſediſti ad menſam diuitis. Appone cultrum gutturi tuo, & vide, quæ tibi apponuntur. Scito te debere ei ſimilia præparare. CHRISTVS enim paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamur veſtigia eius. De hac eſca dicit propheta. Faciet Dominus in monte hoc conuiuium pinguium medullatorum, conuiuium vindemiæ defæcatæ, quaſi dicat. In valle tophet, id eſt, in ſynagoga factum eſt conuiuium pinguium & mulſi, quia ibi calix in manu Domini plenus mixto. Sed in monte hoc, id eſt, Eccleſia eſt eſca medullata, & potus defæcatus. Quod autem fidelium tantum eſca ſit hic, aperit Eccleſia in ſcrutiniis Catechumenorum, qui vſque ad Secretam officij Miſſæ interſunt, & deinceps eiiciuntur. ac ſi diceret eis. Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & dare canibus. Eſca verò grandium ſpiritualis eſt, & intellectiua. Hæc eſt ſacra Scriptura, quæ quot habet documenta, totidem proponit fercula litterato. Grandes enim in Eccleſia litteratos dicimus. de quibus Apoſtolus. Vos qui maiores eſtis inſtruite huiuſmodi. Ipſi enim dati ſunt ſpeculatores domui Iſrael. Vnde & Prælatos noſtros Epiſcopos vocamus. De his dicit ſapientia. Cibus grandium ego ſum ſpecialis. Sane cibus gratia Domini ibi aſſignatur. Vetuſtiſſima veterum comedetis; ſed ſuperuenientibus nouis proiicietis vetera. Vetuſtiſſima enim ante vetera, moralia ſunt præcepta ſacræ Scripturæ, quæ etiam natura duce digito DEI ſcripta ſunt in cordibus noſtris. Vetera verò, quæ poſt illa ſignificatiua ſunt legis Moſaicæ præcepta, quæ donec res ſignificata veniret, erant obſeruanda. Noua verò ſuperuenientia, euangelica eſt perfectio. Niſi abundet, inquit CHRISTVS, iuſtitia veſtra ſuper iuſtitiam Scribarum & Phariſæorum. ac ſi diceret nobis propheta. Vos futuri grandes in Eccleſia, qui ſuper ſenes intelligitis, qui ſublato velamine litteræ cornutam Moyſi faciem irreuerberatis oculis videbitis, moralia & Euangelica ſeruate, cerimonialia verò abiicite. Itaq; poſt tot exempla pereuntium, cauendum nobis eſt impendio, ne dum eſcę ſpirituales adhuc ſunt in ore noſtro, ira DEI veniat ſuper nos, & pereamus. imò flagitemus ipſum, quem recipimus, vt poſt eſcas huius temporis ſacramentales trahat nos ad menſam Patris IESVS CHRISTVS Dominus noſter, iudex noſter, cum venerit iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem.

Pſal.22.5. *Prou.23.2.* *2.Pet.2.* *Iſa.25.6.* *Pſal.74.9.* *Matth.15.26.* *Gal.6.1.* *Aug.7.confeſ. cap.10.citat hunc locum.* *Leu.26.10.* *Matth.5.20.*

IN ASCENSIONE DOMINI.

SERMO XXI.

VENITE *aſcendamus ad montem Domini.* Ieroboam ſtatuit vitulos aureos in Dan & in Bethel, & aras erexit eis, & impleuit ibi manus ſacerdotum, & obtulit hoſtias, vt ſic reuocaret filios Iſrael, ſcilicet decem tribus, ne aſcenderent in Hieruſalem ad immolandum Domino. Prophetæ tamen, quos comedebat zelus domus Domini, aſſidue reuocabant eos dicentes. *Venite aſcendamus ad montem Domini.* Non enim vox hæc exhortatio tantum erat, ſed etiam dehortatio. ac ſi diceret. nolite aſcendere in Dan, & in Bethel, ſed venite nobiſcum ad montem Domini: præeuntium enim eſt, dicere. *Venite.* Ad ignominiam quoque loci Bethel, vocauerunt Bethauen. Mons

Iſaiæ 2.3. *3.Reg.12.28.*

autem

Mons Moria. autem Domini in Hieruſalem, eſt mons Moria, ſuper quem ædificatum eſt tem-
Geneſ. 22. 4. plum & altare Domino, quem eleuatis oculis procul viderat Abraham, vt ibi filium
2. Reg. 24. immolaret. Ibidem vidit Dauid angelum, in area Ornam Iebuſæi reponentem gladium in vaginam poſt plagam factam in Iſraël. Veruntamen, licet propria illius temporis fuerit exhortatio prædicta, nihilominus quotidiana eſt, & in diebus noſtris magis neceſſaria. Plures enim modo ſequuntur vias Ieroboam, quam in diebus ſuis. Omnes fere relicta vel potius neglecta Hieruſalem in Dan aſcendimus, vel in Bethauen. Nec recens eſt error iſte, quando ſciſſum eſt regnum Iſrael. Inchoatus eſt
Iob 38. 7. in principio naſcentis mundi, ſcilicet, cum creata eſt illa nobilis creatura, cum iubi-
Iſa. 14. 12. larent aſtra matutina; angelorum loquor; Lucifer, qui mane oriebatur, cuius operimentum erat omnis lapis pretioſus, in abundantia virtutis ſuæ intumuit, & prodiit
Ibid. 13. ex adipe iniquitas ipſius. Et ait. aſcendam in cœlum, ponam ſedem meam ad Aquilonem, & ſimilis ero altiſſimo. Iſte aſcendit in Bethauen, quod ſonat, domus idoli, vel domus inutilis, per viam, ſcilicet, ſuperbiæ in montem potentiæ & dominationis. Adam ſimiliter pater noſter, radix apoſtatica aſcendit in Dan, quod ſonat iudi-
Geneſ. 3. cium, id eſt, diſcretionem. Credens enim alij apoſtatæ, qui ait. Eritis ſicut Dij ſcientes bonum & malum: per viam auaritiæ aſcendit in montem ſcientiæ inflantis. Sed
Prou. 16. 18. quia ſcriptum eſt. ante ruinam exaltatur cor, vtriuſque exaltationem grauis ſecuta eſt ruina. Primus enim apoſtata de angelo factus eſt diabolus, de cœlo Empyreo lapſus eſt in hunc aëra caliginoſum, qui tanquam carcer deputatus eſt ei vſq; in finem temporum, quando mittetur in ignem æternum, qui paratus eſt illi, & angelis eius.
Luc. 10. 18. De caſu ipſius legitur. Videbam Satanam ſicut fulgur cadentem de cœlo. Secundus
Pſal. 48. 13. apoſtata, cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. de horto deliciarum eiectus eſt in [illegible] mortalitatis noſtræ, tanquam in lacum tenebroſum ſcopulis plenum. Confractus eſt enim in naturalibus, in gratuitis cæcatus, ſordibus criminum inuolutus. In hunc modum quicunque accenduntur libidine dominandi poſt Satanam aſcendunt in Bethauen. Quicunq; ſcientiam appetunt inflantem, Adam ſequuntur in Dan. Quia ergo multitudo palearum Eccleſiæ tales ſequitur præambulos, gemunt inter eos grana, & clamant. *Venite aſcendamus ad montem Domini.* ac ſi dicerent. Non ſequimur te Satan, aſcendis ad Aquilonem, qui frigidus eſt, & malus, nomine tantum dexter, a quo pan-
Ierem. 1. 14. ditur omne malum. A cuius facie Hieremias vidit ollam ſuccenſam. Nec etiam te ſequimur Adam: nolumus enim ſapere, plus quam oportet: nec ſi te ripetis, illi pareris. Sed aſcendemus ad montem Domini. & vos præuaricatores redite ad cor, & aſcendite nobiſcum. Sed forte dicent paleæ. Quomodo ibimus vobiſcum? nec quo eundum ſit, nec viam ſcitis. quis inde venit? quis annunciauit vobis, quod oculus non vidit, non auris audiuit? vnde & ex deſperatione [illegible]. Quis aſcendet in montem Domini? [illegible] bemus in via CHRISTVM IESVM, qui [illegible] viam, hodie aſcendit in montem Domini, & ſedet [illegible] Dei. Nobis verò reliquit exemplum, vt ſequamur veſtigia eius. Sed [illegible] aſcendit ſaliens in montibus, tranſ[illegible] nos [illegible] colles [illegible] endamus ad montem. Si enim [illegible] diſpoſuerimus, de valle lachrymarum in domum Do-
mini [illegible] ſimus, cuntes de virtute in virtutem, donec videatur DEVS Deorum
Pſal. 24. 4. in Sion. [illegible] quidem [illegible] Domini, ſed tu Domine vias tuas demonſtra no-
A[illegible] C[illegible] bis, & [illegible] tuas doce nos. Primo itaq; videamus aſcenſus IESV CHRISTI, vt per
[illegible] eoſdem [illegible] eum imitari. Ex ſerie Euangelij perpēdamus ſeptem ſaltus Domini
aſcen-

aſcenſus. Et ſatis eſt.quia ſeptenarius eſt numerus vniuerſitatis,& ita per ſeptem vniuerſi eius aſcenſus intelligi poſſunt. Aſcendit enim de aqua in deſertum, aſcendit in montem Thabor & transfiguratus eſt, aſcendit in montem ſolus orare, aſcendit in montem cum elegit Apoſtolos, & tradidit eis legem Euangelij in ſermone. Aſcendit ſuper aſinam, aſcendit in crucem, aſcendit in cœlum. Nec multum attendimus, vtrum hoc ordine aſcenderit, ſed potius noſtrum ordinamus aſcenſum. Primò itaque aſcendit, vt tentaretur, ſecundo vt transfiguraretur, tertio vt clarificaretur. orabat enim clarificari à Patre. Quarto, vt intelligeretur. quinto vt rex manſuetus agnoſceretur. Vnde. Dicite filiæ Sion. ecce rex tuus tibi venit manſuetus, &c. Sexto, vt exaltaretur. Vnde ipſe ait. Cum exaltatus fuero, omnia traham ad meipſum. Septimo, vt eleuaretur. Vnde. Videntibus illis eleuatus eſt. In primo vicit. in ſecundo reſplenduit. in tertio ſupplicauit. in quarto docuit. in quinto diſpoſuit. in ſexto redemit. in ſeptimo intercedit. Hæc autem omnia fecit propter nos. non enim ſua interfuit, ſed noſtra. Primus ergo eius aſcenſus fuit nobis ad exemplum. ſecundus ad ſolatium. tertius ad refugium. quartus ad documentum. quintus ad ſubſidium. ſextus ad pretium. ſeptimus ad præmium. In hunc modum poſt CHRISTVM aſcendere expedit Chriſtianum. Aſcendere, inquam, per colles vſque ad montem Domini. Colles ſiquidem dicuntur, quia coli poſſunt. Tempus enim colendi eſt,id eſt,merendi, dum aſcendimus. tempus verò recipiendi in monte. Supereſt attendere colles,qui ducunt ad montem. Primus collis eſt probationis, ſecundus ſpei, tertius orationis, quartus veritatis, quintus mortificationis, ſextus perfectionis, ſeptimus glorificationis. Hi ſeptem aſcenſus vias habent proprias, & colles diſtinctos, de quibus dicit Hieremias. State in viis veſtris. Et alibi. Viæ Domini, id eſt, ad Dominum, rectæ, lætificantes corda. Per viam patientiæ aſcendimus ad primum collem. per viam timoris ad ſecundum. per viam deuotionis ad tertium. per viam meditationis ad quartum. per viam temperantiæ ad quintum. per viam obedientiæ ad montem ſupremum. Aſcendens autem per aſcenſus oratione Dominica tanquam comite muniatur. Dulce enim vehiculum eſt in via oratio, fidelis præcurſor ad Dominum, primitians ei aduentum aſcendentis. vnicuique enim aſcenſui propriam poterit adaptare petitionem, vt tanquam ſeptem cantica ſeptem gradibus contineantur. Fidelis itaque poſt CHRISTVM aſcendens de aqua baptiſmi præparet ſe ad defendendum contra tentationes, quia ſtatim occurrent Amalechitæ in deſerto, id eſt, dæmones. Statim ſerpentes igniti, id eſt, carnis incentiua; ſtatim Sehon rex Amorrhæorum, & Og rex Baſan,id eſt, occaſiones mundi, vt tyronem CHRISTI deiiciant, vinctum trahant, in carcerem proiiciant. Sed attendat Chriſtianus primum CHRISTI aſcenſum. qui ei præpoſitus in exemplum eſt ingrediens viam patientiæ, ſecundum illud. Fili, cum acceſſeris ad ſeruitutem DEI, ſta in iuſtitia & timore, & præpara te ad tentationes. Vicit CHRISTVS, & per eum vincat Chriſtianus, & ſic ad primum collem euadet, id eſt, ad probationem. Tribulatio enim operatur patientiam, patientia verò probationem. Quod enim fornax auro, quod lima ferro, idem confert tribulatio iuſto: & in hoc aſcenſu dicat. Pater ſanctificetur nomen tuum in me.In baptiſmo nomen ſumptum à tuo nomine ſortitus ſum, à CHRISTO Chriſtianus. Sanctificetur hoc nomen in me, id eſt, immobiliter firmetur, vt ſic ſemper participem re, ſicut ſemper nomine. Sed ne putet luctam interminabilem, vel inutilem, & ſic deficiat; attendat CHRISTI transfigurationem, quæ facta eſt nobis in ſolatium, vt eandem gloriam ſpe certa expectemus. Configurati enim corpori claritatis eius hæredes erimus DEI,

Matth.4.1. Matth.17.1. Matth.14.23. Matth.5.1. Matth.21.7. Luc.24.52. Matth.17.1. Matth.21.5. Ioan.12.32. Actor.1.9. Varro li.4. de ling.lat. Ierem.6.26. Pſal.18.9. Eccli.2.1. Rom.5.4. Ioan.12 26.

Ioan.17.24. cohæredes autem CHRISTI. Ipſe enim ait. Volo pater, vt vbi ego ſum, illic ſit & miniſter meus. Sed quia ſpes iſta parit multitudinem gaudiorum, deambulatoria, ſcilicet, ſacerdotum, quæ in tribulatione dilatatur, ne ſecura ſit & totpenus lætitia, aſcendat per viam timoris: exultandum enim eſt in Domino cum tremore, ſecundum illud.
Prou.28.14. Beatus homo, qui ſemper eſt pauidus. Adiunctæ enim ſunt molæ, ſpes & timor,
Deut.24.6. inter quas ſemper molitur Chriſtianus, quas loco pignoris dari prohibuit Moyſes. Stans autem in colle ſpei, oret ſibi fieri quod ſperat, & dicat. Adueniat regnum tuum, cum tradideris regnum CHRISTI DEO & patri. ſit regnum in regno. de ſeruitute exilij trahe me ad libertatem regni. Sed ne longa feſſus expectatione dor-
Matt. 26. 41. mitet, aut dormiat, fugiat ad orationem. Vnde dormientibus dictum eſt. Vigilate & orate, &c. quia & hic Domini aſcenſus in refugium factus eſt nobis. Et oret ſo-
Pſal.26.4. lus, id eſt, pro vno ſolo, de quo propheta. Vnam petij a Domino, &c. Si enim orauit pro vino, frumento & oleo; quot ſunt, pro quibus orat, tot habet comites in orando; ſed ad hunc collem per viam deuotionis aſcendendum eſt. Indeuotus enim, ſi poſtulat, iudicium ſibi poſtulat. Et oratio eius fit ei in peccatum. Et cum orauerit, dicat. Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo & in terra. Hæc eſt enim ſynaxis omnium orationum noſtrarum. Poſſumus enim pie quandoque velle, quod non vult DEVS, ſed quia voluntas noſtra quaſi regulam habet DEI voluntatem, vt iuxta eam dirigatur, cum orauit Chriſtianus, & coram DEO effudit cor ſuum, ſub-
Matt. 26. 40. dat: vt & CHRISTVS ſubdidit. Veruntamen, non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. Sicut fiet à me voluntas tua in cœlo, ſic ita etiam fiat in terra. Verum, quia orandum eſt in ſpiritu & veritate, aſcendere teſtat ad collem veritatis: quam & CHRISTVS in quarto docuit aſcenſu: vt ſciat Chriſtianus veritatem noui teſtamenti, quæ late-
Pſal.1.2. bat ſub vmbra veteris. Sed aſcendendum eſt per viam meditationis. Vnde. In lege
Pſal.118.2. Domini voluntas eius & in lege eius meditabitur die ac nocte. Et alibi. Beati, qui
Pſal.36.30. ſcrutantur teſtimonia eius, &c. Et idem. Os iuſti meditabitur ſapientiam. Et tunc dicat. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Scriptura enim ſacta panis eſt, quo ſaginatur anima. Cognita enim veritate dandum eſt talentum Domini ad vſuram. deriuandi ſunt fontes noſtri foras, vt abyſſus abyſſum inuocet, & cor-
Bern ſerm. 2. de reſurr. tina cortinam trahat. Sed cuius vita contemnitur, reſtat vt ſermo eius contemnatur. Conſequens eſt ergò, vt carnem ſuam mortificet Chriſtianus. Sic aſcen-
1.Cor.9.29. debat Apoſtolus, qui ait. Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne forte cum aliis prædicauerim, ipſe reprobus efficiat. Aſcendendum eſt autem per
Rom 6. viam temperantiæ, vt ſicut ſeruierunt membra noſtra immundit iæ ad iniquitatem, ita temperentur ad ſeruiendum munditiæ ad iuſtitiam. Quæ temperantia
Pſal.118 37. apertè traditur, cum dicitur Chriſtiano. Auerte oculos tuos, ne videant vanitatem.
Pſal.33.14. Et alibi. Cohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. &c In hunc modum, quæ ad cohibitionem membrorum pertinent, quem orabat propheta di-
Pſal.118.120. cens. Confige timore tuo carnes meas. Et ſic liber ſpiritus premens carnem ſuam, tanquam aſinam ſubiugalem, diſpoſita domo ſua per DEI ſubſidium, vt vir præſit mulieri dicat. Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus no-
Primi motus carnis inuoluntarij. ſtris. Debita ſunt peccata, ſed præcipue illa, quæ ex carne ſunt. Quaſi enim vectigali quodam naturæ tenemur obligati, dum in carne viuimus, ſequi motus carnis. Primos autem motus, qui in poteſtate noſtra non ſunt, penitus carni debemus contra
Rom 7.15. nolentes. Hoc debitum ſoluebat Apoſtolus, non volens, cum ait. Quod nolo, hoc ago. Huic vanitati ſubdita eſt creatura non volens. Præmiſſione talium ſecure orare poteſt, qui in matutino interficit eos tanquam peccatores terræ, qui paruulos ſuos

occi-

occidit ad petram. Sanè ſufficiunt iſti aſcenſus ad deſcendendum in montem Domi-
ni. Sed ſunt quidam nolentes ſupererogare, nec tantum volentes regnare, ſed & cum
Domino iudicare. Hi ſunt, qui omnia relinquentes ſequuntur Dominum, quibus *Matth. 19.*
mundus crucifixus eſt, & ipſi mũdo. Hi ſunt ſenatores terræ, cum quibus veniet Do-
minus ad iudicium, & ſedebunt ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus
Iſraël: & quia audierunt à Domino, Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia, quæ
habes, &c. aſcendunt ad collem perfectionis, ad quam facilior & compendioſior *Sine obedien-*
eſt via obedientiæ, extra quam vix & raró perfecti fiunt. obedientia enim tanquam *tia vix ad*
crucis patibulum omnia membra hominis immobiliter aſtringit. non enim poteſt *perfectionem*
ambulare, cum velit. poſita eſt cuſtodia ori eius. ſic arctata ſunt membra, ne liceat *venitur.*
eis debita explere officia. Victum, habitum, inceſſum, geſtum, ſomnum, orationem,
exhortationem, lectionem, non in ſuo, ſed in alterius arbitrio conſtituit. Tamen in
hoc colle poſitus inceſſanter dicat. Ne nos inducas in tentationem, id eſt, induci ſi-
nas. contra tales enim aduerſarius ſe totum effundit ad tentandum. omnia artis ſuæ
experitur molimina. nihil, quo tentare poſſit, relinquit intactum. Quos enim in *Dæmon plus*
mundo quietè poſſidet, qui tanquam puluis rapiuntur à facie terræ, non multum *religioſos ten-*
impellere laborat ad lapſum. Ipſi enim per ſe in præcipitium currunt, ſed nititur in *tat, quam ſæ-*
vetitum ſemper: optimos quoſque perſequitur, vt comedat bona terræ, ſecundum *culares.*
illud. Cibus eius cibus electus. Et alibi. Fenum ſicut bos comedet, fenum tenuiſſi- *Hab. 1. 16.*
mum. Si aliter nequit, ſaltem ad culmen virtutum ſinit eum ſine impedimento a- *Iob 4. 10.*
ſcendere, extollit in populo gloriam nominis eius, vt bono odore nominis ſui ſal-
tem delectetur. Tranſcenſis his collibus intret viam perſeuerantiæ, & aſcendet in
montem Domini. Hæc eſt via Domini, iuſti incedunt per eam cum exultatione,
tollentes manipulos ſuos. Ibi videtur DEVS Deorum in Sion, non per ſpeculum,
ſed ad oculum, non in ænigmate, ſed in facie. Ad quam viſionem recipiat nos IESVS
CHRISTVS Dominus noſter, iudex noſter, qui venturus eſt iudicare viuos & mor-
tuos, & ſæculum per ignem.

DE S. TRINITATE.

SERMO XXII.

FLVVIVS *egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandam omnem ſuperfi-* *Geneſ. 2. 10.*
ciem terræ, qui inde diuidebatur in quatuor capita. Verbum Domini
eſt, quod audiſtis per os meum. Cibus grandium eſt verbum hoc. cibus
ſolidus, & frangi neceſſe habet, & maſticari, vt transfigatur. Per Moy-
ſen fecit Dominus verbum hoc, verbum abbreuiatum ſuper terram,
id eſt, quantum ad litterę ſuperficiem, ſed graue & fęcundum, quantum ad ſententię
medullam. Agitur enim hic de Trinitate primitiua, de Trinitate generali, de Trini-
tate, quam fecit Dominus ſuper terram. Quæ quanti ponderis ſint, ipſo auditu per-
penditis. Sanè de Trinitate principali eloqui dignè non poſſumus, quia rebus, de
quibus loquimur, cognatos, licet vulgatos, non habemus ſermones. Extremæ et-
iam dementiæ eſt, hominem velle loqui de ineffabili. quia, vt ait Salomon, ſicut *Prou. 25. 27.*
qui nimium mel comedit, euomit illud, ſic qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprime-
tur à gloria. Nec huius ignorantiæ pudeat nos, ſed pigeat. Scio enim, quia ca-
ro & ſanguis non poteſt eam reuelare. filius autem poteſt, quia nemo nouit pa- *Matth. 11. 27.*
trem, niſi filius, & cui voluerit filius reuelare. Quæramus ergo à filio, vt reuelet

Ioan.1.38. nobis patrem & ſeipſum,& Spiritum ſanctum. Vnitatem,ſcilicet,eſſentiæ,& perſonarum Trinitatem, & dicamus. Rabbi,vbi habitas? Veni,inquit,& vide. neſcis quia *Ioan.14.10.* ego in patre,& pater in me eſt? Quod alibi planius dicit. Ego & pater vnum ſumus. *Ioan.10.30.* Conſubſtantialitas enim vtrique eſt, alterum in altero eſſe. De Trinitate verò perſonarum, audi quid dicat inter cæteros magis dilectus. Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, & hi tres vnum ſunt. *1.Ioan.5.7.* In veteri etiam teſtamento eoſdem duos de Trinitate articulos reuelauit filius Patribus noſtris, licet paucis, ſed longè aliter, quam nobis. Illis enim articulum de vnitate eſſentiæ apertè indicauit. Alium verò de Trinitate perſonarum ſub velamento rerum & verborum propoſuit, magis inuoluens, quàm euoluens. Gratias ergò agimus tibi Domine IESV, qui abſcondiſti hæc à prudentibus, & ſapientibus, & reuelaſti ea paruulis. Tamen reuelationis illius cauſa fuit hæc. Iudæi ſoli in cultu vnius DEI in medio nationum habitabant, quæ plurimorum Deorum raptabantur errore. Si ergò audirent, vel legerent tres perſonas in Deitate, inſultarent Iudæis de numero Deorum, imò & plures ex Iudæis craſſæ ceruicis eadem charybdi de facili abſorberentur. Inde fuit, quod Septuaginta interpretes, qui totum canonem veteris teſtamenti Regi gentili tranſtulerunt, vbi de Trinitate occurrit auctoritas, aut eam inextricabiliter obnubilauerunt, aut aliud inſerendo mutauerunt, aut penitus prætermiſerunt, ne Ægyptij plures Deos coli ab Hebræis arbitrarentur. Inde eſt, quod cum Legiſlator aperte de vnitate Deitatis dixerit. Audi Iſrael, DEVS tuus vnus eſt. de Trinitate inuoluit, dicens. *Fluuius egrediebatur de loco voluptatis* ita quod præceptor Academiæ, Platonem loquor, qui totius Philoſophiæ ſuæ ſublimitatem ad inquiſitionem Deitatis inclinauit, cum libros Moyſi attentius relegiſſet, gloriatus ſe maximè ex hoc loco inueniſſe vnum, quod operabatur omnia, & alterum, per quod operabatur illud: tertium autem ſe inuenire non poſſe non diffitetur. Sed eodem ſpiritu, quo ſcriptum, reuelatum eſt nobis myſterium Trinitatis. Fluuius quippe egrediens,filius eſt genitus,de quo propheta,DEVS noſter. Fluuius eſt glorioſus exiliens in terram ſitientem, qui & fons dicitur apud Salomonem, fons ſapientiæ, verbum DEI in excelſis, de quo & Pſalmiſta. Fluminis impetus, id eſt, filij ſpiritus, lætificat ciuitatem DEI. Et idem. Domine, ſcilicet, apud te eſt fons vitæ: nempe apud vitam vita. Sicut alius apud alium. Et hic fluuius egreditur de loco, id eſt, de principio ſuo, id eſt, à patre, qui eſt eius principium. Loca enim principia rerum dicimus, vnde & tranſlatiuè principia argumentorum locos vocamus. Sed idem pater eſt etiam locus, id eſt, principium voluptatis, id eſt, amoris, ſcilicet, Spiritus ſancti. Pater enim, vt ait Auguſtinus, principium eſt totius Trinitatis. & eſt ſenſus. *Fluuius egredietur de loco*, qui locus eſt etiam voluptatis, id eſt, filius eſt à Patre principio ſuo, principio etiam Spiritus ſancti. In hoc itaque modico cancellauit Plato, quod locum voluptatis in vno tantum intellexit, Spiritu ſancto agente, qui prius voluit infundi, quam releuari. Ecce de Trinitate principali agitur his verbis. de alijs verò Trinitatibus, ſequentibus verbis explicatur. *Et hic fluuius irrigat omnem ſuperficiem terræ.* Non dico terræ ſupereminentiam tantum: quod etiam ad litteram de fluuio paradiſi minus plene intelligeretur: ſed eſt ſenſus. Irrigat omnem terram, & quicquid eſt ſuper faciem terræ. Superficiem enim quandoque, quod ſuper aliquid eſt, appellamus, vt in [illegible] diuiſione domus. cum dicimus. alia pars domus eſt ſuperficies, alia fundamentum. Per terram ergò in hoc loco mundum accipe, cum omnibus vtenſilibus ſuis, id eſt, cœlum, terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt. Per ſuperficiem

Cur Iudæis myſteriũ Trinitatis obſcure propoſitum.

Deut.6.4.

Eccli.1.5.

Pſal.45.5.

Pſal.35.10.

Aug.lib.4.de Trin.cap.20.

ciem angelos, qui in cœlo Empyreo ſuper faciem mundi ſenſilis locum ſortiti ſunt habitationis. In his duobus omnis creatura colligitur. *Irrigat ergo fluuius*, id eſt, regit & fœcundat filius orbem vniuerſum, & angelos. Angeli autem ſunt Trinitas primitiua, in orbe verò Trinitas generalis conſideratur. Quod vt facilius eluceſcat, altius ordiendum eſt. In principio creauit DEVS cœlum & terram. Ad hunc modum DEVS voluit duas eſſe Trinitates. Eſt enim trinitas in cœlo, eſt trinitas in terra. Sed quælibet illarum trinitas eſt trina, id eſt, trinitas trinitatum. Sunt enim in cœlo tres trinitates, ſunt tres in terra. In cœlo eſt trinitas principalis, vel operans, DEVS, ſcilicet, Trinitas; quæ dicitur operans, quia creatrix principalis, quia ante omnem creaturam. Eſt & in cœlo alia Trinitas, quæ dicitur operata, id eſt, creata, vel primitiua, quæ cœpit cum tempore, nempe angelica natura. Eſt & tertia ibidem trinitas, quæ dicitur, operum, eorum ſcilicet, quæ operatur DEVS à ſeculo in ſeculum, quæ dicitur generalis, quia omnibus ſeculorum generationibus admiſcetur. Similiter eſt in terra trinitas trina, de qua poſt explicabitur. Cum autem tres, vt dictum eſt, trinitates ſint in cœlo, nihilominus ſingula earum trinitas eſt trina, id eſt, in vnaquaque earum ſunt tres trinitates. Sane in trinitate principali eſt trinitas. in vnitate eſt trinitas vnitatis, eſt trinitas trinitatis. Quæ verba, quia minus vulgata ſunt, ſicut ſanum, ita pium deſiderant auditorem. Trinitas in vnitate, trinitas eſt perſonarum in vnitate eſſentiæ. Trinitas vnitatis, triplex conſideratio, in qua tria ſunt vnum. Trinitas trinitatis triplex conſideratio, in quo vnum eſt tria. Tota enim conſideratio Theologorum de Trinitate in his duobus verſatur aperire, in quibus tria ſint vnum, & in quibus hoc vnum tria. Videntes enim philoſophicam conſiderationem non ſufficere, quæ dicit, quæcunque ſunt idem, eſſe idem numero & ſpecie, aut genere, altius conſiderauerunt, dicentes; vnitatem trium perſonarum in tribus conſiderari, ſcilicet, in identitate eſſentiæ, in coæqualitate, in coæternitate. Vnde illud. Patris & filij, & ſpiritus ſancti vna eſt diuinitas, æqualis gloria, coæterna maieſtas. Cum enim aliqua ſint eiuſdem naturæ, vt pater quilibet, & filius eius, & non tamen ſunt coæui, & coæquales. Item, cum ſint aliqua coæua, vt ignis & ſplendor, non ſunt eiuſdem naturæ, aut coæqualia. Item, ſi in creaturis poſſunt inueniri aliqua eiuſdem naturæ, & coæua, nunquam tamen erunt coæqualia. Ergo ſupra omnem creaturam eſt vnitas illa in tribus, vt dictum eſt, conſiderata: & hæc eſt trinitas vnitatis, id eſt, conſideratio trium, vt ita dicam, naturæ, æqualitatis, æternitatis, in quibus vnum ſunt tres perſonæ. In æqualitate verò intelligimus ſapientiam, potentiam, iuſtitiam, &c. Huic trinitati quaſi è regione reſpondet trinitas trinitatis, triplex ſupple conſideratio, in quo vna eſſentia ſit tria. Quod conſiderauerunt ſimiliter Theologi, poſſe aſſignari in tribus. in alternitate, in proprietate, in aſſignatione. In alternitate enim eſt qui alter. imò alia eſt perſona patris, alia filij, alia ſpiritus ſancti. Item. alia eſt proprietas patris, alia filij, alia ſpiritus ſancti. Item. aliud eſt nomen patris, & ſecundum nomen alia aſſignatio, id eſt, patris prædicatio, alia filij, alia ſpiritus ſancti. Et hęc trinitas eſt trinitas trinitatis, id eſt, conſideratio, quod in tribus poteſt aſſignari illud vnum eſſe tria. Sequitur de trinitate primitiua, id eſt, de angelis. Sed & hæc trinitas ſimiliter eſt trina. Sunt enim ordines angelorum tres, ſuperior, medius, inferior, quorum quilibet iterum tres in ſe habet ordines, quod in hierarchia Dionyſij plenè & planè poteſt inueniri. Sequitur de Trinitate operum DEI. Tria ſunt DEI opera: creatio, reformatio, confirmatio, quæ ſuis temporibus ordinantur. Eſt enim mundus iſte quaſi quidam hortus, cuius ipſe eſt quaſi hortulanus. Sicut ergo tria tempora horto ſunt laudi, tempus, ſcilicet plantationis, tempus rigationis, tempus maturitatis & collectionis.

Trinitas varia.

Trinitas in cœlo.

In Symb. Athan.

Ordines angelorum tres.

Dion. de cœl. hier. c. 6.

Trinitas operum Dei.

Gen. 1. 1. nis: ſic in mundo prius fuit tempus creationis, de quo legitur. In principio creauit *Gal. 4. 4.* DEVS cœlum & terram. Secundum eſt tempus reformationis, de quo legitur. Cum *Iſa. 65. 17.* venerit plenitudo temporis, &c. Sequitur tempus confirmationis, de quo dicitur. Ecce ego creabo cœlum nouum & terram nouam. Sed & hæc trinitas operum trina eſt. Quodlibet enim opus tribus perficitur. In opere quidem creationis creauit, diſpoſuit, ornauit. creauit prima die, diſpoſuit ſecunda, & tertia ornauit. Tribus reliquis diebus, quod quia in Geneſi planum eſt, pertranſimus. Similiter in reformando tria fecit, lauit nos, ſolidauit, illuminauit. per peccatum enim homo corruit in lacum fecis, & quaſi ſuper aceruum lapidum, & ſic ſordidus factus & confractus eſt, & etiã in tenebris vixit. Sed CHRISTVS lauit nos à peccatis ſanguine ſuo. Solidauit in nos potentiã bene agendi & reſiſtendi tyranno carnis noſtræ dedit; ſtatuit enim ſupra petram pedes noſtros, & à tenebris infidelitatis nos eripuit, quia qui ſequitur *Ioan. 8. 12.* eum, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ. In confirmando ſimiliter tria nobis confert. nihil deerit, nihil latebit, nihil deterrebit. Nihil deerit de plenitudine beatitudinis nihil latebit de mutua cõſcientiarũ cognitione. nihil terrebit de beatitudinis fine. Et hæc Trinitas operũ triplicata. Sequitur de Trinitate, quæ eſt in terra, *Trinitas in terra.* quæ nihilominus trina eſt. Eſt enim ibi trinitas, ſcilicet, vnionis, trinitas teſtimonij, trinitas officij. Fecerat ſiquidem DEVS hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam: ſed cum vidiſſet imaginem ſuam in nobis & à nobis deformatam, factus eſt ipſe ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Neque noſtram dignatus eſt aſſumere, qui reueriti non ſumus illius contemnere. Aſſumpſit itaque noſtram, vt imago reparatrix eſſet imaginis, & ſimilitudo ſimilitudinis. *Fluuius itaque egreſſus de loco voluptatis, diuiſus eſt in quatuor capita.* id eſt, viſibilis ex inuiſibili factus, per quatuor mundi partes diffuſus eſt. In omnem terram exiuit ſonus eius, & in fines orbis terræ verba eius, ſed veniens apud nos, quod viderat, quod quaſi in cœlo conſueuerat, operatus eſt: graue eſt enim conſueta repellere. Quia ergo Trinitatem trinitatum *Luc. 11. 5.* ibi nouerat, tres trinitates operatus eſt in terra. Et hi ſunt tres panes, quos com- *Math. 13. 33.* modat nobis amicus. Hæc ſunt tria ſata farinæ, quæ commiſcet mulier, donec totum fermentetur. Trinitatem, ſcilicet, vnionis, primò tanquam ex oppoſito reſpondentem Trinitati principali. Cum enim in illa ſint tres perſonæ & vna eſſentia, in vnione verbi & hominis ſunt tres eſſentiæ, & vna perſona, ſcilicet, DEVS, anima, caro, vnus tamen eſt CHRISTVS, & hæc eſt Trinitas vnionis. Sequitur de tri- *1. Ioan. 5. 7.* nitate teſtimonij, de qua dicit Ioannes. Tres ſunt, qui teſtimonium dant in terra. ſpiritus, aqua & ſanguis, id eſt, caritas, baptiſmus, & martyrium. Omnes enim aſtabi- *Math. 18.* mus ante tribunal iudicis. ibi apparebit omnis homo, & opera eius cum eo. Sed væ ſoli, quia ori vnius non credetur, ſed in ore duorum aut trium teſtium ſtabit omne verbum. Beatus erit ille, qui prædictos teſtes ſecum adduxerit, cui caritas habita atteſtabitur, cui fides ſe nutritam in aquis baptiſmi allegabit, cuius vox ſanguinis ad iu- *Baptiſmus aquæ, & fluminis.* dicem clamabit de terra pro eo. Veruntamen beatus, cui atteſtabuntur duo ex his; ita duntaxat, quod vnus ex duobus ſit ſpiritus: ſufficiet enim ſpiritus & aqua. ſufficiet ſpiritus & ſanguis, ſi aquam non excluſit contemptus religionis, ſed articulus neceſſitatis. ſufficiet ſpiritus ſolus, quia teſtimonium ipſius pondus habet. Reſtat de *Tres ordines ſaluandorum in Eccleſia.* trinitate officij. Sacerdos noſter ſecundum ordinem Melchiſedech in Eccleſia ſua tres ſaluandorum ordines ordinauit, coniugatos, continentes, prælatos: tres, ſcilicet, viros, quos vidit Ezechiel in ſpiritu ſaluandos, Noe, Daniel & Iob, qui nihilominus *Ezech. 14. 14.* etiam præceſſerunt caput, priuſquam prodiret ad ortum. Ex haſtili enim candelabri tres hinc progrediebãtur calami, & tres inde. hi tres ſunt in domo ſũmi patrisfamilias,

lias, miniſtrantes ſecundum ordinem vicis ſuæ. Primus in mola, ſecundus in lecto, tertius in agro. Ecce quomodo DEVS per trinitates omnia diſpẽſat in cœlo & in terra, vt non minus verè, quàm eleganter dictum ſit. *numero* DEVS *impare gaudet*, & ſubaudiẽdum eſt, primo. primus enim numerus impar eſt ternarius propter has ſex trinitates omnia complectentes. Senarius primus perfectus dicitur, vt verè dictũ eſſe ſuper Geneſin appareat, non ideo ſenarium perfectum eſſe, quod in eo DEVS opera ſua perfecerit, ſed potius ideò opera perfecta eſſe, quia DEVS ea in perfecto numero compleuit. Sed quid noſtra intereſt de tot Trinitatibus? Planè omnes neceſſariæ nobis, & ſine omnibus his nemini eſt ſalus. Sumus quidem in inferiori trinitate officij. Nullus enim fidelium eſt, qui ſi velit ſaluus fieri, non ſit in arca cum Noe, vel in continentia cum Daniele, vel in coniugio cum Iob. Et à poſtrema Trinitate tranſeundum eſt ad ſupremam, ad principalem ſcilicet Trinitatem, cuius cognitio eſt vita æterna. Per quatuor vero medias aſcendendum eſt, quaſi quibuſdam gradibus inſignitis, à practica marginali in veſtibus Philoſophiæ vſq; ad theoricã ſupereminentem. Ad modum ſiquidem boni viatoris tranſimus per eremum vitæ præſentis, qui cum de loco tranſeat ad locum, cum aliquo tranſit, cum viatico ſcilicet; aliqua trãſit, ſub aliquo tranſit, id eſt, ſub aeris temperie vel intemperie, nec his retardatur. Etiam iuxta aliqua tranſit. ſic & nos à prima trinitate egredimur, cum ſecunda progredimur. Niſi enim quis aliquos teſtium ſecum attulerit, non perueniet, quo tẽdit. Per tertiam ingredimur. CHRISTVS enim eſt via, & ſine fide incarnati Verbi ambulans in inuio eſt, & non in via. Sub quarta tranſimus. Quicquid enim accidat in operibus DEI, ſiue foueant nos proſpera, ſiue tentent aduerſa humiliato capite ſub potenti manu DEI tranſeundũ eſt, ne lingua blaſphemans tranſeat in terra. Iuxta quintam incedimus. Fac, inquit Dominus Moyſi, omnia iuxta exemplar, quod oſtenſum eſt in monte. Angelicam enim vitam oportet nos ducere in terris, ſi affectamus cum eis regnare in cœlis. Ad ſextam verò & vltimam feſtinamus. Procedimus ergò à prima, cum ſecunda, per tertiam, ſub quarta, iuxta quintam, ad ſextam videlicet, & ab hac cum hac, per hanc ſub hac, iuxta hanc, ad hanc. Et hæ ſunt viæ Domini pulchræ, & ſemitę eius pacificę. Pro quibus oremus ſinguli, oremus vniuerſi, & dicamus. Vias tuas Domine demonſtra mihi, & ſemitas tuas edoce me. Per has vias tranſeundũ eſt nobis, donec tranſeat iniquitas, donec trãſiens miniſtret nobis, IESVS CHRISTVS Dominus noſter, iudex noſter, cum venerit iudicare viuos & mortuos, & ſeculum per ignem.

Virg. in Pharmac. — *Locus videtur corruptus.* — *Exod. 25. 46.* — *Pſal. 24. 4.*

DE S. MARIA MAGDALENA.

In Scholis.

SERMO XXIII.

SVPER *tribus ſceleribus Moab, & ſuper quatuor non conuertam eum, eo quod incendit oſſa regis Idumææ vſq; ad cinerem.* AMOS Thecuites vir propheta fuit, ſed abſconditi ſermonis. Ipſe quidem ſe non eſſe prophetam teſtatur, id eſt, nec de genere, nec de officio & doctrina fuiſſe prophetarum. Sed cum eſſet paſtor vellicans ſicomoros, miſit eum in Iſrahel Dominus tanquam virum elinguem, & incompoſiti ſermonis, vt aduerſum vaccas pingues Samariæ prophetaret. Inde eſt, quod veritatem, quam concepit à ſpiritu, adeò incompoſitis ſermonibus, & quaſi nolentibus intelli gi edidit, ac ſi non edidiſ-

Amos. 1. 6.

edidiſſet. In verbis ſanè, quæ prædiximus, ad litteram irreuocabilem Domini vindi-
ctam aduerſus Moab prophetauit, pro eo, quod regem Idumeæ, quem perſecutus
fuerat viuum non ceſſauit perſequi etiam mortuum. Tumulum enim eius euertit,
oſſa combuſſit, cineres ventilauit. Poteſt tamen hæc prophetica comminatio trahi
ad conſequentiam prohibitionis, quam fecit Dominus Mariæ Magdalenæ. Poteſt
etiam trahi ad conſequentiam exhortationis, quam doctor gentium nobis ſcriptam
Rom. 12. 3. reliquit, ſcilicet, non plus ſapere, quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem.
Cum enim Dominus ſurrexiſſet à mortuis, & apparuiſſet Magdalenæ, illa more ſo-
lito pedes deoſculari voluit, & tangere, ſed prohibita eſt ab eo in hunc modum. No-
Ioan. 20. 17. li me tangere, quia nondum aſcendi ad patrem meum. Sed mouere nos poteſt hæc
prohibitio, quare mulier tàm dilecta, tàm diligens prohibita ſit à contactu diligen-
tis & dilecti? Poſſumus enim cum Domino eam prohibente, cum & ipſe inuitet
Iſa. 1. 18. nos dicens: Venite & diſputemus ſimul, conferre in hunc modum. Memento Do-
mine IESV, quod hæc mulier, quam diligebas, hæc eſt illa, quam cum vidiſſes flen-
Luc. 10. 42. tem, & tu fleuiſti. hæc eſt illa, cui teſtimonium attentionis diſcretæ dederas, dicens.
Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Hæc eſt illa, quæ Petro ne-
Math. 26. 35. gante, qui dixerat, Etiamſi oportuerit me mori tecum, non te negabo, Thoma longè
Ioan. 11. 1. facto, qui dicebat: Eamus commori ei, ipſas minas Iudæorum non muliebriter ti-
mens vſque ad tumulum aperto planctu & gemitu miſerabili tuam proſecuta eſt
Ioan. 20. 12. paſſionē. Hæc eſt illa, quæ non inuento corpore tuo tanto tabeſcebat dolore, quod
inclinans ſe, & reinclinans vberioribus lacrymis rigauit monumentum, quam riga-
uerit pedes tuos. Quid eſt Domine IESV, quod diſcipulos ſtultos & tardos corde ad
credendum, ad contactum manuum & lateris compellis, & hanc tàm affectuosè
Ioan. 20. 15. quærentem à contactu longè facis? Si dicturus eras. Noli me tangere, cur dixiſti.
noli flere? cur inquam prohibita eſt à fletu, ſi prohibenda fuit à contactu? Quid
factum eſt tibi apud inferos, vt rediens ad nos fons pietatis areſceret? vnde hæc tam
repentina mutatio? qui inter alapas & flagella, clauos & lanceam, miſereri hoſtium
Luc. 23. 34. non es oblitus, ſed oraſti. Pater ignoſce illis, quia neſciunt: nunc reſurgens impaſſi-
bilis abiicis quærentes te, & quaſi faſtuoſus factus es de gloria. an de nouo conſilio
iudicas acquieſcendū Phariſæo, & execrari incipis contactum peccatricis? quid eſt,
inquam, Domine IESV, aperi nobis. huic enim indebitæ heſitationi noſtræ Dominus
ſatisfaciens inquit, *Super tribus ſceleribus Moab.* &c. ac ſi diceret, conuertam eam à
tribus & quatuor ſceleribus, ſed ſentētiam veniæ, quam dederā, reuocabo. omnium
miſericordiarum, quas ei feceram, non recordabor, ſi in corde eius non aſcendero
I. filiū. 6. iun- ad patrem, ſi oſſa regis Idumeæ accenderit vſque ad cineres. Moab ſiquidem inter-
cta gloſ. qui pretatur, ex patre, & congruit publicè peccanti, qui non ſolum peccare non erube-
ſunt ſui vel al. ſcit, ſed etiam exultat, cum malè fecerit, & gloriatur in rebus peſſimis. Et dictum eſt
iuris. hoc ad vſum forenſium inſtitutionum, quæ quoſdam filios ſine patre, quoſdam di-
I. Pollux. l. 3. cunt ex patre. Filius ſcorti dicitur ſine patre, quia pater eius incertus eſt, quem etiam,
onomaſt. c. 2. etſi certus ſit, lex tamen ignorat. vnde ad hæreditatem non vocatur. Legitimus au-
tem ex patre eſt, qui certi patris hæreditatem expectat. In hunc modum Magdalena
ex patre erat, patrem ſuum in ore omnium circumferens, cuius opera publicè facie-
bat: patrem, inquam, illum, de quo & Dominus Iudæis dixit. Vos ex patre diabolo
Ioan. 8. 44. eſtis. Hæc eſt mulier illa, quæ erat in ciuitate peccatrix, adeò quod publicè proſtitu-
ta, vili contenta pretio, mollia ſui corporis patiebatur, à qua Dominus ſeptem dæ-
monia eiecit, id eſt, tria & quatuor ſcelera. Sanctuarium enim Domini futurum dæ-
mones obtinebant, & futurum templum filio Virginis, iam factum erat templum
Vene-

Veneris, vt de ea poſſit conqueri propheta. DEVS venerunt *dæmones* in hæredita- *Pſal.78.1.*
tem tuam, polluerunt templum ſanctum tuum, poſueruut Magdalenã in pomorum
cuſtodiam; Nec nos pudeat ignominiã eius dicere: nec vos pigeat audire, quia hæc
ignominia eſt ei ad gloriam, & nobis ad doctrinam. Ipſa nigredinem vitiorum ope-
ruit pulchritudine virtutum, vt angelis reſpondere queat. Nigra ſum, ſed formoſa. *Cant.1.5.*
Ab hac itaq; eiecit DEVS patrem eius, cum oblita eſt filia domus patris ſui, & ſeptem
dæmones, cum oblita eſt populum ſuum, id eſt, ſeptem vitia, quæ in propheta diſtin-
cta ſunt per tria & quatuor: ideò, quia præcedunt tria genera ſcelerum, ſub quibus
omne includunt peccatum. Subſequuntur autem quandoque quatuor quaſi comi-
tantia, & his adiuncta. Sunt autem tria hæc. cogitatio mala, locutio peruerſa, opera- *Peccamus*
tio praua, quorum facilis, & quaſi in vſum redacta eſt enumeratio. Sed plurimũ no- *corde, ore,*
ſtra intereſt, ſi diſtinxerimus, quot modis peccatur corde, & quot modis conuerti- *opere.*
mur a ſcelere cordis. Et ſimiliter de aliis. Duobus itaq; modis peccamus corde. Ab-
iiciendo cogitationes deſcendentes, & recipiendo aſcendentes. Quia ergo non ſuf- *2.Cor.3.5.*
ficimus cogitare aliquid boni ex nobis, quaſi ex nobis, deſcendunt ad nos bonæ co- *Iac.1.17.*
gitationes à DEO, quia omne datũ optimum, & omne donũ perfectũ deſurſum eſt
à patre luminum. Malè autẽ nobis ſurgunt. Vnde Dominus in Emaus euntibus ait. *Luc.24.38.*
Cur aſcendunt cogitationes in cordibus veſtris? Contra, quàm multiplices & im-
probæ aſcendant, [illegible] danti eſt dicere. Nouit enim vnuſquiſq; noſtrum, & in li-
bro experiẽtiæ [illegible], quàm veneniferas potiones ferat in alueolo mẽtis noſtræ ſer-
pens antiquus, [illegible] varias & inutiles rerum imagines in thalamo cordis noſtri de-
pingat, quæ tanquam minutiſſimi bibones in oculos ipſos mentis inuolant, imò &
miniſtros DEI vſque ad altare Domini virtutum proſequuntur, vt breuem ibi me-
moriam CHRISTI in cruce pendentis abiiciant, vel conturbent. Hæ ſunt muſcæ *Eccl.10.1.*
morientes, quæ perdunt ſuauitatem vnguenti. Hæ ſunt volucres, quas abigebat *Gen.15.11.*
Abraham vſque ad occaſum Solis. Elias, qui verbo cœlum clauſerat, his animum *3.Reg.17.*
non clauſit, cum falsò cogitaret, ſe ſolum relictum, & redargutus eſt à Domino, &
facilius inuenit claudere cœlum, quàm animum. Ab hoc ſcelere conuertit nos
DEVS tribus modis. Prima conuerſio eſt redire ad cor; ſecunda aſcendere in cor-
de. tertia excedere, ſcilicet, de corde. In prima eſt cor humile. in ſecunda cor me-
diocre. in tertia cor altum. De prima dicit propheta. præuaricatores redite ad cor.
Nec contemnenda eſt ſententia, quia de cœlo deſcendit. Noſce teipſum homo. *Iſa.46.8.*
Quod eſt, quando cognoſcit homo, quid ſibi debeat, quid creatori, quid proximo,
quid corpori proprio. Secundò aſcendit ſpiritualiter de virtute in virtutem, donec
videatur DEVS Deorum in ſpecula contemplationis. De hac dicit propheta. Aſcen- *Pſal.83.*
ſiones in corde ſuo diſpoſuit. In tertia excedimus quandoque ad videndum DEVM *2.Cor.5.13.*
vtcumque. de quo Apoſtolus. Siue excedimus, DEO. Et pſalmiſta. Accedet homo *Pſal.63.7.*
ad cor altum, & exaltabitur DEVS. Ad primam trahitur ſeruus per ſpiritum timo-
ris. Ad ſecundam vocatur mercenarius per ſpiritum conſilij. ad tertiam leuatur fi-
lius per ſpiritum ſapientiæ, & ſic meretur quandoque aſcendere ſupra cor, id eſt, ad
id, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit. Ore ſimili- *Peccatum*
ter peccamus duobus modis. loquendo mala, & ſilendo à bonis. Loquimur autem *oris.*
mala ſex modis. Eſt enim verbum vnum, de quo dicitur. Perdes omnes, qui lo- *Pſal.5.7.*
quuntur mendacium. Eſt verbum vanum, de quo dictum eſt. Vana locuti ſunt v- *Pſal.11.3.*
nuſquiſque ad proximum ſuum. Eſt verbum impudicum, de quo dictum eſt. Tur- *Eph.4.29.*
pis ſermo de ore veſtro non procedat. Eſt verbum excuſatorium, de quo Pſalmiſta.
Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excuſandas excuſationes in peccatis. *Pſal.140.4*

Pſal 11.4. Eſt verbum doloſum, de quo idem. Diſperdat Dominus vniuerſa labia doloſa. Eſt
Math.12.36. verbum otioſum, de quo ipſe Dominus. De omni verbo otioſo, quod locuti fue-
Luc 3.5. rint homines, reddent rationem in die iudicij. & ſi quæ ſunt alia genera ſceleris hu-
ius. Lingua enim eſt membrum inquietum, mortiferum, ad loquendum facilis, ad
obloquendum procliuis. ab hac conuertimur, ſi poſuerimus ori noſtro cuſtodiam,
ſi à prædictis compeſcimus labellum. Bona autem tribus modis loquimur. Loqui-
mur enim de nobis. loquimur de proximo. loquimur de DEO. Sermo de nobis ſit in
Prou.18.17. accuſatione. de proximo in ædificatione. de DEO in laude. Sapiens enim in principio
Iſa 43.27. ſermonis eſt ſui accuſator. Vnde Dominus per Iſaiam. Dic tu iniquitates tuas, vt iu-
iuxta 70. ſtificeris. Sic loquebatur de ſe Dauid. In iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis
Pſal.50. concepit me mater mea. Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci. Ad proximum ſit
2.Tim.4.2. ſermo ędificans, & indeſinens. Vnde Apoſtolus. Inſta opportunè importune, argue,
increpa. Obſecra de DEO in laude. Ad quod hortatur animam ſuam propheta. Lau-
Pſal.145.1. da anima mea Dominum, &c. Opere ſimiliter peccamus duobus modis, declinando
Peccatum operis. à bono, & faciendo malum. Fit autem malum tribus modis, cõtumelia, blaſphemia,
iniquitate. Et eſt contumelia, quando peccamus in nos ipſos afficientes corpora no-
ſtra per paſſiones ignominiæ. Blaſphemia, cum peccamus in ipſum DEVM, ſcilicet,
Rom.2.24. in religionem fidei. Vnde dicitur. Nomen DEI per vos blaſphematur inter gentes.
Iniquitas eſt & in proximum. æquitas enim debetur proximo. Peccatum ergò in eo
eſt iniquitas, id eſt, non eſt æquitas, id eſt, contra æquitatem. Ab hoc ſcelere conuer-
Luc.10.40. timur, ſi vel cum Martha ſatagimus circa frequens miniſterium, vel cum Maria ſe-
dentes guſtamus & videmus, quoniam ſuauis eſt Dominus. Cum Martha operamur,
agentes opera miſericordiæ, quorum ſex Dominus numerauit in Euangelio. Septi-
Math.25.35. mum legitur in Tobia, quæ ſunt hæc. Eſurientem cibare, ſitientem potare, nudum
operire, hoſpitem colligere, infirmum viſitare, in carcere poſitum conſolari, mor-
Contẽplationis quatuor genera. tuum ſepelire. Cum Maria quieſcimus vacantes operibus contemplationis, quæ
ſunt quatuor. meditatio, lectio, oratio, gratiarum actio, quæ plenius erit in futuro.
Ab his ſceleribus conuerſa eſt Magdalena, quod oſtenſum eſt ſignis, & teſtimonio
Domini confirmatum. Signum conuerſionis à corde peruerſo, fuit vbertas lacry ma-
rum; ab ore, frequens deoſculatio pedum; ab opere, vnctio pedum & capitis. Caritas
Math.9.23. enim diffuſa fuit in corde ipſius per ſpiritum ſanctum, & expulit multitudinem co-
gitationum quaſi turbas eiiciens, vt ſuſcitaret in domo filiã archiſynagogi. ſuper quo
Luc.7.47. perhibuit ei Dominus teſtimonium, dicens. Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam
dilexit multum. Multum, inquam, non tantum ſuauiter, ſed & prudenter, ſed & for-
titer. Quidam enim ſuauiter diligunt DEVM, quibus, ſcilicet, ſuauis eſt recordatio, &
memoria de DEO, ſed nondum diligunt ſapienter, quia non diligunt propter ſe, ſed
propter bona, quæ dat eis. Sunt tamen, qui diligunt ſapienter, ſed nondum fortiter,
id eſt, nondum vſq; ad tollendam crucem, & ſequi IESVM. De cuſtodia oris teſtatus
Luc.10.42. eſt Dominus, dicens. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. De
Math.26.10. correctione operis, ibi. Bonum opus operata eſt in me. Vnctio nimirum pedũ ope-
ra miſericordiæ ſignificauit. Pauperes enim, Domini ſunt pedes, quibus adhuc am-
bulat in terra. Vnctio verò capitis opera contemplationis. Sequitur de quatuor ſce-
leribus, quæ ſequuntur. Primum eſt, extenuatio peccati. Secundum, exultatio poſt
peccatum. Tertium, diffuſio per exemplum. Quartum, continuatio per contẽptum.
Extenuant enim quidam, vel defendunt peccatum ſuũ per fatum, per conſtellatio
nem, per modum complexionis ſuæ, quod quam deteſtabile ſit, aduertamus. Hoc e
nim eſt quaſi cum DEO guerram mouere. Quod enim deteſtatur & odit, hic appro
bat &

bat & diligit, & hoſtem DEI quaſi recipit,& munitionē ei præſtat, imò in ipſum au-
ctorem fati & ſtellarum & complexionis humanæ cum quadam obligatione refun-
dit,nec attendit illud comminatorium Iſaiæ. Vę his,qui dicunt bonum malum,ama- *Iſa.5.20.*
rum dulce,lucem tenebras. Sunt qui exultant cum malè fecerint. vnde dicitur. Nihil
ſic offendit DEVM, quàm poſt peccatum erecta ceruix. Quatuor enim ſunt exulta- *Prou.2.14.*
tiones,quas deteſtatur Scriptura: exultationem, ſcilicet, in mundo,in corpore pro-
prio, in ſpiritu humano, in ſpiritu maligno. In mundo,cum arrident nobis proſpe-
ra; in corpore,cum liberè implentur carnis deſideria: in ſpiritu noſtro,cum nos in-
flat ſine caritate ſcientia; in ſpiritu maligno, cum applaudimus nobis, quod volun-
tatem dæmonis impleuimus. Vel cum de malis proximorum exultamus. Vna verò
laudabilis eſt exultatio in ſpiritu ſancto, de qua dicitur. Exultate iuſti in Domino. *Pſal.32.1.*
Sunt etiam, qui verbo vel exemplo alios in peccatum trahunt. Hæc eſt ſanè ca-
thedra peſtilentiæ, quam non nouit, qui docet hominem ſcientiam. quibus com-
minatur propheta. Væ his, qui trahunt peccata tanquam reſtem longam. Hi ſan- *Iſa.5.18.*
guinem miſcent ſanguini, nec ſufficit eis, vt intereant in ſeculum ſeculi, niſi & alios
ſecum trahant in interitum ſempiternum. Sunt etiam, qui in his omnibus perſeue-
rant. Hic peccator abſorptus eſt, & clauſit ſuper eum puteus os ſuum, non leuat
oculos ad cœlum, nec recordatur iudiciorum DEI, vinctus eſt in ſepulcro. & ab
eo tanquam mortuo periit confeſſio; cum enim venerit in profundum, conte-
mnit. Ab his quatuor ſceleribus conuertimur, ſi ad modum militantium quatuor
vigilias noctis illius opponamus. Vita enim hominis militia debet eſſe ſuper ter- *Iob.7.1.*
ram; & nobis vigilare iniunctum eſt, vt ſimus ſimiles hominibus expectantibus *Luc.12.36.*
Dominum ſuum. Sunt autem vigiliæ noctis, conticinium, intempeſtum noctis,
gallicanum, antelucanum. Ad hunc ergo modum extenuationi peccati opponamus
exaggerationem & dicamus. A planta pedis vſque ad verticem non eſt in nobis ſani- *Iſa.1.6.*
tas. Exultationi opponamus lacrymarum torrentem, non ſileat pupilla oculi noſtri,
& dicamus. Lauabo per ſingulas noctes lectum meū, lacrymis meis ſtratum meum *Pſal.6.7.*
rigabo. Contra diffuſionem, luceant opera noſtra coram hominibus, vt glorifi- *Math.5.16.*
cent patrem noſtrum, qui in cœlis eſt. Continuationi opponatur iugis in lege medi- *Pſal.1.3.*
tatio: & tunc in hac quarta vigilia veniet ad nos laborantes Dominus ambulans ſu- *Math.14.25.*
per mare. Pro his quatuor conuerſionibus, quater dictum eſt, Reuertere, reuer- *Cant.6.12.*
tere Sunamitis, reuertere, reuertere, vt intueamur te. Ab his ſceleribus conuerſa
eſt Magdalena. Sed vbi legitur exaggeraſſe peccatum ſuum? conticuit flens ſecus pe- *Luc.7.38.*
des Domini. Lacrymas eius legi, confeſſionem non legi. tacendo, inquam, exaggera- *Magdalena*
uit. ac ſi diceret. Domine tu omnia noſti. non poſſes etiam pondus audire peccati. *tacendo confi-*
Indecens eſt, vt tàm indecens peccatum ſonet in auribus ſponſi ſpecioſi forma præ *tetur.*
filiis hominum. adeò notorium eſt, quod feci. cur loqueretur lingua, quæ plenius
& planius loquitur fama? Exultationem compreſſerat, qua lachrymas ſicut torren-
tem deducebat. Quod a diffuſione conuerſa fuerit, Dominus teſtatur, dicens. Vbi- *Math.26.13.*
cunque prædicabitur Euangelium hoc, prædicabitur, & quod hoc fecerit. Quod iu- *Luc.10.40.*
gem habuit legis meditationem probatum eſt, cum ſedens ad pedes Domini in ſi-
lentio hauriebat aquas de fontibus Saluatoris. Ecce quomodo conuertat Dominus
Moab à tribus & quatuor ſceleribus. Sed factum eſt, cum vidiſſet Dominum hæc
mulier morientem & mortuum purum hominē reputans, deſiit credere eſſe DEVM:
vel fortè ſic diligebat eum humanitus, quod eius præſentia carere nollet, & mallet
homini miniſtrare in terris, quàm DEVM adorare in cœlis. de quo & Apoſtolis dictū
eſt. Expedit vobis, vt ego vadā. Et ſic iſtum totum affectum ſuū habēs erga hominem *Ioan.16.7.*

CHRISTVM oſſa regis Idumææ reducebat in cinerem. Idumæa enim terrena interpretatur. Ergo CHRISTVS eſt rex Idumææ,qui dominatur omnium finium terræ & in mari longè. Dicitur etiam Idumæa ſanguinea, quod nihilominus CHRISTO con-
Pſal. 63. 2. uenit, quia regnauit à ligno, cum veſtimentum in cruce factum eſt tanquam veſti-
Iſa. 63. 1. mentum calcantium in torculari. Et ſic tanquam rex Idumææ aſcendit de Edom tinctis veſtibus. oſſa eius, eſt diuinitas. ſicut enim oſſa ſunt robur carnis: ſic diuinitas robur humanitatis. Quid ergo eſt aliud,oſſa in cinerem redigere,quàm diuinam naturam in humanam confundere? quàm, qui DEVS eſt, hominem tantum reputare? Niſi ergò deſineret hominem purum credere,niſi CHRISTVS in corde eius ad æqualitatem Patris aſcenderet, conuerſio prædicta ſibi non prodeſſet. Et hoc eſt. *A ſeptem ſceleribus non conuertam eam*,id eſt,conuerſio mea ſibi non proderit, eo quod accendit oſſa regis Idumææ vſque ad cineres,id eſt,dum accenſa amore humanitatis meæ immemor fuerit meæ diuinitatis.Sequitur vt aſſignemus, quomodo congruat & nobis,qui ſacræ ſcripturæ operam damus. Hortatur nos propheta, ne de articulis fidei impudenter & imprudenter diſputemus. Quidam enim in Philoſophicis facultatibus quandam ſubtilitatem inutilem, vel inutilitatem quærentes ſubtilem quibuſdam minutiis verborum in cauillationem reſpondentis vtuntur, quibus in diſcretione fidei vti,oſſa CHRISTI eſt incinerare. Quod ne fiat,Apoſtolus monet,
Rom. 12. 4. non plus ſapere,quàm oportet,ſed ſapere ad ſobrietatem. Etſi enim DEVS conuertit nos à tribus & quatuor artium liberalium phantaſmatibus,ſi in hac Scriptura vo-
Exod. 8. & 9. luerimus ſimiliter ſophiſticè incedere, odibiles DEO erimus, ſtrepitum ranarum Ægypti in terram Geſſen traducere molientes. Rogemus ergo beatam illam pœni-
Sancti inuocandi. tentem,cuius hodie dies ſolemnis eſt,& ſuauis recordatio,quæ dignè in memoriam vertitur hominum, quia ad gaudium tranſit angelorum, vt interpellet pro nobis ad Dominum, vt det nobis in ſpiritu ſancto recta ſapere. Nec parui pendendum eſt patrocinium huius pœnitentis, quia ſicut æquiuocatur Beatæ Virgini in vocabulo,
Maria Magdal. collatio cum MARIA Deipara. ſic etiam confertur ei quodammodo in exemplo, æquatur in auxilio; nec dedignatur ancillæ domina, adoleſcentulæ regina, DEI genitrix ea,quæ fuerat peccatrix,æquiuocari: vtraq; ſiquidem MARIA vocatur, quod ſonat maris ſtella: quod propter earum exemplum eis congruit. In hoc enim magno mari & ſpatioſo vtraque nobis ducatũ luminis nobis præuium præſtat. Illa nobis exemplũ eſt pudicitiæ, iſta pœnitẽtiæ.illa vitæ immaculatæ, iſta poſt maculam vitæ dealbatæ.Et licet illa ſit luminare maius,& hæc minus:tamẽ,ſalua pace Virginis loquor,diffuſius eſt exemplum huius, quàm illius. Plures enim ſunt in Eccleſia, qui errata correxerunt, quam qui errare non nouerunt. plures enim iuſtificati, quàm iuſti. Plures ergò huius proficiunt exemplo. De auxilio verò vtriuſque, loquar an ſileam? Indubitanter verum eſt,quia
B. Virgo plus omnibus ſanctis poteſt. ſingulare eſt B. Virginis auxilium, quia plus omnibus poteſt mater apud filium, ſed quia non nouit peccatum,(nam ſenſit in ſe fomitem extinctum), nec experimento ſciuit, quàm intolerabile certamen eſt, cum accingitur bello contra ſeipſum; quàm difficilis victoria, vbi idem vincit & vincitur, quaſi è quodam ſublimi faſtigio pro nobis intercedit. Hæc verò,quæ nouit figmentum noſtrum, totam ſe effundit
Inuocat M. Magdalenã. in preces, tota prouoluitur ad pedes Domini IESV, nec pudet eam etiam velut improbè petere,donec obtinuerit.Interpellet ergò pro nobis ad Dominum,vt det nobis auxilium de tribulatione, intellectum in lectione,præmium in labore IESVS CHRISTVS, Dominus noſter,iudex noſter, cum venerit iudicare viuos & mortuos, & ſeculum per ignem. AMEN.

IN FESTO S. IACOBI APO-STOLI, S. CHRISTOPHORI MART. & S. GERMANI Confeſſoris.

Ad Regulares.

SERMO XXIV.

IN *ore duorum aut trium ſtabit omne verbum.* Moyſes in Deutero- *Deut.17.6.*
nomio, imò Dominus per Moyſen filiis Iſraël, quibus formam iudi- *Matth.18.16.*
ciorum dederat, ſufficientem etiam numerum teſtium ad deciſiones
cauſarum annotauit. Sed quoniam omnia in figura contingebant il- *1.Cor.10.11.*
lis: poteſt ibi non incongrue pronunciari numerus teſtium, qui ne-
ceſſarij nobis erunt in die extremæ ventilationis, quando omnes aſtabimus ante tri-
bunal iudicis æterni reddituri rationem de his, quæ gerimus ſecundũ corpus. DEVS *Iſa.53.7.*
enim noſter, qui tanquam ouis ad occiſionem ductus eſt, & non aperuit os ſuum,
manifeſtè veniet, & non ſilebit, cum ſederit, ſcilicet, antiquus dierum, cuius capilli *Dan.10.*
candidi velut nix, & pedes eius ſimiles aurichalco, & throni circa eum poſiti, & libri
omnium aperti erunt. & habebit ventilabrum in manu ſua, & ſeparabit grana à pa- *Matth.3.*
leis. paleas autem comburet igne inextinguibili: grana verò recondet in horreum
ſuum. In hac ventilatione ſub præfato numero teſtium, vel abſoluetur quiſque, vel
condemnabitur. Sed quia ſunt & alij teſtes, vt de iſtis planior fiat intelligentia, de
aliis quoque diſſeramus. Sanè tres ſunt ordines teſtium. primus, medius, vltimus. *Tres ordines*
Primus in cœlo, ſecundus in Eccleſia, vltimus in terra. De primo dici poteſt. In ore *teſtium.*
trium teſtium ſtetit omne verbum. De ſecundo. In ore trium teſtium ſtat omne ver- *Deut.17.*
bum. De tertio. In ore trium teſtium ſtabit omne verbum. Primum aperit Ioannes
in epiſtola Catholica dicens. Tres ſunt, qui teſtimonium perhibent in cœlo, Pater, *1.Ioan.5.7.*
& Filius, & Spiritus ſanctus. De vltimo quoque ſubiunxit. Et tres ſunt, qui teſtimo-
nium perhibent in terra, ſpiritus, aqua & ſanguis. Medius ordo ſunt Apoſtoli, mar-
tyres & confeſſores. Quod Apoſtoli teſtes ſint, audi CHRISTVM dicentem. Vos *Actor.1.8.*
eritis mihi teſtes in omni Iudæa, & Samaria, & vſque ad vltimum terræ. De his quo- *Actor.4.33.*
que legitur. Virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimoniũ reſurrectionis CHRI-
STI. Martyres ipſi nomine teſtes indicantur, qui antonomaſticè nomen generale ſi-
bi ſpeciale vendicauerunt, quia non ſolum loquendo, ſed etiam moriendo confeſſi
ſunt. Confeſſores verò teſtes eſſe oſtendit Dominus loquens Ezechieli. Fili homi- *Ezech.3.17.*
nis ſpeculatorem dedi te domui Iſraël, tu audies ex ore meo verbum, & conteſtabe-
ris, vel annunciabis eis ex me. Et alibi. Fili hominis conteſtare, & dic. Venit finis, fi- *Ezech.7.2.*
nis venit. Hi tres in Eccleſia conteſtantur, quid credendum, quid agendum, quid vi-
tandum ſit. Primus itaque teſtium ordo eſt principalis, ſecundus doctrinalis, ter-
tius iudicialis. Primus eſt adorandus, ſecundus imitandus, tertius cum timore expe-
ctandus. Primus enim creat, & incrementum dat. ſecundus plantat & rigat. tertius
abſoluit & condemnat. Primus facit oues cum hœdis; ſecundus facit oues de hœdis:
tertius ſegregat oues ab hœdis. De primo itaque dictum eſt. In ore trium teſtium
ſtetit omne verbum. Nomine verbi opus intelligitur ſecundum illud. Non faciet *Amos 3.7.*
Dominus verbum, quod non reuelauerit ad ſeruos ſuos prophetas. Non eſt autem
opus in corpore vniuerſitatis, quod non exeat ex aula ſummi Imperatoris, vel agen-
do, vel permittendo, vt fiat. Porrò, ſi non eſt malum in ciuitate, quod DEVS non fa- *Amos 3.6.*
ciat, profectò liquet, quia non eſt bonum, quod ab ipſo non fiat. Vel aliter. Omne

opus vniuerſitatis in tribus eſt. Eſt enim opus creationis, opus reconciliationis, opus glorificationis. Mundus enim quaſi hortus eſt, quia ex eo, & in eo oriuntur omnia. Vel potius, quia ex cognitione rerum oritur cognitio creatoris. Sicut ergò in horto tria ſunt tẽpora, plantationis, maturitatis, collectionis: ita & in mundo tria quæ prædiximus. Hęc autem tria diſtinctè tribus attribuuntur perſonis, non quod opera Trinitatis diuiſa dogmatizemus, ſed ad inſinuandam perſonarum diſtinctionem, opera per perſonas diſtinguere Scriptura conſueuit & doctrina. Itaq; Pater creauit, Filius reconciliauit, Spiritus ſanctus glorificauit. Inde eſt, quod Pater dicitur auctor, Filius mediator, Spiritus ſanctus conſolator. Quamobrem Pater eſt laudabilis, Filius amabilis, Spiritus ſanctus deſiderabilis. Audi Scripturã, quæ Patri attribuit creationem. *Geneſ.1.1.* In principio creauit DEVS cœlum & terram, id eſt, Pater in Filio. Audi Apoſtolum *Epheſ.3.14.* de reconciliatione filij. Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit vtraq; vnum. Et alibi. in corpore ſuo ſoluit medium parietem inimicitiarum. Spiritus verò requiem præſtat poſt laborem. Vnde ſcriptum eſt. *Apoc.14.13.* Amodo enim iam dicit ſpiritus, vt requieſcant à laboribus ſuis: opera ſiquidem tunc erunt ſpiritualia: nam corpora etiam noſtra fient ſpiritualia, corpus adhærebit ſpiritui, & ſpiritus DEO, vt fiat vnus ſpiritus cum illo. De creatione Patris dixit Filius. *Ioan.5.17.* Pater meus hucuſque operatus eſt. & de reconciliatione ſua ſubdidit. Ego autem nunc operor. De glorificatione poterit dicere. Spiritus, Pater & Filius hucuſq; operati ſunt. deinceps ego operabor, & faciam cœlum nouum & terram nouam. *De ſecundo ordine teſtiũ.* Sequitur de ſecundo ordine teſtium, in ore quorũ ſtat omne verbum. Horum omnis doctrina in tribus eſt, in ſpirituali generatione, in ſpeciali dilectione verbi incarnati, in forma Chriſtianæ religionis. Cauſas quidem carnalis geneſios & rationes nobiles philoſophi gentium ſatis diligenter & acutè nobis tradiderunt. Etiam Moyſes de generatione cœli & terræ, & omnium quæ in eis ſunt, proſecutus eſt. Carnales etiam generationes Patrum, de quorũ femore CHRISTVS naſciturus erat cõtexuit, ſed ſpirituales generationes ſub ſilentio tranſierunt. Etiam de dilectione DEI vetus teſtamentũ nos inſtruxerat ibi. *Deut.6.5.* *Matt.22.37.* Diliges Dominũ DEVM tuum ex toto corde tuo, &c. ſed de modo diligendi hominẽ DEVM nuſquam expreſſerat. Frequenter quidem dicitur, ſed nõ frequenter explicatur, ꝙ CHRISTVS ſecundum hominẽ minus eſt diligendus Deo, & plus proximo. *Exo.23.26.* Forma verò religionis veterum erat in figuralibus, & in cõiugio, quia maledictus erat, qui nõ faciebat ſemẽ in Iſraël. *Hieron.lib.1. in Iouin.& in c.56.Iſa.* longè alio ſchemate Chriſtiana religio figurata eſt. Proinde neceſſariò teſtes Eccleſię pręfati cõteſtati ſunt de his tribus, ſpirituali ſcilicet generatione DEI, hominis dilectione, forma religionis Chriſtianæ. Porrò quodlibet iſtorũ trium in tribus eſt. Eſt autẽ ſpiritualis generatio innouatio ſpiritus, de qua dictum eſt. *Epheſ.4.22.* Deponẽtes veterem hominem induite nouum, qui ſecundũ DEVM creatus eſt. Et hoc fit in baptiſmo, in pœnitẽtia, in martyrio. Prima quidẽ neceſſaria eſt omni viuenti. ſecunda omni peccanti. tertia congrua eſt prędicanti. Primã ſub pœna præcepit CHRISTVS. *Ioan.3.3.* Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, nõ intrabit in regnum cœlorũ. Tertiã concluſit dicens. *Matth.10.40.* Qui perdiderit animam ſuam propter me, & propter Euangelium in futuro ſeruabit eam. De eiſdem Petrus ait. *Actor.2.38.* Pœnitemini, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum. Et alibi. *2.Pet.2.* CHRISTVS paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. Sunt itaq; in hac vita quatuor generationes. vna carnalis, & tres ſpirituales. Harum quatuor, prima eſt naturalis, ſecunda ſacramentalis, tertia pœnitentialis, quarta triumphalis. Prima fit per traductionem, ſecunda per tinctionem, tertia per contritionem, quarta per conflictationem: quinta erit vnica, quam expectamus, quando ſcilicet mortale hoc induet immortalitatem, & corruptibi-

ptibile hoc incorruptionem. De his quinque generationibus ait propheta. Permanebis cum ſole & ante lunam in generatione generationẽ. Lunam dixit Eccleſiam, quæ eſt generationis conſecutæ generationem. Non enim in his quatuor habet Eccleſia manentem ciuitatem, ſed quintam futuram inquirit. Inde eſt, quod ſacra Scriptura ſæpenumerò per quadragenarium numerum præſentem vitam: per quinquagenarium futuram ſignificat. Quadraginta enim ſonat, quatergeniti, quod congruit viæ, in qua quater generamur. Quinquaginta quinquies geniti, quod cõgruit patriæ, in qua quinto generabimur. Sequitur de dilectione Verbi humanati, quæ nihilominus triplex eſt. Eſt enim diligendus CHRISTVS dulciter, ſapienter, fortiter. Dulcis eſt recordatio eorum, quæ pro nobis geſſit in carne. Conſideremus regem gloriæ moleſtias paruuli vagientis ſuſtinuiſſe, vilibus pannis inuolutum fuiſſe, fatigatum ex itinere reſediſſe, Doctorem veritatis in dictis habuiſſe cõtradictores, in factis obſeruatores, in tormentis irriſores. Attẽdamus filium Virginis illitum ſputis, palmatum colaphis, liuidum plagis, confixum clauis. creatorem cœli & terræ pendentẽ in cruce, pallidũ in morte, deformem in corpore. Horum adeò dulcis eſt memoria, quod lachrymas elicit, oculos ſuffundit, vultus humectat. Hæc dulcis CHRISTI dilectio maximè nobis neceſſaria eſt in orando, vt cum ante ipſum proſtrati iacemus. quaſi pedes crucifixi viciſſim deoſculando amplectamur eos manibus, rigemus fletibus, cruorem tergamus crinibus. Hoc modo tantum diligebat eum Petrus, cum audiuit. Vade retro me Satana, non enim ſapis, quæ DEI ſunt, qui ſapientem DEI diſpoſitionem vis impedire. Non enim ſufficit, quod tenerè diligis, quia nõdum diligere ſapis. Diligendus ergò eſt CHRISTVS ſapienter, vt hominem illum intelligamus eſſe etiam DEI virtutem & ſapientiam: teneamus hominem illum, cum Patre omnia fabricantem, angelos creantem, elementa ſociantem, terminos orbis ſeparantem, omnia cum Patre gubernantem, in nullo Patri diſſimilem. Tenere hoc, ſenſus conſummatus. Hæc eſt ſapientia, pro qua perdita eſt ſapientia ſapientum, & prudentia prudentum reprobata. Hæc eſt virga Moyſis, quæ virgas magorum deuorauit, de qua dictũ eſt. Abſorpti ſunt iuncti petræ iudices eorum. Hæc ſapientia maximè neceſſaria eſt nobis in preſſuris aduerſitatum. Sic enim conſiderabimus omnia iuſto DEI iudicio fieri, licet occulto. non murmurabimus in aduerſis, imò cum B. Iob clamabimus. Benedictus DEVS. Quia enim ſapienter ſapientẽ diligemus, de ſapiẽti eius diſpoſitione gratulabimur. Hoc modo diligebat Petrus, cum ait. Tu es CHRISTVS filius DEI. Dulciter diligebat Paulus, cum diceret. Abſit mihi gloriari, niſi in cruce Dñi noſtri IESV CHRISTI. Sapienter, cum aiebat. Etſi nouerimus CHRISTVM ſecundũ carnem, ſed iam nõ nouimus. Cęterũ, quia paſſus eſt ꝓ nobis CHRISTVS, diligẽdus eſt fortiter à nobis, vt potius animam ꝓ eo ponamus, quàm confeſſionẽ eius nominis deponamus. Quem modũ diligendi, quia Petrus nõ habuit, cum ad vocem ancillæ negauit, vtrumq; quẽ habuerat amiſit. Simulauerat quidẽ ſe fortiter diligentẽ, cum dixit. Animam meam ꝓ te pono: ſed fortis dilectio eclypſin nõ patitur, flecti neſcit, timorem non admittit, ſed tandẽ fortiter diligẽs perdita reſtaurat. Hęc dilectio maximè in extremis valet. vt ſic diligamus ſoluentẽ nexus ꝓportionales animę & corporis, ꝙ placeat nobis, qa ſoluit, & dicamus. Dirupiſti Dñe vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis, & nomen Dñi inuocabo. Sequitur de forma religionis Chriſtianę, q̃ nimirum triformis eſt, quam breuiter Apoſtolus terminat dicens. Sobriè, & piè, & iuſtè viuamus in hoc ſæculo. Sobriè in nobis, iuſtè ad proximum, piè ad DEVM. His gradibus itur de virtute in virtutẽ, donec videatur DEVS Deorum in Sion. Hæc eſt ſcala, per quá Iacob vidit angelos aſcendentes & deſcendẽtes. Sic itur ad aſtra. breuis eſt ſcala,

Pſal. 71. 5. *Tripliciter Chriſtus diligendus.* *Matth. 16. 23.* *1. Cor. 1.* *Exo. 7. 12.* *Pſal. 140. 6.* *Iob 1. 21.* *Matth. 16. 16.* *Gal. 6. 14.* *2. Cor. 5. 16.* *Ioan. 13. 37.* *Pſal. 115. 16.* *Chriſtianæ vitæ forma.* *Tit. 2. 12.* *Pſal 83. 8.* *Geneſ. 28. 12.*

non

non laborioſa, tribus tantum diſtincta aſcenſoriis. Etiam quodlibet aſcenſorium trium eſt palmarum. Eſt enim ſobrietas, in ſumendis, in apponendis, in adiiciendis. Sumenda dicamus cibum & potum, quibus ſumptis ruinas ventris naturaliter ſupplemus. Apponenda, veſtes, quæ nobis ſuperponimus, vt intemperiem aëris non ſentiamus. Adiicienda, domos, & vtenſilia earum cum omni ſupellectili neceſſaria, quæ vſibus humanis circa nos adiiciuntur. Iuſtitia ad proximum nihilominus in tribus eſt, quæ Dominus tradidit dicens. Diligite inimicos veſtros. benefacite his, qui oderunt vos. orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos. Ius itaq; ſuum proximo tribuimus, diligendo, benefaciendo, orando. Pietas ad DEVM ſimiliter in tribus eſt. in credendo, timendo, diligendo. Cum enim DEVS ſit, etiam Dominus eſt & pater. Dicat ergo Chriſtianus. credo in DEVM, timeo Dominum, diligo patrem. ſic enim diſtinctum eſt in propheta. Si Dominus ſum, vbi eſt timor meus? ſi pater, vbi eſt amor meus? Reſtat de tertio ordine teſtium. In his dicitur, *duorum aut trium*, quod in prædictis tacitum eſt. Hi ſunt, vt dictum eſt, ſpiritus, aqua & ſanguis. Sufficiet quidem, ſi cui teſtimonium fidei dabit, Spiritus ſanctus inhabitãs, & baptiſmus, vel ſpiritus & martyrium, vel etiam ſolus ſpiritus, vbi articulus neceſſitatis aquam excluſit, non contemptus religionis. Vbi autem tres conuenerint, conſummatum erit teſtimonium. Sanè de ſecundo ordine teſtium in honorem trium teſtium agitur hodie feſtum, Iacobi Apoſtoli, Chriſtophori martyris, Germani confeſſoris. Satagamus ergò ſic ſollemnizare, vt principi teſtium cedat ad gloriam, glorificatis teſtibus ad venerationem, nobis venerantibus ad ſalutem. Timendi ſunt teſtes iſti, ſed præcipuè vobis, quibus loquimur, qui ad pedes S. Germani iugiter excubatis. Timendus eſt teſtis tantus. Ipſe quidem datus eſt ſpeculator huic domui & habitantibus in ea. Cuſtos veſter eſt. non dormitat, nec dormit. omnia conſeruat in corde ſuo conferens quæ agitis. Putáſne, qui in hora ſilentij confabularis alicui, poſſis dicere. Nemo me audit? Vnicus eſt, & amicus cui loquor. parietes aures non habent, & non audiunt. Noli errare. S. Germanus non irridetur. Cuſtos tuus audit quæ dicas, & cui dicas, & quo loco, & tempore dicas, & ſæpe quo animo dicas. Si forte cibos communes & regulares faſtidieris, & præter corporis neceſſitatem, & loci ac temporis opportunitatem, ſeratis ianuis, feneſtris clauſis mollius debito curabis te dicens: nemo me videt, procul eſt omnis arbiter, noli errare. Germanus te videt, Putas, quod non aduertat manus, manus inunctas tactu carnium, ructationes ſalſamentorum, inter calices ſcintillationes oculorum? aduertit planè, & animaduertit, donec, qui rigorem Ordinis ſui peruertit, à peruertente ſe auertit. Sed dices, fugiam à facie Germani. cellas habemus remotiores & priuatas, ibi viuere licebit, vt libuerit. Ibi quoque ſequetur te oculus Germani. imò honeſtius ibi viuere te oportet. ſit ſermo tuus circumſpectus. prius veniat ad limam, quàm ſemel ad linguam, inceſſus modeſtus, tenuis victus, mediocris habitus, vt videant homines opera tua bona, & glorificent patrem tuum, qui eſt in cœlis, & Germanum tuum, patronum tuum, qui eſt in terris. Cæterum teſtes hi ſecundi ordinis plurimum nobis timendi ſunt, quanto deteſtabiliora publicè, quod grauius eſt, perpetramus. Timendi ſunt, ne agatur contra nos: implorandi, vt propter nos. Magis autem timendus eſt iudex, ne puniat: implorandus vt parcat. Imploremus itaque eum ſinguli, imploremus vniuerſi, vt liberet nos ab auditione mala, & à verbo aſpero, IESVS CHRISTVS Dominus noſter, iudex noſter, in die illa tremenda, cum venerit iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem.

Matth. 5. 44.
Pietas in Deũ triplex.
Mala. 6.
De tertio ordine teſtium.
1. Ioan. 5.
In neceſſitate ſufficit baptiſmus flaminis vel ſanguinis.
S. Germanus cuſtos monaſterij, omnia nouit quæ in eo fiunt.

IN FESTO S. IACOBI APOSTOLI, S. CHRISTOPHORI MART. & S. GERMANI Confeſſoris.

AD CLAVSTRALES.

SERMO XXV.

VITVLVS, *leo, agnus morabuntur ſimul, & puer paruulus minabit eos.* Sic- *Iſa.11.6.*
ut audiuimus, ſic videmus in ciuitate DEI noſtri, in ciuitate Domini *Pſal.47.9.*
virtutum: ipſe fundauit, & populauit eam altiſſimus. Noë munda & *Geneſ.7.2.*
immunda, mitia & immitia animantia collegit in arca, vt ſeruaret ea in
cataclyſmo. Iſaias prophetauit vitulum, leonem, & agnum ſub ducatu
pueri ſimul moraturos. Petrus etiam in diſco vidit reptilia, & non eſibilia homini, & *Actor.10.11.*
audiuit. Surge, Petre, macta & manduca. Quod ergo Noë ſignauit in opere, quod Iſaias
prophetauit in ſermone, quod Petrus concepit in viſione, impletū videmus in tem-
poris plenitudine. Collecta eſt ergò Eccleſia DEI à finibus terrę ex omni tribu & lin-
gua, & natione, quæ ſub cœlo eſt. *Vitulus, leo & agnus morantur ſimul, & puer paruu-
lus minat eos.* Veruntamē poteſt prophetia hæc triſyrtica eſſe. Poteſt enim exponi de
generali conuerſatione fidelium in Eccleſia, de perſonali trium Sanctorum in vnam
ſollemnitatem, de ſpeciali virorum clauſtralium in vnam cohabitationem. Itaque vt
plenius loquamur, vnicuiq; propriū verbum aſſignetur. Primo, *morabuntur*, ſecun-
do, *requieſcent*. tertio, *habitabunt*. De generali ſic. *Vitulus, leo & agnus*, id eſt, Iudæus,
gentilis, & amborum mediator, ſcilicet, CHRISTVS IESVS. *Morabuntur ſimul*, ſci- *Epheſ.4.14.*
licet, paries veniens ex circumciſione, & alter veniens ex pręputio, in lapide angulari
vniuntur, qui fecit vtraq; vnum. Sanè Iudæus ſimilatur vitulo hac ratione ſimilitudi-
nis, tum propter exercitium operis, tum propter laſciuiam ętatis. Vitulus enim ruti-
cola animal eſt iugo aſſuetū. Et de Iudæo dictum eſt. Ephraim vitula docta trituram *Oſe.10.11.*
diligere tranſiui ſuper pulchritudinem colli eius. orabit Iudas, & confringet ſibi ſul-
cos Iacob. ipſe enim ab adoleſcentia ſua, id eſt, ab exitu Iſraël de Ægypto iugum legis
portauit. Sed & ipſe quandoque laſciuiens tanquam vitulus nouellus cornua produ-
cens & vngulas iuit poſt Deos alienos, ſicut ſcriptum eſt. reuerſi ſunt, vt eſſent abſq; *Oſ.7.16.*
iugo, facti ſunt, vt arcus doloſus. Et alibi. Incraſſatus eſt dilectus, impinguatus, dila- *Deut.32.15.*
tatus, & recalcitrauit. Leoni ſimilatur gentilis. Leo enim græcè regem ſonat. Apud *Iſid. lib. etym.*
enim gentiles, non apud Iudæos ſemper monarchia fuit. Fuerunt etiam ſanguinarij *12. cap.2.*
ſanguinem humanum ſitientes. Vnde. nunquid leo in ſaltu rugiet, ſi non inuenit *Amos 3.4.*
prædam? Et de rege Babylonis ſcriptum eſt. Leo cœpit ſufficienter catulis ſuis, & *Nah.2.12.*
necauit leænis ſuis, impleuit præda ſpeluncas ſuas, & cubile ſuum rapina. Tamen,
quantum ad hunc locum ſpectat, expreſſa ſimilitudo leonis ad gentilem exprimi po-
teſt. Leo potentiſſimus animalium eſt, vt ad nullius paueat occurſum. tamen ignem *Prou.30.30.*
timet, & gallum, maximè ſi albus fuerit. Neſciebat gentilis peccata punienda eſſe *Plin.li.8. c.16.*
æternaliter, nec DEVM futurum iudicem & vltorem iniquitatum. Audiuit gallum, *Alb.M. li.23.*
id eſt, Euangeliſtam, qui iacentes excitat, increpat ſomnolentos, dicentem. Omnis ar- *de anim.*
bor, quæ non facit fructum, excidetur, & in ignem mittetur. Et expauit. Vnde com- *Matth.3.10.*
moti ſunt mōtes ab eo. Contremuit à facie eius terra, & orbis. Et alibi. Turbata ſunt *Ioel.2.3.*
& commota ſunt omnia fundamenta terræ. Et. terribili, & ei qui aufert ſpiritū prin- *Pſal.81.5.*
cipum, terribili apud reges terræ. Gallus verò, quē timuit, albus fuit, id eſt, bona nun- *Pſal.75.13.*
cians. Vnde & antiqui numerabāt dies ſuos ex lapillis, in proſperitate candidis, in ad- *Plin.l.7.c.40.*

3.Reg.13.24. nerſitate magis,& ad eius admonitionem leo quaſi bos paleam comedit. Hic eſt leo,
Iud.14.6. qui occidit prophetam miſſum à Hieroboam in Bethel, prius occiſus à Samſone. A-
Apoc.5.12. gno aſſimilatur CHRISTVS,ſed per paſſioné tantū. Vnde. Agnus qui occiſus eſt ab
Iſa.53.7. origine mundi. Et alibi. Sicut agnus corā tondente ſe nō aperuit os ſuum. Et cum Io-
Ioan.1.29. annes dixiſſet. Ecce agnus DEI. addidit, qui tollit peccata mundi. Propter paſſionem
Iſid. libro 12. enim ea tulit à nobis & deleuit. Ipſe ergò in paſſione fuit agnus, præcipue ſecundum
etym.c.1. latinam interpretationē. Dicitur enim ab agnoſcendo. Tradunt enim, qui de naturis
rerū agunt, quantacunq; pecorū multitudo fuerit, agnū matrē ſuam longè poſitam
ſolo balatu agnoſcere. Attende hęc in CHRISTO. Innumera multitudo circūſtabat
Matt.27.40. crucifixū. alij irridebant mouētes capita ſua, & dicebant. Vah, qui deſtruis templum
DEI. Alij flebant ſuper innocentem condemnatū; alij percutiebant pectora ſua, mi-
Ioan.19.26. rantes ſuper his, q̃ videbant. In tanta tamē multitudine matrē agnouit, quā virginem
virgini commēdauit. Hi enim, inquā, morantur ſimul. nō enim habemus hic manen-
tem ciuitatē, ſed futurā inquirimus: & peregrini, ſicut omnes patres noſtri. Omnis e-
nim velocitas feſtināti animo mora videtur. Moramur ergò in via, qui ad patriā feſti-
namus. Morā enim facere, eſt alicubi manere præter debitū. Vnde mora ſecū trahit
Pſal.69.6. periculū, permanere, ſcilicet, citra voluntatē expectantis. Vnde. Dn̄e ne moreris. Et
Hab.2.3. alibi. Si morā fecerit, expecta eum. Et moram faciēte ſponſo. Morari ſibi videbatur,
Matth.25.5. qui aiebat. Cupio diſſolui, & eſſe cum CHRISTO. Quis me liberabit de corpore mor-
Phil.1.23. tis huius? SEQVITVR de perſonali collectione Sanctorū in vnam ſollemnitatē. Sanè
Rom.7.24. die hodierna triū Sanctorū ſollemnitas obſeruatur, Apoſtoli Iacobi, Martyris Chri-
S. IACOBVS. ſtophori, Confeſſoris Germani ſenis. Etſi ſpecialiter in honorē B. GERMANI conue-
S. CHRISTOP. nimus; arbitror tamē eum nolle ſui memoriā fieri, & alios ſub ſilentio pręterire. Ho-
S. GERMAN. die itaq; *Leo, agnus, vitulus requieſcunt ſimul*: id eſt, apoſtolus, martyr, confeſſor. Per
Leo ſignificat leonē apoſtolum intelligimus. Sicut enim apoſtoli à CHRISTO monte montes, à
Apoſtolos. fundamento fundamēta, ita a leone de tribu Iuda, leones. ſecundū illud. Erunt reli-
Mich.5.8. quię Iacob in medio populorū quaſi leo in iumētis ſyluarū, & quaſi catulus leonis in
Prou.30.30. gregibus pecorū. Et illud. Leo potētiſſimus animaliū ad nullius pauebit occurſum.
Et ipſi primos impetus mūdi ſuſtinuerūt. Iſti ſunt ſex leunculi in throno Salomonis.
3.Reg.10.20. Fecit enim ſibi Salomon thronum de ebore grandem. nō fuit opus tale in vniuerſis
regnis, in quo ſex gradibus aſcēdebatur. In quorū ſummitatibus altrinſecus ſex leun-
culi excubabant, fabrefacti tanquā graduū cuſtodes. Ad hunc modū inter medium
Apoſtolorū tranſeundū eſt, ſi volumus aſcendere de virtute in virtutē. ad videndum
DEVM Deorū in Sion, id eſt, per doctrinā eorum, & imitationē, & interuentu. Vnde
Pſal.103.10. ſcriptū eſt. Inter medium montium pertranſibunt aquę. Veruntamē quadā ratione
ſimilitudinis Apoſtoli ſimilantur leonibus. Leo cum infirmatur ſimiam deuorat, &
Ælian. in conualeſcit. Grandis Apoſtolorū fuit infirmitas cum tranſirent ad [illegible] quia omni-
var. hiſtor. genum monſtra Deorū coli inuenerūt ab eis: peccata [illegible]
Philoſtr. lib.3. iuſtorū. Vnde. Quis infirmatur, & [illegible] veri ſi idolo-
vita Apoll. latrę ſimiis cōparantur. Sunt [illegible] enim homo [illegible] hominis plurimū
2.Cor.11.29. alludit. ſic & idola animantium [illegible] bent, & nō ſenſum. Vnde. Os ha-
Pſal.134.16. bent, & nō loq [illegible] t, & non videbunt: ſimiles illis fiant, qui colunt
ea. Mutum [illegible] es DEI nō ſonat. Sunt ergò quaſi ſimiæ animātium
idola, & id [illegible] idolorum. Huiuſmodi ſimias incorporauerunt Apo-
Vitulus deſi- ſtoli, & con [illegible]. Per vitulū martyr exprimitur. Vitulus enim, principalis hoſtia
gnat martyres. fuit [illegible] ſcilicet, ſacerdos & princeps ſynagogæ pro declinatione peccati ſui
offerebat [illegible] fidelis offert ſe hoſtiā viuam, ſanctam, DEO placētem. Glorio-
ſio-

ſior verò eſt hoſtia, q̃ per calicē paſſionis conſummatur. de quibus ſcriptū eſt. Et imponēt ſuper altare tuum vitulos. Eſt & alia ratio ſimilitudinis vituli ad martyrem. Vitulus enim tātum vtilis eſt in rura colendo dū viuit, ſed mortuus valet, quia caro eius eſibilis eſt. Corium verò cum ad multa ſit vtile, tria hęc ſufficere poſſunt. ex eo fiunt calceamenta, & vtres, quibus feruntur liquores p arida & inaquoſa ad refocillandas animas ſitientes. Fiunt & hydraulia quædam, vaſa aquaria apud Æthiopes, q̃ cum impleuerint aqua deſcēdunt in cauernas draconum in ipſis viſceribus terræ latentium, & percutientes hydraulia cum virgis corallinis terribilē ſonum faciunt, quo excitati dracones aſcēdunt, & p aëra volantes ducunt in Æthiopiam, vt eorum carnes edant. Turpe.n.eſt regum nuptias celebrari ſine carnibus draconis. Sane de vtilitate martyrum, dum viuerēt, in Legendis eorū ſatis exaratū eſt. Cum verò paterētur, carnes ſuas quaſi ad edendū tradiderunt præſentibus, cum exemplū patiendi ꝓ CHRISTO eis pſtabant. Poſteris aūt quaſi corium vtile reliquerunt, memoriā, ſcilicet, ſui, & reliqas patrocinātes. Exemplis quidē eorum calceati ſuper ſerpētes & ſcorpiones illęſi calcamus meritis & precibus eorū dæmones ab obſeſſis corporibus, & dracones ex abditis, euocamus. Per agnū confeſſorē intelligimus, pręcipuè ſecundū græcam interpretationem. ἁγνὸς enim gręcè ſonat piū. Confeſſores verò ſunt filij olei, q aſſiſtunt dominatori vniuerſæ terrę. Qui primò miſerentes ſui, etiā nobiſcum fecerunt miſericordiā verbo & exemplo; qui placentes DEO, in tēpore iracundiæ facti ſunt recōciliatio. Eſt & aliud, cur agno ſimilātur Cōfeſſores. In lege iuge fiebat ſacrificium de agno. de alio animali nō poterat fieri; nā alię oblationes poterāt immutari, ſecundum ꝙ manus offerentis poterat inuenire. Illud aūt ſacrificium cōfeſſionē Eccleſię figurauit. Sed eſt cōfeſſio peccati, ſecundum q̃ dicitur, cōfitens. Eſt & laudis, ſecundum q̃ dicitur, cōfeſſor. Hāc verò iugiter obtulerūt cōfeſſores, in via & in patria, tanquā mane & veſpere DEO cōfitentes. Hi tres hodie ſimul requieſcunt, id eſt, requiei ſuę memoriā nobis reliquerūt. Cum.n.ab opere ſeruili hodie ſabbathizamus, requiē illorū repręſentamus interminabilē. Pulchrè verò dictū eſt. *Requieſcūt*. ſancti.n.quieſcunt, requieſcunt, cōquieſcunt. Primò quieſcunt in ſexta ętate, q̃ eſt in carne viuētium. ſecundò requieſcunt, quaſi iterum quieſcerēt in ſeptima dormientium. tertiò cōquieſcunt in octaua reſurgētium. Sancti.n.in tribulationibus ſpe gaudētes inter preſſuras Sabbathū pectoris habent, & in ipſis quieſcunt operibus, gaudentes, ꝙ digni habiti ſint ꝓ nomine IESV cōtumeliā pati; ſed cū de carceribus corporū euolāt, ab operibus requieſcūt, iuxta illud. Amodò iā dicit ſpiritus, vt requieſcāt à laboribus ſuis. Cū verò mortale hoc induerit immortalitatem, in vtroq; ſabbathiſmo cōquieſcēt induti diploide geminę glorificationis. SEQVITVR de tertia ſpirituali collectione clauſtraliū in vnā cohabitationē. In cœnobiis, *leo, vitulus & ouis habitant ſimul*. Vnde. Ecce quàm bonum, & quàm iucundū eſt habitare fratres in vnum. videlicet paſtor, qui Hebraicè Abbas, latinè pater dicitur; diſpenſator qui apothecarius dici poteſt, qui temporalia bona fratrū colligit & reponit, vt diuidat eis neceſſaria in tempore opportuno conuentui, qui in his, quæ ad DEVM ſunt inuigilans meditationi, lectioni & orationi vacat. Per leonē Paſtor intelligitur, ſecundum illud. *Eſt nobilis ira Leonis*. Abbatis enim quaſi proprium eſt, *parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos*. Per vitulū diſpenſator, cuius labore cibaria conuentui cōparantur. Eſt & aliud, ſi diſſimulare nolumus, cur vitulo diſpēſator ſimiletur. Cum.n.vitulus granū & paleā labore ſuo cōferat, ſola cōtentus eſt palea, granum vſibus Dñi ſui relinquit. In hunc modum bonus eſt diſpenſator, quia modica & viliora ſibi apponens, meliora quæq; cōuentui ſubminiſtrauit ſecundum illud Gregorij. Optimus diſpenſator eſt, qui nil ſibi reſeruat. Si verò, quod

Pſal. 50. — *Agnus deſignat confeſſores.* — *Apoc. 14. 13.* — *Pſal. 132. 1.* — *Lucan. lib. 3.* — *Virgil. 6. Æneid.* — *Vitulus diſpenſatori cœnobij ſimilis.* — *Gregor. ep. 33. Regiſt. indict. 11.*

abſit, ex ſibi creditis peculium ſibi compilare voluerit, non ſine grandi peccato hoc facere poteſt. & de vitulo factus eſt ericius, qui ſi inuenerit poma in terra proſtrata, inuoluit ſe ſuper ea, & beneficio aculeorum onuſtus pomis regreditur in ſpeluncam. Spinæ hominis ſunt peccata, ſecundum illud. Terra tua ſpinas & tribulos tibi germinabit. Non ergò ſine huiuſmodi ſpinis diſpenſator fratrum bona in ſpeluncare poteſt, vt verè de eo dici poſſit. Attendite à falſis miniſtris, qui veniunt ad vos in veſtimentis vitulorum, intrinſecus autem ſunt ericij rapaces. Per ouem non incongruè conuentus ſignificatur; qui contempto mundo quaſi lana depoſita nudus grex tonſarum nudum ſequitur CHRISTVM. Præterea quatuor ſunt ouium genera; infirmæ, fœtæ, validæ, vagæ. Attende ſimilia in conuentu, in quo ſunt incipientes, proficientes, peruenientes, errantes. Primi indigent eruditione, ſecundi exhortatione, tertij congratulatione, quarti reuocatione: vt incipientes proficiant, proficientes perueniant, peruenientes perſeuerent, errantes redeant. Inde eſt, quod in clauſtris conuentuum quatuor loca cum propriis deputantur officiis. In clatere clauſtri occidentali eſt ſcholaris ſubiectio, in eo quod contingit Eccleſiam lectio moralis: in ipſa Eccleſia meditatio ſpiritualis. Ad orientem in Capitulo correctio materialis. per ſubiectionem comparatur humilitas; per lectionem tenetur veritas: per meditationem guſtatur DEI ſuauitas: per correctionem reparatur integritas. Satis elucet, quomodo hæc loca quatuor diſtinctionibus fratrum reſpondeant. Habitant itaque fideles ſimul modò, in Eccleſiis, clauſtrales in cœnobiis; *Et puer paruulus minat eos*, ille, ſcilicet, de quo ſcriptum eſt. Puer natus eſt nobis. Qui à puritate dici poteſt puer, vel ab officio obedientiæ. Vnde pater de eo inquit. Ecce puer meus electus. Paruulus verò dicitur ob humilitatem, quia quouis humili humilior fuit CHRISTVS. Erit autem, cum puer paruulus veniet iudex maximus tanquam potens crapulatus à vino, nemini parcens. Veniet autem, vt ſimul modo habitantes ſeparet: quia tunc erunt duo in agro, vnus relinquetur, & alter aſſumetur, &c. Tunc veniet plenus dierum, cuius capilli ſimiles albæ lanæ, & pedes ſimiles aurichalco, & tenebit ventilabrum in manu ſua, & ſeparabit grana à paleis, piſces grandes à minimis, oues ab hœdis. In qua ventilatione ſtatuat vos à dextris cum ouibus IESVS CHRISTVS Dominus noſter, iudex noſter, cum venerit iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem.

Plinius lib. 8. cap. 37.
Geneſ. 3. 18.
Quatuor religioſorum gradus.
Iſa. 42. 1.
Matth. 11. 18.
Pſal. 77. 65.
Matt. 24. 40.
Dan. 7. 9.
Matth. 3. 12.

IN FESTO S. PETRI AD VINCVLA.

SERMO XXVI.

AD CANONICOS *Regulares*.

NVNC *ſcio verè, quia miſit Dominus angelum ſuum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum.* Legitur in annalibus, quod C. Cæſar, Herodem tetrarcham, qui Ioannem decollauit cum vxore Herodiade relegauit in exilium Lugduni. Herodem verò Agrippam fratrem Herodiadis, non ſolum tetrarchia Galileæ donauit, ſed & regno Hieroſolymorum inſtituit. Hic volens ſibi conciliare animos Iudæorum Iacobum Zebedæi occidit gladio, & Petrum in diebus azymorum miſit in carcerem vt poſt Paſcha ad populi arbitrium vitam eius ſuppliciis [illegible]. De[illegible] verò ſolutus per angelum, in actionem gratiarũ prorupit dicens. *Nunc* [illegible],

Act. 12. 11.
Ioſeph. lib. 18. antiq. c. 9.
[illegible] tom. 1. [illegible] 120
[illegible] 3.

&c. Hiſtoria hæc crebrò recitatur in Eccleſia, quia dupliciter nos ædificat. Primò
ex ſuperficie litteræ nos inſtruit. ſecundò ſpirituali intelligentia tanquam medulla
tritici nos paſcit. Item ſecundum litterā nos dupliciter informat. Primò, vt omnem
ſpem in Domino ponentes bona noſtra ſibi attribuamus. Secundò, vt iuxta Sapien-
tem, in principio ſermonis quiſque ſit accuſator ſui. Petrus enim, quia ſperauit in *Prou.18.17.*
Domino, liberatus eſt. nec inde elatus eſt, ſed DEVM proſecutus eſt gratiatum a-
ctione. In hunc modum & nos ad Dominum, cum tribulamur, clamemus, vt ex-
audiat nos, & in tribulatione dilatabit nobis. Filij Iſrahel cum tribularentur, de ne-
ceſſitatibus ſuis clamauerunt ad Dominum, & ſaluauit eos. Clamauit Ionas de ven- *Ion.2.11.*
tre ceti, & euomitus eſt. clamauit Daniel, & clauſa ſunt ora leonum. clamauerunt *Dan.6 16.*
pueri, & ſublatus eſt ignis de fornace. clamauit Petrus de carcere, & ceciderunt ca- *Dan.3.50.*
tenæ de manibus eius. Sed quomodo in hac gratiarum actione Petrus accuſauit
ſe non elucet, niſi fortè tacitè ſe accuſauit, in principio ſermonis ſui, cum dixit. *Nunc
ſcio vere*, quaſi aliquid inculcando. ſingula enim pondus habent. ac ſi diceret. Olim
mihi videbar ſciolus, & deprehenſus ſui in inſipientia mea. Quædam quaſi vera aſſe-
rui, & inuentus ſum mendax, ſed nunc ſcio verè quod dico. Hic non inueniet, quod
arguat in me Dominus, & magiſter meus. Sed vnde hoc mihi, quod clauicularium
cœli, iudicem mundi, vicarium CHRISTI, Principem cetus Apoſtolici, inſipientem
& mendacem audeam profiteri? Secure audeo hoc ego. nam & hæc de ipſo ſcripta
ſunt, ne quis immanitate peccati deſperet. Temerariè locutus eſt Petrus, cum ait.
Exi à me Domine, quia homo peccator ſum. Non differt à voce phrenetici, qui ait. *Luc.5.8.*
Exi a me medice, quia homo infirmus ſum. Inſipienter locutus eſt, cum ait. Bonum *Math.17.4.*
eſt nos hic eſſe. Vnde & Euangeliſta ſubdit. neſciebat enim quid diceret. Ex puſilla-
nimitate locutus eſt, cum ait. Abſit hoc Domine à te, non fiet tibi iſtud. Vnde ted *Math.16.22.*
argutus a Domino audiuit. Vade retro Satana, &c. Ex conſuetudine hominum lo-
cutus eſt, cum ait. Ecce Domine nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: quid *Math.19.27.*
ergo erit nobis? familiare enim eſt filiis Adæ quærere commoda ſua. Quid verò at-
tinet dicere, quàm præſumptuosè locutus eſt, cum ait. Etſi oportuerit me mori te- *Math.26.35.*
cum, non te negabo. Ecce in quo cortex litteræ nos inſtruit, copioſius verò paſcit
nos nucleus ſpiritualis intelligentiæ. Sub vno enim cortice triplex nucleus inueni-
tur. Scrutemur ergo litteræ parietem, & inueniemus theſaurum intelligentiæ de-
ſiderabilem. Latet quidem hic intelligentia generalis, ſpecialis, finalis, id eſt, de Ec-
cleſia, de viro contemplatiuo, de ſpiritu humano. Sane Eccleſia lauacro generatio-
nis lota, fonte baptiſmatis aſperſa, quaſi ſtans in littore maris rubri, videns Pharao-
nem, & Ægyptios ſubmerſos, ſicut Moyſes in canticum, ita & ipſa in Dei laudem e-
rupit. *Nunc ſcio verè*, &c. NVNC enim pro tempore gratiæ ſolet poni, vt ibi. Ecce *Exod.15.1.*
nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis. De angelo, quem miſit Dominus *2 Cor.6.2.*
videamus. Legitur in Theologia de quatuor generibus angelorum. Eſt enim ange- *[illegible] qua-*
lus Satanæ, angelus pacis, angelus miniſterij, angelus conſilij. primus colaphizat, ſe- *[illegible] in S.*
cundus ædificat, tertius confortat, quartus liberat, id eſt, dæmones, homines, ſuper- *Script.*
næ virtutes, Emmanuel. De primo dicit Apoſtolus. Datus eſt mihi ſtimulus carnis *2 Cor.12.8.*
angelus Satanæ, qui me colaphizet. De ſecundo. ibi. Angeli pacis amare flebant De *Iſa.33.7.*
tertio, ibi. Qui facit angelos ſuos ſpiritus. Et ibi. Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiri- *Pſal.103.4.*
tus in miniſterium miſſi. De quarto, ibi E[illegible] vocabitur nomen eius magni conſilij ange- *Heb.1.14.*
lus. Hic ſolus liberat. Vnde in Euangelio. Si filius [illegible] liberauerit, verè liberi eritis. *Iſa.9.6.*
De hoc ergò dicit Eccleſia. Miſit Dominus Pater angelum ſuum, id eſt, ſibi conſub-
ſtantialem, & eripuit me de manu Herodis. Herodes pellicens interpretatur, a pel-

Pſal.10.8. licio, quod eſt, decipio. Hic eſt Leuiathan, qui ſedet in inſidiis, vt interficiat innocentem, ſerpens callidior cæteris animantibus, malleus vniuerſæ terræ, ventus validus, quo cœperat mergi Petrus. Hanc ereptionem planè oſtendimus, cum catechizando dicimus. Exi à me immunde ſpiritus. & modos, cum dicimus. Abrenuncias Satanæ, & omnibus pompis eius, & omnibus operibus eius? Sed nota, quia dicit Eccleſia ſe ereptam de manu, non de manibus. Diabolus enim ſiniſtram habet & dexteram, & ſicut victor captiuum hoſtem cum ſiniſtra manu trahit, cum dextra colaphizat, vt expeditius eat: ſic ante aduentum CHRISTI diabolus genus humanum captiuum trahebat; etiam ad libitum ſuum flagellabat, quia etiam quoſdam viuos legitur
Pſal.128.3. rapuiſſe in infernum. Eripuit autem nos CHRISTVS de manu trahente, non de flagellante. Adhuc enim ſupra dorſum Eccleſiæ fabricant peccatores: adhuc iuſtus inter malleum eſt & incudem: adhuc impugnant dæmones Eccleſiam. ſicut & expugnauerunt à iuuentute ſua. Sed hęc manus dextera eſt, non ſibi, ſed nobis. Flagellat enim Pater per manum tortoris filium, quem recipere vult. operatur enim in nobis patientiam, probationem, ſpem. Subditur. *Et de expectatione plebis Iudæorum.* Iudæi dicuntur confitentes Qui ergò confitentur Herodem regem, non ſenatus, non popu-
Prou.30.26. lus, non ciues, ſed plebs Domini, iuxta illud. Lepuſculus plebs inualida. Hæc ſunt omnia crimina, quæ tamen epiſtola canonica ſub tribus includit, concupiſcentia ocu-
1.Ioan.2.16. lorum, concupiſcentia carnis, ſuperbia vitæ: quæ alibi dicuntur, lutum, limus, profundum. Periculoſum eſt eſſe cum plebe hac. Lutũ enim inquinat, limus ligat, profundum deuorat. Concupiſcentia enim oculorum, quaſi atramentarium ſcriptoris fert ſecũ plenum vanitatibus: quia quot vanitatibus hominem afficit, tot maculis de-
Concupiſcentia carnis. nigrantibus eum inficit. Concupiſcẽtia verò carnis, limus eſt, id eſt, lutum viſcoſum: quem enim arripit, quaſi inſeparabiliter eum ſibi cõglutinat. Inde eſt, quod caro noſtra, potius dicta eſt facta de limo, quàm de terra, vel luto, vt in hoc ſeruẽs ipſius glutinum inſinuaretur. Adeò enim glutinoſa eſt caro noſtra, quod ſpiritus noſter ad imaginem DEI factus in ſumma puritate, ſic conglutinatus eſt ei, vt, ſi fieri poſſet, nunquam vellet ab eo ſeparari, ſed ſuperindui. Superbia verò vitæ profundum eſt, in quod traxit ſecum Lucifer tertiam partem ſtellarum. De luto gratulabatur prophe-
Pſal.39.3. ta ſe ereptum, dicens. Eripuit me de lacu miſeriæ, & de luto fecis. Adhuc ſe eſſe in li-
Pſal.68.3. mo carnis conquerebatur, dicens. Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtan-
Pſal.68.16. tia. Ne autem profundo ſuperbiæ abſorberetur, clamabat. Non me demergat tempeſtas aquæ, neq; abſorbeat me profundum, neq; vrgeat ſuper me puteus os ſuum. Eccleſia ergò erepta de luto, limo, & profundo, erepta eſt ex omni expectatione Iudæorum. Eſt eadem vox, vt diximus, viri ſpeculatiui, agoniſtæ clauſtralis, qui aſſumptis pennis columbæ fugit in ſolitudinem, potius animi, quàm eremi, qui inter homi-
S.Petri nomina tria. nes viuit ſuper homines, quia angelum viuit in terris. Non tamen cuiuslibet clauſtralis hæc vox eſt. nec enim ſemper Petri fuit, ſed cum iam trinominus eſſet. Nominatus eſt enim Simon, cognominatus eſt Bariona, id eſt, filius Ionæ, id eſt, Ioannis. agnominatus eſt Petrus. Etiam, donec tranſiit primam & ſecundam cuſtodiam, & portam ferream, non ſic exultauit. In hunc modum vir ſpiritualis trãſit primam cuſtodiam, ſi fuerit Simon, id eſt, obediens. Secundam, ſi fuerit Bariona, id eſt, filius columbæ. portam ferream, ſi fuerit Petrus, id eſt, firmus. Eſt enim prima cuſtodia, vinculum conſuetudinis. ſecunda, impetus tentationis. porta ferrea ſpecies veritatis. Prima ligat, ſecunda cruciat, tertia necat; prima eſt pellenda, quia quamuis *naturam*
Horat.l.1. ep.10. *expellas furca tamen vſque recurrit.* ſecunda ſuſtinenda, tertia fugienda. Quàm duras ſit tranſitus primæ cuſtodiæ, nouit ille, qui in libro experientiæ didicit. Scimus & nos,

& nos,quia difficile eſt conſueta repellere. Dura eſt iſta tranſlatio, & alicuius proprietatis tranſite de comeſſationibus ad ieiunia, de carnibus ad holera, de ſericis ad cilicia,de puluinaribus ad ſtramenta,de impunitate ad verbera,& vt in ſumma dicam,de propria voluntate ad iugum obedientiæ. Verè hæc mutatio dexteræ excelſi. Quid enim mirabilius,quid diuinius hac mutatione? Immutatus enim homo de amurca in oleum, de fece in humum, de palea in granum, de ſcoria in argentum, &, vt vſitatius dicam, de trunco in vitulum. Qui enim *olim truncus erat ficulnus, inutile lignum*, factus eſt vitulus nouellus cornua producens & vngulas, poſitus ſuper altare Domini in holocauſtum ſuauiſſimi odoris. Hanc cuſtodiam tranſit vir clauſtralis duce & comite obedientia. Ad omnes enim inſultus conſuetudinis obiicit votum religionis,& dicit.Non ſequar te conſuetudo. Votũ voui Domino: illum ſequar quocunq; ierit. Edomita tamen conſuetudine ſequitur impetus tentationis, torrens,ſcilicet,inundans,leo in impetu iræ ſuæ. Aggrediuntur enim eũ morbi inuſitati,& frequens dolor oculorũ ex vigiliis, tuſſis ex frigore, tumor tibiarum ex longa in choro ſtatione,tubera genuum ex crebra genuflexione,coarctatio arteriarum ex ciborũ ariditate, & cætera in hunc modum. Et, quod difficilius eſt his, detractio fratrũ,qui cum viderint eum prolixius orantẽ, crebrius vigilantem, aridius & rarius edentẽ,aiunt.Frater hic noſter ſomniauit mortem Abbatis, & ideò faciem ſuam demolitur,vt oculos intuentium eludat;& cum tranſit corã eis, inſultant & dicunt.Ecce ſomniator venit.hic erit Abbas noſter. vel forte ipſe inuidebit aliis, vel æmulabitur perfectionẽ aliorum,& conabitur ſupra vires.Difficilis eſt tranſitus huius cuſtodiæ.Hæc enim iam poſito homine in via ſupplantat greſſus eius. Hæc omne fundamentum,quod iecerat homo,concutit ſępe,& euertit.Hic eſt ventus,qui obruit domum ſuper filios Iob conuiuantes.Nec tranſibit hanc homo, niſi fuerit Bariona, id eſt,patiens,humilis. Vnde legitur de S.Antonio, quod cum vidiſſet in ſpiritu omnes laqueos tentationum dæmonis, in ſtupore & eiulatione clamauit. quis tranſibit iſtos? & facta eſt ei vox de cœlo dicens. Humilitas. Sanè reſtat adhuc porta ferrea, tranſitus ferè immeabilis, ſpecies ſcilicet veritatis. Videns enim diabolus per duo prædicta ſe nihil profeciſſe, aggreditur eum ſub ſpecie recti, tanquam conſiliarius ſalutis,tanquam fidus à ſecretis,& circumuallat eum quaſi quaternionibus militum. vnum collocans ad pedes, alium ad caput, alium retrò, alium ante. Inferior ergò quaternio eſt cura carnis, ſuperior ſuperbia. ex virtutibus poſterior memoria relictorum, anterior iuſtantia tribulationum. Primus eum ligat. ſecundus inflat, tertius ſubneruat, quartus ſuffocat. Accedit ergò primus inceſſu moderato, capite demiſſo, & ait. Pax vobis. cui ille. pacificúſne ingreſſus tuus? pacificus. ab hoc maximè eſt cauendum. Non enim de facili hoſtis cauetur, cuius ingreſſus pacificus expectatur. Tandem ſic incipit. Curam carnis agere debes in neceſſariis. nemo enim carnem ſuam odio habuit. Hoc eſt enim quartum quod ex caritate debes diligere. Hociumentum commiſſum eſt tibi, & ſicut onus & virga, ſic & cibarium debetur iumento. Caro tua eſt quaſi chorda in cythara. pſallẽtes enim in choro ſunt ad modũ cytharæ dulce melos reſonãtis in auribus creatoris. Tendere ergò debes chordã tuam, nõ rumpere Quod ſi ruperis eã, nõne iniurius eris cytharæ fratrũ?& cui citharizas? Legiſti quoq; alatur ciuis,vt expellatur hoſtis. Et illud. Ecce dedi vobis in cibos herbã terræ,& animã viuentem ſuper terrã.vtere ergò conceſſis. Cibi enim regulares,quibus veſceris, potius obruunt, quàm nutriãt. Caſeus enim vniuerſaliter peſſimus eſt,oua conuertibilia,legumina inflatiua,aqua ſtomachũ cõſtringit. De piſcibus dicerem,ſed rarò tibi apponuntur. Caue vir bone, vide quàm ſubdolus eſt qua-

Hor.l.1.ſerm. ſat.8.

Pſal. 68.32.

Tentationes monachorũ.

Gen. 37.19.

Iob.1.19.

S. ATHANAS. *in eius vita.*

Humilitatis vis.

Eph. 6.

Gen. 1.29.

Remedium contra tentationes religioſorum. eſt quaternio iſte, potius vult te eſſe medicum, quàm canonicum, diſcipulum Galeni, quàm Auguſtini. Eſto Petrus, & conſtanter reſponde. Vade Satana. non in ſolo pane viuit homo. Ego cibum habeo manducare, quem tu neſcis. non vino intus, vt comedam, imò comedo, vt viuam. Tantum apponitur cibarij iumento meo, quod
3. Reg. 19. 8. de reliquiis ipſius poteſt aliud ſatiari. Panis & aqua, vita beata. In fortitudine huius
Pſal. 118. 120. cibi ambulauit Elias quadraginta diebus, vſque ad montem DEI Oreb. Et cum dixeris hæc, ora ad Dominum, & dic. Confige Domine timore tuo carnes meas. Hoc effugato accedit quaternio ſuperior non minus verſipellis, & ait. Nobilis es, litteratus, longo vſu nouiſti omnes articulos Ordinis tui, ſciolus es in exterioribus: quid ergò ſedes tota dic otioſus? cur abſcondis talentum Domini tui in ſudario? nonne melius quouis Prælato tuo rigorem Ordinis ſeruares incolumem? Faciliorem habens acceſſum ad Principes per amicos tuos, facilius impetrares. Vade, fac tibi amicos de fratribus. ſollicitè ſcrutare ſecreta Abbatis, vnde poſſis eum pulſare, & expulſare. diſcurre ad caros tuos, vt ipſi pro te diſcurrant. fac te omnia omnibus, vt lucellum tibi lucrifacias. Caue vir bone. vide quàm peſſimus eſt iſte. non vult te eſſe diſ-
Math. 11. 29. cipulum CHRISTI, qui ait. Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, ſed illius, qui ait. Ponam ſedem meam ad Aquilonem, & ero ſimilis altiſſimo. Hæc eſt illa ſi-
Iſa. 14. 13. caria, quã in Pſychomachia Prudentij in medio caſtrorum vna de virtutibus inter-
Vide NOTAS ep. 3. fecit. Hæc eſt turris in Siloa, quæ cecidit ſuper decem & octo viros, qui eam ædificabant. Hæc eſt ſuperbia natione cœleſtis, quæ ſublimium mentes inhabitat, & quaſi
Luc. 13. 4. ad proprios ortus reuolans ad dignitatem irrumpit angelorum. Eſto Petrus, & dic.
Luc. 19. 22. Ex ore tuo te iudico ſerue nequam. Tu promittis me fieri ſublimem, ſed in Prælatione facerem me contemptibilem. Vnde Apoſtolus. Si ſecularia habueritis iudicia,
1. Cor. 6. 4. contemptibiles qui ſunt inter vos eligite. Si noui ordinem, ergò ſecundum ipſum,
Cant. 5. 3. quanto ſum altior, tanto debeo me humiliare in omnibus. Laui pedes meos: quo-
Pſal. 35. 12. modo inquinabo eos? Et cum hæc dixeris, ora ad Dominum, & dic. Domine non
Pſal. 130. 1. mihi veniat pes ſuperbiæ. non ſit exaltatum cor meum, neque elati ſint oculi mei. Hoc autem in fugam verſo: accedit poſterior quaternio, & ait. Nimis tempeſtiuè egreſſus es de mundo: cognitis vanitatibus, quæ ſunt ſub ſole, tutius eſſes in reli-
1. Tim. 5. 8. gione. cognita enim melius cauentur. etiam ſcire debes, quæ circa caros tuos aguntur. Qui enim, vt dicit Apoſtolus, curam ſuorum non habet, infideli deterior eſt. Vade ad tuos, & de proprio largas facies eleemoſynas, quod hic non potes. Quod ſi rumuſculos populi times, etiam mane in habitu tuo. potes ire Hieroſolymam, viſitare loca ſancta, vbi ſteterunt pedes Domini: viſitare limina Apoſtolorum Petri &
1. Reg. 2. 10. Pauli: in diebus ſenectutis tuæ redibis ad clauſtrum. Finis enim, non pugna, coronat; & Dominus iudicat fines terræ. Caue vir bone. vult te eſſe circumcellionem, non
Luc. 14. 30. Canonicum regularem. vult te mutare in ſtatuam ſalis. vult vt ſis opprobrium ho-
2. Pet. 2. 22. minum, & abiectio plebis, vt dicatur de te. Hic homo cœpit ædificare, & non potuit
Phil. 3. 14. conſummare. Eſto Petrus, & dic Non ſum canis, vt redeam ad vomitum. poſterio-
Math. 27. 42. rum oblitus cum Apoſtolo in anteriora me extendo. Dominus meus IESVS CHRISTVS non deſcendit de cruce, cum diceretur ei. Deſcende, & credimus tibi. mortuus eſt in cruce patientiæ propter [illegible] moriar & ego in cruce obedientiæ pro-
Pſal. 67. 19. pter ipſum, & [illegible]. Et cum hæc dixeris, ora ad Dominum, & dic. Confirma hoc DEVS, quod [illegible] me. Tu es, qui extraxiſti me: ne ſinas relabi. Accedit an-
Alia tentatio. terior [illegible] & ait. Ecce omnia bona cœnobij huius perierunt ferè. vineæ gran-
Hor. l. 1. ep. dine [illegible] *mentita ſeges, bos eſt enectus arando.* Vnde viues? quo indueris?
Math. 6. 33. vbi e[illegible] filio Domini? primum quærite regnum DEI, & hæc omnia adiicientur vo-

tur vobis? in contrarium res lapſa eſt. fodere non vales, mendicare erubeſcis. ſi ſa-
pis, curam tui habe. Caue vir bone. eſto Petrus, & dic. Non vidi iuſtum derelictum. *Pſal. 36. 25.*
& timentibus DEVM nihil deeſt. Nouit medicus, cui me commiſi, quando danda,
quando ſubtrahenda ſint hæc. Dominus dedit, Dominus abſtulit. ſit nomen Domi- *Iob. 1. 21.*
ni benedictum. Negabit pater filio viaticum, qui dat iumentis eſcã ipſorum, & pullis *Pſal. 146. 9.*
coruorũ inuocantibus eum? & cum hæc dixeris, ora dicens. Diuitias & paupertates *Prou. 30. 8.*
ne dederis mihi Domine, ſed tantum victui meo tribue neceſſaria. Itaq; cum trãſie-
ris hanc portam ferream, poteris clamare. *Nunc ſcio vere, quia eripuit me Dominus de manu* pellicij, id eſt, mundi, *& de omni expectatione plebis* ſuæ. Expectatio dicũtur hic,
quatuor vltima, per ſimile. Quia, ſicut quis obſidens caſtrum multa fecit inutiliter,
& dicit. Adhuc vnum addam, & expectabo, vt videam, ſi proſit: ſic & iſta quaſi poſt
primam & ſecundam cuſtodiam extremæ ſunt expectationes Herodis. quibus fru-
ſtratis, deſinit obſidere. Eſt etiam vox eadem, vt diximus, ſpiritus humani in die obi-
tus ſui, quando, ſcilicet, euolat de corpore mortis huius tanquam liber de carcere, &
clamat. *Nunc ſcio verè, quia miſit Dominus angelum ſuum, & eripuit me de manu Herodis*, id eſt, pellicij, id eſt, corporis. Pellicius enim à pelle dicitur. & de omni expe-
ctatione plebis Iudæorum, id eſt, membrorum, quibus miniſtris militabat caro ad-
uerſum me. Eripuit enim oculos à lacrymis, pedes meos à lapſu, aures à fabulis, lin-
guam a mendacio, manus à rapina. Primam ſanè à peccatis ereptionem habuimus
in baptiſmo, ſecundam a tentationibus. Paulatim agimus in eremo. tertiam ab o-
mni corruptela expectamus in cœlo. Qui ergò primò nos eripuit, ſecundò eripit,
tertiò eripiat IESVS CHRISTVS, angelus noſter, iudex noſter, cum venerit iudi-
care viuos & mortuos, & ſeculum per ignem.

IN EODEM FESTO S. PETRI AD VINCVLA.

SERMO XXVII.

DIRVPISTI *Domine vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis.* Pe- *Pſal. 115. 16.*
trus vinculatus ab Herode potuit dicere. Dirupiſti vincula mea,
quando de carcere Herodis eductus eſt ab angelo, quando ipſe di-
xit. Nunc ſcio verè, quia miſit Dominus angelum ſuum, & eripuit *Act. 12. 11.*
me de manu Herodis, & de omni expectatione Iudæorum. Idem
poſitus in vaticinio crucis potuit eructare hoſtiam laudis, hanc ſcilicet. Gratias tibi
ago Domine, quia hoſtia tibi fieri merui. & ita ipſe potuit dicere. *Tibi ſacrificabo hoſtiam laudis.* & ita cum Dauid tempore ſuo iſtud prophetaſſet, potuit & Petrus ſpiri-
tu prophetico hoc prædixiſſe de genere mortis & paſſionis ſuæ, ſubſequenter etiam
de gratiarum actione, cum dixit. *Tibi ſacrificabo hoſtiam laudis.* In morte ſiquidem
Petri ſoluta ſunt eius vincula, phyſicales ſcilicet nodi, ſiue mauis dicere, proportio-
nales, quibus ita amicabiliter vinciuntur corpus & anima, vt etiam cum anima inde
egreditur, ſi poſſet fieri, egredi nollet, ſed ſuperindui, ſi fieri poſſet, ſicut dicit Apo- *2. Cor. 5. 4.*
ſtolus. Sic ergò verſiculus iſte pſalmi de vinculis Petri poteſt exponi, & adhuc fortè
melius. Sed quia quibuſlibet forte hæc manifeſta cognouimus, alia vincula ſecretio-
ra quæramus. Quanto enim doctrina ſecretior, tanto iucundior; quanto moroſior,
tanto gratior. Ergo vinculorum alia ſunt vanitatis. alia veritatis. Veritatis alia ſunt ne-

ceſſitatis,alia voluntatis, & ita ſubdiuide. Vincula vanitatis ſunt generaliter peccata,
maximè ſeptem principalia vitia,vt auaritia,ſuperbia,&c. Sed quia iſtorum doctrina
non eſt iſtius temporis, & fortè tanta, quia non potero ad eam, conſuetudinem ſe-
quens,prout potero,quoniam ſeptenarius eſt numerus vniuerſitatis,ſub ſeptenario
Septem fontes omnia vanitatis vincula comprehendam. Primum eſt negligentia, ſecundũ curioſi-
vitiorum. tas,tertium cupiditas,quartum experiẽtia, quintum conſuetudo, ſextũ contemptus,
ſeptimum malitia. Iſtis ſeptem victor diabolus hominem vincit. Vide ergo, quæ &
qualiter circa victum victor exerceat.primò deiicit.ſecundò diſtrahit,diſtractum ca-
pit,captum ligat, ligatũ incarcerat,& incarceratum vexat, vexatum deprimit & ſuf-
focat.Sed eſt, quando victus homo reſurgit, & victorem deiicit, deiectum diſtrahit,
diſtractum capit,captum ligat,ligatum incarcerat,incarceratum vexat, vexatum de-
primit,& ſuffocat: & ſic qui primò tenebatur vinculis, iam ſolutus eſt à vinculis. So-
lutus ergò à vinculis negligentiæ,quã laudem, quam hoſtiã debet Domino dicere?
Pſal. 39. 3. Domine eduxiſti pedes meos de lacu miſeriæ, & de luto fecis. Et iterum. Eduxiſti o-
Pſal. 55. 14. culos meos à lacrymis,& pedes meos à lapſu. Eductus de laqueo curioſitatis quid di-
Pſal. 118. 37. cet? Auerte oculos meos,ne videant vanitatem,in via tua viuifica me. Eductus de la-
Pſal. 141. 8. queo cupiditatis quid dicet? Educ de cuſtodia animam meam ad confitendum no-
Gal. 6. 14. mini tuo. Et cũ eductus fuerit de laqueo experientiæ, quid dicet? Mihi mundus cru-
Pſal. 114. 6. cifixus eſt,& ego mundo. Eductus de laqueo contẽptus,quid dicet? Humiliatus ſum,
Pſal. 21. 36. & liberauit me. Eductus de laqueo cõſuetudinis,quid dicet? Vota mea reddã in con-
ſpectu omnis populi eius in atriis domus DEI noſtri. Eductus de laqueo malitiæ (quę
vltimo loco ponitur, ſicut ſapiẽtia in ſeptimo loco inter dona ſpiritus ſancti. ſapien-
Pſal. 29. 4. tia à ſapore dicta; ſicut malitia omnino inſipidum reddit hominem) quid dicet? Do-
mine eduxiſti ab inferno animam meam,ſaluaſti me à deſcendentibus in lacum. Iſtis
Math. 16. 19. laqueis homo ſe,vel diabolus hominem illaqueat. Ab his ſoluit Petrus, cui data eſt
poteſtas ligãdi atq; ſoluendi. quia quæcunq; ligaueris ſuper terrã, erunt ligata & in
cœlis. Hæc ſunt vincula vanitatis. Neceſſitatis ſunt duo, quibus homo in baptiſmo
BAPTISMI ligat ſe.confeſſione,vt cum quæritur ab eo. Vis baptizari? volo. Et cũ quæritur. Cre-
ritus. dis in DEVM Patrem omnipotentẽ,creatorem cœli & terræ? Credo.vel anathema-
tizando,cum dicitur. Abrenuntias diabolo,& omnibus põpis eius? Abrenuntio. iſta
cuilibet Chriſtiano ſunt neceſſaria. Iſtis ligat Petrus,id eſt. Eccleſia. Hic ſunt ſpes, fi-
des,&c. Iſtis ſoluitur hic in extremis agẽs, quia ex tũc fides & ſpes euacuabitur,& ta-
lis ſolutus quã laudem dicit? generalẽ omnibus,Chriſtianis neceſſariam. Scite, quid
ſit DEVS in ſe,quid in angelo,quid in mundo,quid in electo,quid in reprobo. Dicat
& in ſe. DEVS eſt principium & finis. In angelo,dulcedo & ſapor,in mundo admira-
Obedientia tio & decor.in electo ſuſtẽtatio & adiutorium,in reprobo terror & horror. Hæc eſt
religioſa. hoſtia DEO placẽs,& generalis. Vincula voluntatis ſunt, obedientia & profeſſio re-
gularis. Iſtis ſe ligat homo volens,regularẽ loquor: graue ſiquidem eſt cõſueta relin-
quere. Magnum verò ſibi vinculum iniicit,qui ſolebat eſſe ſuus liber,& modo ſe ad-
Silentium dicit alterius voluntati. Magnũ ſibi apponit vinculũ, qui ſolebat ire per cãpos licen-
regulare. tiæ cõfabulando cũ ſociis,& ſubdit ſe modo ſilentio regulari. Magnum ſibi imponit
vinculum, q ad libitum ſuum ſolebat intereſſe comeſſationibus & poculis,& modo
non poteſt comedere, neq; bibere,niſi in horis ſtatutis. Hæc ſunt pdicta vincula ſe-
creta,de quibus hic diximus.qbus & homo ſe ligat, & ligatur. Supereſt ergò, vt quia
Petro data eſt poteſtas ligandi & ſoluendi, oremus & nos. DEVS, qui B. Apoſtolum
Petrum à vinculis abſolutum illæſum fecit abire, noſtrorũ quæſumus abſoluat vin-
cula peccatorum, Dominus noſter, iudex noſter, IESVS CHRISTVS, qui venturus eſt
iudicare viuos & mortuos,& ſeculum per ignem.

IN

IN ASSVMPTIONE B. VIRG. MARIÆ.

AD CLAVSTRALES.

SERMO XXVIII.

PVLVIS ſum ego & cinis qui loquor vobis, propterea erubeſco & vereor vobis loqui verbum DEI. Erubeſco, inquam, quia veſtra conuerſatio in cœlis eſt. Ego autem, tanquam iumentum, computrui in ſtercoribus meis. Vereor autem, ne fortè à me homine quaſi muto & elingui flagrantiam ſermonis expectetis, qui tot & toties euentilatos audiſtis ſermones. Magis autem vereor, ne fortè mihi dicatur à Domino. Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum pollutum? Veruntamen quia ſæpenumero pulchrum hominem depingit pictor fœdus, ſub hac ſpe vobis loquor, quia forte vobis cedet ad ſapientiam, quod ad inſipientiam mihi. Tu autem Domine Sabaoth aperi os meum, vt impleatur illud. Porrò ſollemnitas præſens de laude B. Virginis, offert materiam nobis loquendi, cuius laudem indicibilem licet explicare non ſufficiam, etiamſi linguis hominum loquar & angelorum, tamen cum Iſaia aliquid dicere poſſumus in hunc modum. *Data eſt ei gloria Libani, decor Carmeli & Saron.* Salua pace prophetæ, addamus aliquid verbis eius. Quod enim ipſe prænunciauit implendum, nos definimus impletum. Dicamus ergò. *Data eſt ei hodie gloria Libani,* &c. Ad litteram Libanus, Camelus & Saron, montes ſunt, qui pro ſui commoditate, tum in paſcuis, tum in arboribus, tum in feris in ſacra Scriptura ſæpe commendantur: in figura tamen excellentiæ virtutum, quæ in Sanctis eſt. Hic autem ad deſignationem triplicis coronæ trahi poteſt, quæ B. Virgini repoſita dum eſſet in terris, hodie reddita eſt ei in cœlis. Tria enim habuit B. Virgo, quæ ſingula, ſicut digna fuerunt admiratione, ita & ſingulari retributione. Fuit enim Virgo mater DEI. Magnum quidem & laudabile, fuiſſe virginem: ſed maius per omnem modum & mirabile in virginitate fuiſſe fæcundam, & poſt euacuationem vteri vterum habere ſigillatum. Maximum autē & ineffabile eſt fuiſſe matrem DEI. In memoriam horum trium ſapientia Græcorum inſtituit, vt in iconibus, quas ad imaginem B. Mariæ depingunt, ſuperſcriptionem trium nominum ponerent in hunc modū. Virgo DEI mater. tamen apud eos vna dictio eſt θεοτόκος, ſed apud nos duæ. Quia ergò virgo fuit, data eſt ei *gloria Libani*: quia mater, datus eſt ei *decor Carmeli*: quia DEI, datus eſt ei *decor Saron.* Libanus cādidatio interpretatur. Diſtat autem inter candorem & candidationem, quantum inter genus & ſpeciem. Candor enim propriè dicitur albedo, vel naturaliter concreta rei candidæ, & manens, dum res manet, vt in niue & lilio, vel etiam accidentaliter adueniens, vel ex artificio. Candidatio verò proprie dicitur ſolus candor natiuus & manens. Nomine enim candidationis intelligimus candorem nationis, id eſt, natiuitatis & naturæ. Per candorem ergò & candidationem intelligitur puritas carnis noſtræ. Sed eſt quędam puritas carnis poſt lapſum, cum quis corruptæ carni quaſi debitum vectigal exſoluens, poſt amplexus etiam legitimos carnem ſuam frænare & continere inſtituit, & puritatem carnis, quam polluit, deinceps obſeruare. Et hæc puritas meritò continentia dicitur, quia frena, quæ carni laxauerat, continere laborat. Eſt alia puritas quaſi naturalis, & manens cum integritate carnis, quam quis habet

Pſal. 49. 16.

Iſa. 35. 2.

Matris DEI *tria elogia.*

Puritas carnis poſt lapſū dicitur continentia.

beneficio puerilis ætatis, & ſemper ſeruat incolumem beneficio virtutis, & hæc
Cant.6.2. propriè dicitur Virginitas, quaſi viror genitus. Hanc verò diſtinctionem ſacra Scri-
ptura nobis inſinuat. comparat enim virginitatem lilio, cuius candor natiuus eſt, &
manens. Continentiam verò comparat byſſo. Byſſus enim de terra viridis, & grami-
nei coloris oritur, ſed eruta ſiccatur, tunditur, coquitur, torquetur, & magno longo-
Apoc.19.8. que exercitio ad candidum colorem perducitur. Byſſinæ enim ſunt iuſtificationes
ſanctorum. qui enim lapſi ſunt prius, non propriè iuſti, ſed iuſtificati dicuntur. Da-
ta eſt ergo B. Virgini, non gloria candoris, id eſt, continentiæ, ſed candidationis,
id eſt, Virginitatis. Sanè gloria virginum, quantum ex diuerſis ſacræ Scripturæ lo-
Virginitatis cis conijcimus, in tribus eſt. quibus quaſi prærogatiuis inter alios illuſtratur. Nec
prærogatiua. hoc ideò dicimus, quin gloria Virginum, & reliquorum quaſi excedentia ſint, &
exceſſa. Quidam enim coniugati quibuſdam virginibus præferuntur in gloria, &
è conuerſo. Sed quia in virgine minoris etiam gloriæ tria quaſi triumphi inſignia
Math.13.8. prædicantur ſingulariter, virginibus fructus nempe centeſimus aſſignatur. Can-
Apoc.14.3. ticum etiam nouum ſolæ virgines dicuntur cantare, poſtremò ſequuntur agnum
quocunque ierit. virgines enim ſunt. In tribus itaque eſt excellentia Virginum, in
Math.13. manipulorum numero, in cantico nouo, in itinere cum agno. Tres ſiquidem fru-
ctus terræ bonæ annumerat veritas in Euangelio iuxta numerum ſaluandorum, tri-
Beda in lib. de ceſimum Iob, ſexageſimum Noe, centeſimum Danieli. Cur autem ſuperior Vir-
indigitat. tō.1. gini adſcribatur, non negligendum eſt inquirere. quia ad ſciendum eſt vtile. Se-
cundum computum Bedæ manualem, omnes numeri infra centum inueniuntur
in læua. quorum ſi quemlibet velis deſignare, neceſſe habes in læua digitum pro
calculo ponere. Si verò centum numerabis, & deinceps, de læua tranſis ad dexte-
ram. Ita fructus triceſimus & ſexageſimus fructus ſunt ſiniſtræ, centeſimus dexterę,
Læua manus & ſic fructum dexteræ habent virgines. Alij fructum læuæ; Læua in nobis naturali-
aptior ad ictus ter tarda eſt, & ideò oneribus apta ferendis, imò ad ſuſcipiendas plagas & percuſſio-
ferendos. nes, cum imminent naturaliter aliis partibus corporis læua anteponitur tanquam a-
ptior ictibus ſuſtinendis: dextera verò agilior, & ideò magis apta ictibus inferendis,
quam ſufferendis. Dexteræ ergò non immeritò comparatur Virginum ſtatus, ha-
bilior ſcilicet ad ſeruiendum DEO: Læuæ verò ſtatus reliquorum, ponderoſior ſcili-
cet ad merendum. Adhæc, ſicut tradunt nobiles Philoſophi gentium, qui naturas
rerum ſubtilius indagarunt, ſi quis in capite naſcentis adoleſcentiæ, cum pori natu-
rales vaporibus aperiuntur egrediendis, pruritum libidinis refrenauerit, & quaſi
In adoleſcen- primos & acriores eius inſultus contriuerit, per reliquas ætates quaſi pacem cum
tia caro fræ- propria carne habebit, & raros & inefficaces eius aſſultus deinceps de facili ſuſti-
nanda. nebit, imò & cætera carnis incentiua, quaſi capite ſuo comminuto, victa conquie-
ſcent. E contra, qui luxuriæ frena laxauerit, quàm citò continenter vixerit, into-
lerabiles ictus incentiui huius ſuſtinet, crebros & inſatiabiles hiatus belualis il-
le motus carnis aperit. imò cætera carnis incentiua in perniciem hominis mi-
ſeri coniurant, & deſæuiunt, & vſque ad deſcenſum caloris plagas has, & per-
cuſſiones ſuſtinet homo miſer. Non enim de feruore libidinis facile triũphat, de quo
ille vel ſemel triumphauit: imò etſi vulnus, quod intulit, cõſolidari contigerit, nun-
Virginitas re- quam tamen ſine charactere cicatricis ſolidari continget. Cum enim cætera poſſit
cuperari non DEVS, virginem redintegrare nõ poteſt, & ſic quanticunq; meriti ſit lapſus in carne,
poteſt ſemel tamen fructum læuæ recipit, id eſt, ſuſtinentiæ, & ereptionis ictuum: cuius etiam ſta-
emiſſa. tus minus habilis eſt ad merendum, quia difficilior & periculoſior. Virgo verò fru-
ctum dexterę, id eſt, expugnationis, quod ictus intulit, non ſuſtinuit, incentiua carnis
extin-

extinxit, non tolerauit; caput ſerpentis contriuit, non fugiens expauit. Sequitur de
cantico nouo. Sed vbi inueniemus hoc canticum ſingulare Virginibus, & nouum?
Nonne & angelicum canticum Alleluia, vſque ad homines etiam deriuatum eſt?
Eſtné minus intelligibilis lingua virginum, quàm angelorum? Domine, Domine a-
peri nobis. Reuoluamus cantica, quæ nouimus, forſitan & inter illa latet. A princi-
pio naſcentis mundi omnis creatura laudat creatorem ſuum. Omnia dicunt. Ma- *Pſal.47.2.*
gnus Dominus noſter, & magna ſunt omnia vbique opera eius. ipſe fecit nos, & non *Pſal.99.3.*
ipſi nos. Antiquiſſimum eſt canticum hoc, ferè concreatum ipſi creaturæ. Recola-
mus cantica Patrum, cantauit Moyſes canticum Domino, cum traduxiſſet Iſrael per *Exo.15.1.*
mare, tanquam per aridam. Cantemus Domino, glorioſe enim magnificatus, &c.
Cantauerunt Domino Delbora & Baruch, cum humiliaſſet Dominus Iabin regem
Chanaan coram filiis Iſrael. Audite reges, auribus percipite principes, &c. Canta- *Iud.5.3.*
uit Anna mater Samuelis, cum tuliſſet ab ea Dominus ſterilitatis opprobrium. Exul- *1.Reg.2.1.*
tauit cor meum, &c. Cantauerunt Aggæus & Zacharias, cum eduxiſſet Dominus *Pſal.111.1.*
tranſmigrationem Iudæ & Beniamin de medio Babylonis. Cantauit Tobias recepto *Tob.13.1.*
lumine. Magnus es Domine in æternum, &c. Multa legimus in hunc modum Pa-
trum cantica, ſed nullum ſingulare eſt, & nouum. omnia redolent vetuſtatem can-
tici vniuerſæ creaturæ: ad hunc enim communem articulum omnia referuntur, vt
oſtendatur magnificentia Domini & operum eius. Ne pigeat contra nos conſide-
rare cantica vulgi, quæ pro ſui iucunditate nondum abierunt in deſuetudinem.
Cantant enim amici ſponſi & ſponſæ epithalamium, cantant nautæ poſt procellas
proceleuma ſuum. Cantant vinitores cum perueniunt ad extremos antes, & agri-
colæ collectis annorum frugibus ambaruualia. Et ne ludicris inſiſtere videamur: hi
ſunt qui nunc cantant, contemplatiui, Prælati, & actiui. Sed in his canticum ſingu-
lare eſt & nouum. dici poteſt canticum B. Virginis, & nouum, & virginale. Poſt exul-
tationem enim præcurſoris, dum adhuc eſſet in vtero, poſt præconialem prophe-
tiam prægnantis ſacerdotiſſæ, B. Virgo non minus humiliter, quam ſapienter ſub- *Luc.1.46.*
iunxit. Magnificat anima mea Dominum. ſed quomodo nouum hoc, & ſpeciale
Virginum? Nonne & omnes in canticis prænominatis magnificabant Dominum?
Nouum plane fuit: & non niſi a Virgine dici potuit, & eſt ſenſus. ac ſi diceret. Alia
magnum prædicant Dominum, & dicunt, vt creaturæ rationales, alia magnum pro-
bant, & oſtendunt. Ego autem magnum facio Dominum. Quantum ergo diſtat
operatio ab operis commendatione, tantum & hoc canticum à canticis aliorum.
Hic enim dicitur Dominus factus magnus, aliis dicitur magnus. Sed quomodo ma-
gnus factus eſt per eam, qui in ſe & ex ſe magnus, imò ſuper omnem magnitudinem
eſt: imò quæcunque maxima per eum magna ſunt; & per ipſum Virgo facta eſt, &
quicquid factum eſt in virgine. Non eſt quidem facile dictu, verum eſt tamen. Legi-
tur Salomon feciſſe ſibi thronum de ebore grandem. non fuit tale opus in vniuerſis *3.Reg.10.18.*
regnis terrę, vſq; ad huius throni fabricationem. Salomon quaſi vnus de regibus ter-
ræ ſedet: ſed cum thronũ cęteris eminentiorem conſcendit celſior eſt in thronis fa-
ctus. Pacificus noſter, qui fecit vtraq; vnum vſq; ad B. Virginem, thronum nõ habuit
eburneum, id eſt, nõ inſedit animæ propoſitum Virginitatis habenti. Per ebur enim
virginitas in S. Scriptura ſignificatur, & ſic vſq; ad virginem, quaſi ſuper communem
& plebeium thronum ſedebat plenus dierum. Dominus enim vſque tunc quaſi im- *Geneſ.1.28.*
memor virginitatis, tanquam diſſimulator cælibatus propagationem carnis com- *P. Comeſt. ca.*
mendabat, dicens primis parentibus. Creſcite & multiplicamini, & replete terram. *29. hiſtor. in*
Etiam ipſis poſt mortẽ Abel præ dolore conuenire nolentibus, pręcepit vt conueni- *Geneſ.*

 rent

Geneſ.21.1. rent in idipſum. Abrahæ centenario & Saræ ſterili & confectæ in munus diuinæ largitatis filium dedit, *Geneſ.22.17.* multiplicationem ſeminis promiſit. Maledicta à Domino viſa *1.Reg.1.20.* eſt mater Samuelis, donec fœcunda facta eſt, & peperit plurimos. Eliſæus Sunamiti *4.Reg.4.16.* filium impetrauit à Domino. munificentiam mulieris hoſpitalis melius poſſe recompenſari non exiſtimans. Prima virgo auſa eſt progredi in medium. Lege enim ſtante ex aduerſo, Moyſe pœnam minitante, qui à filiabus Iſraël ſobolem exigebat, *B. Virgo prima vouit virginitatem.* licet non accepiſſet præceptum à Domino. De virginibus, nondum erat Apoſtolus, qui conſilium daret. Prima votum virginitatis glorioſum ſanctimoniæ munus obtulit DEO. ac ſi diceret. Domine forſitan vereris agere nobiſcum de virginitate, *1.Cor.7.* quia cognoſcis figmentum noſtrum. conſideras, quia caro & ſanguis ſumus, in quos *Auguſt. de S. Virgin.c.4.* fines ſæculorum deuenerunt. Tamen potes, ſi vis, reparare, quod corruptum eſt in terris, vt repares quod ſupplendum eſt & in cœlis. Qui vſque huc dixeras. Creſcite, & *Bern.ſerm.4. in Miſſus eſt.* multiplicamini, & replete ſolum. dicas etiam virginibus, ſi placet. Creſcite & multiplicamini & replete polum. Tempus eſt, vt quo magis ad futurum iudicium appropinquas, tantò celſius modò ſedeas. Et ſic aſcendens Dominus per Virginem, & in Virgine de ebore thronum grandem; celſior factus eſt ſecundum throni celſi- *Luc.1.* tudinem. Solus itaque chorus Virginum poſt B. Virginem cantare poteſt. Magnum facit anima mea Dominum. Sequitur, de aſſidua deambulatione cum agno, quæ ſic *Apoc.14.3.* exponi ſolet. Agnus DEVM hominem deſignat, qui cucurrit viam huius mundi vtro- *Quomodo Virgines agnũ ſequantur.* que pede recto & firmo, ſcilicet, in puritate ſpiritus, & integritate carnis. Soli ergo virgines è veſtigio in vtroq; CHRISTVM imitantur. Alij altero pede rectè incedere poſſunt, ſed altero, quia fractus fuit & ſolidatus, non adeò greſſum figunt, quaſi ſub- *Locus mendoſus.* claudicantes, tamen ſine præiudicio aliorum dicere poſſumus. Agnus de genere quadrupedum eſt, in quo quatuor greſſus CHRISTI hominis intelligimus. Ambulauit enim in terris, dum adhuc viueret. mortuus ambulauit in inferis. excitatus vſq; ad aſcenſionem ambulauit in extremis maris. ſublimatus ad dexteram Patris tandem ambulauit in cœlis. In terris ambulauit humiliter, in inferis terribiliter. in extremis maris mirabiliter, in cœlis ſublimiter. Iiſdem quatuor modis ambulant Virgines. Quod humiliter ambulent, patet, quia comes indiuidua virginitatis, & quaſi collactanea eius eſt humilitas: cuius ſignum eſt verecundia virginalis, ex qua coniunctione, etiam nomine verecundiæ virginitas ſæpe pudor dicitur. Ambulant etiam terri- *Cant.6.3.* biliter. Hæc eſt enim inter acies militantis Eccleſiæ terribilis, vt caſtrorum acies ordinata: terribilis, inquam, ſerpenti antiquo. nam videns in carne iſtorum familiare *Virginitas incomparabilis meriti.* cauterium ſuæ aduſtionis, timet ne conterant caput eius. Ambulant etiam mirabiliter. agere enim in carne, quæ non ſunt carnis, mirum eſt, & incomparabilis meriti, & etiam gloriç ſublimioris. Vnde & hoc ipſo poſſunt dici ambulare ſublimiter. Sed ve- *Exo.25.40.* riſimile eſt, quod aliud in hoc vltimo latet. Non enim Moyſes ſine cauſa iuxta exemplum ſibi in monte monſtratum, id eſt, ſecundum quod viderat in ſtatu angelorum ſuper cortinas & ſaga, id eſt, ſubditos & prælatos, imò & ſuper pelles Parthicas, id eſt, ſuper ipſos martyres, qui Eccleſiam DEI ſanguine ſuo fundauerunt, pelles hyacinthinas collocauit, ſuperiorẽ omnibus eſſe virginum locum ex ipſo DEI ſecreto repor- *DEVS Eccleſiam ſuã duplici ordine, angelorum & hominũ conſtare voluit.* tans. Hanc ſublimitatem ſi verbis audacia detur, diſcere poſſumus in hunc modum. Creator bonorum noſtrorũ non egens, ſola bonitate rationalem creauit creaturã, qua ipſum cognoſceret, & cognitũ diligeret, & dilecto frueretur. Duas aũt eſſe voluit rationales creaturas: ſpiritualem ſcilicet & corporalem, inter quas tanquam fons medius luminum reſideret. Itaque tanquam è duobus parietibus è regione ſeſe reſpicientibus Eccleſiam ſuam inſtituere voluit conditor DEVS, vt decem ordines ex homi-

hominibus pari numero reſponderent decem angelorum ordinibus. Quod aſtruit Gregorius ex illa auctoritate. Conſtituit numerum populorum iuxta numerum angelorum DEI. Cum autem corruiſſet Lucifer ſecum magnum ſtellarum partem trahens, id eſt, angelorum, ſtatuit Dominus etiam ex hominibus ruinam angelicam reparare. Fruſtra enim videretur facta pars quæ corruit, niſi quandoque repararetur. Hoc ſupplementum angelicæ ruinæ ex ſolis virginibus fieri veriſimile eſt, cum alij tanta nõ accedant ad angelos affinitate, imò teſte veritate commiſſura noui panni non congruè aſſuitur panno veteri: ſicut econtrario commiſſura veteris non bene aſſueretur nouo: & ſic vetuſtas carnis corruptæ minus decenter ſociaretur angelorum puritati primariò. Quod etſi in ſacra Scriptura non adeò inueniatur expreſſum, ſufficere poteſt ad eius aſſertionem illud Euangelicum, quod neque nubent, neque nubentur, & erunt ſicut angeli DEI. Et hæc eſt ſingularis ſublimitas virginum, quod ad paritatem tranſeunt angelorum. Sequitur de *decore Carmeli & Saron*. Carmelus interpretatur circumciſio vera; dicitur autem circumciſio vera, id eſt, integra. & hæc eſt circumciſio octauæ, quam expectamus, cum circumcidetur ſpiritus & caro ab omni culpa & pœna. Eſt ergo integra circumciſio in vtroque ſabbathiſmo. Quod etiam duo Carmeli non indecenter exprimunt; quorum alter, in quo Nabal ſtultus habitauit, fuit in medio Iudææ: alter verò, in quo Elias altare ædificauit,& habuit ignem de ſublimi in finibus Iſraël. Ad hunc enim modum ſabbathiſmus animæ etiam nunc in medio temporis huius, id eſt, in ſeptima ætate, quæ nunc agitur, datur ſpiritibus beatorum. Corporis verò ſabbathiſmum in fine ſæculorum expectamus. Hodie autem veriſimile eſt, quod B. Virgo & animæ beatitudinem & corporis glorificationem adepta eſt. Quod ne cui veniat prorſus in dubium, auctoritatibus aſtruamus, opinando tamen, non aſſerendo. Hodierna clamat oratio. *nec tamen mortis nexibus deprimi potuit*, &c. Eadem etiam admiratio angelorum in aſcenſione Domini dicentium. Quis eſt iſte, qui venit de Edom? &c. Fuit & à propheta pronunciatum de aſcenſione Virginis. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit velut aurora conſurgens, pulchra vt luna, electa vt ſol? Non ſolet in Scriptura plenitudo Solis & lunæ niſi corporibus propriè adaptari. Inde etiam ſcriptum eſt. *Fecunda Virginis hodie cœlum amplectitur præſentiam*. Et illud. *Eleuatus eſt ſol in cœlo, & luna ſtetit in ordine ſuo.* Illud etiam Dauidicum quomodo implebitur. Adducentur regi virgines poſt eam, ſi vſque ad communem omnium adductionem dilata eſt adduci? Quando autem prius adducentur, niſi hodie, adhuc inuenire non poſſumus. Adhæc probabili inductione exempli idipſum probari poteſt. Vir & vxor duo ſunt in carne vna. Expreſſius autem mater & filius ſunt vna caro. Sanè Patres, qui Spiritu ſancto dictante decreta promulgauerunt, ius in coniugibus ſanxerunt, vt ſi alter deſerens ſæculum adhæreat DEO, alter non remaneat in ſæculo. Vnius enim carnis partes tàm violenter diſtrahi ius non eſſe viſum eſt eis. Sic & indecens videri debet, ſi altera pars carnis virgineæ ſit in cœlo, & pars altera reddatur ſolo. parti alteri datum ſit non videre corruptionem, & altera ſoluatur in cinerem. Sicut enim B. Virgo à maledictione mulieris, cui dictum eſt. In dolore paries, facta eſt immunis, quia peperit ſine dolore, ſic & communi viri & mulieris maledictione facta eſt immunis, qua dictum eſt. In cinerem ibis. Vnde & ab angelo benedicta eſſe dicitur, quaſi à primordiali maledicto liberata. & ſic *decor Carmeli*, id eſt, integræ circumciſionis datus eſt hodie virgini. nihilominus etiam *decor Saron*, decor principatuum, id eſt, angelorum. Non enim admixta eſt angelis, ſed in decore ſuo exaltata eſt hodie ſuper choros angelorum, tanquam

Deuter. 32. 8. iuxta 70. Gregor. hom. 34. in Euang. Apoc. 12. 4.
Ruina angelorum ex virginibus reparata.
Matth. 9. 16. Matth. 22. 30.
1. Reg. 25. 3. 3. Reg. 18. 32.
B. Virgo aſſumpta eſt anima & corpore in cœlũ. Vide Caſ. Baron. in 1. tom. annal. & in martyrol. Roman. Pet. Caniſ. in Mariali.
Iſa. 63. 1. Cant. 6. 8. Pſal. 44. Geneſ. 2. Cap. præterea. c. cum ſis. cap. cum ad Apoſtolicam. de conuerſ. coniugat. Geneſ. 3. 16. Luc. 1.

3.Reg.2.19. tanquam confidens filio. Si enim Salomon matri ad ſe intranti pro petitione Adoniæ thronum ſibi lateralem ſtatuit, probabilius eſt DEI filium matrē ſibi ſtatuiſſe ad *Pſal.44.* dexteram, ſecundum illud. Aſtitit regina à dextris tuis. Et ſicut in die aſcenſionis *Pſal.109.1.* Dominicæ dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis. ſic & hodie dixit Do- *Iſa.62.5.* minus Dominæ meæ, ſede à dextris meis. Et illud Iſaiæ impletum eſt. Stabit iuuenis *Ad nomen MARIÆ genua flectuntur in terram.* cum virgine. Nec fruſtra conſueuit Eccleſia interceſſionem B. Virginis affectuoſius cæteris implorare, ita quod audito eius nomine genua terræ affigat, imò pro nominis reuerentia quaſi mare confragoſum ſonant vota populorum. Quod quare fiat, quia in alio ſermone prædictum eſt, hic præterimus. Proſternamur ergo ſinguli, proſternamur vniuerſi ad pedes B. Virginis, quæ hodie facta eſt ſplendidior aſtris, celſior angelis, vt eius pia interceſſione videamus matrem cum prole, filium cum patre, IESVM CHRISTVM, iudicem noſtrum, Dominum noſtrum, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem.

IN EODEM FESTO, ASSVMPT. B. VIRG. MARIÆ.

SERMO XXIX.

Cant.4.6. IBO *mihi ad montem myrrhæ, & ad colles Libani, & loquar ſponſæ meæ.* Sponſus quidam hic loquitur, qui ſponſam habet, & ſpondet ſe viſitaturum illam. Nota ergò quod non ſemper domi eſt ſponſus iſte. Cauet enim forte, ne vileſcat amor ſuus: & quia citius in tædium veniret, ſi ſemper præſens eſſet, ideò aliquando ſe ſubtrahit, aliquando ad tempus recedit. vt dum requiritur abſens, ſtrictius teneatur præſens. Et tunc forte aberat, quando hæc dicebat. Sed ne rurſus longior mora aliquatenus obliuionem gigneret. redire diſponebat, & ait. *Ibo mihi.* ſecum loquitur, quod facturus eſt, quia ad dicendum dulce eſt, quod dulce eſt ad faciendum. & neſcio quo pacto, quod multum cupimus, nunquam loqui faſtidimus. Ibo, inquit, mihi. Sibi vadit, quia ſingularis amor participem ſecreti non recipit. ſibi vadit, quia non vult ſodalem itineris, quia non patitur conſortem amoris. Sed quæris, quis ſit iſte talis ſponſus, quæ ſponſa eius. Sponſus eſt DEVS, ſponſa eſt anima. Tunc autem ſponſus domi eſt, quando *Anima cur dicatur ſponſa DEI.* per internum gaudium mentem replet. Tunc recedit, quādo dulcedinem contemplationis ſubtrahit. Sed qua ſimilitudine anima ſponſa dicitur? ideò ſponſa, quia donis gratiarum ſubarrhata. ideò ſponſa, quia illi caſto amore ſociata. ideò ſponſa, quia prole virtutum fęcundata. Nulla eſt anima, quæ huius ſponſi arrham non acceperit. Sed eſt quædam arrha communis, quædam ſpecialis. Communis arrha eſt, quod nati ſumus, quod chariſmata virtutum accepimus, quod ſentimus, quod ſapimus, quod diſcernimus. Specialis arrha eſt, quod regenerati ſumus, quod remiſſionem peccatorum conſecuti ſumus, quod chariſmata virtutum accepimus: & quod quiſque habet, hoc cuique arrha eſt. Arrha eſt diuiti diuitiæ ſuæ, quibus fouetur, ne eum moleſtia paupertatis frangat. Arrha eſt pauperi paupertas ſua, qua caſtigatur, ne abundans per incontinentiam defluat. Arrha eſt forti fortitudo ſua, qua roboratur, vt ad bonum opus conualeſcat. Arrha eſt debili debilitas ſua, qua ſtringitur, ne malum perficiat. Arrha eſt ſapienti ſapientia ſua, qua illuminatur, vt proficiat. Arrha eſt inſipienti ſimplicitas ſua, qua humiliatur, ne ſuperbiat: & omninò quicquid in

hac

hac vita humana fragilitas tolerat, hoc pius conditor, quantum in ſua bonitate eſt, vel ad correctionem prauitatis, vel ad perfectum virtutis diſpenſat. Ideò in omnibus gratias agere debemus, vt dum vbique miſericordiam eius agnoſcimus, ſemper in eius amore proficiamus. *Ibo*, inquit, *mihi ad montem myrrhæ*, &c. Myrrha, quæ amara eſt ad guſtandum, & corpora mortuorum à putredine ſeruat, ſignificat mortificationem carnis. Libanus, quod interpretatur decandidatio, ſignificat munditiam cordis. Hæc ergò eſt via, per quam ſponſus ad ſponſam venit. Mons myrrhæ, & colles Libani, quia primùm per abſtinentiam concupiſcentiam carnis occidit: deinde per munditiam cordis ignorantiam mentis abſtergit. Poſtremo quaſi tertio die ad colloquium ſponſæ veniens deſiderio ſuo animam occidit. Ideò conuenienter dixit. Mons myrrhæ, non collis myrrhæ: & colles Libani, non montes Libani, quia in afflictione debemus eſſe conſtantes, & in ſucceſſu virtutum humiles. Altitudo enim montis eminentiam ſignificat magnanimitatis & mediocritatis, collis temperantiam humilitatis. Item, quod montem ſingulari numero poſuit, & colles plurali, ſignificat quod in mortificatione exteriori delectationis parum eſt, quod perdimus, & in illuminatione mentis intrinſecus multiplex eſt bonum, quod inuenimus. In monte myrrhæ accepimus fortitudinem contra carnis concupiſcentiam, in collibus Libani accipimus illuminationem mentis contra ignorantiam. in colloquiis ſponſi, accipimus caritatem contra maleuolentiam, & cordis obdurationem. Potentia ad Patrem, ſapientia ad Filium, caritas ad Spiritum ſanctum pertinet. Hoc eſt quod dicitur. peccare in Patrem. peccare in Filium, peccare in Spiritum ſanctum. Quando enim ex fragilitate peccamus, peccamus in Patrem, quaſi contra potentiam. Quando verò ex ignorantia peccamus, peccamus in Filium, quaſi contra ſapientiam. Quando verò ex maleuolentia peccamus, peccamus in Spiritum ſanctum, quaſi contra dilectionem. & ideò peccare in Patrem, ſiue in filium hic, ſiue in futuro remittitur: quia qui ex fragilitate vel ignorantia peccat, ſicut aliquam excuſationem habet in culpa, ita aliquam remiſſionem debet habere in pœna; ſiue in hoc ſæculo, ſi pœnituerit, vt facilius conſequatur indulgentiam; ſiue in futuro ſæculo, ſi in malo perſeuerauerit, vt tolerabiliorem ſentiat pœnam. Qui verò ex malitia peccant, eorum delictum nullam habet excuſationem, & ideò pœna eorum remiſſionem habere non debet: quia ſi pœnituerint in hoc ſæculo, plena ſatisfactione multandi ſunt, ſi verò non pœnituerint, plena damnatione in futuro ſæculo puniendi: & ideò hi tales, nec hic, nec in futuro ſæculo remiſſionem accipiunt, non quia pœnitentibus venia denegetur, ſed quia pleno peccato plena retributio debeatur. *Loquar*, inquit, *ſponſæ meæ*. Duobus modis loquitur DEVS ad animam. aliter item ad fornicariam, aliter ad ſponſam. aliter ad fœdam, aliter ad pulchram: aliter ad peccatricem, aliter ad iuſtificatam: illius fœditatem increpat, huius pulchritudinem laudat: illam increpando timore concutit, iſtam laudando ad amorem accendit. Illi loquitur, quando maculas ſuas ei oſtendit, iſti loquitur, quando dona quæ contulit, ei ad memoriam reducit: illius tenebras illuminat, vt agnoſcat quid ſit, & defleat quod fecit; iſtam affectu dulcedinis internæ tangit, vt recolat, quid acceperit, & non obliuiſcatur eum qui dedit. *Loquar*, inquit, *ſponſæ meæ*. Si ego ſponſus ſum, ſi ad ſponſam locutus ſum: ſcitote, quod præter amorem nil loqui poſſum. Poſtquam igitur hæc ſecum dixerat ſponſus, continuò iter arripuit, venienſque & videns ſponſam, mox quaſi eius ſpecie in admirationem ductus, in hæc verba prorupit. *Tota ſpecioſa es proxima mea*, &c. Vel cum præcedenti hoc coniungitur. *Loquar ſponſæ meæ*. ſic ſcilicet. *Tota ſpecioſa es proxima mea*.

Quando peccemus in Patrem, Filium, & Spiritū S.

Matth. 12. 32.

Cur peccatū ex malitia irremiſſibile dicatur.

Quomodo Deus loquatur animæ.

ſed illud gratis accipitur. *Tota ſpecioſa es proxima mea.* Omnis anima vel auerſa eſt a DEO, vel conuerſa ad DEVM. Auerſa autem, alia remota, alia remotiſſima. Conuerſa autem, alia propinqua, alia proxima. Quæ remota eſt, turpis iam eſt. item quæ propinqua eſt, ſpecioſa eſt, ſed adhuc non tota. Quæ proxima eſt, tota ſpecioſa eſt. Tota ſpecioſa es proxima, & macula non eſt in te. Totus ſpecioſus eſt, cui nihil deeſt pulchritudinis. totus ſpecioſus eſt, cui nihil ineſt turpitudinis. Ego totus ſpecioſus ſum, quia omne quod pulchrum eſt, in me eſt. Tu tota ſpecioſa es, quia nihil quod turpe eſt, in te eſt. Macula non eſt in te. Veni ad Libanum ſponſa. Hactenus qua via ſponſus ad ſponſam venerit; quid veniens ad ipſam dixerit, audiuimus. Deinceps ſponſa ad ſponſum, qua via venire debeat, audiamus. *Veni*, inquit, *ad Libanum*. Inuitat eam, & vocat. quia non ideo ad illam venit, vt cum illa permaneret, ſed vt illum ad ſe traheret. *Veni ad Libanum, veni, ad Libanum venies.* Bis inuitando dicit. Veni. tertio affirmando, ſubiungit. Venies. Sed quid eſt hæc affirmatio, niſi congratulatio, qua bono propoſito noſtro congaudet? ac ſi diceret. obedientiam laudo, propoſitum video, deuotionem non ignoro. voco, & reſpondes: inuito & operata es, ergo venies. Sed quare bis dicit, veni? vt qui extra ſe eſt, primum ad ſe redeat: qui in ſe eſt ſupra ſe aſcendat. Primum in nobis eſt, & præuaricatores ad cor redire monet. Deinde ſupra nos eſt, vt iuſtificatos ad ſe inuitet. Veni, inquit, veni, veni de foris intus ad te. veni de intus intrinſecus ſuper te ad me. Veni ad Libanum ſponſa, veni ad Libanum, veni de Libano, veni ad Libanum, veni de Libano de candidato, ad Libanum, non decandidatum, ſed candidum. Veni de corde mundato ad mundatorem cordium, non mundatum, ſed mundum. Non peruenis ad me, ſi remanes in te. aſcende ſuper te, & inuenies me. Venies ad me, & tranſibis ad montem Seir, vel Sanir. Seir interpretatur, hiſpidus, vel piloſus. Sanir nocturna auis, vel fœtor. Et eſt Seir idem qui Edom, id eſt, Eſau. Eſau & Iacob duo

Geneſ.25.25. erant fratres. Eſau prior natus, ſed à poſt nato Iacob ſupplantatus. Eſau venator, & ſtudiis agreſtibus deditus fuerat. Iacob vir ſimplex domi habitabat. Quid autem hi duo fratres, niſi duo motus, qui in homine ſunt, deſignant, hoc eſt, con-

1.Cor.15.46. cupiſcentiam carnis & ſpiritus. Scimus autem, quod dicit Apoſtolus, non prius quod ſpirituale, ſed quod carnale eſt, prius eſt: hoc eſt Eſau prius naſcitur. Cum verò ſpiritus concupiſcentia roboratur, concupiſcentia carnis marceſcit. hoc eſt Eſau a poſt genito Iacob ſupplantatur. Item concupiſcentia carnis quaſi Eſau venator foris paſcitur, concupiſcentia verò ſpiritus, quaſi Iacob vir ſimplex intus delectatur. Eſt ergo Seir piloſus carnis motus turpis & indecorus: & bene piloſus, quia ſicut pilus in carne radicem figit, ſed excreſcendo carnem excedit, ita carnis motus de neceſſitate oritur, ſed ex [illegible]

Montis Seir allegoria. que profluit. Et quemadmodum pilos [illegible] appetitus carnis, quantum ad ſuperfluitatem [illegible], quaſi extra [illegible] carnis ſine detrimento præciditur, ſed quantum ad neceſſitatem [illegible], quaſi intra carnem non ſine detrimento extirpatur. [illegible], quid ſit Seir, nunc quid ſit mons Seir videamus. Habet enim Seir [illegible] montem, habet & vallem: & vt plus dicam, habet [illegible] vallem ſed in valle debilis, in campo eſt fortis, in [illegible]. Seir in monte eſt appetitus carnis in neceſſitate. Seir in valle [illegible] carnis in voluptate. Quando ad viuendum tantum caro [illegible] accipit, Seir in monte eſt: quando verò ad robur nutrimentum quærit, Seir in campo eſt. Quando autem ad laſciuiendum delicias

poſcit,

poſcit, Seir in valle eſt. Quare ergo in monte inſuperabilis eſt? Quia ſuſtentamentum carnis in hac adhuc carne degentibus neceſſarium eſt. Quare in campo fortis? quia & robur carnis aliquando profectibus animæ vtile eſt. Quare in valle debilis? quia voluptas carnis ſemper ſuperflua eſt. In valle prohibetur, in campo conceditur, in monte remuneratur; in valle ſeruit, in campo pugnat, in monte regnat, in valle eſt luxuria, in campo temperantia, in monte parſimonia. In valle adiuuante gratia facilè calcatur, in campo cum difficultate vincitur, in monte ne ſuperari valeat, ipſe ei quotidianus noſter defectus vires iugiter ſubminiſtrat. qui ſuperflua reſecat, Seir in valle conculcat. Qui verò etiam de neceſſariis aliquid minuit, Seir in campo vincit. Qui autem ad ſuſtentamentum tantum naturæ neceſſaria tribuit, quaſi Seir in monte exactori obſequium reddit. Sciendum tamen, quod Seir iſte ibi ſine difficultate vincitur, vbi periculoſiſſimè dominatur. ibi verò prorſus inſuperabilis eſt, vbi ſine periculo tolerari poteſt. Si verò legatur Sanir, quod interpretatur nocturna auis, vel fætor, *Cant. 6.8.* ad eundem carnalem motum congruè referri poteſt. Qui vel ideò nocturnus dicitur, quia occultus venit, dum ſpecie neceſſitatis irrepit voluptatis illecebra, vel quia per delectationem carnis naſcitur excæcatio mentis. Nocturna ergò auis eſt occultus, & improuiſus motus carnis. Quare verò concupiſcentia carnis fætor dicatur, hoc iam expoſitione non indiget. *Et Hermon.* Hermon interpretatur, anathema eius. cuius eius, niſi ipſius anathematis? Primùm ergo quærendum eſt, quid ſit anathema. deinde, quid ſit anathema anathematis, adiungendum. Anathema, hoc eſt, ſeparatio. Anathema anathematis, ſeparatio ſeparationis. Et fortaſſe, ſi ſeparatum eſſe, malum ſit: tamen ſeparatum eſſe à ſeparato bonum erit. *Anathema quid ſit.* Quis autem melius poteſt dici anathema, quam apoſtata angelus, qui ſe primum per ſuperbiam à ſocietate illius ſupernæ ciuitatis ſeparauit, & ex merito præuaricationis ſuæ, dum capitis membrum eſſe noluit, ab vnitate corporis illius præciſus caput iniquorum omnium factus eſt? Conſtat autem, quod omnis homo ſecundum primam generationem, qua in peccato concipitur, & cum peccato naſcitur, huius capitis membrum eſt, & ad illius ſocietatem pertinet. Sed quiſquis per ſacramenta fidei regeneratus membrum CHRISTI efficitur, ab vnitate huius corporis ſeparatur. Quis eſt ergo anathema, niſi diabolus, & membra eius? & qui ſunt anathematis, niſi hi, qui ſeparati à corpore diaboli facti ſunt membrum CHRISTI? Quid ſignificet Hermon iam diximus. nunc quid ſignificet mons Hermon videamus. Nam quemadmodum ſupra de Seir dictum eſt, ita & nunc de Hermon dici poteſt. quod videlicet alij ſint mons Hermon, alij vallis Hermon. *Montis Hermō allegoria.* Vallis Hermon dici poſſunt, qui per fidem quidem à diabolo iam ſeparati ſunt, ſed adhuc per vitam carnalem in infimis deſideriis proſtrati iacent. Campus Hermon ſunt hi fideles, qui medium quendam ſtatum tenentes, nec per voluptatem carnis in imo depreſſi ſunt, neq; per ſpiritualem conuerſationem ad ſuperna erigi poſſunt. Mons verò Hermon ſunt hi, qui non ſolum per fidem à diabolo ſunt ſeparati, ſed etiam per eminentiam virtutis, & per conſtantiam mentis contra diabolum ſunt erecti. & hi profectò ſunt, quibus antiquus hoſtis magis inuidet. quos non ſolum à ſe diuiſos, ſed etiam contra ſe erectos videt. Hi ſunt ergo, quos iugiter perſequendo opprimere nititur, quos & à ſe receſſiſſe, & ſtare contra ſe conſpicatur. Iſti ergò tantò grauiores tribulationes ſæpe ſuſtinent, quantò magis communem omnium hoſtem ſibi ſingulariter infenſum habent. Nihil ergò melius per montem Seir, quàm parſimoniam, nihil melius per

montem Hermon, quàm patientiam Sanctorum accipimus. Sequitur deinde. *A*
Leonum allegoria. *cubilibus leonum*. Quid per cubilia leonum, niſi, vt ita dicam, ſopita crudelitas
intelligitur? Et quid eſt ſopita crudelitas, niſi carnis voluptas? quæ improuidos
quoſque nunc quidem delectat per experientiam prius, poſt verò cruciat per
conſcientiam, deinde per pœnam. Attende, quomodo nunc in delectationem
Prou.5.3. carnalis voluptatis dormit crudelitas venturæ damnationis. Fauus, inquit Salomon,
diſtillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius, nouiſſima autem
Prou.9.16. eius amara quaſi abſynthium, & acuta quaſi gladius biceps. Et rurſum. quis eſt
paruulus, declinet ad me. Et væcordi locuta eſt. Aquæ furtiuæ dulciores ſunt, &
panis abſconditus ſuauior. Et ignorauit quod gigantes ibi ſint, & in profundis
Iob 40.16. inferni conuiuæ eius. Et Dominus ad B. Iob de antiquo hoſte loquens ait; Sub
vmbra dormit, in ſecreto calami, in locis humentibus. In illis enim mentibus
diabolus pauſat, quæ intus à calore diuini amoris frigidæ foris nunc in fluxa carnalium
voluptatum delectatione gaudent, & quæ ſubinde amaritudo ſecutura
ſit, non præuident. Cubilia ergo leonum ſunt blandimenta carnalium voluptatum,
quæ nunc quidem mollia videntur per experientiam, poſt verò crudelia
ſentientur per pœnam. Nunc ſiquidem leo cubat & dormit, quia mentibus carnalium
nunc per delectationem peccati diabolus blandum ſe ſimulans, nondum
qualis futurus ſit oſtendit. Sed tunc euigilare incipiet, quando eos, quos illicitis
nunc delectationibus ſeducens ſpontaneos tenet in culpa, poſt aperte ſæui-
Leopardorũ allegoria. ens inuitos trahet ad tormenta. Sequitur. *A montibus Leopardorum*. Leopardus
à leone & pardo procreatur. Leo crudelis eſt. leopardus maculoſus. Si ergo
leo propter crudelitatem dæmones, pardus propter varietatem congruè hæreticos
deſignat, qui quia vnitatem fidei diuerſis & peruerſis dogmatibus ſcindunt,
quaſi quibuſdam maculis corpus infectum gerunt. Qui ſunt ergò leopardi,
niſi ſuperbi amatores huius ſæculi, quos primum diabolus per doctrinam
hæreticorum ad perfidiam generat, ac deinde per huius mundi amorem ad vitia
inflammat? Montes leopardorum diuitiæ ſunt & pompæ huius ſæculi, in quibus
peruerſi ſe extollunt, & electorum vitam tantò acrius inſectantur, quanto
eos in hoc ſæculo abiectos & ſublimes aſpiciunt. Bene ergò dicitur ad ſponſam.
Venies, & tranſibis ad montem Seir & Hermon, a cubilibus leonum, à montibus
leopardorum. Quia dicetur, tranſibis ad montem Seir, à cubilibus leonum, tranſibis
ad montem Hermon, à montibus leopardorum. Sed quid eſt de cubilibus
leonum ad montem Seir, niſi de incontinentia ad caſtitatem, de voluptate ad
parſimoniam? Et quid eſt de montibus leopardorum ad montem Hermon, niſi
de ſuperbia ad humilitatem, de crudelitate ad patientiam? Et nota, quod dixit,
de cubilibus: non, de cubili, de montibus, non de monte, & ad montem, non
ad montes. De cubilibus ergo ad montem, de multis ad vnum progredimur.
quia quanto magis mundum fugiendo Deo appropinquare incipimus, tanto
magis in vnum congregamur, adiuuante Domino noſtro IESV CHRISTO,
qui veniet iudicare viuos & mortuos,
& ſeculum per ignem.

IN

IN FESTO S. AVGV-STINI.

Ad Regulares.

SERMO XXX.

MELIOR *eſt canis viuus leone mortuo.* Litteræ ſuperficies arida quidem & exanguis videtur, ſed puteus altus eſt. Eruderemus ipſum,& fortaſſe inueniemus aquam viuam, & ſuauem ad bibendum. Eccleſiaſtes ſapientiſſimus hominum temperauit nobis grande ferculum in vaſe breui, pretioſum in fictili, cibum grandem, & cibum grandæuum. Sub metaphora enim canis viui, & leonis mortui, contulit,& prætulit Chriſtianum ſimplicem, humilem & abiectum in domo DEI ſui, Iudæo de iuſtitia legis glorianti,& Philoſopho gentium, de ſapientia mundi ſuperbienti. Ille enim ex fide ſua viuit: iſti tanquam mortui dormiunt in ſepulcris, quorum non eſt adhuc memor Dominus. Veruntamen non eſt de eis deſperandum: quia qui dormit,adiicere poteſt,vt reſurgat, ſurgere vt viuat. Vnde Apoſtolus. Surge qui dormis, exurge à mortuis,& illuminabit te CHRISTVS. Sicut enim iuſtus in præſenti viuit vita mortali,poſtmodum victurus vita vitali, ſic impius in præſenti morte mortali, in futuro moriturus morte vitali. Prædicta itaque metaphora vſus eſt Salomon in commendationem fidelium. Veruntamen poſſumus & nos vti eiſdem verbis tranſumptiuè, & verbum notum reddere nouum, & verba Salomonis facere noſtra, & ex eis noſtrum & nouum formare intellectum ad commendationem P. AVGVSTINI. Fortaſſis eſt aliquis commendans P. Auguſtinum, dicens eum fuiſſe Philoſophum, inter ſummos nominatum: commendat in eo torrentem eloquij Tullianum, admiratur in eo, quod anhelantibus verbis Demoſthenis ſuos rebus nouit maritare ſermones, & omnem Philoſophorum peritiam in eo fuiſſe proteſtatur. Ad quem reſpondere poſſumus. Frater modicum eſt, vel nihil, in quo commendas P. Auguſtinum. Sanè dum eſſet Philoſophus, facundus erat, ſed infœcundus doctor, ſed indoctus leo, ſed mortuus. Sed per DEI miſericordiam factus eſt de leone mortuo canis viuus, de doctore erroris,doctor veritatis, cuſtos Dominici gregis, de eo qui fuerat inimicus & impugnator fidei,factus eſt & defenſor CHRISTI,ſecundum illud. Domine lingua canum tuorum ex inimicis. & ſic elucet, quia melior canis viuus leone mortuo. A mortuo enim,quaſi non ſit,perit confeſſio iuxta illud.non mortui laudabunt te Domine. Et ne ignoremus,de quo genere leonis fuerit Auguſtinus, adiectiua dictione determinatum eſt, cum dicitur, *mortuus.* Quatuor enim genera leonum leguntur in ſacra Scriptura. Eſt enim leo DEVS,& eſt leo DEI, qui Hebraice dicitur Ariel. eſt leo Zabulus,& eſt leo Zabuli. Primus eſt leo vita. ſecundus leo viuus. tertius leo mors. quartus leo mortuus. Primus ſtat in ſpecula,ſecundus graditur in via, tertius iacet in ſpelunca, quartus fremit in platea. De primo legitur. Vicit leo de tribu Iuda,qui ſtat in ſpecula,ſedens ad dextram Patris, & proſpicit ſuper filios hominum, vt videat, ſi eſt intelligens, aut requirens DEVM. de quo legitur in Iſaia,quod cum vidiſſet ſpeculator aſcenſorem cameli,ſubditur. & clamauit leo. Ego ſto ſuper ſpeculam Domini iugiter per diem & noctem. Leo viuus propriè dicitur Martyr, qui non timet, quid faciat ſibi homo. De quo Salomon. Tria ſunt, quæ bene gradiuntur,& quartum,quod incedit feliciter. Leo fortiſſimus beſtiarum ad nullius pa-

Eccl. 9. 4. *Eph. 5. 14.* *Pſal. 67. 24.* *Eccli. 17. 27.* *Pſal. 113. 17.* *Leones quatuor in S. S.* *Apoc. 5. 5.* *Iſa. 21. 8.* *Prou. 30. 30.*

uebit occurſum. Hic eſt martyr, qui pedem ſuum tingit in ſanguine, vt tandem volet ſuper pennas ventorum. Leo Zabulus latet in ſpelunca: inſidiatur, vt rapiat bene
1. Pet. 5. 8. gradientes, & diuidat prædam catulis ſuis, de quo Petrus. Leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, cui reſiſtite fortes in fide. Leo mortuus, fremit in platea, terret
Prou. 22. 12. & atterit eos, qui latam terunt viam, quæ ducit ad mortem. de quo Salomon. dicit piger, leo fortis eſt, in medio platearum occidendus ſum. Hic intelligi poteſt, Prin-
Prou. 28. 15. ceps impius, ſecundum illud. Leo fremēs Princeps impius ſuper pauperē populum. Sed verius intelligitur Philoſophus, qui comparatur regi animalium, quia præibat erudiendo animalem populum, docens enim non ſolum inutilia & nocua, ſed etiam quid eſſet ſummum bonum in vita, ſed vario, & non vero modo. Summum enim bonum in vita dixit Epicurus voluptatem corporis. Stoicus timorem mortis. Peripateticus virtutem mentis: quod ſecus eſt à veritate. Summum enim bonum
Rom. 7. 24. in vita, eſt gratia DEI per IESVM CHRISTVM. Vnde Apoſtolus. Quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia DEI per IESVM CHRISTVM. Talis leo fuit P. Auguſtinus, ſed ſapientia mundi inflatus, ſapiētia carnis diſtractus, quarum vtraq; eſt inimica DEO. Erat enim leo mortuus. per ſapientiam mundi ſapere, deſipere eſt:
1. Cor. 1. 19. per ſapientiam carnis ſapere, inſanire eſt. Vnde Dominus. Perdam ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Poſtmodum, vt diximus, factus eſt de leone mortuo canis viuus. Quàm ſit vtilis vigil cuſtodia canum in phi-
MS. habet Libiſthica lippica Demoſthenis legitur. Philippus Macedo obſederat Athenas: dumque col-
Demoſth. loquerentur de pace, dixit Legatis Athenienſium. Date mihi ex vobis decem ora-
Plutarch. in vita Demoſt. tores, quos elegero, & recedam, eroque vobis fœderatus in perpetuum. Et reſpondit Demoſthenes. non damus. Lupi enim & paſtores iurgium habebant, & colloquentibus dixerunt lupi. ſola cauſa & ſeminarium odij inter nos ſunt canes veſtri. Date nobis canes. Et circumuenta ſimplicitas paſtorum dedit eis canes. Tunc lupi audacter greges ſine cuſtode inuaſerunt, & ſæuierunt in eos ad libitum ſuum. Porrò in ſacra Scriptura, canis, & tetris, & aureis litteris ſcribitur, id eſt, & in bono, & in
Deu. 23. 18. malo accipitur. Adeò enim, & in lege canis deteſtabilis eſt, quod qui primogenitum
In cane quatuor laudāda. canis redimit, occidi mandatur. Quatuor verò in cane commendātur. latratus vtilis, lingua medicinalis, ſagacitas mirabilis; (quia ſolo tractu aeris longè poſitas ſentit venationes) & fidelitas commendabilis, quia Dominum ſuū per peruia & inuia mor-
B. Auguſtinus bono cani comparatus. tis ſequitur, & obſequitur vſq; ad mortem. Hæc omnia in Patre Auguſtino, qui libros eius diligenter inſpexerit, indubitanter cognoſcet. Quaſi latrans contra hæreticos & falſos fratres diſputauit. Quaſi medicās verba vitæ æternæ habuit, quod eſt ſalubre antidotum contra moleſtias ſeculi, & animi languores: cuius experimentum non eſt fallax. Nam &, quid eſſet DEVS, quantum humana fragilitas capere poteſt, ſcripto nobis inſinuauit, docens, quid eſt DEVS in ſeipſo, quid in mundo, quid in angelo, quid in electo, quid in reprobo. In ſeipſo eſt alpha & omega, in mundo creator & rector, in angelo decor & ſapor, in electo liberator & adiutor, in reprobo terror & horror. Quaſi ſagax, quid, cui, quando, & quomodo diceret, diligenter conſiderauit. Quaſi fidelis in eloquio ſuo nihil opinionis adulterinæ interſeruit: totum piſticum fuit & fidele, probatum terræ, purgatum ſeptuplum: ita vt de eo non ſolum ve-
Math. 24. 45. rè, ſed admiratiuè poſſit dici. Quis putas eſt fidelis ſeruus & prudens, quem conſti-
B. Aug. canonicorū regularium vitam reſtaurant. tuit Dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis cibum in tempore? Ecce quanta ſit vtilitas canis ſuſcitari de leone mortuo. Sed hæc quidē eſt generalis omnium: fuit autem & altera ipſius vtilitas ſpecialis in eruditione Canonicorum regularium. Ipſe enim vitam canonicam reſtaurauit, non inſtaurauit. ipſa enim eſt vita Apoſtolorum

& pau-

& pauperum poſt mortem Saluatoris in Ieruſalem communiter viuentium. multi-
tudinis quorum erat cor vnum & anima vna, qui pretia rerum ſuarum ponebant *Act.4.32.*
ad pedes Apoſtolorum, nihil ſibi proprium reſeruantes. Cuius vitæ canonicæ ca-
put inſtituerunt Apoſtoli in tribus, in communi ſubſtantia, in communi obedien- *Cõmunis vita*
tia, in communi dilectione ſuperna. Hanc ſopitam per interualla temporum ſuſci- *ab Apoſtolis*
tauit P. Auguſtinus non ſolum verbo, ſed etiam exarauit ſcripto; quædam ſuperad- *inſtituta.*
dens ad venuſtatem ordinis, vel potius ad ſtercorationem ficulneæ ſterilis, ne ſucci- *Quid ei ad-*
datur & in ignem mittatur. videlicet, de ſobrietate ciborum, de modicitate veſtium, *diderit Au-*
de cuſtodia labiorum, de temporibus ieiuniorum, de diſtinctionibus orationum, & *guſt.*
alia in hunc modum. Porrò hæc particularis vtilitas inuēta eſt in leone mortuo, ſed
aliter mortuo, quàm prius, id eſt, occiſo vt viueret. Iuxta quē modum dicit Dominus.
Ego occidam, & ſic viuere faciã. Iuxta quod dictum eſt Petro. macta & manduca. Hic *Deu.32.39.*
enim leo occiſus à Samſone, in cuius ore inuētus eſt fauus mellis. Samſon enim no- *Act.10.13.*
ſter gener Thamnathæi confregit eum ſicut hœdum caprarũ, id eſt, ſicut peccato- *Iud.14.8.*
rem, & filiũ peccatorũ. Sanè peccator aſſimilatur hædo in tribus. Hædus enim ani- *Peccator cõ-*
mal eſt olidum, petulcũ, hiſpidum. Fœtor peccantis eſt in conſuetudine, petulãtia & *paratur hædo.*
inſtabilitate, aſperitas in vermis corroſione. De fœtore legitur ibi. Aſcēdunt vſq; ad *Pſal. 106. 26.*
cœlos, & deſcēdunt vſq; ad abyſſos. Moti ſunt velut ebrij. De aſperitate ibi. Terra tua *Gen.3.18.*
ſpinas & tribulos germinabit tibi. In ore huius leonis occiſi inuētus eſt fauus mellis,
id eſt, dulciſſona ordinatio diſciplinę regularis. Sicut enim in vno corpore faui plures
cõprehenduntur cellulæ mellis fluentes, ita in eodē loco plures viri canonice DEO
militantes, in vno, videlicet, loco orationis, in vno loco refectionis, in vno loco dor-
mitionis, in vno loco correctionis. Huius vitæ dulcedinē admiratur propheta dicēs.
Ecce quã bonum, & quã iucundum eſt habitare fratres in vnũ. Veruntamen de fauo *Pſal.132.1.*
mellis minutius perſequi libet. Tria cõmendantur in melle. Eſt enim dulce; nec eſt
dulcedo, ſicut dulcedo mellis. eſt mundificatiuũ, eſt deſcendens. Contra enim natu-
ram aliorum liquorũ, quod groſſum eſt in eo, & fœculentũ, ſuperenatat, quod liqui-
dius, deſcēdit ad ima. Secundum hunc modũ tria ſunt, q̃ canonicis regularibus Pater
Auguſtinus præſtitit. mediocritas, caſtitas, humilitas. Mediocritas cõfertur dulcedi-
ni, caſtitas mundificationi, humilitas deſcenſui. Dulcedinem mediocritatis attendēs
Philoſophus, Aureã mediocritatem appellauit. Etenim *fas eſt & ab hoſte doceri.* Mar- *Horat.ode 10.*
tialis quoq; de dulcedine vitæ mediocris ad filium Martialē ſcribens ait. *Hæc ſunt,* *lib.2.*
quæ vitam faciunt beatiorem, iucũdiſſime Martialis. Toga rara, victus facilis, & ſine ar- *Aurea medio-*
te menſa. Quod ſis eſſe velis. Verum dulcedinem mediocritatis altius exprimere poſ- *critas in cœ-*
ſumus. Tria ſunt, quæ comitantur mediocritatem, ſufficientia, tranquillitas, ſecuri- *nobiis.*
tas. Sufficiens eſt, quia non inhiat quærēdis, nec incubat quæſitis, non ſe cruciat pro *Mart.l.10.e-*
amiſſis. Tranquilla eſt, quia non exſanguinatur curis, non diſtrahitur negotiis, non *pigr.47.*
laceratur opprobriis. Secura eſt, quia non timet calumnias proximorum, nõ inſidias
latronum, non impetus hoſtium. Sequitur de munditia corporis, de qua ſcriptum
eſt. Lauamini, mundi eſtote, quã Dominus ſanctificationem vocat dicēs Moyſi. De- *Iſa.1.16.*
ſcende, & ſanctifica populũ hodie, & cras. Sed & Dauid vaſa puerorum munda eſſe *Exod.19.10*
dixit, quoniam cõtinuerant ab heri & nudiuſtertius. Porrò tria ſunt, quæ munditiam *1.Reg.21.5.*
caſtitatis roborãt, & ſeruant. Si quis iugiter recolat diſſolutionem corporis, examen
iudicis, cruciatum pœnæ gehēnalis. De primo legitur. Fili memorare nouiſſima tua, *Eccli.7.40.*
& non peccabis in æternum. Pro ſecundo orat propheta. Cõfige timore tuo carnes *Pſal.118.120.*
meas, a iudiciis enim tuis timui. Tertium inſinuat ibi. Dediſti metuentibus te ſignifi- *Pſal.59.6.*
cationē, vt fugiant à facie arcus. Tertio loco ſupereſt humilitas, q̃ plurimũ neceſſaria

eſt viro

Eccl. 10. 9. eſt viro Regulari, qui pauper CHRISTVM pauperem ſequi præelegit. Quid ſuperbis terra & cinis? Satan ſuperbiuit in cœlo, clauſtralis in ſterquilinio. Tolerabilior in di-
Humilitas vera quæ. uite ſuperbia, quàm in paupere. Vera humilitas eſt iniuriam non poſſe facere, & factam poſſe tolerare. Et cum omnia fecerimus, dicamus. Serui inutiles ſumus. quod
Luc. 17. 10. debuimus facere, fecimus. De commendatione humilitatis legitur in hunc modum. Hæc eſt primogenita filia ſummi regis, ſal & condimentum reliquarum virtutum,
Baſil. in hexamer. dulce vehiculum compeditis, qui iniecerunt pedes ſuos in compedes ſapientiæ. Porro tria ſunt, quæ radicatam nutriunt humilitatem. aſſiduitas ſubiectionis: Beatus e-
Thren. 3. 27. nim, qui portauerit iugum ab adoleſcentia ſua. Conſideratio propriæ fragilitatis. comparatio viri melioris, vt ſcilicet, ſemper conſideret homo, quid ſibi abeſt, & quid aliis adeſt. Ecce quàm diues paterfamilias eſt Pater Auguſtinus, qui conuiuas ad menſam ſuam copioſiſſimas appoſuit duas miſſiones, alteram doctrinæ ſalutaris, alteram diſciplinæ Regularis: alteram Theologis, alteram canonicis: alteram quaſi partem piſcis aſſi, id eſt, ſequelam CHRISTI paſſi, alteram quaſi fauum mellis, quo
Math. 5. characterizauit Canonicos à planta pedis vſque ad verticem. Veruntamen, qui hic edunt, adhuc eſurient. qui hic bibunt, adhuc ſitient: & beati, qui eſuriunt, quoniam ſaturabuntur, cum torrente voluptatis ſuæ ſatiabit eos Dominus. Quocirca oretis ſinguli, oremus vniuerſi, vt de menſa Patris noſtri Auguſtini trahat nos ad menſam patris ſui IESVS CHRISTVS Dominus noſter, iudex noſter, cum venerit iudicare viuos & mortuos, & ſeculum per ignem.

IN EODEM FESTO S. AVGVSTINI.

SERMO XXXI.

Prou. 25. 16. FILI *mel inueniſti, comede quod ſufficit, ne forte ſatiatus euomas illud.* Salomon in Prouerbiis moralem nobis tradidit eruditionem ſatis diligenter & ſufficienter. Quod diligenter, elucet, cum auditorem ſuum tanquam filium propoſuit erudiendum: diligenter autem pater eru-
Deu. 32. 7. dit filium, quia patris eſt gloria filius eruditus. Vnde. interroga patrem tuum, & dicet tibi; maiores tuos, & annunciabunt tibi. Quod autem ſufficienter, patet: quia multipliciter erudiuit filium, aliquando neſcientem, aliquando iam a-
Prou. 6. 6. lios erudire ſufficientem. Neſcientem, vt ibi. Vade piger ad formicam, & conſidera
Prou. 3. 13. vias eius, & diſce ſapientiam. Et alibi. Beatus homo, qui inuenit ſapientiam, & affluit
Prou. 25. 16. prudentia. Iam ſcientem, ibi. Fili mel inueniſti, comede quod ſufficit, &c. Alios eru-
Prou. 5. 16. dire ſcientem, ibi. Deriuentur fontes tui foras, & aquas tuas in plateis diuide. Erat
Prou. 31. 8. vir iſte Samuelis. Fili, aperi os tuum muto, & cauſis omnium filiorum qui pertranſeunt. In præ-taxata verò parabola, de moderato edulio mellis ſapientiæ moraliter nos inſtruit ad moderatas inquiſitiones ſacræ Scripturæ, vt aliquid reſiduum ſit in ea, quod igne comburatur. ne ſupra vires conamina noſtra, deficiamus ſcrutantes in ſcrutinio. Veruntamen præter moralem, ſub eadem parabola latet ſenſus myſticus tanquam duo nuclei ſub eodem cortice commorantes. Fecit enim nobis rex Salomon grande ferculum in vaſe breui propoſitionis ſuæ apponens non ſolum moralem ſenſum, tanquam cibum paruulorum, ſed & myſticum tanquam cibum grandem, & cibum grandium. Sane moralis ſimplex eſt, myſticus verò multiplex. Tri-

tyrica

ſyrtica enim in eo eſt admonitio. Prima eſt generalis, ſecunda ſingularis, tertia ſpecialis. Prima enim fit ad generalem iuſtum, ſecunda ad Patrem Auguſtinum, tertia ad regularem Canonicum. Primò enim pater miſericordiarum, & DEVS totius conſolationis admonet generalem Eccleſiam, tanquam filium vnicum, quem diligit anima ſua, in hunc modum. *mel inueniſti*, tanquam per antitheſin ad eum loquens. Fili, dum per ea, quæ facta ſunt, à creatura mundi DEVM cognouiſti, nec ſicut DEVM *Rom. 1.*
glorificaſti, imò potius ſeruiiſti creaturæ, quàm creatori, & gloriam incorruptibilis DEI conuertiſti in ſimilitudinem hominum, volucrum, quadrupedum, atque *Iob. 20. 14.*
ſerpentum, fel inueniſti, fel draconum inſanabile, comediſti vuam fellis, & botrum amariſſimum. Sed appoſito forti & ſalubri antidoto per manum mediatoris fel euomuiſti. cum autem cognouiſti me, & quem miſi IESVM CHRISTVM, & conſubſtantialem nobis ſpiritum, eſſe vnum, & ſolum, & verum DEVM, *mel inueniſti*, id eſt, fidem & cultum vnius & trini DEI. Nec indecenter fili fidem Catholicam, mel voco, ratione ſimilitudinis. Mel enim mundificatiuum eſt. & de fide legitur. Fide mundans corda eorum. Et alibi. mundati per fidem in ſpiritu ſancto. *Act. 15. 9.*
Sed attende fili quod ſequitur. *Comede quod ſufficit tibi.* hoc eſt, comede tantum, & non bibe. Sunt enim qui ſinceritatem mellis aliis liquoribus admixtis adulterant, nec mel comedunt, ſed liquorem mellitum bibunt. Quidam enim aquam miſcent melli in potum hydromellis, alij acetum in potum oximellis. Ebionitæ dogmatizan- *Tertull. de*
tes fidem non ſufficere ad ſalutem, legales obſeruantias fidei miſcuerunt tanquam *præſcript c.*
melli. Noli errare fili. ſiccata eſt aqua Mara, quam filij Iſrahel bibere non poterant *48.*
præ amaritudine. Mutata eſt in vinum aqua ſex hydriarum, quæ poſitæ erant ſecun- *Aug. de hæreſ.*
dum purificationem Iudæorum. Illi verò acetum melli miſcent, qui cum fide ritus *Exod. 15. 23.*
gentilium & ſuperſtitiones obſeruant. Sunt enim, qui ſequuntur auguria & conie- *Ioan. 2. 6.*
cturas ſomniorum, & ſortium diuinationes. Sunt, qui obſeruant dies, menſes, & annos, omnia rerum gerendarum ex eis aucupantes. Lunam quintam operibus inchoandis tanquam infauſtam fugiunt: ſeptimam vel decimam tanquam fauſtam ſequuntur. Sunt alij, qui magis ſuperſtitioſè, quàm religioſe ſpem incolumitatis ſuæ ponunt in ablutionibus quorundam fontium, in inciſionibus arborum, in alligationibus pittaciorum. Deteſtare fili potus mellis noxios, & comede mel ſincerum, quod ſufficit tibi ad ſalutem, *ne forte euomas illud*, id eſt, ne forte, quod ſumpſiſti ad mundificationem, cedat tibi ad pollutionem. vomitus enim vomentem inquinat. Quod ſi tu euomueris illud, incipiam & ego te euomere de ore meo. Sequitur ſecunda admonitio, in qua mater Eccleſia loquitur ad vnum de filiis, qui cum pridem in ſapientia mundi gloriaretur, factus eſt in ea inſipiens, vt ſapiens eſſet apud DEVM. puta ad beatum Auguſtinum. Prætereo admonitionem matris eius ſecundum carnem, quæ propter incomparabilem, & tanquam vnicam dilectionem in filium Monica non indecenter appellata eſt: quæ diu noctuque ſatagebat, vt filium de Philoſopho redderet Catholicum. Quæ muliebri- *S. Monica fi-*
ter non expauit longos tractus aeris, terræ & maris, ſed vbique filium eſt ſecuta, & *lium Augu-*
viuis exhortationibus proſecuta, donec id quod intendebat eſt conſecuta. Præter- *ſtinum ſequi-*
eo, inquam, exhortationem matris, de qua natus eſt per naturam filius iræ. venio *tur.*
ad exhortationem matris, de qua renatus eſt per gratiam filius vitæ, quæ ſic exorſa eſt. *Fili mel inueniſti.* Sed quoniam Auguſtinus inter auguſtos Doctores circa in- *Colloquium*
quiſitiones fuit auguſtior, etiam patienter audiamus eius inquiſitionem. Reſpon- *Auguſtini cū*
det ergò mater in hunc modum. Quid eſt mater, quod mecum agis de mellis com- *matre Eccle-*
mendatione? Legi & relegi in ſacra Scriptura magis infamiam mellis, quàm com- *ſia.*

Leu. 2. 11. mendationem. Per Moyſen Dominus prohibuit offerri ſibi mel, & fermentum. Sa-
1. Reg. 14. cerdoti quidem hæc quandoq; offerebantur, ſed Domino nunquam. Ionathas pro-
Prou. 5. 3. pter edulium mellis ferè ſubiit damnationem mortis. Salomon quoque ait. Mel di-
ſtillant labia meretricis. Iudæi quoque circundantes IESVM ſicut apes, fauū mel-
lis dicuntur habuiſſe in ore, & aculeum in dorſo. Ad quem mater. Fili argute dixiſti.
eſt enim mel deteſtabile, & eſt mel commendatione dignum. Nomen enim mellis
terris & aureis litteris ſcribitur in ſacro eloquio. Porrò vnicum eſt mel, quod tibi
propoſui commendare, mel, ſcilicet, de petra, quod in ſummo beneficio datū popu-
Pſal. 80. 17. lo DEI legitur. ibi. vt ſugerent mel de petra, oleumq; de ſaxo duriſſimo. Vt autē di-
ſtinguere ſcias mel à melle, conſidera diuerſa genera mellis in rerū natura, quia præ-
Math. 3. 4. ter mel ſylueſtre, quod ex arundinibus colligitur, quo fortè vſus eſt præcurſor Sal-
uatoris, quatuor ſunt genera mellis. Inuenitur enim mel ſuper faciem agri in foliis
Iuſtin. l. 3. vel herbis. inuenitur mel in truncis arborum, de quo primitiui homines, qui glan-
Virg. 4. Georg. dibus & fagina veſcebantur, tenuem ſibi victum quæritabant. Colligitur mel de ca-
ſulis fabrefactis, quas aluearia dicunt, quas paſtor Ariſtæus excogitauit ad colligen-
dum examen apum, cum ex putrefacto iuuenci cadauere apes repararet. Reperitur
Scientiarum quoque mel in foramine petræ. Secundum hæc quatuor genera mellis quatuor
genera 4. ſcientiarum genera collige. Prima enim eſt philologia, quam Philoſophus vocat
theoricam. ſecunda, quam dicit practicam. tertia, quam appellat ſophiſticam. quar-
tam ignorauit Philoſophus, quam nos dicimus Euangelicam. Prima eſt tanquam
mel ſuper faciem agri, quia cauſas naturales, quas DEVS in rebus conditis occultaue-
Pſal. 11. 5. rat, in eminenti poſuerunt Philoſophi, vt & ipſi eminerent, ſecundum illud. Lin-
guam noſtram magnificauimus. Practica eſt tanquam in trunco, quia neceſſitati-
bus hominum neceſſaria eſſe dignoſcitur. Sophiſtica eſt tanquam mel latens in ca-
Prou. 9. 17. ſulis: eſt enim apparens, & non exiſtens. Ad quam mulier audax & fatua prouocat,
aquas tranſeuntes furtiuas & ſuauiores, & panem abſconditum iucundiorem eſſe
Math. 16. proteſtans. Euangelica eſt quaſi mel de petra: agens, ſcilicet, de petra, ſuper quam
fundata eſt Eccleſia. Circa primam verſatur Philoſophus. Circa ſecundam politicus.
circa tertiam hæreticus. circa quartam Catholicus. Prima agit de ſecretis naturæ. ſe-
cunda de negociorum geſtione. tertia de morte animæ. quarta de æterna beatitudi-
ne. Prima ergò eſt quaſi mel inflatiuum, ſecunda mel punginiuum, tertia mel extin-
1. Cor. 8. 1. ctiuum, quarta mel nutritiuum. Prima enim inflat, ſecundum illud. Scientia ſine ca-
ritate inflat. ſecunda cruciat, iuxta illud. Humanæ felicitatis dulcedo multis amari-
Eccl. 9. 4. tudinibus reſperſa eſt. Tertia necat. vnde legitur. Melior eſt canis viuus, leone mor-
tuo. Quarta viuificat, tanquam fons aquæ viuæ ſalientis in vitam æternam. vnde ait
Ioan. 6. 68. Petrus. Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. Vides ergò fili tres prę-
dictas habere ſuperficiem ſcientiæ, non medullam, imaginem non veritatem: quar-
tam verò eſſe veram ſapientiam. Cum enim nomen ſapientiæ denominetur a duo-
bus, à ſapiendo, ſcilicet, & ſapere. hæc ſola vere ſapientia eſt quæ facit, vt ſapias, &
vt ſaporem vitæ æternæ habeas, de qua dicitur. In maleuolam animam non introi-
Sap. 1. 4. bit ſapientia, id eſt, ſapida ſcientia. Erraſti fili, ſciolum te putabas, cum diuidebas
theoricam per [illegible], per intelligibilem, per rationalem. hoc eſt, per theolo-
giam, per philologiam, per phyſiologiam, per eam ſcilicet, quæ agit de DEO, per
eam quæ de ſpiritibus, per eam quæ de corporibus. te prudentem exiſtimabas,
cum ſeparabas practicam per priuatam, per domeſticam, per politicam. Admiraba-
ris [illegible] torrentem eloquij Tulliani, ventilatas exhortationes Iſocratis, anhelantia
verba Demoſthenis, qua res gerendas viuis ſermonibus animabant. Laboraſti ſuper
comple-

complexiones Ariſtotelis feſtinatas, quas adeò breues edidit, ac ſi non edidiſſet. In his omnibus facunda quidem eſt ſapientia, ſed infæcunda. Non enim ſpiritus & vita ſunt, de quibus dixit Dominus per prophetam. Perdam ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Nunc tandem *fili mel inueniſti*, id eſt, cognitionem de vtraque natura CHRISTI, noſti myſterium noſtræ redemptionis occultatum à ſeculis; tenes Eccleſiæ ſacramenta, tanquam malagmata vulnerum noſtrorum & alligaturas, in certa ſpe beatitudinis iucundaris. Ad quam Auguſtinus. Quid eſt mater, quod à conſueta ſimilitudine receſſiſti? Euangelium melli comparans, & non argento? De eo enim legitur. Eloquia Domini caſta, argentum igne examinatum, &c. Ad quem mater. Noua quidem fili eſt ſimilitudo, ſed exquiſita. In melle enim contra naturã aliorum liquorum, quod feculentum & ſpiſſum eſt ſuperenatat: quod autem liquidius ad ima deſcendit. Cõſidera idipſum in operibus CHRISTI, quę Euangelica narrat hiſtoria. Fecit DEVS prodigia & ſigna magna in populo. Lucida quædam & formoſa coram hominibus operatus eſt, inferiora tamen fuerunt opere ipſius finali, & quaſi fæculento. Extremum opus eius, & tanquam fæculentum dico, ſputa, flagella, alapas, mortẽ turpiſſimam, mortẽ latronum. Hoc tamen eminentius fuit cæteris. Maius enim fuit per mortem nos à morte liberare, quàm mortuos ſuſcitare. Hoc opere de morte & diabolo triumphauit. Propter hoc datum ei nomen, quod eſt ſuper omne nomen. data eſt ei poteſtas in cœlo, & in terra, & in mari. Sed attende fili quod ſequitur. *Comede quod ſufficit tibi.* Non enim amoueo potum quaſi per taciturnitatẽ: ſed eſt ſenſus. Quandoq; bibe, quandoq; comede illud. Ipſe quoq; CHRISTVS ad potum nos inuitauit, dicens. Qui ſitit, veniat ad me & bibat. Et in propheta. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. Euangelica ergò doctrina, vbi facilis eſt, potui aſſimilatur: ſi quid autem difficile quaſi corpulentius inueneris, comede, maſtica, diuide, id eſt, piè & diligenter conſidera, quid, de quo dicas, quid propter quid, & ſecundum quid dicas, ne fortè euomas illud, ſed potius eructes. Euomunt fili, qui malè ſentiunt. eructant, qui conſeruis cibaria diuidunt in tempore opportuno. Sed attende, quod eructatio ſaporem rei comeſtæ ſecum trahit: & tu fili, cum de fide diſputaueris, prophanas fuge nouitates verborum, & rebus, de quibus agis, cognatos & authenticos attribue ſermones. Sequitur tertia admonitio, ſecundum quam loquitur Pater Auguſtinus ad Canonicum regularem, cui & tradidit vitæ regularis inſtituta, & in chartulis exarauit, non quidem principium vitæ communis (hæc enim fuit Apoſtolorum traditio, & eius multitudinis, quorum erat cor vnum & anima vna in DEO) cui Pater Auguſtinus quaſdam ſuperaddidit ſupererogationes de mediocritate viuendi & munditia. Ait ergò Auguſtinus ad Canonicum. *Fili mel inueniſti.* dum eras in ſeculo aculeis ſolicitudinum torquebaris, quia ſecundum Eccleſiaſten in omnibus negociis, quæ fiunt ſub ſole, non eſt niſi labor & afflictio ſpiritus: tu autem elongaſti fugiens, & manes in ſolitudine, in otio contemplationis, & paradiſo clauſtrali. Mel inueniſti, id eſt, vitæ mediocritatem, quam auream Philoſophus appellauit. Character enim Ordinis tui eſt, mediocritas in victu, veſtitu, habitu, inceſſu, tonſura, in pſallendo, & huiuſmodi. Superfluitas talium ſæpe parit intemperantiam. nimia auſteritas quandoque parit impatientiam, quandoque occultam ſuperbiam. Tu autem attende dulcedinem mediocritatis in tribus. ſufficiens eſt, tranquilla eſt, ſecura eſt. Sufficiens eſt, quia non inhiat quærendis, non incubat quæſitis, nec cruciatur amiſſis. Tranquilla, quia non exſanguinatur curis, non diſtrahitur negociis, non maceratur opprobriis. Secura, quia nõ timet calumnias proximorum, nõ inſidias latronum,

1. Cor. 1.

Pſal. 11. 7.

Phil. 2.

Ioan. 7. 37.

Iſa. 12. 3.

Auguſtinus auctor inſtituti Canon. regularium.

Eccl. 1. 24.

Horat. ode 10. lib. 2.

Character religioſi.

nec impetus hoſtium. Hanc dulcedinem mediocritatis comede & non bibas, id eſt, non extenues ſoliditatem, neq; emollias Ordinis rigorem, vt tanquam priuilegiatus velis edere lautius, bibere ſapidius, cubare mollius, loqui licentius, vigilare parcius, orare tenuius. Comede autem mel inuentum in hunc modum. obedias ſine diſceptatione, viuas in cōmuni ſine ſingularitate, lege cum modeſtia & ſimplicitate, ora cū fiducia & deuotione. Poſtremò nihil diſpenſes de Ordine ſine recompenſatione, aut cogente neceſſitate. Accepiſti triplicem mellis comeſtionem, comedat quiſq; mel ſibi deſtinatum. comedat Chriſtianus mel fidei. credat DEVM trinum & vnum, & manducabit. Comedat litteratus mel Euangelicæ eruditionis, quid de quo dicat, quid propter quid, & quid ſecundum quid, pie & diligenter attendat. Comedat Canonicus regularis mel mediocritatis, ne ſuperaſcendens rumpatur & ruat, vel ima petens diſſoluatur, & pereat. Comedamus ergò ſinguli, comedamus vniuerſi donec ad manducandum panem ſuper menſam DEI trahat nos obuiam in aera IESVS CHRISTVS Dominus noſter, iudex noſter, cum venerit iudicare viuos & mortuos, & ſeculum per ignem.

AD CLAVSTRALES.

IN EODEM FESTO S. AVGVSTINI.

SERMO XXXII.

Gen.22.2. TOLLE *filium tuum Iſaac, quem diligis, & offer illum mihi ſuper vnum montium, quem dixero tibi.* Series hiſtoriæ ſimpliciter intellecta plurimum ædificat filios obedientiæ, & virtutis. Sicut enim obediendum

Obediendum hilariter & prompte. eſt libenter, ſic & hilariter, ſic & velociter. Obedientia enim ſine mora placet DEO: non placet autem DEO moroſa & diſceptatrix obedientia, quæ, ſi quid præcipitur, diſputando quærit, cur, quare, quamobrem præcipiatur. Huius obedientiæ exquiſitum proponitur nobis exemplum Abraham pater noſter. ſicut enim verè dicitur, ſenex, fidelis, prima credendi via, ſic, & non minus verè dici poteſt, ſenex, fidelis, prima obediendi via. Præcepit enim Dominus, vt immolaret filium, ſed quem filium? audi, & obſtupeſce, filiū magnæ promiſſionis. Dictum

Gen.21.12. enim erat ei. In Iſaac vocabitur tibi ſemen. & erit ſemen tuum ſicut ſtellę cœli, & ſicut arena, quæ eſt in littore maris, filium extremæ ſenectutis. Centenarius enim ge-

Gen.21.21. nuerat eum de anu ſterili, filium propriæ vxoris. Nam de Agar ancilla ſagittarium ſuſceperat Iſmahelem. filium mirabiliter promiſſum mirabilius ſuſceptum, religioſè educatum. Inter hæc tamen non contra[illegible] Abraham, ſed nec mu[illegible] nec hæſitauit, ſed nec vultum dolentis exh[illegible] patrem pia crudelitate in filium ſe armauit, vt obed[illegible] obedientiæ, tu qui votum obedientiæ & p[illegible] & tu fac ſimiliter. hoc fac &

Gal.3.16. viues. eris enim ſemen Abrahæ. A[illegible] & ſemini eius factæ ſunt promiſſiones. Verumtamen [illegible] murmurat, quid affectuoſius ſuſurrat vox iſta in[illegible]o tempore facta ſint hæc ante nos, ſcripta tamen ſunt [illegible] per allegoriam dicta. Diſcutiamus ergò folia vineæ, [illegible] fructum ſupernaturalis intelligentiæ. Tanquam ſub cortice [illegible] ſub palca granum, tanquam ſub terra theſaurum. Ver[illegible] ſollemnitati ſatisfaciamus; conſideremus, verum ea quæ dicta ſunt

ſunt de patre noſtro Abraham,inclinare poſſimus ad patrem noſtrum Auguſtinum. Tentemus ſuper hoc aliquid dicere dono DEI, quod & DEO cedat ad gloriam, & Patri Auguſtino ad venerationem, & nobis venerantibus ad ſalutem. Secundum Hebræos Abraham ſub tribus temporibus tria ſortitus eſt nomina. Primo dictus eſt Ram, ſecundum illud. Eliu filius Barachel Buzites de cognatione Ram, quod ſonat excelſum, dum adhuc eſſet in Chaldæa, in terra & cognatione ſua, in domo patris ſui. Poſtea aſcendens in terram Chanaan ad DEI vocationem dictus eſt Abram, quod interpretatur, pater excelſus. Tandem in die circumciſionis ſuæ, quando characterizauit eum Dominus, dictus eſt Abraham, hoc eſt, pater multarum, & gentium ſubauditur. Attende hæc eadem in Patre Auguſtino. Primò fuit excelſus, Philoſophus erat inter magnos nominatus, liberalium artium ſagaciſſimus indagator. Excelſus, inquam, erat, celſitudine tumoris, non caritatis, celſitudine ſcientiæ, quæ inflat, non quæ ædificat. Cedrus erat odorifera, foliis abundans, ſed non habens fructum eſibilem. Excelſus erat ſecundum illud. Vidi impium exaltatum, & eleuatum ſicut cedros Libani. Sed acceſſit ad eum prædicatio Saluatoris, vox Domini confringentis cedros, & comminuit Dominus cedrum Libani, & factus eſt dilectus tanquam vitulus Libani, id eſt, hoſtia viua, ſancta, DEO placens, factus eſt enim Chriſtianus, & tandem Pontifex Hipponenſis, & ſic demum dictus eſt Abram, id eſt, Pater excelſus. Pontifices enim ſacri, ſicut dicuntur paſtores gregis, ita & Patres plebis pro cura & ſolicitudine paterna, & tunc de cedro comminuta factus eſt oliua fructifera in domo Domini. Præſules enim oliuæ comparantur propter vim triplicem olei. oleum enim illuminat, paſcit, feſſa fouet membra. Sic & Præſules illuminant nos verbo, paſcunt exemplo, fouent egentes temporali beneficio. Pater autem Auguſtinus poſteriorum oblitus in anteriora ſe extendit. Appoſuit enim non ſolum animum, ſed & manum ad expoſitionem ſacrę Scripturæ, vt turrim Dauidicam mille voluminibus, tanquam mille clypeis pendentibus ex ea muniret, vel potius munitam declararet. Ordinauit etiam Regulam Clericorum canonicè degentium, lineam canonicæ mediocritatis extendens, vt ſapiens architectus, iuxta quam communiter viuerent Apoſtolicam vitam agentes, vt ſit eis cor vnum & anima vna in clerum, & nullus proprium habens inter eos. In his duobus factus eſt Abraham, id eſt, Pater multarum gentium. Ab ortu enim & occaſu, ab Aquilone & auſtro viget eius expoſitio, viget eius regularis inſtitutio, & tunc demum factus eſt tanquam vitis abundans in lateribus domus DEI. Duo latera ſunt, legentes & orantes, id eſt, Theologi ſcholares & Canonici regulares. Theologis dedit abundanter doctrinam, Canonicis diſciplinam. Illis propinauit vinum pungitiuum, vinum feruoris: iſtis verò miſcuit vinum ſoporiferum, vinum quietis. De doctrina quidem eius ſub ſilentio tranſimus, quoniam de re manifeſta ſuperuacuum eſt multiplicare ſermones. De regulari verò diſciplina breuiter aliquid proſequamur. Reuertamur autem ad hiſtoriam prætaxatam, qua inſinuat nobis tria circa Regularem diſciplinam, ortum, & progreſſum, & exitum. Dictum eſt enim à Domino Patre Auguſtino, regulariter viuere volenti, & etiam cuicunque volenti canonicari. *Tolle filium tuum*, &c. Quaſi dicat ei Dominus. Fili vis canonicari? Ergo tolle filium tuum, quem diligis Iſaac. Iſaac interpretatur riſus. hæc eſt propria hominis voluntas. in cuius executione plurimum exaltat & delectatur homo. Hæc primò offerenda eſt DEO, vt non ſibi viuat homo, nec ſibi quippiam velit, ſed Domino offerenda eſt, ſuper vnum montium, quem monſtrauerit Dominus. Verbo Domini cœli, id eſt, libri, firmati ſunt, in quibus multa genera montium monſtrauit nobis Dominus, ſed de quatuor loqui

Abrahā tria nomina habuit.
Iob 32.2.
Geneſ. 12.1.
Geneſ. 17.5.
Pſal. 36.35.
Pſal. 28.6.
Epiſcopi ſimiles oliuæ.
Auguſtinus regulam clericis dedit.
Actor. 4.32.
Religioſo offerenda eſt voluntas DEO.
Pſal. 32.6.

tantum ſufficiat. Mediator DEI & hominum homo CHRISTVS IESVS mons di-
Iſa.2.2. citur ſecundum illud. Erit in nouiſſimis diebus mons domus Domini ſuper verti-
Pſal.67.16. cem montium. de quo pſalmographus. Mons DEI, mons coagulatus, mons pin-
guis. & dicatur à nobis mons huiuſmodi Eccleſia; quæ quoq; dicitur mons Sion, ſe-
Pſal.2.6. cundum illud. Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper montem ſanctum eius.
Pſal.132.3. Porrò de monte Hermon deſcendit ros in montem Sion, ſicut vnguentum de capi-
Ioan.1. te in barbam barbã Aaron, & vſq; in oram veſtimenti eius. Omnes enim de plenitu-
Pſal.86.1. dine eius accepimus. Apoſtoli quoque dicuntur montes, vt ibi. Fundamenta eius in
Pſal.67.17. montibus ſanctis. Et hi dicuntur coagulati iuxta illud. Vt quid ſuſpicamini montes
Pſal.103.18. coagulatos? Virtutes etiam montes dicuntur, ſed excelſi. vt ibi. Montes excelſi cer-
Matth.5.1. uis. Porrò ſecundum Matthæum CHRISTVS ſedens ſuper montem Thabor ſer-
monem fecit ad diſcipulos enumerans octo virtutes, quas beatitudines nominauit.
Quocirca audi rem ſtupendam. Mons Hermon ſedens ſuper montem Thabor, vt
muniret montem Sion. Loquebatur montibus coagulatis, agens de montibus ex-
celſis. Super vnum horum montium excelſorum, id eſt, primum, videlicet pauperta-
tem ſpiritus offerenda eſt voluntas canonicari volentis. Vnum quippe plerunq; pro
Ioan.20.1. primo ponitur, vt ibi. Vna ſabbathi, id eſt, prima ſabbathi. Et cum dicitur, Luna, id eſt,
Varro li.4. de luminum vna, id eſt, prima. Hæc eſt paupertas voluntatis, ſuper quam radicatur fir-
ling. Lat. miter diſciplina religionis. Hæc eſt ramus aridus, ſuper quem ſedit turtur electæ ca-
Paupertas ſtitatis. Quantum enim impedimentum, quàm graue diſpendium inferat religioni
fundamentũ ſuperfluitas & opum abundantia potius legimus in libro experientiæ, quàm poſſu-
religionis. mus verbo declarare. Nam & Sodomorum peccatum legitur fuiſſe abundantia pa-
Ezec.16.49. nis, & ſuperbia vitæ. Vermis enim diuitiarum eſt ſuperbia, & comes indiuiduus lu-
xuria: quibus euiratur religio, mutatur color optimus, diſperguntur lapides ſanctua-
rij. Sanè ex collatione aliarum paupertatum commendatio paupertatis voluntariæ
plenius elucet. Sunt enim quinq; genera paupertatum. Paupertas infelicitatis, pau-
pertas cupiditatis, paupertas ſuperfluitatis, paupertas calliditatis, paupertas volunta-
tis. Primam habet mendicus, ſecundam auarus, tertiam prodigus, quartam paries
dealbatus, quintam vir compeditus. Prima eſt flagellum, ſecunda venenum, tertia
ventilabrum, quarta vmbraculum, quinta ædificium. Prima eſt miſera, quia cruciat.
ſecunda eſt noxia, quia necat. tertia ventoſa, quia inflat. quarta eſt doloſa, quia diſſi-
mulat. quinta eſt glorioſa, quia coronat. Nec mirum, ſi Chriſtianus amator ſobrieta-
tis paupertatem ſpiritus commẽdat, cum Epicurus præceptor voluptatis commen-
Seneca ep. 2. dauerit eam, dicens. Felix paupertas læta. Nec tamen paupertas eſt, ſi læta eſt. Super
hanc itaq; propriam voluntatem homo deuotus offert, quod præcipue fit in voto &
De progreſſu profeſſione obediendi. Et hæc de ortu regularis diſciplinæ ſufficiant. Sequitur de
regularis diſ- progreſſu. Strauit Abraham aſinum duos pueros ſecum ducens. Iſaac portabat ligna.
ciplinæ. Abraham verò ignem & gladium. Ligatus eſt Iſaac, ſed pro immolatione arietis ſo-
Geneſ.22. lutus. Aſinus eſt caro noſtra, cui debetur virga & onus, & pabulum. hic in itinere re-
gendus eſt & caſtigandus, ne impinguatus, incraſſatus, dilatatus recalcitret, & inobe-
1.Corinth.9. diens fiat, ſicut dicit Apoſtolus. Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne
forte reprobus efficiar. Duo pueri ad nutum Abrahæ obſequentes, quinq; ſunt ſen-
ſus corporis: quos tamẽ duos diximus, quoniam cuiq; ſenſuum ad executionem ſen-
ſus proprij duo inſtrumenta membrorum mancipata ſunt. Hoc ergo agit Abraham
in Canonico regulari, ne caro luxuriet, ne mors per feneſtras ſenſuum ingrediatur
ad animam. Portat Iſaac ligna arida, quæ ſunt, ſuperuacaneæ cogitationes, quæ reuo-
cant ad mentem bona præterita; mala verò inſtantia ſtatuunt ante faciem cogitantis.

Redit

Redit ſæpius in mentem affectio cognatorum,coæuorum cógratulatio, varia ſupellex vtenſilium. Recordatur temporis illius,in quo dicebat animæ ſuæ. Anima habes *Luc.12.19.*
multa bona in annos plurimos, quieſce,comede, bibe,epulare. Recolit temporis illius, quando licuit ei quod libuit, quando liber ſuus fuit. Cogitat etiam de malis inſtantibus.tenetur enim relinquere conſueta, cógredi cum natura,aggredi grauia,expectare grauiora.Hæ ſunt mordaces curæ,quæ nó ceſſant ſuccutere, & cribrare ſanctum viri propoſitum.Inter has vir ſanctus coquitur, donec ad ſolidum excoquatur.
Hæ ſunt muſcæ morientes,quæ perdunt ſuauitaté vnguenti. Hæc ſunt volatilia,quæ *Eccl.10.1.*
abigit Abraham portans ignem & gladium. Porrò gladius eſt aliqua regularis occu- *Geneſ.15.11.*
patio,lectionis,orationis, meditationis, vel alicuius operis regularis. Quaſi dicat Abraham. Fili ſemper aliquid operare: ne te mordaces curæ otioſum inueniant. *Otia ſi tollas, pereunt arentia ligna, quæ tecum tollis*; nec tamen ſufficit gladius, niſi addatur
ignis Spiritus ſancti.DEVS enim noſter ignis conſumens eſt.Ligna,fenum,ſtipulam *Deut.4.24.*
incinerat, virtutes purgat. De talium exuſtione elegantem ſignificationé nobis tra- *Caſſian. lib.5.*
didit quidam Patrum, qui cum plures à caris accepiſſet epiſtolas, nullas tamen legit, *inſtit.c.32.*
ſed collectas in vnum proiecit in ignem. ac ſi diceret.Ite in ignem chartulæ nugaces, fallaces epiſtolæ,& ad euertédum propoſitum plurimum efficaces:comburam vos,
ne comburar à vobis. Præterea ligatur Iſaac. ſeptem enim ſunt laquei obedientiæ, *Obediétiæ la-*
quos Pater Benedictus plenius exarauit, quorum ſilentium nobis impoſuit ſermo- *quei ſeptem.*
nis prolixitas. Aliàs quoque ligatur Iſaac. licuit ei loqui,poſuit ſilentij cuſtodiam ori ſuo. licuit deambulare, iniecit pedes ſuos in cópedes ſapientiæ. licuit epulari,in chamo & fræno conſtrinxit maxillas oris ſui.licuit dormire, media nocte ſurgit ad confitendum Dño. & vt breuiter concludam, licuit ei, quod libuit, nunc non licet, nec quod alij libet.Soluitur tamé Iſaac,& ſolutus deambulat. Si tamen aries immoletur. Porrò aries eſt viſcoſa & rebellis conſuetudo antiquæ conuerſationis & prauæ, quæ murum mentis ſtabilem ictibus arietinis labefactare conatur: ſed & nouitatem vitę reddit inſuauem: vt puta ſi comederis vuam acerbam,dentes obſtupeſcunt.dum ſtupor manet, panis tibi eſt inſuauis. ſtupore ſublato,ſentis cibi ſuauitaté. In hunc modum,ſi immoletur in te conſuetudo vitæ ſæcularis, diſciplinæ regularis ſentis ſuauitatem: placet tibi ſobrietas ſalubris,placet tranquillitas mentis,placet munditia corporis,placet ſecuritas mortis,& certa expectatio ſalutis.Soluitur itaq; Iſaac noſter & deambulat. Statuit enim Dñs in loco ſpacioſo pedes eius: nam ſi forte ad exteriora trahatur occaſionaliter, graue videtur ei iugum & importabile. Hæc de ꝓgreſſu ſufficiant. Porrò exitus regularis diſciplinæ idem eſt, qui & vitæ. Nam & CHRISTVS non niſi mortuus depoſitus eſt de cruce.Exit auté,cum ſpiritus humanus ſoluitur de carcere corporis huius,cum ſoluuntur vincula,& nodi phyſicales. quibus ab origine
caro ſpiritui fœderatur. Et redit Iſaac ad matrem ſuá in Berſabee. Surſum eſt Hieru- *Galat.4.26.*
ſalem,libera mater noſtra. Berſabee quidé interpretatur puteus ſatietatis,vel puteus ſeptimus,vel puteus iuramenti quæ concurrunt. Hæc eſt enim ſatietas æternæ bea-
titudinis,de qua ſcriptú eſt. Satiabor cum apparuerit gloria tua,& torrente volupta- *Pſal.16.15.*
tis tuę potabis eos,in qua per gratiam ſeptiformis ſpiritus CHRISTVS diligentes ſe
configurabit corpori claritatis ſuæ,quam iurauit Dñs,& non pœnitebit eum,daturú *Pſal.109.*
ſe nobis.Ibi iudicabit Iſaac nationes,& regnabit in æternum. Has ergo habétes promiſſiones,chariſſimi, viriliter agite & confortetur cor veſtrú,& ſuſtinete Dominum. Cum autem dederit nobis iudicij ſedem, det & nobis vobiſcum refrigerij ſedem, quietis beatitudinem, luminis claritatem IESVS CHRISTVS Dominus noſter, iudex noſter, cum venerit iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem.

IN FESTO OMNIVM SANCTORVM.

Ad Clav-ſtrales.

SERMO XXXIII.

NOlite conſiderare quis ego ſum, qui loquor vobis, aut vos qui eſtis, quibus loquor. Ego tanquam puluis, quam proiiciet ventus a facie terræ contemptibilis, & ſic ſermo contemnendus. Vos eſtis ciues Sanctorum, & domeſtici Dei, qui ſapitis quæ Dei ſunt, non quæ ſuper terram. Nolite, inquam, ne forte quilibet veſtrum tacitus mihi reſpondeat. Non eſt opus medicus bene habentibus. Medice cura teipſum. Sed
Luc. 4. 23. mementote, tam me, qui loquor, quàm vos, qui auditis, homines eſſe, & quod verbum Domini eſt, quod auditis per os meum. Attendite ergo, non quis dicam, ſed quid dicam, imò cuius verba dicam. Verba ſunt viri nobilis & vrbanæ eloquentiæ,
Iſa. 25. 6. Iſaiæ, ſcilicet, dicentis. *In die illa faciet Dominus in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ.* Ad literam pro-
Matth. 3. phetia eſt de collectione Sanctorum, quæ fiet in die iudicij, in die extremæ ventilationis: quando, ſcilicet, plenus dierum habens ventilabrum in manu ſua ventilabit aream ſuam, vt recondat grana in horrea, paleas verò comburat igne inextinguibili: quando ſeparabuntur oues ab hœdis, non tantum merito, verum & loco. Hora verò, illa dies conſueuit dici in ſacra Scriptura ad differentiam dierum, qui modo aguntur. Si enim propriè velimus loqui, dies iſti non minus noctes quàm dies dici poſſunt: quia æquè interpolata viciſſitudine dierum & noctium circumuoluuntur: ſed tunc ſol & luna ſtabunt immobiles, alter in Oriente, alter in Occidente, & erit continuus dies in regno, ſicut tenebræ interminabiles in inferno. *In illa*, inquam, *die faciet Dominus conuiuium hoc*, id eſt, per angelos meſſores colligentur Sancti ab Ori-
Matth. 8. 11. ente, & Occidente, vt recumbant cum Abraham & Iſaac, & Iacob in regno Patris,
Pſal. 41. 5. & quaſi comedant ſuper menſam eius. Ibi enim, ſicut lætantium omnium habitatio erit, ibi ſonus confeſſionis quaſi ſonus epulantis, & ſecundum hoc adhuc expectatur implendum. Exponitur tamen aliter, tanquam impletum de menſa Dominici corporis, de pane benedictionis, qui factus eſt pro nobis in cruce pretium, in peregrinatione viaticum, in patria futurum eſt præmium. Fecit ergo nobis *Dominus conuiuium pinguium medullatorum.* Ponitur plurale pro ſingulari: conuiuium, ſcili-
Luc. 15. 27. cet, vituli ſaginati, quem occidit pater pro ſalute filij, qui mortuus fuit, & reuixit, qui
Apoc. 13. 8. ſaluum recepit illum. Hic eſt agnus, qui occiſus eſt ab origine mundi, ſed oblatus in
In Miſſa Chriſtus ſumitur ſub duabus ſpeciebus. fine temporum, & occiſus in lacte matris ſuæ. Et quia ſub duabus ſpeciebus ſumitur in altari, additum eſt, *vindemiæ defæcatæ*, vt pinguia referantur ad eſum carnis, vindemiam ad potum ſanguinis. Eſca hæc ſalutaris defæcata dicitur: cætera enim hominum caro concepta eſt in iniquitate: caro verò CHRISTI nec peccatum contraxit, nec ipſe in ea peccauit. Poteſt etiam tertio modo exponi. Triſyrticum enim poteſt eſſe illud propheticum, quia nec incongruè ad præſentis diei ſollemnitatem trahi poteſt. Sane in die illa facit Dominus conuiuium. hic ſecundum Iſaiæ vaticinium dies acceptior tempus plenitudinis, tempus gratiæ & veritatis. Ante aduentum quidem Saluatoris genus humanum duplici tenebrarum obſcuritate inuoluebatur, tenebris, ſcilicet, ignorantiæ, & tenebris peccati. Ignorabat enim homo creatorem ſuum, ignorabat ſeipſum, ignorabat natale ſolum. Et quid obſcuritate hac obſcu-

obſcurius? Præterea multa neſciebat, cum eſſent, eſſe peccata; pauca putabat eſſe
grauia, vel pœna digna; nulla credebat à DEO eſſe punienda. Et quid hac nocte no-
ciuius? Venit autem DEI filius,& reuelauit abſcondita. Venit lux vera, & illumina- *Iſa.9.1.*
uit omnem hominem;venit ſol iuſtitiæ,& illuxit nobis. Populus enim gentium,qui *Matth.4.16.*
ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. Meritò ergò tempus hoc dies dicitur
ab illuminatione. A dian enim, quod eſt claritas, dies denominatur. De hoc tem-
pore dixit propheta. Hæc eſt dies, quam fecit Dominus, &c. Hoc tempus, cum di- *Pſal.117.24.*
xiſſet Apoſtolus acceptabile, quaſi exponens ſubintulit. ecce nunc dies ſalutis. In *2.Cor.6.3.*
hoc itaque die fecit Dominus conuiuium in monte hoc, id eſt, in Eccleſia hac. de-
monſtratiue enim ad præſentem refertur hoc Eccleſiam, in qua adhuc gemimus *Eccleſia du-*
ſubiecti vanitati. Duæ enim ſunt partes Eccleſiæ, militans,& triumphans,& vtraque *plex.*
mons dicitur in ſacra Scriptura. Militans mons dicitur propter celſitudinem vitæ:
triumphans propter eminentiam gloriæ. De hac dicit Propheta. Domine quis ha- *Pſal.14.1.*
bitabit in tabernaculo tuo? id eſt, in Eccleſia militanti: & poſt hoc, imò & propter
hoc, quis requieſcet in monte ſancto tuo? id eſt, in triumphante? Militans verò
mons dicitur, ibi. Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſan- *Pſal.2.6.*
ctum eius, prædicans præceptum eius. De hoc profecto monte loquitur, in quo
& prædicauit, & ſic de militanti tantum loquitur Eccleſia, quia in ea tantum præ-
dicauit. In hoc itaque monte fecit Dominus in die iſta *conuiuium pinguium*, id eſt,
memoriam Omnium Sanctorum; licet enim legatur hoc conſtituiſſe Bonifacius BONIF. IV.
Papa, cum a Phoca Cæſare ſibi dari Pantheon impetrauit: tamen à Domino fa- *Beda de geſtis*
ctum eſt iſtud, & eſt mirabile in diebus noſtris. Nunquid enim ex ore altiſſimi pro- *Angl.li.2.c.4.*
grediuntur & bona & mala? ſi non eſt malum in ciuitate, quod Dominus non fe- *P.diac.de ge-*
cerit, liquet, quod nec bonum, quod Dominus non faciat. Sanè ſancti *pinguium* *ſtis Longob.li.*
nomine vocantur: ſed additur, *medullatorum*. Eſt enim quædam pinguedo dete- *4.cap.11.*
ſtanda. eſt quædam commendanda, id eſt, exterior & interior pinguedo. Et eſt ex- *Anaſtaſ. in*
terior, quando a fructu frumenti, vini, & olei ſui multiplicatur homo, confidit in *Chron.*
multitudine diuitiarum ſuarum, cum promptuaria eius plena eructantia ex hoc in *Amos 3.6.*
illud non ſinunt eum ponere DEVM adiutorem ſuum, ſed ventrem Deum ſibi fa- *Pſal.4.8.*
ciunt, & ſpem ponit brachij ſui in carne, baculo innixus arundineo, qui non ſolum
deijcit innitentem, ſed & perforat manum tenentis. De his dictum eſt. Prodiit ex a- *Pſal.72.7.*
dipe iniquitas eorum. hanc pinguedinem maledixit Dominus in vaccis pinguibus *Amos 4.1.*
Samariæ; pro hac dilectus impinguatus, dilatatus, incraſſatus recalcitrauit. De talibus *Deu.32.15.*
conqueritur CHRISTVS dicens. Tauri pingues obſederunt me. Eſt autem interior *Pſal 21.13.*
pinguedo deſideranda, cum, ſcilicet, caritas per Spiritum ſanctum diffunditur in *Rom.5.1.*
cordibus noſtris,& impinguatur in oleo caput mentis noſtræ. Hanc optabat, qui di-
xit. Sicut ex adipe & pinguedine repleatur anima mea. De hac legiſlator ſpirituali- *Pſal.62.6.*
ter intellexit, cum diceret. Omnis adeps Domini erit iure perpetuo in cunctis ge- *Leuit.3.17.*
nerationibus veſtris. Secundum hanc paterfamilias Euangelicus dixit, altilia ſua oc- *Matth.22.4.*
ciſa, quaſi alitilia, quæ, ſupple, alendo impinguant. Sancti ergò pingues ſunt medul-
lati, id eſt, interiori pinguedine pleni, quoniam diſtribuit ſpiritus ſingulis prout vult.
Sed quia Sancti adhuc militant ſub ſole, quorum nondum memoriam ſollemnizans
celebrat Eccleſia, ideo additur, *vindemiæ*. Vindemia quippe dicuntur vuæ, non tan- *Varro lib.4.*
tum, cum ſunt in vite, ſed cum colliguntur à vite: eſt enim vindemia, quaſi vua à vi- *ling lat.*
te dempta. Talium ergo Sanctorum hodie celebratur memoria, qui iam à cor-
poribus ſuis tanquam è carcere euolarunt, a ſtatu præſentis Eccleſiæ, quaſi à vite
dempti. Incongruum autem forte videtur quod dicimus. CHRISTVS enim vitis *Ioan.15.1.*

Ioan.15.1. eſt, vt ipſe teſtatur. Ego ſum vitis, vos palmites. Sancti itaque decedentes, cum, ſcilicet, tranſeunt de morte ad vitam, de exilio ad patriam, de mundo ad Patrem, nunquid tunc ſubtrahuntur à CHRISTO? Abſit. imò tunc tantò verius, quantò beatius ſunt cum CHRISTO. Quodam verò modo deſinunt eſſe cum CHRISTO. CHRISTVS enim & vitis dicitur & vita. vitis in via per fidem quaſi via vitæ; vita in *Sancti in cælo non habent fidem et ſpem.* patria per ſpeciem. Deſinunt ergò eſſe in CHRISTO vite, & verius ſunt in CHRISTO vita, id eſt, iam non habent fidẽ & ſpem, ſed ſpeciẽ & rem. deſinunt credere, & incipiunt viuere. Veruntamen adhuc ſunt electi quidam in Purgatorio, quidam forte *In Purgatorio quidam forte ſunt vſque ad diem iudicij.* vſque ad iudicium, quidam breuius, quidam diutius purgandi. Sed non talium eſt præſens ſollemnitas, & ideò additur, *defæcata.* Qui ergò vindemiati ſunt ab Eccleſia præſenti, nihil fæni, ligni, ſtipulæ, id eſt, nihil cremabile contraxerunt. Hi, inquam, hodierna ſollemnitate à fidelibus honorantur. Non autem curſim prætereundum puto, cur a DEO frequenter plenitudinem æternæ beatitudinis, *1.Cor.3.* conuiuium, prandium, cœnam, nuptias Scriptura ſacra nominare conſueuit. quod non *Cur regnum cælorum conuiuio comparetur.* tantum propter iucunditatem & plenitudinem gaudij reor eſſe dictum, ſed tranſlatiuè differentias lætantium voluit inſinuare. Sicut enim conuiuæ per triclinia ſeparantur, & in diuerſis recumbunt cœnaculis, ita & in domo patris[illegible] magni multæ manſiones ſunt beatorum. Quod non tantum verbo ſignificar[illegible] eius [illegible]us, *Ioan.14.2.* *Marc.6.40.* imò etiam opere [illegible]intimauit, cum in refectione, de ſeptem panib[illegible]s miraculo[illegible] fe- *1.Cor.15.* cit homines diſcumbere. alios centenos, alios quinquagenos. di[illegible]ert en[illegible] ſtella à ſtella in claritate. Has differentias hodie beatorum commemorans Eccleſi[illegible], [illegible]b ſeptenario eos incluſit, à ſeptiformi, ſcilicet, ſpiritu edocta. Primo e[illegible]im tam in legendo, quam in pſallendo memoriam agit B. Virginis, ſecundò angelorum, tertiò Patrum veteris teſtamenti, quartò Apoſtolorum, quintò Martyrum, ſextò Confeſſorum, ſeptimò Virginum. Ad hunc modum in illa feriali oratione, in qua Sanctorum omnium poſtulat ſuffragium, eadem vtitur diſtinctione, dicens. Conce[illegible]e quæſumus omnipotens DEVS, vt interceſſio nos ſanctæ DEI genitricis, ſemperque Virginis MARIÆ, &c. Hic eſt ordo conuiuij pinguium. Nota tamen co[illegible]uiuium propriè hic dici, non à conuiuando, ſed conuiuendo. Eſt ergò hic ordo con- *Cic. de ſenect.* *Matth.22 30.* uiuentium per ſimile diſpoſitus ad modum conuiuantium. In regno e[illegible] D[illegible]I nec nubent, nec nubentur, nec comedent, nec bibent, habentes corpora ſp[illegible]alia, & ita non indigentia alimoniis, ſed quæ verè viuent, quia beate viuen[illegible]. Præſumptuoſum forte videbitur, quod Eccl[illegible]a, dum adhuc eſt in terris, ſic [illegible] di- *1.Cor.2.* ſtinguere modos beatitudinis, quos nond[illegible] oculus vidit, nec auris aud[illegible], [illegible]ec in *Luc.5.17.* cor hominis aſcenderunt. Sed mediator DEI & hominum homo CHRI[illegible]TVS IESVS, Eccleſiæ inſtitutor & rector has differentias, & verbo docuit, & per Leui, quem de telonio aſſumpſerat, [illegible]criptum reliq[illegible]t. In principio e[illegible] bi- *Matth.5.* rti in monte, dum ſeptem b[illegible] c[illegible] r[illegible]tionibus [illegible], [illegible]nem præfatæ diſtinctionis, [illegible] non [illegible]mus, nobis t[illegible]d[illegible]t. Primu enim locum de[illegible] humilibus, ſecundum mitibus, tertium lugentibus, quartum eſurientibus [illegible] iuſtitiam, [illegible] mutare mundis corde. Tamen & in græco [illegible] ord[illegible] [illegible] miſericordibus, ſeptimum pacificis. Idem eſt *B. Virgo beatior [illegible] Sanctis.* ord[illegible] d[illegible]uerſis annotatur verbis. Humiles, qui primò ponuntur, ſ[illegible] CHRISTV[illegible] h[illegible]mo, & B. Virgo, qui ſuper cæteros, & præ cæteris perfruitione fruuntur De[illegible]tis. Tanta ſane fuit humilitas Saluatoris, vt quaſi videretur reſpondere ip[illegible]ius maieſtati. quia ſicut erat filij DEI incomprehenſibilis maieſtas, ita fuit in ho- *[illegible]* minis filio inæſtimabilis humilitas. Cum enim eſſet in ſinu Patris, inclina[illegible]

[illegible]lo[illegible]

los & deſcendit, formam ſerui accipiens, de paupercula Virgine pauperior natus,
ſatiatus opprobriis, morte latronum condemnatus, & cum obiiſſet, lanceatus. Pau-
pertatis etiam ſuæ ipſe teſtis eſt. Filius hominis non habet, vbi caput ſuum reclinet, *Matth.8.20.*
& ita, ſicut ipſe docuit, recumbens in nouiſſimo loco, meruit audire à patre. Ami-
ce aſcende ſuperius. Propter etiam hanc humilitatem excellentem in eodem dicitur cœ-
naculo recumbere B. Virgo. Cum enim eſſet de ſemine regio, & audiſſet ab angelo. *Luc.1.*
Aue gratia plena, & ſe filij DEI matrem cognouiſſet, non muliebriter eſt elata, ſed
humilitatem cordis exprimens lingua carnis ait. Ecce ancilla Domini. ancillam ſe
profitens, angelorum regina & hominum. In Cantico etiam, quod cantauit Domi-
no, quaſi nihil in ſe commẽdabile reputans, ſolius meminit humilitatis; Quia reſpe-
xit humilitatem ancillæ ſuæ. Secundum cœnaculum mitium eſt, id eſt, angelorum.
In tribus ſiquidem manſuetudo conſideratur. ſi quis ſcilicet, ſocialis eſt, vt cum qui-
buſcunq; viuat, gratioſus ſit eis. Sic Paulus omnibus omnia factus. ſi quis etiam læ- *1.Cor.9.22.*
dentem non lædit. poſtremò, ſi etiã lædenti benefacit. Hæc præcipuè in angelis emi-
nent. Cum enim imprudens & impudens ille Lucifer ſe à DEO, & ſodalibus deſocia-
ret angelis, ipſi in ſocietate perſtiterunt in manſuetudine ſua roborati. Iniurias quo- *Angelorũ in*
que, quas eis quotidie inferimus, dum cuſtodię eorum refragamur, patienter ſuſti- *nos ſtudium.*
nent, nec læſi nos lædunt, imò mitius compatiuntur nobis, & quod veriſimile eſt,
tanquam medici maiorem ſolicitudinem infirmis impendunt, quam ſanis; & magis
gaudent ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſuper nonaginta nouem *Matth.18.13.*
iuſtis, qui non indigent pœnitentia. Tertia manſio eſt lugentium, id eſt, Patrum ve-
teris teſtamenti, qui attendentes captiuitatem ſuam, & videntes differri redempto-
rem, lachrymabiliter conquerebantur. Vſquequò Domine obliuiſceris nos in fi- *Pſal.12.2.*
nem? Sic flebat cytharœdus noſter, quamuis eſſet rex in Iſraël, dicens. Heu mihi, quia *Pſal.119.5.*
incolatus meus prolongatus eſt, habitaui cum habitantibus Cedar. Hanc captiuita-
tem defleuit Hieremias in Threnis quadruplici alphabeto, dicens. Videte, ſi eſt do- *Thren.1.12.*
lor ſicut dolor meus. Cum quantis lachrymis, cum quantis ſingultibus interrum- *Videtur lo-*
pentibus ſermonem credimus eum locutum, qui dixit. putas durabo? putas videbo? *qui de S. Au-*
o ſi me inueniet illa natiuitas. In hunc modum & alij ſuper flumina Babylonis ſe- *guſtino lib.8.*
debant & flebant: tamen dum euntes ibant & flebant, præmittebant ſemina ſua, *confeſſ. cap.1.*
id eſt, meritoria ſalutis. Quarta manſio eſt eſurientium iuſtitiam, id eſt, Apoſto- *Pſal.136.1.*
lorum. cum enim ſinguli fideles & vniuerſi ſingulorum & omnium hominum de-
ſiderent iuſtitiam, præ aliis Apoſtoli iuſtitiam noſtram affectauerunt, ponentes
animas ſuas, vt nos lucrifacerent. Videte, quantum ſitiebat fratrum iuſtitiam,
qui dicebat. Optabam anathema eſſe à IESV pro fratribus meis. Hi fuerunt ona- *Rom.9.3.*
gri plenitudinem gentium expectantes in ſiti ſua. Tradunt enim, qui de naturis *Iſidor.*
rerum agunt, quod in diebus æquinoctiorum onagri horas diei & noctis rugi- *C. Geſn. lib.1.*
tibus ſuis diſtinguunt, & quaſi naturales horoſcopi prima hora diei, vbicunque *hiſt. anim.*
terrarum ſunt, rugitum emittunt. Similiter in ſecunda, & tertia, & deinceps. id-
ipſum de horis noctis ſentientes, vt naturæ beneficio quaſi ſuum gnoma horo- *Feſtus.*
logicum habeant fere in cubilibus ſuis. Ad hunc modum Apoſtoli ſermone ſuo
in omnes fines terræ opera lucis & tenebrarum diſtinxerunt, opera carnis ab ope-
ribus ſpiritus ſecernentes, qui & ipſi duodecim horæ diei à Domino nominati *Ioan.11.9.*
ſunt, vt non tantum verbo, ſed etiam numero diem ac tenebras diſtinguere cog-
noſcantur. Ipſi enim ſunt vituli, qui totum mundum ſuis mugitibus repleue-
runt, quia in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ ver- *Pſal.18.5.*
ba eorum. Quinta manſio eſt mundicordium, id eſt, Martyrum. Et eſt dictum à ſi- *Rom.10.18.*

mili. quia ſicut quiſpiam ſcopis mundans aream ſuam, ad plenum mundare non poteſt, quin aliquæ vel in angulis, vel in concauis paleæ latitent locis. Si verò ſuperuenerit flatus alicuius auræ vehementis, à quibuſlibet paleolis tota mundatur area:
Martyres obliti naturæ. In hunc modum credibile eſt corda Martyrum ante horam martyrij aliquibus leuibus cogitationibus humanitus occupari, ſed in hora illa ſuperueniente ſpiritu vehementi abſtergit DEVS à cordibus eorum omnem motum carnis, ita vt nec vita ſentiat ſe naturaliter amari. Cum enim ducerentur ad martyrium, parentes ſuos, vxores, & liberos vnguibus ora fœdantes, miſerabiliter poſt ipſos clamantes etiam toruo vultu, & ſiccis oculis reſpiciebant, quaſi nil iuris iam in eis haberet natura. Quis arcam cordis eorum ab his penè mundauerat, niſi ſpiritus fide mundans corda eorum? Sextus locus eſt miſericordium, id eſt, confeſſorum. Hi ſunt
Gal. 5. 24. viri olei, qui primò miſerentes animæ ſuæ carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis. Secundò miſericordes in proximum manum miſerunt ad opera
Confeſſores. miſericordiæ: nec fuit terminus miſerendi, niſi qui & viuendi. Et hi dicuntur confeſſores, non confitentes. Confitens enim propriè dicitur à confeſſione peccati.
1. Corinth. 3. Confeſſores à confeſſione laudis. Confitentes enim diſcedunt, qui manente incolumi fundamento ſine ligno, fæno & ſtipula non tranſeunt: ſub quorum confeſſione deinceps ſalui quaſi per ignem tranſeunt. Confeſſores verò ſunt, qui nil ſibi conſcij, de menſa præſentis vitæ pleni ſurgentes, quaſi eructant hymnum DEO. Agimus tibi gratias pro vniuerſis beneficiis tuis. Septimus eſt pacificorum, id eſt,
Virgines. Virginum & ſanctarum mulierum, non quia omnes integritatem carnis habuerint, quæ regnant cum Domino, ſicut beata mulier illa, quæ fuit in ciuitate peccatrix experta eſt virum, ſed à digniori parte totum collegium earum nomen ſortitum eſt. Vel ab integritate mentis omnes Virgines dici poſſunt. Verius enim poſſe dici Lucretiam virginem reor, quàm intactam, quam nemo cognouit. Iſtæ nomine pacis denominantur, vt oſtendatur ipſo nomine ablatum ab eis quaſi naturale mulieris opprobrium. Animal enim inquietum eſt mulier, apta iurgiis & contentionibus, ſeminandis diſcordiis accommoda. Prima etiam fuit auctrix diſcordiæ inter hominem & DEVM. Naturaliter etiam maior lucta eſt inter carnem & ſpiritum mulieris, quàm viri: quanto enim caro eius infirmior, & ſpiritus minus promptus, tantò pugna difficilior, & deſperationi proximior, victoria & pax commendabilior. vnde ei promittitur filiatio DEI: quantum ad vocis ſuperficiem, præmiſſis retributionibus eminentior merces, ſed quantum ad intelligentiæ medullam eadem cum illis. forte ne & de inferiori cœnaculo poſſe conqueri viderentur quaſi maioris mercedis ſolatium ſubinferretur. Nihilominus etiam præcedentibus ordinibus ſubillatæ retributiones non indecenter adaptantur. humilium quippe eſt regnum cœlorum, quia CHRISTVS non ſolum eo participat, ſed tanquam Dominus, cui vult, diſpenſat. Angelorum eſt poſſeſſio terræ viuentium quaſi continuata hæreditatis adeptio. Homines enim extorres fuerunt ab ea vſque ad ianuæ apertionem. Angeli verò, quam citò facti, ſtatim in breui confirmati poſſederunt eam. Patribus veteris teſtamenti data eſt conſolatio, cum viderent captiuam duci à Domino captiuitatem, cum iam deuicta morte ſcirent animæ, quia mors corporis abſorbebitur in victoria. Apoſtolis ſaturitas datur, cum vident à finibus terræ Eccleſiam ad Dominum clamare. Martyrum eſt videre DEVM: vnde
Actor. 7. 56. & primicerius eorum Diaconus Stephanus vidit cœlos apertos, & IESVM ſtantem ad dexteram virtutis DEI. Quod etiam pluribus eorum inter ipſa tormenta creditur accidiſſe.
Iacobi 2. Confeſſoribus, quia miſericordiam fecerunt, fiet iudicium cum miſericor-

ricordia. Hunc ordinem conuiuij pinguium medullatorum hodie ſtatuit Eccleſia *D[illegible]um.*
ſollemni venerari memoria. Dominum enim non amare conuincitur, qui ſanctos *non [illegible]*
eius,qua poteſt deuotione,non veneratur. Indeuotus enim eſt capiti, qui membris *San[illegible]*
ingratus extiterit. Vobis autem præcipue incumbit Sanctos venerari, qui con[illegible] *[illegible]*
uium eorum etiam imitari propoſuiſtis in terris. Elegiſtis enim habitare viri vnius *Re[illegible]*
moris in domo DEI,quibus eſt idem victus,nec impar cultus,idem locus e[illegible]li,idem *vita & morū.*
ſomni, vel diſciplinæ idem & orationis. Tamen in nomine differt ab illorum congregatione veſtra congregatio. Veſtra enim conuentus dicitur, quaſi à via: conuenitis enim tanquam ſocij in via, vt ex incunditate ſocietatis minor ſit labor itineris. Illorum verò congregatio dicitur conuiuium à vita, vt dictum eſt. State ergò in viis veſtris,tenete ſancti conuentus propoſitum, vt tandem mereamini ad illorum peruenire conuiuium, vbi præcinget ſe,& tranſiens miniſtrabit vobis IESVS CHRISTVS, *Luc. 12. 37.*
Dominus noſter, iudex noſter, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſeculum per ignem.

IN EODEM FESTO OMNIVM SANCTORVM.

AD CLAVSTRALES.

BIBLIOTECA ... ROMA ... VITTORIO EMANUELE

SERMO XXXIV.

LEVAVI *oculos meos ad montes,vnde veniet auxilium mihi.* Non dormit,qui oculos leuat: laborat,qui auxilium expectat. Itaque vigilantis & laborantis eſt vox iſta, quam audiſtis per os meum. Canticum enim graduum eſt, id eſt, canticum aſcendentis. Sed quis eſt iſte,qui aſcendit? qua aſcendit, & quo aſcendit? Eccleſia militans eſt, quæ aſcendit. Qua aſcendit? de valle lacrymarum aſcendit,de loco quem poſuit ei Dominus, de virtute in virtutem aſcendit. Has enim aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit. Ad triumphantem Eccleſiam aſcendit, filia ad liberam matrem ſuam, quæ in cœlis eſt, donec videat eum illa DEVM Deorum in Sion. Nomine quidem graduum ſignificatur aſcenſus. Qui enim aſcendit ad eum,qui omnia fecit in numero,pondere & menſura,cuius ordinatione perſeuerant dies, neceſſe eſt,vt gradatim & ordinatè aſcendat. Qui verò deſcendit ab illo,ruinam inuenit,& præcipitium, & non gradus. Vnde & legio dæmonum in porcos miſſa per præceps ruit in mare. Sane tamen- *Marc. 5. 9.* *Pſal. 120. 1.*
tum deſcendentis eſt. Inclinaui oculos meos ad ſtercora, vnde veniet iudicium mihi. Stercora dicuntur ſuperflua temporalium: neceſſaria enim benedictio ſunt ſiniſtræ Domini,quibus paſcit homines & iumenta. Hęc ſunt læua eius ſub capite noſtro. *Phil. 3. 8.* De ſuperfluis autem dicit Apoſtolus. Arbitratus ſum ea tanquam ſtercora. Et propheta. Vt quid amplexamini ſtercora pro croccis? hæc enim inquinant, & grauant. *Thren. 4. 5.* Etiam cum cibum ſumis, vt naturaliter reficias ruinas ventris, ſi quid ſuperfluum infuderis,aut iniucundum erit,aut noxium. De ſuperfluis dictum eſt à Sapiente. Acquiruntur c[illegible] l[illegible]bore, poſſidentur cum timore,amittuntur cum dolore. Cæterum Cant[illegible]m aſcen[illegible]tis, quod præmiſimus, proprium eſſe poteſt hodiernæ ſollemn[illegible]tis. ac ſi diceret Eccleſia. Per totum anni circulum leuo oculos meos ad aliquem, vel ad aliquos m[illegible]m, vnde venit refugium intercesſionis mihi: hodie verò leuaui oculos meos ad omnes montes, vnde tãdem veniet auxilium mihi. Dulce quidem eſt auxilium in tribulatione. Cum ergò venerit dies illa, dies iræ, dies calami-

lamitatis & miſeriæ, liberabit me ab auditione mala, & à verbo aſpero. Quos enim teres mundi circulus nunc patres habere gaudet, in finē expectat iudices, vt iudicent pupillo & humili, ne apponat ſe homo vltra magnificare ſuper terram. Notandum autem, quia multi montes circumſtant Eccleſiam aſcendentem, & quidam boni ſunt, quidam mali. Ad quoſdam fugiendum eſt, & fugiendum eſt à quibuſdam. Quod vt manifeſtius fiat, de multis montibus qui in ſacra Scriptura leguntur, ad tollendum faſtidium quatuor tantum excipimus, qui quaſi circumſtant Eccleſiam
Montes 4. in Scripturis. militantem ab oriente & occidente, ab auſtro & aquilone. Et quia prius eſt, quod carnale eſt, & poſtea quod ſpirituale, ab aquilone inchoamus. Sit itaque mons Gelboe ab aquilone, mons Samariæ ab occidente, mons Armeniæ ab auſtro, mons Iſrahel ab oriente. Mōs Gelboe ſunt aeriæ poteſtates. Mons Samariæ hypocritæ triſtes. Mons Armeniæ veri paſtores. Mons Iſrahel Sancti interceſſores. Primus mons eſt frigidus, ſecundus tepidus, tertius calidus, quartus lucidus. Primus eſt lupus, ſecundus mercenarius, tertius paſtor, quartus iudex propitius. Primus enim rapit & mactat; ſecundus deiicit vt comedat: tertius ſatagit, vt cuſtodiat: quartus intercedit, vt ad ſe trahat. Primus ergò eſt fugiendus, ſecundus tolerandus, tertius
Zach. 2. 6. audiendus, quartus implorandus. Fugiendus, quia dicit Zacharias. O ò fugite de ter-
Math. 23. 3. ra aquilonis, dicit Dominus. Tolerandus, quia dicit Veritas. Quæ dicunt, facite: quæ
Deu. 32. 7. autem faciunt, nolite facere. Audiendus, quia Moyſes dicit. Interroga patrem tuum & dicet tibi, maiores tuos & annunciabunt tibi. Implorandus, quia dicit pro-
Pſal. 150. 1. pheta. Laudate Dominum in ſanctis eius, &c. Sed quoniam angelus Satanæ ſæpe-
2. Cor. 11. 15. numerò transfigurat ſe in angelum lucis, & paries dealbatus oculos fallit intuentium, maxima diligentia adhibenda eſt in eorum cognitione. Sed audiamus Verita-
Math. 7. 16. tem docentem nos. A fructibus eorum cognoſcetis eos, ab euentibus tranſactis, & operibus quotidianis. De euentibus legimus in hiſtoriis, ſed de operibus, in libro ex-
1. Reg. 31. 1. perientiæ. Legitur, quod in montibus Gelboe Philiſtæi præualuerint aduerſus populum DEI, & Saul & Ionathas, amabiles valde, ceciderunt in bello, & fortes Iſrahel, & inclyti pariter interfecti ſunt. Hic eſt liber dæmonum, vt deiiciant populum
Gen. 3. 7. DEI. Primi parentes dicere poterant: *nos duo turba ſumus*: Inuaſit eos rigor ab aquilone, in tantum, vt facere ſibi perizomata cogerentur. Regum maximè ſanguinem & ſacerdotum quærit, vt percuſſo paſtore diſſipet oues de facili: hauſto enim fonte,
Hab. 1. 16. ſpem habet, vt influat Iordanis in os eius. cibus enim eius cibus electus, fenum te-
Amos 4. 1. nuiſſimum quaſi bos comedit. De montibus Samariæ legitur, quod vaccæ pingues Samariæ paſcebantur ſuper eos, quæ vitulos aureos fabricauerunt in Dan, & Bethel,
Math. 23. 4. quæ auerterunt cor populi, vt irent poſt Deos alienos. Hi ſunt, qui ſuper cathedram ſederūt alligantes populo onera importabilia, ipſi autem digito ſuo nolunt mouere ea; qui de grege Domini lac quærunt & lanam: ſed de ſalute animarum eſt in illorum pectore cura minor. Quod infirmum eſt, non viſitant, quod confractum, non alligant, quod erroneum non reuocant, ſed quod validum eſt, mactant. De quibus
Amos 6. 1. Dominus per Amos prophetam. Væ vobis, qui opulenti eſtis in Sion, qui confiditis in monte Samariæ, optimates, capita populorum egrediētes pompaticè in domum
Gen. 8. 4. Iſrahel. Super montes Armeniæ requieuit arca Noe, dum adhuc aquæ diluuij inundarent ſuper terrā. Hi ſunt paſtores veri parati ponere animas ſuas pro ouibus ſuis, qui obiiciunt ſe murum pro domo Iſrahel, Arca Noe, in qua adhuc ſunt animalia munda cum immundis, mitia cum immitibus in mediis fluctibus portat, donec ceſſante inundatione egrediātur octauo die, quæ ſeruantur in ea, id eſt, quotquot ad octauā beatitudinis præordinati ſunt. In vertice montium mons eſt Moria, in quo fabricatum

catum eſt tẽplum, vbi altare, ſanctuarium, & ſanctuariũ ſanctuarij, arca fœderis, propitiatoriũ & Cherubin, Rex & ſacerdos, ephot & diadema, & vniuerſum ſanctũ ſeculare. Hi ſunt ſpiritus beati, qui cum Domino regnant. Templum ſcilicet admirabile, quod fecit, q fabricauit auroram & ſolem, Quorum exemplari & vmbræ Leuitici ſacerdotes deſeruierunt. Conſideratis autem omnibus mõtibus antiquis, quotidiana eorũ opera licet intueri, quę viſis eorum ſeſſoribus innoteſcẽt. Super primum enim montem ſedent quatuor viri periculoſi. ſuper ſecundum quatuor viri ridiculoſi. ſuper tertium quatuor currus glorioſi. ſuper quartum Dominus gloriæ, nõ iam *Iſa. 6. 2.*
facie & pedibus velatis, ſicut vidit eum Iſaias, ſed reuelata facie vident illũ, qui in eum crediderunt. Vidit equidẽ quatuor cornua Zacharias, quæ venetãt, vt ventilarent Iu- *Zach. 1. 19.*
dã & Hieruſalem, & quatuor fabros ad comminuendum cornua. Nos autem ſalua pace prophetæ fabros ventilantes, Iudam & Hieruſalem interpretamur, de quibus dicit Eccleſia. Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniqui- *Pſal. 128. 3.*
tatem ſuam. A principio enim lactentis Eccleſiæ poſita eſt inter malleum & incudẽ, & a ſanguine Abel iuſti vſq; ad finẽ mundi. nec defuit, aut deerit iniquitas premens, & iuſtitia patiens. Quã periculoſi verò ſint fabri iſti, ex flatibus eorum ppendimus. Primus enim emittit ſpiritum ignis, ſecundus ſpiritum ſulphuris, tertius ſpiritum caliginis, quartus ſpiritum procellarum. Qui omnes, etſi nunquam ſpirare intermiſerint, præcipuè tamen tempore Martyrum. Spiritus ignis nocuit terræ & mari, cum viri fideles proſcribebantur exilijs, vexabãtur tormentis, occidebantur mortibus exquiſitis. Tempore verò hæreticorum præcipuè deſæuit ſpiritus fulguris, qui peſſimis exhalationibus fere vniuerſum aera infecerunt. De quibus ſcriptum eſt. Sepulcrum *Pſal. 5. 10.*
patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſè agebãt, venenum aſpidum ſub labiis eorum. Tempore verò falſorum fratrum, quod nunc agitur, dominatur ſpiritus caliginis, cum genimina viperarum, dum latent in viſceribus, latera matris cõcutiunt, ſpeciem quidem pietatis habentes, operibus impietatis vacãt, nomen Chriſtiani confitentes: ſed vnitatem Chriſtianæ religionis, quantum in ipſis eſt, abrumpunt, putrida membra in Eccleſia: pro quorum putredine, timendum eſt, ne pars ſincera trahatur. In diebus verò Antichriſti flabit ſpiritus procellarum, id eſt, perſecutio ex omnibus præmiſſis cõpoſita: in qua, ſi fieri poteſt, mouebuntur etiam electi. Quatuor vi- *Math. 24. 22.*
ros ſedentes ſuper mõtem Samariæ quidam patrum vidit in ſpiritu. Vidit, inquam, *Viſio miranda de cupiditate quadripartita.*
primum qui buccis tumentibus maritimam maſticabat arenam. Secundus fornaci accenſæ incubans ſcintillas ex ea volãtes faucibus ſuis influebat. Tertius ſuper pinnaculum tẽpli ſedens ſpiritum lenis auræ patulo ore ſuſcipere lætabatur, & vt magis influeret, manu & flabello aera concitabat. Quartus ridebat ſingulos, non minus ridendus a ſingulis: carnes enim membrorum ſuorũ ſugere laborabat, nunc manum, nunc brachium, nunc pedem aut tibiã ori applicans. Accedenſq; propius facies eorum horribiles aſpectu propter eorum maciem incõparabilem cõtemplabar, ſciſcitatuſq; cur hæc agerent, fame indicibili accepi eos laborare, & occurrit mihi illud prophetæ. Aruit tanquã teſta virtus mea, quia oblitus ſum comedere panem meum. Fames iſtorum indicibilis, cupiditas eſt quadripartita opum, honorũ, inanis gloriæ, *Pſal. 21. 16.*
voluptatum. Naturalis fames per cibum interdũ refocillari poteſt, licet non extingui. ſed iſta nouos ſemper pãdit hiatus. Auidus opũ, nunquã dicit, ſufficit. Hic eſt, qui arenã maſticat. Tyrannus potens, tanquam ſanguiſuga inuincibilis, ſemper ſanguinem ſitit; & hic ſcintillas ſibi inſluit. Cupidus inanis gloriæ, ſi totum ſorbeat aera, nullum ſuſſiciabit remedium. Voluptati deditum carnibus proprijs incuban- *Sen. ep. 123.*
tem, etiam Philoſophus gentiũ, contemptibilem & ſuibus cõparandum prædicauit.

Aucto-

4 Reg. 2. 12. Amatores talium in montibus Samariæ, & ſub cinere & cilicio inueniuntur. Se-
Cant. 6. 11. quitur de curribus, qui ſuper montes Armeniæ requieſcunt, videlicet currus Eliæ,
Pſal. 67. 18. currus Aminadab, plauſtrum nouum ſuper quod relata eſt arca Domini de terra
1. Reg. 6. 10. Philiſtæorum, currus quoque DEI decem millibus multiplex. Hi ſunt Virgines continentes poſt lapſum, Prælati coniugati. Virginitas enim currus igneus eſt ſurſum ferens quem vehit. Igneum enim, id eſt, ſydereum, imò angelicum eſt in carne viuere ſupra carnem; Eſſe quidem in carne, nec agere quæ ſunt carnis; vbi homo vim ſibi infert, vbi natura patitur repulſam. Currus autem Aminadab, quod ſonat, ſpon-
Cant. 6. 11. taneus Domini, ſunt, qui poſt lapſum voto ſe aſtringunt cõtinentię. Pro quibus dicit ſponſa animã ſuam turbari, timore ſcilicet. De his enim plurimũ timendũ eſt, ne reuolent ad cõſueta: graue enim eſt cõſueta relinquere, & ferè impoſſibile eſt triũphare de carne, ſi de nobis ipſa prius triũphauerit. Plauſtrum nouum, ꝙ traxerunt vaccæ mugientes vſque ad agrum Ioſue Bethſamitæ, ſunt Doctores Eccleſiaſtici qui [illegible]gitibus ſuis replent cardines terræ, donec Eccleſiam, quam vehunt, non declinantes ad dexteram, neque ad ſiniſtram, in agrum Ioſue introducant; ſcilicet, donec fideles
Ioan. 12. 26. fiant hæredes DEI, cohæredes autem CHRISTI, ſicut ipſe ait. Volo pater, vt vbi ego ſum, illic ſit & miniſter meus. Currus autem DEI decem millibus multiplex
Gen. 1. 28. ſunt coniugati, quorũ copioſa eſt multitudo in Eccleſia DEI, qui etiam multiplicationi hominũ ſtudent, iuxta id, quod dictum eſt a principio mundi. Creſcite & multiplicamini, & replete terrã. *Super montes Iſrahel.* ſed & mons noſter irrigans eos de ſuperioribus ſuis, & mittens eis quædam ſtillicidia ſtillantia ſuper terrã, quibus quaſi leniter irrorata Eccleſia aſcẽdens, quid de circũſtantibus ſentiat montibus inter medium montium exclamat dicens. Auerti oculos meos à montibus Gelboe, vnde venit naufragium mihi. Inclinaui oculos meos in montes Samariæ, vnde venit quandoque conſilium mihi. Intendi oculos meos ad montes Armeniæ, vnde venit ſolatium mihi. Leuaui oculos meos ad montes Iſrahel, vnde veniet auxiliũ mihi. Poteſt etiam canticum iſtud ſpecialis eſſe reſponſio viri contemplatiui & clauſtralis contra
Pſal. 83. 11. irriſiones alicuius in ſeculo degentis & inſultantis ei de abiectione ſua, qua elegit abiectus eſſe, in domo DEI ſui magis, quam habitare in tabernaculo peccatorum. Ego verò ſpem ponens in incerto diuitiarum, cui DEVS venter eſt, & gloria in confuſione, pauperem monachum inſultationibus aggredior non ferendis. Frater, vt quid contemnis diuitias mundi huius? Neſcis Iob gregibus & armentis abundantem, cuius promptuaria plena, eructantia ex hoc in illud, ſingulariter à Domino
Iob. 1. 8. commendatum in hunc modum. conſideraſti ſeruum meum Iob, quomodo non ſit ei ſimilis ſuper terram? Exciditne à memoria tua Dauid, rex & propheta, qui ſu-
1. Reg. 13. 14. per omnes temporis illius opibus abundauit? De quo dixit Dominus Inueni virum ſecundum cor meum: ignorans opes eſſe [illegible] eleem[illegible]narum, [illegible] Domi-
Luc. 11. 41. nus prę cæteris affectans, ait. Date el[illegible] vobis. Audi præcurſorem Domini, cum ad ipſum [illegible] conflueret innumera multitudo, quærentium, qu[illegible] non ait, ieiunate, vigilate, orate, elongare [illegible]gientes, & manere [illegible]ne, ſed ait, quod in CHRISTI ſui no-
Luc. 3. 11. uerat voluntate. Qu[illegible] dei non habenti, & de eſcis ſimiliter faciat.
Coniugium primitia Sacramentorũ. Præ[illegible]s frater? vt quid abhorres coniugium, quod tanquam [illegible]miriæ om[illegible] Sa[illegible]rum homini recenter facto commendatum e[illegible] V[illegible] Satanas q[illegible] introduxiſſe continentiam, vt Pentapolin ſubuerſam reſtauraret. Senex fidelis, prima credendi via, Abraham loquor, in coniugio placuit DEO, adeò vt filium contra ſpem ſuſciperet in ſpem futuræ benedict[illegible]

per

per ipſum. Iacob de multiplicatione liberorum commendatur, in ſeptuaginta animabus ingreſſus Ægyptum. CHRISTVS etiam de Virgine voluit naſci, niſi coniugata. Adhæc cohabitationem hominum quare fugis communem? Si militare vis DEO, luceāt opera tua bona coram hominibus, vt glorificent patrē tuum qui eſt in cœlis. Aduerſus hæc tu vir clauſtralis, noli contendere verbis, ſed modeſte, vt decet te, ſubiunge. Frater vera ſunt quæ proponis, multiplices viæ ſunt ad Dominum: ſed aliæ aliis tutiores. Valles ſunt & colles per quæ longo itinere ire doces. compendia quæro, & ideò leuaui oculos meos ad montes, vnde veniat auxilium mihi. Duos enim montes eminentiores oſtendit mihi primipilus meus CHRISTVS, humilitatem & obedientiam. Audi de eminentia humilitatis. Qui vult eſſe maior inter vos, ſit omnium miniſter. Et alibi. Quanto minor eris in oculis tuis, tanto maior eris in oculis meis, dicit Dominus. Aduerte de obedientia. CHRISTVS factus eſt pro nobis obediens vſq; ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & DEVS exaltauit illum, &c. Per hos montes procedens CHRISTVS exultauit vt gigas ad currendam viam: expeditius volo ſequi currentem. bonæ ſunt opes, ſed oneroſæ. Alexander Macedo vt expeditius ſequeretur hoſtem, grandes & ambitioſas opes in vaſta eremo deiecit. In coniugio ſane ſicut in Segor parua poſſem ſaluari, ſed attendo Loth potius aſcendere ad montes, vt ſaluarer animam ſuam. Adhuc tamen ego inſulto viro clauſtrali. bona quæ dicis, niſi, quia in futuro tantum tibi ſpem ponis, cum dicis. *Vnde veniet auxilium mihi.* Veniet, vox dilatoria eſt, vox cornina. bonum eſt præſentium etiam participatione lætari, quæ in vſus noſtros creauit DEVS. Et tu vir clauſtralis ad hoc reſponde. Nolo in his gaudere, cum audiam. Væ vobis, qui ridetis. Potius flendum eſt, cum dicatur. Beati, qui nunc fletis. CHRISTVM, quem ſequor, fleuiſſe lego, riſiſſe nunquam lego. Dilatio verò auget deſiderium, quod quanto creſcit, tanto creſcit & meritum. vnde. Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum. ſi ego modo tecum non honoror opibus, non vehor equis & curribus, ſi non operior pellibus, ſi non ſaginor pinguibus, ſi non foueor amplexibus, ſi non delector confabulationibus, ſcio cui credidi, repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, induar duplicibus, ſatiabor, cum apparuerit gloria Domini. Si ſic mihi locutus fueris vir bone, oppilabis os meum, & ego apponam digitum ori meo, & pro modulo meo tentabo leuare oculos meos ad montes. Veruntamen, quia ardua eſt via, quæ ducit ad vitam, leuemus ſinguli, leuemus vniuerſi oculos noſtros ad montes, vnde veniet auxilium nobis. Quorum meritis & precibus leuet nos ab infimis eleuatus ad dextram Patris IESVS CHRISTVS Dominus noſter, iudex noſter, cum venerit iudicare viuos & mortuos, & ſeculum per ignem. AMEN.

Gen. 46. 27. *Math. 5.* *Mar. 10. 43.* *Phil. 2. 8.* *Q. Curtius lib. 6.* *Gen. 19. 10.* *Pſal. 26. 14.*

IN EODEM FESTO OMNIVM SANCTORVM.

Ad Clauſtrales.

SERMO XXXV.

HIERVSALEM *quæ ædificatur, vt ciuitas, cuius participatio erit in idipſum.* In ſacra Scriptura Hieruſalem homonymum eſt ad tria. Dicitur enim Hieruſalem ſanguinaria illa ciuitas, de qua dictum eſt. Non capit prophetam perire extra Hieruſalem. cui & Dominus ait. Hieru-

Pſal. 121. 1. *Luc. 13. 33.*

ſalem,quę occidis prophetas,& lapidas eos,qui ad te miſſi ſunt.Dicitur & quandoq;
Hieruſalem militans Eccleſia,quæ adhuc habet tabernaculũ ſuum ſub ſole:quę modo ſub Domino militat in terris,vt quandoq; cum Domino regnet in excelſis,vt ibi.
Iſa. 60. 1. Surge illuminare Hieruſalẽ, &c. Dicitur etiã Hieruſalem Eccleſia triumphans, quæ
Gal. 4. 26. cõſtat ex angelis & ſpiritibus beatorũ,de qua dicit Apoſtolus.Hieruſalẽ,quæ ſurſum
Pſal. 147. 1. eſt libera,mater noſtra.Et propheta ad eã.Lauda Hieruſalem Dominum. Solũ enim
Pſal. 83. 5. & totum eius officiũ eſt,laudare Dominum. Vnde alibi. Beati, qui habitãt in domo tua Domine, in ſecula ſeculorũ laudabunt te. Sane de Eccleſia triũphanti hic loquitur propheta: ꝙ ex duobus,quæ ſequuntur,conijci poteſt.Addidit enim. *Vt ciuitas.* Ipſa qdem ciuitas nõ eſt ratione nominis, ſed eſt ciuitas ratione ſimilitudinis. proprie enim ciuitas dicitur cõgregatio hominũ ad iure viuendũ. Ipſa verò nõ tantum hominũ,ſed & hominum cõgregatio eſt & angelorum. Quod vero ſequitur. *Cuius participatio eius in idipſum*, ipſi ſoli cõuenire habet.Eccleſiæ enim militãtis, & cuiuſcunq; ciuitatis participatio,id eſt, habitatio eſt in eo,ꝙ eſt id & aliud,id eſt,variabile. Omniũ enim q̃ ſunt ſub ſole diuerſum eſt eſſe,&id ꝙ eſt,ipſum verò eſſe nõdum eſt. participatio verò,id eſt,habitatio cœleſtis Eccleſiæ eſt in eo, quod eſt in idipſum, id eſt,variabile,& in eodẽ ſtatu permanẽs.Supereſt videre,qua ratione ædificetur vt ciuitas ſimilitudinis. In ædificatione ciuitatis tria occurrũt. Primò violẽter extrahuntur lapides de lapicidina malleis & vectibus ferreis in multo labore hominũ & ſudore.ſecundo cũ bipẽni,celte & regula poliuntur,eruderantur,quadrãtur. tertio per manũ artificis in locis ſuis diſponuntur.Ad hunc modũ in ędificatione cœleſtis Hieruſalem tria cõſiderãtur.ſeparatio,politio,poſitio. Separatio eſt violẽta, politio purgatoria,poſitio æterna.Primũ eſt in anguſtia & afflictione,ſecundũ in patiẽtia & expectatione,tertiũ in gloria & exultatione.Per primũ cribratur homo ſicut triticũ,in ſecũdo examinatur vt argentũ; in tertio reponitur vt theſaurus.Siqdem viui lapides ſunt,de quibus ædificatur ſpiritus,ſcilicet,illorum, quos ꝑuidit DEVS fieri cõformes imaginis claritatis ſuæ.Hi dum ſunt in corporibus adhuc ſunt in lapicidina: moles e-
Sap. 9. 15. nim corporis tenaciſſimè eos ꝓmit & arctat, vnde dictũ eſt. Corpus ꝙ corrumpitur, aggrauat animã, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem. Ab hac
Rom. 7. 24. extrahi deſiderabat,qui dicebat.Quis me liberabit de corpore mortis huius? Multis
Act. 14. 22. antẽ concuſſionibus neceſſe eſt nos agitari,vt inde extrahamur idonei.per multas enim tribulationes oportet nos intrare in regnũ cœlorum, de qbus experto credite
2. Cor. 11. 27. dicenti.In vigilijs multis,in laboribus plurimis ſupra modũ, in fame & ſiti,in frigore
Pſal. 17. 5. & nuditate,&c.de moleſtia verò ſeparationis audite prophetã. Circundederunt me gemitus mortis,&c.Quã intolerabilis ſit etiã illa ſeparatio,quãdo, ſcilicet,nodi phyſicales ſoluuntur, proportionalia rumpuntur vincula, in libro experiẽtiæ legerat il-
Greg. l. 2. dial. le,q ab Antonio voluit ſuſcitari,ne iterũ oporteret eum mori. Poſt hãc ſeparationẽ,
c. 37. ſi q ſtatim idonei inueniuntur,ꝙ rarum eſt,ſubleuãtur.ſicut D.Benedictus, cuius via
Purgatoriũ. ad cœlos etiã à qbuſdam viſa eſt.Nos verò ſecundum maiorẽ partẽ loqmur.Hi ergò,
1. Cor. 3. 14. q cum ligno,fœno & ſtipula tranſeũt,in Purgatorio poliuntur,de quo dixit Apoſtolus. Si cuius opus arſerit, detrimentũ patietur:ipſe verò ſaluus erit quaſi ꝑ ignẽ. Poſt politionem aũt ſuſtolluntur,ſuiſq; aptantur locis, ꝑ manũ artificis diſponuntur permãſuri ſacris ædificiis. Sanè tria hæc ſingulis annis repræſentat Eccleſia.In Vigilia o-
Leu. 16. 29. mnium Sanctorum ſeparationẽ, in ſollemnitate eorundẽ poſitionem, in memoria
Quis vere ie- mortuorum politionem.Dies.n.ieiuniorum dies afflictionis eſt.Vnde Dominus ait.
iunet. Decima die ſeptimi mẽſis affligetis animas veſtras. Nõ enim verum agit ieiuniũ, qui ad luxurioſam cœnã ſeruat ventrem ſuum, qui nõ parcius ſolito comedit & aridius.

qui

qui ieiunio alas duas non facit, eleemoſynã, ſcilicet, & orationẽ. Dies verò ſollemnis, qui ſeqtur, plenitudinẽ gaudij figurat, in quo ſancti cũ Domino ſcenopegizant. Tertiò memoria mortuorũ agitur, vt hi, q in Purgatoriis poliuntur plenã conſequantur abſolutionẽ, vel pœnę mitigationẽ. Et ſic tria hic repręſentat Eccleſia circa ſpiritus beatorũ, vnde ſcilicet, tranſeunt, quã trãſeunt, & quo. *Commemoratio Animarum.* Veruntamẽ in hac expoſitione videor iniurius eſſe angelis, q primatum tenent in ædificio ſpirituali. Quocirca poſſumus aliter hãc ædificationẽ aſſignare, ne angelorum immemores eſſe videamur. In ſacra Scriptura ſæpenumerò hoc nomen, *ciuitas*, ꝓlatum ſimpliciter terrenã Hieruſalem antonomaſtice ſignificat, vt ibi. Vidẽs Dominus ciuitatẽ, fleuit ſuper eam, & in Michæa Dominus clamat ad ciuitatẽ. *Luc. 19. 41.* *Mich. 1. 1.* Hieruſalem ergò cœleſtis ędificatur, ſicut Hieruſalem reædificata fuit. Poſt Babylonicã enim deſtructionem ſub IESV magno ſacerdote & Zorobabel Duce cœpit reædificari, & ſub Nehemia reędificata eſt in hũc modum. *Eſd. 1. & 2.* Primò, ſeptẽ portæ locatæ ſunt, deinde intercapedines muri à porta vſq; ad portã extenſæ. Nec moueat nos, ꝙ in Eſdra plures his portæ leguntur. Sic enim in ciuitatibus portæ minores ſub principalibus inueniuntur. Nomina verò portarũ hæc ſunt. Porta vetus, porta fontis, porta gregis, porta equorum, porta ſterquilinij, porta piſciũ, porta vallis. *Portæ vrbis Ieruſalem. 7.* Ad hunc modum faber ille, q fabricatus eſt aurorã & ſolem in ſua ſpirituali ciuitate iã fundauit ſeptem portas, quas Mathęus ꝓſequitur, dicens BEATI pauperes. beati mites, &c. *Math. 5.* Octaua eſt quaſi intercapedo intra portas murorum, cum ſubditur. Beati, cum maledixerint vobis homines, &c. *Math. 5. 11.* In oratione verò quadam plenius explicantur, vbi dicitur. *Cœleſtium virtutum, & beatorum Patriarcharũ, prophetarum, apoſtolorum, martyrum, virginum.* Quod autem ſequitur, *omnium electorũ*, ad intercapedinẽ muri pertinet. Prima ergò porta ſunt angeli, ſecunda Patriarchæ, tertia prophetæ, quarta Apoſtoli, quinta martyres, ſexta confeſſores, ſeptima Virgines. Prima eſt cœleſtis, ſecunda fidelis, tertia vmbratilis, quarta iudicialis, quinta terribilis, ſexta exẽplaris, ſeptima admirabilis. Ad litterã porta vetus dicta eſt, quæ in principio naſcentis Hieruſalem fundata fuit, cum adhuc Salem, vel Solyma vocaretur in diebus Abrahæ, vel Melchiſedech regis æterni. *Gen 14. 18.* *Heb. 7. 1.* Ad hunc modum DEVS pater per filium in principio creauit cœlum & terrã, id eſt, angelos, & omnem corporum materiã. Vnde, quia angeli ſunt creatura primordialis, nõ immeritò dicuntur Porta vetus & cœleſtis. Vnde Iacob viſis angelis euigilans ait. Hic domus DEI eſt, & porta cœli. *Gen. 28. 17.* Dicta eſt etiã ciuitas Salẽ, quod interpretatur, pax. Deiecto enim Lucifero, & ſequacibus eius, conſumata eſt pax in reliquis, cum eiectus eſſet accuſator fratrũ ſuorum. Ad litteram Porta fontis erat, per quam trãſitus erat ad fontem Gihon, ſuper quem inunctus eſt Salomon in regem. *3. Reg. 1. 39.* Per hanc figurantur Patriarchæ. Ab his fides, & cultus vnius DEI originem habuit, & ad nos tanquã à fonte per riuulos deriuata eſt. Primus enim Abraham nomen vnius DEI publice ꝑdicauit, de quo dictum eſt. *Senex fidelis, prima credendi via eſt.* Cuius tẽporibus Dominus circũſione quaſi charactere gregẽ ſuum ab aliis ſeparauit nationibus. Ad litterã Porta gregis iuxta templũ erat, per quam inducebantur animalia ad ſacrificandum deſtinata, ſuper quam erat turris Ophel, id eſt, nebuloſa propter altitudinẽ ſui ſic vocata. Per hanc figurati ſunt prophetæ. primus enim Samuel habitare fecit homines vnius moris in domo, qbus erãt omnia cõmunia ad modũ cœnobitarum, q die noctuq; hymnis & cãticis diuinis inuigilabãt: & hunc quaſi gregẽ dominicum Samuel cuneum ꝓphetarum appellauit. *Samuel autor cœnobitica vitæ.* Hæc autẽ porta vmbratilis dicitur, quia ſub figuris operum, & integumẽtis verborũ ꝓphetarunt. *1. Reg. 10. 10.* Ad litterã Porta equorũ dicta eſt, in qua dimittebant equos, q aſcẽdebãt ad templũ, vltra quã equitando procedere nõ licebat. Per hãc figurati ſunt Apoſtoli.

Frequenter tamen in ſacra Scriptura equus in malo ſolet accipi in deſignatione ſu-
Pſal. 32.17. perbiæ, quia erecta ceruice incedit. vnde dictum eſt. Fallax equus ad ſalutem non ve-
Deut. 17.16. niet. Propter hoc etiam prohibitum eſt filiis Iſrahel, ne multiplicarẽt ſibi equos. Le-
Zach. 6.2. gitur tamen quandoq; equus in bono, vt ibi. Equitatus tuus ſalus. & ſicut legitur Za-
charias vidiſſe de medio montium egredientes currus, & equos rubeos & nigros, ita
Marc. 16.15. ſimiliter & albos. Non incongrue ergò Apoſtoli equis comparantur pro ſui veloci-
tate. Dictum eſt enim eis a Domino. Ite in orbẽ vniuerſum. Illi autẽ abeuntes prædi-
cauerunt vbiq;, & inæſtimabili celeritate in omnẽ terram exiuit ſonus eorũ, vt tan-
Math. 19.28. quã equi CHRISTVM equitantẽ celeriter circumferrent. Hæc porta dicitur iudicialis,
quia inſtituti ſunt iudices a Domino, cũ ait Sedebitis ſuper ſedes duodecim iudicãtes
duodecim tribus Iſrahel dicit Dominus. Vnde & aggratulãdo dicit eis Eccleſia. *Vos
ſecli iudices, & vera mundi lumina.* Ad hiuerã porta ſterquilinij erat, per quã ſordes ci-
uitatis deferebãtur, & maximè tẽpore pluuiarũ, quando torrẽtes per decliuia ciuita-
tis ruẽdo vndecunq; collectis ſordibus per hanc portã effluebant. Per hanc figurati
ſunt martyres, quorũ corpora reputata ſunt tanquã ſtercora, quorum ſanguis tã vi-
Pſal. 78.3. liter & abunde tanquã aqua effuſus eſt. Vnde ſcriptum eſt. Effuderunt ſanguinem
ſeruorũ tuorum tanquam aquã in circuitu Hieruſalem: poſuerũt morticinia ſeruo-
Heb. 11.37. rum tuorum, eſcas volatilibus cœli & beſtiis terræ. Hæc porta dicitur terribilis. ipſi
enim lapidati ſunt, ſecti ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt, ſuccẽſi flammis, extenſi
in eculeis, ſuſpenſi in patibulis, euiſcerati vngulis: quæ tormentorũ immanitas non
ſolũ terribilis fuit ad videndum, verum etiã recordatio eorum horribilis ad audien-
dum. Porta piſciũ erat, quæ reſpiciebat mare mediterraneum, per quã mercimonia
piſciũ deferebantur in vrbem. per quã figurati ſunt confeſſores, qui in media voragi-
ne vitiorum viuunt, qui cõtra impetus fluctuũ feruntur, ſed nõ deuorantur. Hi ſunt
piſciculi pauci, quorũ edulio multa millia Dominus ſatiauit. Hæc porta dicitur exẽ-
plaris, quia cum verbo doctrinæ miniſtrat nobis exemplum vitæ. Porta vallis erat, quæ
ducebat ad valle Ioſaphat. Per hanc figurantur Virgines. per vallẽ enim ſignatur hu-
Humilitas & virginitas sũt collactaneæ. militas: collactaneæ autẽ virtutes ſunt, virginitas & humilitas. Vnde B. Virgo ſolam
humilitatem de ſe memorauit, dicens. Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Hæc
porta dicitur admirabilis. Quid enim mirabilius eſt, quã angelicam vitam ducere in
Luc. 1. terris, in carne viuere, non ſolũ ſupra carnem, ſed etiã contra carnem? Cæterum, cum
[illegible] portam Ioſaphat, totus horrore cõtremiſco. Ioſaphat enim ex in-
terpretatione iudicium ſonat. timeo autẽ, ne forte viri à virginibus iudicentur: com-
paratione tamen, non auctoritate: quia per duo tantum, ſcilicet per fragilitatẽ carnis
& ignorantiam mentis putabam nos inuenire ſolatium excuſationis ante tribunal
iudicis. Vereor autem, ne obiciat nobis virgines, quarum ſexus fragilior, & animus
naturaliter minus ſenſatus, vt in prædictis duobus vllũ habeamus excuſationis refu-
gium. Hæ ſeptẽ portæ, quas diximus, in cœleſti Hieruſalem tã [illegible] fundatæ
ſunt. vſq; ad cõſummationem verò ſeculi murorum intercapedines ædificãtur. Muri
verò planities ex duobus cõficitur: in vtraq; [illegible] ſuperficie muri lapides quadrati
ponuntur & prominẽtes, in meditullio verò lapidũ fragmẽta vilia & inordinata re-
Vide Greg. li. 3. in Ezech. conduntur. Per hæc duo figurantur actiui & contemplatiui. Actiui enim, vt ait Am-
broſius, nõ habent merita ſibi ſufficientia ad vitã: vnde neceſſe habent, vt ſpirituales
Luc. 16.9. ſibi faciant amicos de mãmona iniquitatis, qui recipiant eos ſecũ in æterna taberna-
cula, ſicut lapides laterales meditulliũ ſecum ſurſum ferũt. Cõſiderate itaq; vos, qui-
bus loquor, quanta vobis incũbat ſolicitudo. Non enim ſufficit nobis habere merita
tantum ſufficientia ad vitã, niſi habeatis etiam abundantiam meritorum ad illos, qui
vos

vos ſibi fecerunt obnoxios. Huic enim cœnobio, ſicut & cæteris reges gentium, diuites terrarum, prædia ſua & poſſeſſiones contulerunt, quibus ſuſtentarentur pauperes CHRISTI, qui diuino ibi manciparentur ſeruitio. Duplex itaque vobis incumbit ſolicitudo, ſufficientiæ meritorum in vos, & abundantiæ in illos. DEVS autem, qui dat ſemen ſerenti, & panem comedenti in abundantiam, det vobis ſufficientiam hanc & abundantiam, & vos & illos, quos vobiſcum trahitis, recipiat in æterna tabernacula IESVS CHRISTVS, Dominus noſter, iudex noſter, cum venerit iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem.

IN DEDICATIONE ECCLESIÆ.

AD CLAVSTRALES.

SERMO XXXVI.

DOMVM *tuam decet ſanctitudo Domine in longitudine dierum.* Domi- *Pſal.92.5.*
nus domus ſanctus eſt. ſancta eſt domus Domini: & quid decet
ſanctum, niſi ſancta? ſicut enim poëticè & verè dictum eſt. *Paruum*
parua decent: ſic religioſè & verè dici poteſt. Sanctum ſancta de-
cent. Domum ergò Domini ſanctam decet ſanctitudo, non tamen
quælibet, non perfunctoria, non horaria ſanctitudo, ſed ſempiterna. Vnde Domi-
nus ait. Eſtote ſancti, ſicut & ego ſanctus ſum. Sicut indeſinens eſt mea ſanctitudo, *Leuit.19.2.*
ſic & veſtra, duratura vſque in longitudinem dierum. Dies dicuntur præſens vita, in
qua multi dies per noctium interpolationem ſibi ſuccedunt. Longitudo verò con-
ſecutura dierum, vita ſequens, quæ ſub vnius diei continuatione interminabilis ex-
tendetur. Sanctitudo ergo domus Domini non ſub his diebus terminabitur, imò
conſummabitur in longitudine dierum. neque vnam domum Domini decet ſancti-
tudo, ſed omnem. Habet enim plures domos. Numerum verò domorum eius per-
pendimus in numero domorum, quas ſibi ædificant cœnobitæ. ab his enim de hu-
iuſmodi documenta ſumenda ſunt, qui in omnibus Dominum imitari pro poſſe de-
creuerunt. Ipſi enim omnia reliquerunt, ſicut & CHRISTVS non habuit, vbi ca-
put ſuum reclinaret. Crucem ferunt poſt CHRISTVM obedientes, ſicut & CHRI- *Matt.27.32.*
STVS tulit, non vt Simon angariatus vt tolleret. Pauperes & nudi currunt poſt gi-
gantem, qui exultauit ad currendam viam, tanto expeditiores in itinere, quanto li-
beriores ab onere. Veriſimile ergò eſt, etiam in habitaculis ſuis Dominum eos ha-
buiſſe præceptorem. Porrò communem talium habitationem quatuor domibus *Clauſtrum*
concludi videmus, vnde & meritò Clauſtrum nuncupatur. Eſt ibi quædam domus *vnde dictum.*
DEI, quædam refectionis, quædam quietis, quædam plenitudinis. apothecam lo-
quor, in qua vſibus neceſſaria reponuntur. In hunc modum Dominus quatuor do-
mus habet. Domum orationis, eádem quam & illi; de qua ipſe ait. Domus mea do- *Iſa.53.7.*
mus orationis vocabitur dicit Dominus. Habet etiam domum vniuerſitatis, id eſt, *Matth 21.13.*
mundum. vnde. Domini eſt terra & plenitudo eius. Et ipſe. Cœlum & terram ego *Pſal.23 1.*
impleo. Et alibi. Cœlum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum. *Ierem.23.24.*
Habet etiam domum q[illegible]tis, id eſt, animam iuſti. vnde. Super quem requieſcet Spi- *Iſa 66.1*
ritus meus, niſi ſuper humilem & quietum, & trementem verba mea. Habet etiam *Iſa.6.2.*
domum refectionis, id eſt, corpus immaculatum. Vnde Apoſtolus. an neſcitis, quia *1.Cor.6.15.*
corpora veſtra templum ſunt Spiritus ſancti? Domus autem refectionis dicitur,

quia quot membrorum officia iuſtitiæ ſeruiunt in ſanctificationem, tot quaſi fercula DEO proponuntur ad refectionem. Propter has quatuor domos, quatuor nominibus ſolet appellari; DEVS, Dominus, ſponſus, paterfamilias. DEVS in templo, Dominus in mundo, ſponſus in animo, paterfamilias in corpore ſancto. Quælibet iſtarum domuum ſuam habet ſanctitudinem. Sed de ſanctitudine mundi ſub ſilentio prætermiſſa, de ſanctitudine reliquarum præſens ſollemnitas loqui nos compellit. Dicitur autem Templi Dedicatio, ſanctificatio corporis, religio animi, filiorum adoptió. Dedicata eſt enim Eccleſia, id eſt, ſemel cõfirmata in vſus diuinos, vt communibus vſibus ea deinceps nõ vtamur. Dedicare enim, confirmare eſt, quaſi DEO dicare. Religio verò proprie membrorum eſt: per peccatum enim primi parentis membra proruperunt in motus inordinatos, qui niſi ſub timore DEI religentur, ferentur in

Pſal. 128. 120.

ruinam turpitudinis. Membra ſua ſic ligari optabat propheta dicẽs. Confige timore tuo carnes meas. Anima verò ſola adoptione, id eſt, gratia præueniente ſanctificatur.

Dedicatio nõ tam templi, quam hominum agitur.

Nec miremini, ſi dixerimus præſentẽ ſollemnitatẽ ad ſanctitudinẽ non tantum templi, ſed etiam hominũ pertinere. Celebrior enim eſt dedicatio hominũ, quàm tẽplorum. De dedicatione tẽpli ſollemnizant homines in terris: de dedicatione hominis exultant angeli in cœlis. Illa viſibilis, & ſemel facta, & in breui cõſummata; iſta inuiſibilis & ſempiterna, & hic incepta in longitudine dierũ conſummabitur. Hic eſt ædificatio, ibi dedicatio. illam celebrauit Põtifex, qui homo erat ſimilis nobis paſſibilis, iſtam operatur CHRISTVS aſſiſtens Pontifex futurorũ bonorũ. illa imaginaria eſt iſtius, iſta veritas eſt imaginis eius. Videamus autẽ, in quibus conſiſtit templi ſanctifi-

De ritibus dedicationis templi.

catio, vt ex eis myſticè colligamus hominum ſanctitatem. In quinq;, vt arbitror, impletur Templi dedicatio, quæ ſunt, aſperſio, inſcriptio, vnctio, illuminatio, benedictio. Aſpergitur verò aqua, cui admiſcentur tria. ſal, cinis, vinum. Aſperſorium verò de hyſopo fieri debet: poſteà verò pauimentum inſcribitur alphabeto græco & latino, lineis ab angelo in angulum directis ad modum crucis in medio ſeſe interſecantibus. deinceps in duodecim locis chriſmate ſancto linitur, & poſt ſuper eadem loca duodecim cereis illuminatur: poſtremò Epiſcopali benedictione Dedicatio concluditur. Horum inſtitutio, & ſignificatio alterius eſt inquiſitionis. Sed quomodo in hunc modum hominum ſanctificatio perficiatur præſentis eſt proſecutionis. Aſper-

Matth. 26. 75.

gitur ſiquidẽ primò vir ſanctus aqua pœnitentiæ & lamenti. Hac aqua Petrus aſperſus eſt, cum fleuit amarè, vt maculam ternæ negationis ablueret. De eadem dicit pro-

Pſal. 6. 7.

pheta. Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum

Pſal. 41. 4.

rigabo. Et alibi. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Quam verò ne-

Prou. 23. 1.

ceſſaria ſit hæc aqua, videamus. Salomon ait. Fili ſediſti ad menſam diuitis, vide quæ tibi apponuntur: memento ſimilia ei debere præparare. Diues eſt CHRISTVS, ad cuius menſam ſedemus, carni eius & ſanguini communicantes. Aquam & vinum

1. Ioan. 5. 6.

appoſuit nobis ille. non enim venit in aqua tantum, ſed in aqua & ſanguine. Fortè nec tempori congruit, vel paupertas veſtra non ſuppetit, vt ei vinum apponatis. Primicerius martyr Domnus Stephanus vinum illi appoſuit, tantò dulcius, quantò nouius. Appoſuerunt ei ſancti Martyres vinum, qui ſanguine ſuo Eccleſiam DEI fundauerunt. Tempus quidem vindemiandi abiit. forte puſillanimitas ſpiritus in cauſa eſt, ne modo hominum manus queat vinum inuenire: ergo vel aquam ei apponere neceſſe eſt. ſed non eſt ſimplex hæc aqua. Tria ſecum habere debet. ſalem, cinerem & vinum. Sal timor Domini. Vnde in Leuitico. In omni ſacrificio pones

Leuit. 2. 13.

ſal fœderis Domini DEI tui. Timor enim Domini comes eſt per omnes gradus. Quicunque enim ſacrificia operum offert Chriſtianus, in omnibus debet eſſe timor

DEI

DEI ante oculos eius. Cinis eſt memoria circuitus humani. Vita enim noſtra quaſi linea eſt circumducta rediens ad idem punctum; à puluere enim incipiens, & per defectus naturales quaſi circulariter progrediẽs ad puluerem reuertitur. Hunc modum ineuitabilem fecit nobis manus Domini impellentis, cum ait. Terra es, & in terram ibis. Vnum autem memoria Dominicæ paſſionis. Hęc tria aquam pœnitentiæ ſanctam faciunt, & DEO placentem. Quis enim timorem Domini habens, & memoriam nouiſſimorum recolens Dominum pro ſe morte turpiſſima condemnatũ, non reſoluatur in lachrymas? quis tam lapideus, qui nõ totus concutiatur, & tremat, dicens. Commouiſti Domine terram meam & conturbaſti eam: ſana contritiones eius, quia commota eſt? Sequitur de Inſcriptione. Hic eſt rigor Ordinis veſtri, à Sanctis Patribus vobis traditus, & in ſcriptis redactus. Hæc ſunt elementa Religionis veſtræ, quibus initialem Canonicũ imbui neceſſe eſt. Gemina verò eſt inſcriptio, quia & in tabulis cordis, & in pauimento corporis noſtri indelebiliter ſcribi debet, non ſicut in glacie ad faciem Solis. In vtroque verò ab angulo in angulum. Sed nunquid cor anguloſum doloſum dicitur & deteſtari ſolet? Hic autẽ duos cordis angulos vocamus, cor humile, & cor altum. Cor humile eſt, cum quis ſe nihil eſſe reputans, eum omnia fecerit, dicit ſe ſeruũ inutilem. De hoc corde dicitur. Præuaricatores redite ad cor. Cor altum, cum quis mente ſurſum rapitur, dicens. Mihi autem adhærere DEO bonum eſt. de quo dictum eſt. Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur DEVS. A corde ergò humili vſq; ad cor altum, id eſt, ſiue humilia de vobis ſentiatis, ſiue mente excedatis, inſcriptos vobis limites firmo corde teneatis, ne forte dicatur de vobis. Hic homo cœpit ædificare, & nõ potuit cõſummare. Hæc etiã inſcriptio facta eſt in corporibus noſtris. Stigmata enim Domini IESV portatis in corpore veſtro. Characteris enim inſigne vobis impreſſum eſt, quo de facili Ordinis veſtri diſtinctio etiam viſibus patet. Tonſura enim capitis, veſtium vilitas & munditιes, ciborum arida ſobrietas, metus, inceſſus, geſtus, & habitus compoſitus, & cætera in hunc modum inſcriptiones ſunt vobis impreſſæ, & ſigna DEI veſtri, vt dicere poſſitis. Poſuit ſignũ in faciem meam, vt nullum pręter eum amatorem admittam. Hęc autem ſigna ſunt, ab angulo corporis in angulum, id eſt, à capite vſq; ad pedes, vt nulla enormitas à planta pedis vſq; ad verticem in vobis habere locum videatur, vel ab initio profeſſionis veſtrę vſq; in finem vitæ: quia citra veritatem ſacrificij eſt, caudam hoſtiæ non offerre. Sequitur de Vnctione. Duodenariam vnctionẽ veſtram poſſumus intelligere, imitationem Apoſtolicam, quam propoſuiſtis vobis. Alij enim cœnobitæ, quos monachos appellamus, ne alter alterius onere premeretur, ſingularẽ quiſq; ſui cuſtodiam elegerunt. Inde eſt, quod nec baptizare, nec aliis prędicare, nec pœnitẽtias iniungere eis licet. Vos autem imitatores Apoſtolorum multitudinis, quorum cor eſt vnum, & anima vna vobis & aliis prouidere poteſtis & debetis. Veruntamen quia vnctio, ſpiritualis gratiæ infuſio dici ſolet, & hanc duodenariam infuſionem, ad duodecim virtutum largitionem referre non incongruè poſſumus, ꝙ paucis abſolui poteſt. Quatuor enim ſunt virtutes, quas Cardinales dicimus. Iuſtitia eſt, quæcunq; reddit quod ſuum eſt, id eſt, DEO, ſibi, & proximo. Prudentia, quæ eſt in præcauendis peccatis & moleſtiis. Temperantia in proſperis. Fortitudo in aduerſis. Quælibet harum duas ſecum habet collaterales virtutes. Iuſtitiæ enim aſſiſtunt miſericordia & veritas. Niſi enim miſericordia obuiet veritati, iam no eſt miſericordia, ſed miſeria: & niſi veritas obuiet miſericordię, iam nõ eſt veritas, ſed ſeueritas. Prudentię aſſiſtunt carnis mortificatio, & obediẽtia. Per carnis enim macerationem à multis nobis prouidemus in poſterũ exceſſibus. Nam, vt alia omittã, ... *Cerere & Baccho friget Venus.* Quid autem va-

Vita noſtra circulus. *Geneſ.3.19.* *Pſal.59.4.* *Luc.17.10.* *Iſa.46.8.* *Pſal.72.28.* *Pſal.63.7.* *Luc.14.30.* *Monachi notas religionis circumferũt.* *S. Agnetis dictum.* *Leuit.3.9.* *Actor.4.32.* *Terẽt. in Eun.*

Votum obedientiæ. tem validius arcet nos ab illicitis, quàm votum obedientiæ? cui vos totos aſtrinxiſtis? Temperantiæ verò aſſiſtunt, humilitas & benignitas. Solent enim opes eſſe hyperiphanæ, id eſt, ſuperbæ, & tenacitatem ſecum trahere in proſperis. Ergò neceſſe eſt, humilem eſſe & benignum proximis erogando. Porò fortitudini aſſiſtunt, ſpes vitæ, & mundi contemptus. Vnde putas Laurentium tàm fortem in aduerſis, vt inter incendia etiam iocati videretur, dicens. Aſſatum eſt, verſa & manduca; niſi quia ſpem vitæ immarceſcibilis habebat immarceſcibilem? Vnde putas ſanctum Iob inter tot corporis hulcera & rerum ſubita detrimenta tam ſæpe & conſtanter DEVM benedixiſſe, niſi, quia hæc omnia arbitrabatur velut ſtercora? Sequitur de illuminatione, *Matth.5.* quod tamen iam elucet. caritas enim non poteſt abſcondi. Lucerna hæc ſuper candelabrum poſita eſt, lucent opera veſtra coram hominibus, vt glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt: poſt lumbos enim præcinctos lucernæ ſunt ardentes in manibus veſtris. De benedictione verò finali dicimus, quia tunc fiet, cum apparuerit gloria veſtra, cum mortale hoc induet immortalitatem, cum miſero ſpiritui dicet ſacer ſpiritus vt requieſcat à laboribus ſuis. In lapidum enim poſitione non audietur in Hieruſalem ſonitus mallei, vel ſecuris. Nunc ergò aſperi per pœnitentiam, inſcripti per diſciplinam, inuncti per gratiam, illuminati per operationem, expectatis extremam benedicentis manum. Scitis enim, cui credidiſtis, & certi eſtis, quia vobis apponet iuſtus iudex benedictionem expectatam. Qua benedictione nos vobiſcum benedicat IESVS CHRISTVS Dominus noſter, iudex noſter, cum venerit iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem.

SEQVVNTVR SERMONES
HABITI IN SYNODIS.
SERMO XXXVII.

Geneſ.46.34. *SI dixerit vobis Pharao, quod eſt opus veſtrum? reſpondete. Viri paſtores ſumus.* Salubre & grande hic datur conſilium. Vnde refert ſcire, quis dederit, & quibus, & vbi. Ioſeph dedit. Quibus? fratribus. vbi? in Ægypto. Dum Ioſeph in terra natiuitatis ſuæ fuit non legitur dediſſe conſilium fratribus, imò fratres ſibi inſultaſſe, tunica nudaſſe, iniquũ conſilium in eum ineuntes Iſmahelitis vendidiſſe, Iſmahelitas Ægyptiis. Sed poſtquam ſublimatus eſt in Ægypto conſilium ſalubre fratribus dedit. *Si dixerit vobis* *1.Cor.10.11.* *Pharao*, &c. Fratres, cum omnia in figura contigerint illis, hoc de ſummo Ioſeph accipi poteſt, in cuius figura Ioſeph præceſſit in Ægyptum. Ioſeph namque interpretatur, augmentum. Hic eſt CHRISTVS, qui ſuos augmentat hic pro modulo vitæ, eos demum magnificaturus in gloria. Hic dum fuit in terra natiuitatis ſuæ, ſcilicet, in Iudæa, vt Ioſeph, a fratribus eſt deriſus, tunica ſpoliatus, venditus, crucifixus. Tunicam enim ſuam, id eſt, carnem in ſanguine proprio tinxerunt, cum crucifigentes. Hic verus Ioſeph, verum & ſalubre conſilium dedit fratribus ſuis dicens. *Si dixerit vobis*, &c. ſed quibus fratribus? omnes enim Chriſtiani, qui ſuam faciunt volunta- *Matth.12.50.* tem, fratres eius ſunt, vt ipſe ait in Euangelio. Quicunque fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis eſt, hic pater meus, & frater, & ſoror, & mater eſt. Non autem fratribus vero omnibus hoc conſilium dat, ſed quaſi vnicis & priuilegiatis fratribus Prçlatis, quibus curam gregis commiſit Dominici, quos præmunit in terra, ſciens Pharaonem,

rionem, id eſt, diabolum ſemper ſuos inquietaturum, & nunquam à prauis cogitationibus deſtiturum, dicens. *Si dixerit vobis Pharao*, id eſt, diabolus. *Quod eſt opus veſtrum?* Quid ſtatis otioſi? nimis eſtis in rebus tenues, in voluptatibus implendis impotentes. Scitis, quia antiquum & verum eſt prouerbium. Quantum habes, tantum vales. prouideatis vobis de craſtino. colligite pecuniam. auro poteſtis abundare & argento, & ſupellectili pretioſa & multiplici. Congregate in horrea veſtra, vt promptuaria veſtra ſint plena eructantia ex hoc in illud. Si hac, inquam, falſa ſuggeſtione vos decipere voluerit, vel intenderit, reſpondete. *Viri paſtores ſumus*. Hęc verò nomina, ſcilicet, *Viri*, &, *Paſtores*, ſibi inuicem congruunt, imò cōgrue iunguntur: quorum alterum eſt nomen ætatis, & etiam dignitatis, reliquum laboris. Vnde in Apoſtolo. Cum eſſem paruulus, loquebar vt paruulus: cum autem factus ſum vir, euacuaui, quę erant paruuli. *1. Cor. 13.* Indicat ergò hoc nomen, Vir, & ætatem, & etiam Sacerdotij dignitatem: hoc verò nomen, Paſtor, Domini gregis ſolicitudinem. Sacerdotes ergò & viri ſunt, & paſtores; ſed caueant ſibi ne ſint viri deteſtabiles. Sunt enim & viri deteſtabiles, ſunt & boni viri. Deteſtabiles ſunt, vt viri de ſenioribus Iſraël, de quibus in Ezechiele legitur, *Ezech. 8. 16.* quod erant dorſa habentes contra templum Domini, contemnentes creatorem, quia facies eorum ad Orientem, & adorabant ortum ſolis, nō creatorem, ſed ſolem. Item viri deteſtabiles ſunt, qui volunt ſuam condere iuſtitiam, quærentes quæ ſua ſunt, non quæ IESV CHRISTI. Tales non oportet eſſe ſacerdotes, ſed quales leguntur ſex viri fuiſſe in Ezechiele, qui venientes de via portæ ſuperioris, quæ *Ezech. 9. 2.* reſpicit ad aquilonem, & tenentes gladium in manibus quærebant vlciſci iniuriam creatoris. Vel, vt apertius dicamus, tales eſſe oportet, quales alloquitur Petrus dicens. Viri Iſraëlitæ, & qui timetis Dominum audite. Et, vt expreſſius dicatur, dicam *Actor. 2. 22.* vobis, non ſolum quales ſed quos oporteat eſſe Sacerdotes. Oportet illos eſſe tres viros, qui leguntur in Ezechiele, ſcilicet, Noë, Daniel & Iob, id eſt, rectores, conti- *Ezech. 14. 14.* nentes, coniugatos. Per Noë, qui rexit arcam in mediis fluctibus intelliguntur prudentes. per Danielem mundi, per Iob miſericordes. Oportet vnumquemque ſacerdotem iſtos tres viros eſſe, id eſt, prudentem, mundum, miſericordem: & ſic erit & *Matt. 24. 40.* vir & paſtor: ſic etiam cauebit, ne cum ſit alter eorum, qui ſunt in agro ipſe relinquatur, & alter aſſumatur. Omnes ergo ſumus, vt habetur in Euangelio in agro Domini; imò vt conuenientius dicatur, in agris Domini. Sunt enim quatuor genera agrorum in domo Domini, ſicut dogmatizauerunt & illi, qui de naturalibus tractauerūt. Primus eſt ager floridus, ſecundus paſcuus, tertius ſationalis, quartus conſitus. Primus eſtis vos. ſacra Scriptura ſecundus, quæ vos paſcit & reficit. Tertius eſt grex ſubditus, in quo ſeritur. Quartus pœnitens quilibet pedibus veſtris affuſus. Primus eſt inter vos, ſecundus ante vos, tertius ſubtus vos, quartus iuxta vos; Primus habet flores, quos determinat Apoſtolus in epiſtola ad Titum dicens. Oportet Epiſcopum *Tit. 1. 7.* ſine crimine eſſe, tanquam DEI diſpenſatorem, non ſuperbum, non iracundum, non vinolentum, non percuſſorem, nō turpis lucri cupidum, ſed hoſpitalem, benignum, ſobrium, iuſtum, ſanctum, continentem, amplectentem eum qui ſecundum doctrinam eſt fidelem ſermonem. Secundus habet duo paſcua, vetus & nouum teſtamentum, in quibus homo ſpiritualis debet exerceri, vacando orationi & lectioni. Sic demum poterit verbum DEI in grege ſubdito ſerere, in tertio ſcilicet agro ſationali. Quartus habet vineam multiplici labore excolendam. Magnus namq; labor impenditur in vinea excolenda. vtpote, quæ primum eſt putanda, ſecundo fodienda, tertio paxillanda, ad vltimum ſtercoranda. Hic multiplex labor eſt in vinea Domini Sabaoth excolenda. Primum oportet eam putare, id eſt, peccatorem peccata confiteri, & pe- *Cōfeſſio integra eſſe debet.*

& pedibus aſtantem exquirere, non tantum quid fecit, ſed quam voluntatem faciendi habuit, & quamdiu in ea manſit, quia ſecundum hoc maius minúſue onus debetis iniungere. nec tamen in peccatis, quæ confitetur, perſiſtere, ſed etiam, ſi talia vel talia commiſerit, cum quadam cautela ab ore eius elicere: quia ſi vnum dixerit, & aliud reticuerit ſanari non poterit: vtpote de vulnere, quod quamdiu ferrum in ſe cœlat, eſt incurabile, quamuis medicinæ apponantur. Secundo reſtat, in vinea fodere, id eſt, peccatorem deterrere; ne vt canis ad vomitum redeat, ne conſimile de facili committat. Tertiò reſtat vineam paxillare, id eſt, ipſi pœnitenti, ne in deſperationem incidat, paxillum, quo ſuſtentetur, alligare, id eſt, exemplum de peccatore, cuius miſertus eſt Dominus, vt de Dauid, qui homicida fuit, qui etiam adulterium commiſit; de Paulo perſecutore Eccleſiæ, de Maria beata peccatrice. Quartò reſtat, vineam ſtercorare, id eſt, peccatori pœnam iniungere iuxta voluntatem & diſcretionem veſtram, magnam, paruamque ſecundum peccati qualitatem, & pœnitentis contritionem, facultatem, & virium corporalium ſufficientiam. Sic debetis excubare in vinea Domini. Si verò tales excubias inuenerit, occurretis ei in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis CHRISTI Domini noſtri, iudicis noſtri, cum venerit iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem.

Pœnitentia qualis iniungenda confitenti.

SERMO XXXVIII.

IN SYNODO.

Oſee 12.13. iuxta 70.

IN manibus prophetarum aſſimilatus ſum, dicit Dominus. Quis eſt Dominus, qui hoc dicit? vtiq; prophetarum Dominus; ac ſi diceret. In manibus prophetarum meorum aſſimilatus ſum. prophetæ ſui Patris, ſunt ſui filij, ſui ſpiritus ſancti. Patris, vt à quo mittuntur: filij, vt de quo loquuntur: Spiritus ſancti, vt quo replentur. Quod patris ſint, patet ex auctoritate, quæ ait. Multifariam multiſque modis olim DEVS loquens Patribus in prophetis. Quod filij, vt de quo locuti, manifeſtum per hoc quod dicitur, eſt. vt implerentur omnia quæ dicta ſunt de eo in lege, pſalmis & prophetis. Spiritus ſancti ſunt organum: per eos enim Spiritus ſanctus ſecreta quædam loquitur, quibus humana infirmitas eruditur. Et notandum, quod verbum à nobis præmiſſum diaſyrticum eſt. Ad duo enim trahi poteſt conuenienter expoſitum. ad prophetas ſcilicet, & Leuiticos, & ad Euangelicos. Ad Leuiticos ſic. *In manibus prophetarum*, &c. Prophetæ voce & opere Dominum prænunciauerunt, erantque eius, vt creatoris creatura, preco eius quod prænunciat Dauid qui latens, DEI inter Iudæos latentis typum geſſit. Quod ad portas ciuitatis tympanizauit, CHRISTVM in cruce paſſurum præſignauit. vnde dicitur. Dinumerauerunt omnia oſſa mea. In cruce enim extenſus, ſicut corium in tympano propter peccata noſtra nos à peccatis lauit. In ſpelunca Dauid ſe abſcondit, & Dominus in ſepulchro, cuius typus fuit ſpelunca, in qua iacuit Dauid. Poſt ſecundam vnctionem in pace regnauit, & CHRISTVS reſurgens ex mortuis iam non moritur: mors illi vltra non dominabitur. Rectè ergo dicitur. *In manibus prophetarum aſſimilatus ſum.* Poteſt & ad Euangelicos prophetas, id eſt, ad ſacerdotes referri id, quod præmiſimus. *In* quorum *manibus*, id eſt, operibus, *aſſimilatus eſt Dominus*, id eſt, quibuſdam ſimilitudinibus oſtenſus. Sacerdotes DEI in multis tenent ſimilitudinem. DEVS eſt fundamentum, & ipſi fundamenta. DEVS mons, & ipſi montes. DEVS paſtor, & ipſi paſtores. oſtium verò ſolus DEVS.

Hebr.1.1. *Luc.24.44.* *2.Reg.6.5.* *Pſal.21.18.* *1.Reg.22.1.* *Sacerdotes Deo ſimiles.*

Sacer-

Sacerdotes profunda ſapientiæ conſiderant. puteum eruderant,vt in profundo lim-
pidiſſimam aquam bibant,id eſt,in littera ſpiritualẽ intelligentiã inueniant. Iſti ſunt,
qui inueniunt ſub folio fructum,in palea granum, in cortice nucleum. Ad hoc deſi-
gnandũ liber Euangelicus ad alios clauſus, ad eos vt ipsũ oſculẽtur defertur apertus.
tanquam eis dicatur. Vobis datũ eſt noſſe myſterium regni DEI,cęteris autẽ in para- *Math.13.*
bolis. Et cum in pluribus typum Domini ſacerdotes habeant,precipuè tamẽ in qua-
tuor,quę excellenter in capite fuerunt,& à capite ad mẽbra deſcenderunt,quæ ſunt:
prædicatio, pro inimicis interceſſio , vel oratio , corporis CHRISTI diſpenſatio, &
exemplaris conuerſatio. Dominus enim IESVS prædicauit,orauit,corpus ſuum diſ-
penſauit, exemplũ viuendi reliquit. Quod prædicauerit, habeo ex eo,quod dicitur.
Clamaui,raucæ factæ ſunt fauces meæ. Et alibi. Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo *Pſal 68.4.*
ſuper Sion montẽ ſanctum eius, prædicans præceptũ eius. Orauit Dominus ſicut in *Pſal.2.*
cœna, cum dixit. Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo quos dediſti mihi de mundo, *Ioan.17.11.*
ſed & eos qui credituri ſunt per verbum eorum in me. Et in paſſione. Pater,ignoſce *Luc.23.34.*
illis, quia neſciunt quid faciunt. Corpus enim ſuum in ſpecie vel ſub ſpecie panis &
vini diſcipulis dedit , ſeipſum nobis exemplum dedit. ſecundum illud. Diſcite à me, *Math.11.29.*
quia mitis ſum,& humilis corde. Et item. Si quis vult in CHRISTO manere,debet, *Ioan 2.6.*
ſicut ambulauit , & ipſe ambulare. Hæc in ſacerdotibus requirit Dominus , hæc in
eis debent inueniri , ad hoc vt pro ſe & pro aliis dignè poſſint exaudiri. Prædicare
tenentur , Domino dicente. Fili hominis prædicatorem dedi te domui Iſraël. Et il- *Ezech.33.7.*
lud. Clama, ne ceſſes, exalta in fortitudine vocem tuam. Orare debet pro aliis. Pec- *Iſa.40.9.*
cata enim populi comedunt , id eſt, oblationes pro peccatis. Tales eſſe debent , vt *Oſ.4.8.*
pro peccatoribus intercedant ad Dominum , pioque interuentu confugere faciat
populum ab irato ad placatum. vnde illud. Cum peccaueris, offer hoſtiam pro pec- *In Leuit.*
cato , ſacerdos autem oret pro te. In negociis exterioribus quamplurimum caue- *Leuit.4.26.*
tur, ne is qui ad interueniendum eligitur offenſus iudici inueniatur. Malè enim pro
aliis conſtituit ſe interceſſorem , qui in ſeipſo iudicem offendere non timuit. teme-
rarius eſt , qui patronum in eo negocio ſe exhibet , in quo & ipſe patrono indiget.
Corpus Domini conficiunt , ſumunt , ſumendum aliis tribuunt. Eorum miniſterio *Panis & vi-*
panis & vinum in carnem CHRISTI tranſubſtantiatur. Magna debet eorum ſan- *num tranſub-*
ctitas eſſe,quorum dignitas in tam ſanctis habet efficaciam. Exemplari conuerſatio- *ſtantiatur in*
ne ſaluti aliorũ debent ſtudere , vt alij eorũ bona opera videntes glorificent Patrem *corpus Domi-*
eorum,qui eſt in cœlis. Vnde vnus Sanctorũ ait. Eſtote imitatores mei,fratres cariſſi- *ni.*
mi,ſicut & ego DEI. Propter hoc miniſteriũ ſacerdos dicitur,quaſi ſacrum dans. Dat *1.Cor.11.1.*
enim ſacrum de DEO,id eſt, prædicationem, ſacram DEO orationem , ſacrum DEI, *Iſid.li.7.etym.*
id eſt,carnem & ſanguinem, dat ſacrum pro DEO, viuendi exemplum. Hæc Domi- *cap.12.*
no ſacerdos debet offerre, & cum libamentis. Prædicationem cum vino & oleo,
interceſſionem cum roſa & lilio, corpus & ſanguinem cum igne & gladio, exem-
plarem conuerſationem in menſura , numero & pondere. Prædicando debet ter-
rere per ſupplicia , mulcere per præmia. Vinum prædicatio ſapit , dum pœnarum
incutit timorem. oleum infundit, dum inculcat ſupernorum amorem. Interceſ-
ſionem cum roſa & lilio ſacerdos offert. In roſa martyrium ſignificatur, in lilio vitæ
innocentia. Tria ſunt genera Martyrij : in ſanguinis effuſione , in carnis macera- *Tria martyrij*
tione , in proximi compaſſione. Sacerdos ergò dum zelo compaſſionis proximo *genera.*
condeſcendit , dum in ſeipſo innocentiam cuſtodit, offert Domino orationem cum
roſa & lilio. Cum igne & gladio corpus Domini eſt offerendum. Per gladium
circumciſio membrorum accipitur. Oculos circumcidit,qui eos auertit,ne videant

 vani-

vanitatem.manus circumcidit,qui eas à noxio cohibet opere. pedes circumcidit,qui eos ad viam veritatis dirigit. Labia autem cum pedibus circumcidit, qui implet viuendo, quod docet loquendo. Sicut gladius ad carnem, ita ignis pertinet ad ani-
Deut.4.24. mam. Eſt ignis DEVS. vnde illud. DEVS noſter ignis conſumens eſt. Eſt ignis DEI,
Pſal.103.4. miniſterium ſacerdotis vnde illud. Qui facit angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos
Pſal.50. flammam ignis. Eſt ignis DEO, ſpiritus contribulatus, ſecundum illud. Sacrificium DEO ſpiritus contribulatus. Sacerdos ergò ne quid immundi retineat,membra circumcidat, ſpiritũ habeat contribulatũ,& ſic gratum Domino offeret ſacrificium. In exemplari conuerſatione menſurã tenere debet Sacerdos,in diſpenſatione numerũ, in proprię facultatis cõſideratione põdus. In omnimoda diſcretione talis debet eſſe ſacerdos,qui vaſa Domini fert,qui hoſtiam Dño offert,qui ſubditorum vota pia meditatione ad DEVM refert. Sed dicet ſacerdos aliquis. Quid eſt,quod tanta exigũtur à nobis,cũ pauca ab antiquis? Audiat,quid legis tempore ſacerdotibus ſit prohibitũ. Suis vicibus,quando quis erat ſeruiturus, prohibebatur à mulierum cõplexibus,à ſicera & vino, imò ab omni q inebriare poteſt, à communi colloquio. Multo magis Euangelici ſacerdotes ab his ſe abſtinere debent, ne inter munditiæ officia ſubrepat
1. Machab.1. vitę immunditia. Antiochus Epiphanes tẽpore Machabęorũ templum Dñi violen-
& 4. ter ingreſſus idolũ Olympici Iouis in eo iuxta arcã teſtamenti poſuit. Machabæi prę-
Antiochus Epiphanes. ualentes poſteà locũ inuenerunt pollutũ, & poſt eiectas ſpurcitias multis purgationibus locũ mundauerunt. Quicunq; ergò ad altare Dñi accedit inquinatus luxuria,
Indignè communicans. iuxta filium Virginis idolum ponit Veneris. Qui ſacra illius verba ſacramẽti ore immundo profert,in faciem Saluatoris ſpuit. Et cum in os immundũ ſanctiſſimam car-
1.Cor.11.29. nem ponit,eam quaſi in lutũ platearũ proiicit. Ad ſuum iudicium ad hoc ſacramentum accedit,qui adhuc alienæ cuticulæ tactu hilareſcit,qui æſtibus vitiorum inardeſcit. Ad hoc ſacramentum,vt tàm dignè accedamus,adiuuet ipſe qui fecit nos, iudex noſter,Dñs noſter,IESVS CHRISTVS,qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos.

SERMO XXXIX.

DICTVS IN SYNODO.

Pſal.2.10. ERVDIMINI *qui iudicatis terram.* Nolite arbitrari, quod alienum à vobis ſumpſerim exordium. Si enim diſſimulare non vultis, Vos eſtis,
Ioan.5.22. qui iudicatis terram. Porrò Pater omne iudicium filio dedit,qui peregrè profectus ſedẽs in gloria DEI Patris,duos ſub ſe iudices ordinauit
Iudex fori & poli. in infimis,Iudicem poli,& iudicem fori, certos limites iudicandi vtrique diſtinguens. Iudex fori iudicat homines terræ. Iudex poli iudicat terram hominum,id eſt, terrenitatem peccatorum, quaſi de terra contractorum. Iudex fori iudicat inter virum & virum, inter cauſam & cauſam. Iudex poli inter ſanctũ & prophanum,inter culpã & pœnam. Ad vos ergò clamat propheta. *Erudimini, qui iudicatis terrã* Nolite autẽ applaudere vobis ſuper verbo,eruditionis,tanquã modò liceat vobis erudiri.erudiri ꝓpriè eſt addiſcere: non autẽ licet ei addiſcere,q iam ex officio tenetur docere. nõ debet manũ ſupponere ferulæ magiſtri,q iam ſedet ſuper cathedrã Moyſi. Eſt ergo ſenſus. *Erudimini*,id eſt,eſtote eruditi,extra omnem,ſcilicet,ruditatem poſiti. Eſt enim duplex ruditas mentis, ſcilicet,& corporis. Ruditas mentis eſt ignorantia.ruditas corporis eſt immũditia. Veſtrum itaq; eſt habere vtrumq;,ſapien-
Matth.10.16. tiam & mũditiam. Sicut enim dictũ eſt vobis. Eſtote prudentes,ita dictũ eſt. Mundamini,

mini,qui fertis vaſa Domini. Sicut dictum eſt vobis. Vos eſtis ſal terræ propter ſa- *Iſa. 52. 11.*
pientiam: ita dictum eſt vobis. Vos eſtis lux mundi propter munditiam, vt luceant *Math. 5. 13.*
opera veſtra munda coram hominibus. De ſapientia veſtra ſcriptum eſt. Labia ſacer- *Mal. 2. 7.*
doris cuſtodiunt ſapientiam, & legem requirunt ex ore eius, angelus enim Domini
exercituum eſt. De mũditia verò ſcriptum eſt. Expiabit autem immundum homo
mũdus. Nec ſufficit ſacerdoti vna ſine altera vti, nec ſufficit ad ambuladum pes vnus *Lev. 19. 19.*
ſine altero. Sapientia ſacerdotis ſine munditia eſt tanquam vua quæ detumuit in aci-
num; ſicut ignis, qui euanuit in fumum. Munditia verò ſine ſapientia eſt tanquam
lucerna ſine lumine, cibus ſine ſale. Quod verò additur. *Qui iudicatis terram*. non
tantum ſubſtantiuè, ſed etiam temporaliter intelligendum eſt, ac ſi diceretur. Tunc
maximè erudimini, quando iudicatis terram. Ibi enim maior adhibenda eſt cautela
& diligentia, vbi nulla opitulatur doctrina. Nec enim in decretis Patrum, neque in
authenticis ſcriptis veterum expreſsè exaratum eſt de iudicio pœnitentium. In aliis *2. Pet. 1. 19.*
verò quæ ad nos ſpectant, habetis ſufficientiam Scripturarum, cui intenditis tan-
quam lucernæ in caliginoſo loco, quæ nõ patitur vos deuiare. Tria enim ad vos præ-
cipuè ſpectant. Forma viuendi, ordo miniſterij veſtri, modus iudicandi. De forma
viuendi traditum eſt, quia circumciſa debet eſſe vita ſacerdotis. Non enim ſufficit
ſacerdoti vita interraſilis, vt cum bonis ſimul operetur mala: nec vita eclyptica, vt
quandoque declinet à bono & faciat mala, ſed vt ſemper candida ſint eius veſtimen-
ta. Tradita eſt autem hæc forma viuendi, exemplo & verbo. Circumciſus eſt enim
Abraham ſenex, & puer IESVS. Sanè vos ſenes eſtis, & paruuli. Senes, inquam, cu-
ſtodes filiæ Sion: ſenes, inquam, in quibus viget ſapientia. Niſi verò efficiamini ſicut *Math. 18. 3.*
paruuli non intrabitis in regnum cœlorum: habentes, ſcilicet, beneficio virtutis,
quod paruuli habent beneficio ætatis. Nam & Dominus intellectum dat paruulis. *Pſal. 73. 130.*
In pluribus quoque ſacræ Scripturæ locis forma viuendi nobis exprimitur. Tu er-
gò, qui noſti litteraturam, & intraſti in potentias Domini, audi breuiter circumci-
ſionem vitæ tuæ. Si aſcendit praua cogitatio in cor tuum, contere eam ſub pedibus
tuis, & elide ad petram. Auerte oculos tuos, ne videant vanitatẽ, obtura aures tuas,
ne audiant vocem venefici incantantis vehementer. prohibe linguam tuam à malo,
& labia tua ne loquantur dolum. In chamo & freno maxillas tuas conſtringe, ne re-
gnent in te crapula & libido. Sint lumbi tui præcincti in fortitudine, iniice pedes
tuos in compedes ſapientiæ. Si videris furem, non curras cum eo, & cum adulteris
portionem tuam non ponas. Superabundans verò circumciſio neceſſaria eſt mani-
bus tuis, quibus corporaliter contrectas verbum vitæ. Sed fortè gloriaberis de mun-
ditia manuum, & dices. Non effudi ſanguinem, non contrectaui rem alienam inuito
Domino, excuſſi manus meas ab omni munere. Nec ſufficit tibi, ſacerdos DEI ſum-
mi, ne ad contactum alienæ cuticulę miſer exhilaretur ſpiritus, & immunda fiat ma-
nus. Porrò de ordine miniſterij veſtri ſcriptum eſt. Sine intermiſſione orate, ne in- *Theſ. 5. 17.*
tretis in tentationem, non intermittendo ſcilicet horas regulares. Octo ſunt quippe *Horæ canoni-*
horæ regulares, quarum numerus ab Eſdra ſumpſit exordium. Modus verò pſal- *cæ octo.*
lendi traditus eſt à Pſalmiſta. Legitur enim quod Eſdras in diebus ſcenopegiorum *2. Eſd. 9. 3.*
in Hieruſalem ſuper pulpitum legem Domini, quam reparauerat, audiente vniuer-
ſo cœtu Iſrahel legebat quater in nocte, quater in die, Leuitis facientibus ſignum in
populo & ſilentium, & poſt ſingulas lectiones ſupra populum proſtratum fiebat o-
ratio ſacerdotum. Nos tamen, etſi octies pſallamus, non tamen niſi ſemel in nocte,
ſecundum illud. Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi. Nec dicitur media *Pſal. 118. 62.*
nox, noctis meditullium, ſed quicquid ſcilicet eſt inter crepuſculum & diluculum.

Pſal.118.64. Septies autem in die pſallimus,ſicut ſcriptum eſt. Septies in die laudem dixi tibi Domine. Cauſæ verò pſallendi in his horis maximè ſumptæ ſunt ex Euangelio. Media *Luc.2.8.* nocte pſallit Eccleſia,quia nocte natus eſt CHRISTVS, quando paſtores cuſtodiebant vigilias noctis ſuper gregem ſuum. Media quoque nocte CHRISTVS ſurre- *Iud.16.3.* xit, quod præfigurauerat Samſon, quando media nocte ſurgens tulit portas Gazæ *Math.25.6.* in ſupercilium montis. De iudicio quoque nocte futuro ſcriptum eſt. Media no- *Exod.12 29.* cte clamor factus eſt, ecce ſponſus venit, exite obuiam ei. Quod præfiguratum eſt, *Pſal.134.8.* cum exterminator angelus percuſſit primogenita Ægypti ab homine vſque ad pecus. Diluculo celebrat Eccleſia laudes matutinas, quia tunc notificata reſurrectione per angelos reddita eſt diſcipulis ad matutinum lætitia,& erecti ſunt, qui titubauerant. Vnde & in cantico matutinali dicitur. Et erexit cornu ſalutis nobis in domo Da- *Luc.1.69.* uid pueri ſui. Hora prima pſallit Eccleſia, quia tunc Dominus IESVS traditus eſt, vinctus à Pilato. Eadem etiam hora poſt reſurrectionem apparuit ſeptem diſci- *Ioan.21.5.* pulis piſcantibus, ſtans in littore, & dicens. Pueri nunquid pulmentarium habetis? Hora tertia pſallimus, quia tunc linguis Iudæorum crucifixus eſt Domi- *Pſal.56.3.* nus, ſecundum illud. Dentes eorum arma & ſagittæ, & lingua eorum gladius a- *Act.2.4.* cutus. Eadem etiam hora die Pentecoſtes in cœnaculo Sion ſuper centum vigin- *Math.27.45.* ti viros ſpiritus ſanctus in igneis linguis deſcendit. Hora ſexta pſallimus, quia tunc ſuper lignum extenſus eſt Dominus, & aceto potatus, & tenebræ factæ ſunt per vniuerſam terram. Hora nona pſallimus, quia tunc Dominus IESVS inclinato capite tradidit ſpiritum, & lancea perforatus duo Sacramenta ſalutis noſtræ nobis propinauit. velum templi ſciſſum eſt, terra mota eſt, petræ ſciſſæ ſunt, monumen- *Luc.22.19.* ta aperta ſunt. Hora veſpertina pſallimus, quia tunc Dominus in cœna corpus ſuum & ſanguinem ſub forma panis & vini diſcipulis tradidit, & in memoriam ſui, ſic deinceps faciendum inſtituit. Eadem quoque hora ſepultus eſt, & eadem hora in *Luc.24.35.* fractione panis agnitus eſt à diſcipulis. In crepuſculo pſallimus, quia tunc Domi- *Luc.22.44.* nus in agonia prolixius orauit, & factus eſt ſudor eius tanquam guttæ ſanguinis de- *Ioan.20.19.* ſcendentis in terram. Eadem quoque hora vallatus eſt cuſtodibus, & eadem hora clauſis ianuis ſtetit in medio diſcipulorum, & ait. Pax vobis. Satis elucet, quomodo

De ſatisfactione iniungenda a Sacerdote.

de forma viuendi, & de ordine miniſterij veſtri in Scriptura ſufficientem habetis eruditionem. Veſtrum autem eſt diligenter conſiderare de modo iudicandi; arbitraria enim eſt ſententia pœnitentialis, nec tempus ſatisfactionis expreſſum eſt, quoniam apud DEVM plus valet menſura doloris, quàm temporis. Ecce ouicula Domini ſedet ad pedes tuos, confitens ad pedes confeſſoris, flens & gemens tanquam conſcia erroris ſui, vt aperiat coram Domino os ſuum, expectans iudicium Domini per os tuum. Quid incumbit tibi agendum ſacerdos DEI ſummi? Primò duo tibi occurrunt. confortatio & exhortatio. Vide peritum medicum, in ingreſſu ſuo confortat ægrotum. Vade, & tu fac ſimiliter, ne deſperet de magnitudine peccati, ne de enormitate commiſſi, ne de multitudine criminum. propone ei exempla de Petro, qui præſente Domino Dominum negauit, qui per pœnitentiam conuerſus confortauit fratres ſuos. Dic ei de Paulo, qui de perſecutore Eccleſiæ factus eſt vas electionis. dic ei de muliere, quæ fuerat in ciuitate peccatrix, quomodo facta eſt Apoſtolo- *Thren.2.19.* rum Apoſtola. Poſt hæc breuem ſubdas exhortationem, dicens. Effunde, ſicut aqua cor tuum fili coram Domino. Cæteri liquores cum effunduntur, quaſi cum mora & difficilè exeunt, & aliquid ſui fæculentum in vaſculis ſuis relinquunt. Aqua verò cum effenditur, de facili & tota ſimul egreditur. Sunt aũt quidam, qui cum difficultate & mora confitentur, tanquã per ambages excuſando, vel extenuando peccatum ſuum.

Confeſſio debet eſſe integra.

ſuum. Non eſt hæc effuſio ſimilis aquæ, Sunt qui non totum effundunt. quædam
retinent, vel timore perterriti, vel pudore irretiti, vel differentia ceſſandi retra-
cti. Talibus dicendum eſt. Curari non curat, qui curanda occultat. non eſt mala-
gma apponendum, dum ferrum eſt in vulnere. Veruntamen, ſi non licet tibi con-
fortare & exhortari ſingulariter pro breuitate temporis, & multitudine pœniten-
tium; in principio Quadrageſimæ publicè prædicando proponas ea communiter.
Tandem audi confeſſionem pœnitentis patienter. Quo audito tranſi de porta ad *Exod.32.27.*
portam per medium caſtrorum; ſicut fecit Moyſes accinctus gladio, conſecrans
manus ſuas etiam in ſanguine propinquorum. Tranſire de porta ad portam, eſt di-
ligenter inquirere cauſas peccaminum, initiales, ſcilicet, & finales. Vtrum, ſcilicet,
caſu hoc fecerit, an ex deliberatione voluntatis: vtrum alterius ſuggeſtione, an ex *Grauitas pec-*
propria mentis malignitate. vtrum ſcilicet in eo peccatum ſeminatum fuerit, vel in- *cati inquiren-*
natum. Porrò ſi innatum fuerit, grauius iudicabis, quàm ſeminatum. Sic enim iudi *da à Confeſ-*
cauit Dominus, crimen dæmonis innatum iudicans irremediabile: crimen hominis *ſore.*
ſeminatum iudicans remediabile. Sic etiam & natura rerum te docet. Grauius fœ-
tet, & efficacius aera corrumpit lutum fecis, quam lutum platearum. Illud enim vi-
tioſe innatum eſt, iſtud autem ex ſtillicidio pluuiarum & puluere ſolo ſuperimpo-
ſito. Diligenter etiam requiras cauſam finalem, vtrum ex adipe prodiit iniquitas eius,
an ex macie. Sunt enim, qui furantur quædam, vel rapiunt, neceſſitate com-
pulſi. Sunt alij, qui voragine cupiditatis, cui nihil ſufficit, eadem committunt.
Iſtos nequiores iudica prioribus. Tranſeas verò per medium caſtrorum nemini
ex amore parcens, vel ex odio lædens. Palponibus dictum eſt. Væ vobis cæmenta- *Ezech.13.14.*
rij ſubdoli, linientes parietem abſque temperamento. Onerantibus verò plus debi-
to dictum eſt. Væ vobis Legiſperiti, qui imponitis onera importabilia ſuper hu- *Math.23.4.*
meros hominum, digito autem veſtro ea mouere non vultis. Porrò in iudicando de
operibus malis audi Apoſtolum dicentem. Manifeſta autem ſunt opera carnis, for-
nicatio, immunditia, &c. de quibus ita concludit. qui talia agunt, regnum DEI non *Gal.5.19.*
conſequentur. Lege ergò diligenter in Apoſtolo catalogum criminalium. noli ali-
quod eorum extenuare. DEVS enim non irridetur. De iudicio peruerſæ locutionis *Gal.6.7.*
non adeò expreſſa eſt autoritas: pauca tamen de pluribus excipere poſſumus. Eſt e- *Quomodo*
nim verbum otioſum, eſt verbum vanum, eſt verbum impudicum. De primo legi- *peccetur ver-*
tur. De omni verbo otioſo, quod locuti ſunt homines, reddent rationem. De ſecun- *bo.*
do ſcriptum eſt. Vana locuti ſunt vnuſquiſque ad proximum ſuum. De tertio di- *Math.12.36.*
cit Apoſtolus. Turpis ſermo non procedat de ore veſtro. Primum plærunque fit *Pſal.11.3.*
in priuatis collocutionibus ex ſuauitate quadam colloquendi. ſecundum fit in com- *Eph.4.29.*
pitis viarum, in publicis confabulationibus, quando omiſſis propriis aliena negotia *Coloſ.3.8.*
tractant, de negotiis Principum, de otio clericorum, de immunitate monachorum.
Tertium fit in ludicris adinuentionibus hiſtrionum. Hæc & his ſimilia, ſi rarò, & a-
nimi malignitate non fiant, venialia iudicabis. Eſt præterea verbum falſum, ver-
bum doloſum, verbum iniquum. De primo legitur. Perdes omnes, qui loquuntur *Pſal.5.7.*
mendacium, cum, ſcilicet, dicitur in teſtimonium aduerſus proximum. De ſecundo *Pſal.11.3.*
legitur. In corde & corde locuti ſunt. De tertio, verbum iniquum conſtituerunt ad- *Pſal.40.9.*
uerſum me: mala, ſcilicet, de DEO ſentiendo. Hæc & his ſimilia, etiam ſemel dicta *Math.7.5.*
criminalia iudicabis. Vide autem, cum hæc iudicas, ne in his iudicandus exiſtas, *Quod venia-*
ne dicatur tibi. Quid tu vides feſtucam in oculo fratris tui, trabem autem *le plebi, cri-*
in oculo tuo non conſideras? Plærunque enim, quod veniale eſt plebi, crimi- *minale ſacer-*
nale eſt ſacerdoti. quod erroneum eſt oui, peremptorium eſt paſtori. Diſcretè ergò *doti.*
iudi-

iudicate, qui iudicatis terram, ne tandem diſtrictè iudicet vos Dominus IESVS CHRISTVS, Dominus noſter, iudex noſter, cum venerit iudicare viuos & mortuos, & ſeculum per ignem.

SERMO XL.

IN SYNODO.

Ioan.15.16. NON *vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos, & poſui vos, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus veſter maneat.* Et à quo hoc dictum eſt ſcitis, & quibus dictum eſt ſcitis. A Domino dictum eſt iſtud, & diſcipulis eius dictum eſt. Veruntamen non tantum illis, ſed etiam & vobis, quos vocauit in partem poteſtatis & ſolicitudinis eorum. Sicut enim poteſtatis, ſic & vos voluit eſſe participes exhortationis. Iuſtum eſt enim, vt quem dignitas poteſtatis delectat, laborem officij non ſubterfugiat. Delicatus eſt, qui poteſtate vult vti, & adminiſtratione poteſtatis diſſimulat exerceri: imò merito ſe priuat honore, qui honorem affectat ſine onere. Vobis ergò, qui paſtores eſtis animarum loquitur *Electio triplex.* paſtor bonus, & dominus paſtor dicens. *Non vos me elegiſtis.* In his vobis quatuor attendenda reliquit, ſcilicet, dignitatem veſtram, officium, cautelam, conſtantiam. Dignitatem, vbi dicit. *Elegi vos.* officium, cum dicit. *Vt eatis.* Cautelam, cum ſubiungit. *Fructum afferatis.* Conſtantiam, cum addidit. *Fructus veſter maneat.* Eſt ergò dignitas in electione, officium in itinere, cautela in fructificatione, conſtantia in continuatione. Magnum enim eſt, quod elegit vos, qui non fallitur dum eligit. Maius eſt, quia electum eſt opus, ad quod eligit. Maximum, quia inter electos praelegit. eſt enim ſenſus talis. *Non vos me elegiſtis.* id eſt, nullo genere electionis elegiſtis, ſed ego omni modo eligendi elegi vos. Sunt enim tres modi eligendi. Electio, ſubelectio, prælectio. Electio eſt, quando de multitudine bonorum & malorum eliguntur boni, de aceruo granum, de torculari oleum ſeparatur. Subelectio eſt, quando de bonis electis eliguntur meliores. Prælectio, quando de melioribus optimi eliguntur. In hunc ordinem electus eſt Aaron & filij eius, vt ſacerdotio fungerentur coram Domino. Primò enim Dominus ex omni natione, quæ ſub cœlo erat, filios Iſrahel elegit in populum peculiarem ſibi. De his autem ſubelegit filios Leui, qui tanquam miniſtri ſpeciales in tabernaculo Domini deſeruirint ritu perpetuo, de quibus nihilominus prælegit Aaron & filios eius in ſacerdotes, qui precibus & orationibus ſuis indignationem Domini in populum placarent. Ad hunc modum ſanè primò elegit vos, cum per aquam & ſpiritum ab vberibus infidelitatis ſeparauit vos. ſubelegit autem, cum in ſortem ſanctorum vocanit vos, & in ordi- *Tonſura clericorum.* nem Clericatus promouens characteriſtica quadam tonſura capitis à communi grege fidelium vos ſegregauit. Prælegit autem, cum poſuit vos ſuper capita hominum, *Regum capita ſacerdotibus inclinantur.* diſpenſatores familiæ ſuæ, vt detis illi cibum in tempore. Magnum eſt itaque quod elegit, maximum quod prælegit. Quantum enim eſt, quod ad eleuationem manuum veſtrarum Regum capita inclinantur? quod qui benefici & maiores ſunt inter homines, Reges hominum & regna, munera vobis offerunt? Omnis Eccleſia Patres vos confitetur & expectat interceſſores. In præmium priuilegiati amoris da- *Ioan.21.16.* tum eſt Petro, & dictum. Paſce oues meas. In ſingularitatem poteſtatis datum & di- *Ioan.20.22.* ctum eſt Apoſtolis. Quodcunque ligaueritis ſuper terram, erit ligatum & in cœlis.

Penſa-

Penſate, quantum eſt hoc. maximum eſſet, ſi ad legationem angelorum aſcenſus expectaretur hominum. Quantum ergo eſt, ſi ad arbitrium hominum aſſenſus inclinatur angelorum? Sed væ illis, quod DEVS auertat à nobis, qui cum fuerint in capite, relabuntur in caudam, cum ſint primi fiunt nouiſſimi, quorum aurum vertitur in ſcoriam, qui cum fuerint lapides ſanctuarij, diſperſi ſunt in capite omnium platearum. Væ, inquam, piſcatoribus animarum, ſi inter malos piſces foras proiiciendi ſunt. Væ paſtoribus ouium, ſi inter hædos numerandi ſint. Væ operariis Dominicæ meſſis, ſi cum palea ſint arſuri. Sequitur de officio. *Poſui vos vt eatis.* Hac ſcilicet poſitione ſpecialiter volo vos vti ambulatione. Siquidem quatuor ſunt hominum poſitiones. accubitus, ſeſſio, ſtatio, ambulatio. Omnis enim ſic in loco poſitus eſt; quod aut iacet, aut ſedet, aut ſtat, aut incedit. Hæc autem inter ſe differunt in hunc modum. Cum iacet homo, omnes partes corporis eius quieſcunt, quæ ſuper ſedem innituntur: ſuperiores verò in ipſa ſui erectione laborant. Cum autem ſtat, totus laborat homo erigens ſe, qui naturaliter pondere ſuo ad ima refertur. Cum verò ambulat, additur labori grauis ex motu fatigatio. Ad hunc modum quatuor ſunt hominum ſtatus in Eccleſia DEI. Fidelium enim alij boni, alij mali. Numerum malorum non diſtinguimus, quia multiplicati ſunt ſuper numerum. Quorum confuſio diſtinctionem non admittit: boni verò, ſicut ordinem, ſic etiam recipiunt & diſtinctionem. Sanè bonorum alij ſunt actiui, alij contemplatiui, alij vtrinſque Prælati, & ſic vnum malorum genus, & tria bonorum, quatuor ſunt genera fidelium. Mali ergò ſunt iacentes, id eſt, in mundo quieſcentes, qui totam ſpem & iucunditatem ponunt in incerto diuitiarum, quorum DEVS venter eſt, nec poſuerunt DEVM adiutorem ſuum. Qui dicunt. Anima habes bona repoſita in dies plurimos, epulare, bibe, quieſce. Bonum caſtrum ſeruat, qui ſeipſum cuſtodit. Hi tales proſtrati iacent, nocte dormiunt, nocte ebrij ſunt. Inter bonos verò ſunt boni coniugati, qui bene vtuntur licitis: ſed tales diuiſi ſunt: partim ſeruiunt DEO, partim mundo, vt ait Apoſtolus. Honorant enim DEVM de ſua ſubſtantia. operibus miſericordiæ intenti faciunt ſibi amicos de mammona iniquitatis. Sed tamen etiam ſoliciti ſunt de vxore & liberis, de agris, vineis, oliuetis, & huiuſmodi, id eſt, intantum, quod etiam cum hac ſolicitudine quandoque tranſeunt portantes ſecum ligna, fenum & ſtipulam. Et quia iſti partim delectantur in mundo, partim in operibus bonis exercentur, ideò ſedere dicuntur, quia in ſuperiobus laborant, in infimis quieſcunt. Sunt alij contemplatiui, quorum conuerſatio in cœlis eſt, qui pacem in DEO ponunt, in mundo autem preſſuras, quibus viuere in mundo mors eſt, & mori lucrum, dicentes cum Apoſtolo. Quis me liberabit à morte corporis huius? Hi dicuntur ſtare. militant enim & laborant ſuper terram; &, vt ita dicam, ſuper ipſos pedum articulos innitentes, ſe quadam ſuperioris auræ lenitate reficiunt. Alij ſunt Prælati. iſtis incumbit ambulare, id eſt, inter prædicta hominum genera diſcurrere, nunc his, nunc illis, nunc aliis increpationem, exhortationem, conſolationem, tanquam annonam verbi DEI, erogare. Ambulans ſiquidem IESVS iuxta mare Galilææ, vocauit diſcipulos, quibus & poſtea dixit. Ite in orbem vniuerſum, & prædicate Euangelium omni creaturæ. Electi ergò eſtis, vt eatis. ergò ite. periculoſum eſt vobis tantum ſtare, pernicioſum ſedere, peremptorium iacere. Ite ergo iacentes excitare, & dicite. Surge, qui dormis, exurge à mortuis, & illuminabit tibi CHRISTVS. Hora eſt iam te de ſomno ſurgere, ne fur veniat repente, & perfodiat domum tuam. Si à graui ſomno preſſus ad manum tangentis non euigilauerit, clama, ne ceſſes, exalta vocem tuam, quia

De officio Paſtorum.

Bonorum genera plura, malorum vnum.

Luc. 12. 19.

Bern. ſerm. 2. de aſſumpt. B. V.

1. Cor. 7. 33.

Rom. 7. 24.

Math. 4. 18.

Mar. 16. 15.

Eph. 5. 14.

Ioan. 11. 43.

quia & Dominus magna voce clamauit ſuſcitans quatriduanum. Adhibete minas & terrores iudicis,quorum punctionibus excitetur lethargicus.Dura punctio eſt,dice-
Iob 19. 19. re. Quomodo tranſibunt de aquis niuium ad calorem nimium; quod ignis eorum
Iſa. 66. 24. non extinguetur, & vermis non morietur,vbi erit fletus & ſtridor dentium. Ab his
Pſal. 136. 1. tranſite ad ſedentes,exhortantes eos ad meliora proficere, & dicite. Super flumina Babylonis ſedete & flete,dum recordamini Sion.porrigite manum pauperi,ne obliuioni detur dextera veſtra. fruſtra enim manus ad DEVM tendit, qui pro poſſe ſuo eas ad pauperem non extendit. Si verò, qui ſedet, quandoq; ſtare voluerit, apponite
Pſal. 126. 2. manum innitenti, & dicite. Surge poſtquam ſederis, qui manducas panem doloris.
Math. 19. 28. Stantibus enim promiſſum eſt. Sedebitis ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrahel. Ab his tranſeundum eſt nobis ad ſtantes.His neceſſaria eſt conſo-
Pſal. 30. 15. latio in labore.iſtis dicendum eſt.State in viis veſtris, viriliter agite,& cōfortetur cor
Math. 11. 12. veſtrum,& ſuſtinete Dominum. Modicū enim,& videbitis eum. Et illud. Regnum cœlorum vim patitur,& violenti poſſidebunt illud.Hic eſt labor officij veſtri.non e-
Eccleſia naui comparata. nim incongrue Eccleſia DEI, quam ipſo auctore regitis nauiculæ comparatur,quæ fluctibus excutitur,ſed non ſubmergitur. Hic mundus eſt mare magnum & ſpacio-
Pſal. 103. 25. ſum,illic reptilia,quorum non eſt numerus.Per aquam verò multiplex eſt tranſitus. quidam tranſeunt vado, quidam nauigio, quidam ponte, alij ſubmerſi latent in flu-
Coniugati. ctibus.Hi ſunt ſtatus quatuor,quos prænotauimus.Iacentes enim viam ciuitatis habitaculi non inuenientes voragine fluctuum attracti, ſubmerſi ſunt. Coniugati vado tranſeunt, in mediis fluctibus ſunt, veſtes ſuas criſpantibus vndis humidas fe-
Purgatoriū. runt, pedes habent aut calculis inciſos,aut cœno inuolutos. Qui cum tranſierint, quod humidum erit in eis igne purgatorio ſiccabitur,& ſaluus erit quaſi per ignem.
Religioſi. Contemplatiui ponte tranſeunt, arctam & eminentiorem viam eligentes, quibus mundus mortuus eſt & ipſi mundo,à longè mundi turbinem deſpectantes,qui ſicco
Paſtores. veſtigio tranſeunt in fame, & ſiti, & frigore, & nuditate, in vigiliis multis,& laboribus plurimis. Vos autem nauigio trāſitis, in mediis fluctibus ſicci permanentes. Vobis ergò incumbit ſubuenire cæteris, ne quis de ponte corruat, quin eleuetis eum, ne quis in vado tituber, aut aberret,quin dexterā auxilij porrigatis,ſubmerſos v[illegible]s validioribus extrahatis,ne fortè claudat puteus ſuper eos os ſuum. Sequitur de cautela. Videte ergò,qualiter caute ambuletis.Caute enim eſt ambulandum,ita,ſcilicet,
Fructus tres Euangelij. *vt fructum afferatis.* Tres memorat fructus veritas in Euangelio,triceſimum, ſexageſimum, & centeſimum. Centeſimus virginum eſt,de quo alibi diximus. triceſimus
Math. 13. 8. ſubditorum. Tricenarius enim ſurgit ex ternario & denario in ſe ductis.In fide enim
Prælati quales eſſe debeant. Trinitatis,& obſeruatione Decalogi, ſubditi ſaluātur.Sexage[illegible]rius Prælatorum eſt, id eſt,fructus duplicatus.non enim ſufficit prælato ſeipſum immac[illegible] obſeruare ab hoc ſeculo, niſi ad idipſum & ſubditos inſtruat. Ne[illegible] ſuffic[illegible], ſi bo[illegible]ſe, niſi & alios, quantum eſt in ſe,bonos [illegible]. *Ser[illegible] enim terdenus alios coronat [illegible] cre-*
Luc. 12. 35. *mentis, Sed duplicata* Prælatos. Nec ſi[illegible]e ca[illegible] d[illegible] r[illegible]o. Lucernæ ardentes ſint in manibus veſtris. S[illegible]bd[illegible]s ſufficit lucerna [illegible]nu,q[illegible] pro ſe tantum reddituri ſunt
Cur Papa ab ordinādis duo cerei offerantur. rationem [illegible] cuncta cernenti. Prælatis non ſufficit,niſi in vtraq; manu ferant. Inde eſt, quod Dom[illegible] Papa, quando aliquem ordinat in ſacerdotem: qui ordinatur vtr[illegible]q; ma[illegible] cereum ardentem offert ſuo ordinatori, præfigurans, quod curam [illegible] & [illegible]um [illegible]mo paſtori præſentabit. Manipulum ferebat Paulus in vna manu,di-
1. Cor. 4. 4. ce[illegible] nſcius ſum. Manipulum in altera, dicens. circuiui ab Illyrico ma-
Rom. 15. 19. n vſ[illegible] Hi[illegible]rſalem. Sequitur de conſtantia. Finis enim, non pugna coronat,& Do-
1. Reg. 2. 10. minus iudicat fines terræ. *Fructus* ergò *veſter maneat*, id eſt, permaneat. Præ[illegible] in

enim

enim vobis eſt, caudam hoſtiæ offerre Domino in odorem ſuauiſſimum. Ad hoc ſignificandum data eſt vobis tunica talaris, vt in incepto perſeueretis, ne fortè dicatur de vobis. Hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſummare. Ecce, quanto præ aliis maior vobis in honore dignitas, tanto maior in miniſtrationis onere difficultas: quia quot graduum culmen aſcenderitis, tot rationum vinculis eſtis alligati. Quis enim tot vinculis alligatur, quot ſacerdos, cum induitur miniſtraturus? Primò, amictu circumducto fauces ligat, deinde initiis circumductis ſub aſcellis pectus ſtringit. tertiò renes arctat ſubcinctorio, ac ſi dicatur ei. Stringe fauces, id eſt, pone cuſtodiam ori tuo. Stringe pectus, id eſt, cogitationes malas, ſi aſcendant in corde tuo. Stringe renes, id eſt, crucifige carnem tuam cum vitiis & concupiſcentiis. Hæc facite, & viuetis. beati eritis, & bene erit vobis. Veruntamen orate illum, ſine quo nihil poteſtis facere, vt, ſicut elegit vos, ſic iuuet vos, vt eatis, & fructum afferatis, IESVS CHRISTVS, Dominus noſter, iudex noſter, cum venerit iudicare viuos & mortuos, & ſeculum per ignem.

Luc. 14. 30.

Sacerdos multis vinculis cur ſtringatur.

SERMO XLI.

HABITVS IN SYNODO.

ET nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Reges enim timentur ab omnibus, ipſi neminem timentes: quis ergò eſt, qui tàm imperiosè loquitur, & imperat Regibus, vt intelligant & erudiantur? Ipſe eſt in cœlo, qui imperat vento & mari, per quem reges regnant, & Principes tenent terram. Hic eſt ille terribilis, qui aufert ſpiritum Principum, terribilis apud reges terræ. Rex verò ſupremus regibus quod ordinauit inferius imperat, dicens. *Ecce nunc reges intelligite.* Sunt autem regum quatuor genera. Reges gentium, reges animarum, reges tenebrarum, reges corporum. Reges gentium, ſunt iſti terreni, de quibus Dominus in Euangelio. Reges gentium dominantur eorum. Reges tenebrarum, dæmones ſunt, de quibus Apoſtolus. Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes tenebrarum harum. Reges animarum ſunt ſacerdotes, de quibus ſcriptum eſt. Dum diſcernit cœleſtis ſuper eam reges dealbabuntur in Selmon. Reges corporum ſunt animæ. vnde Salomon. Cor regum in manu DEI eſt, animarum ſcilicet, quæ corpora ſua regunt. Primi dicuntur benefici, ſecundi venefici, tertij veridici, quarti pacifici. Benefici, quia norunt parcere ſubditis, & debellare ſuperbos. Vnde & Dominus addidit; & qui poteſtatem habent ſuper eos benefici vocantur. Venefici, quia ſedent cum diuitibus in occultis, vt interficiant innocentem. Veridici, quia ſedent ſuper cathedras Moyſi, doctores veritatis, verba vitæ æternæ habentes. Pacifici, quia cũ caro concupiſcit aduerſus ſpiritũ, & ſpiritus aduerſus carnem, mens quæ præſidet, vtriq; pacẽ interponit, tenuem tamen, qualis ſcilicet poteſt haberi in corpore mortis, præſertim inter homines originarios. Spiritus enim ab origine corruptus corrupit carnẽ. Caro poſt originem corrupta corrupit ſpiritũ. Primi dominãtur nobis, ſecũdi aduerſantur nobis, tertij famulãtur nobis. Vnde Apoſtolus. cũ liber eſſem ab omnibus, ſeruũ me feci omniũ. Quarti operantur in nobis. Sed quibus regibus loqtur hic Dominus? Ad reges ſiquidẽ tenebrarum nõ loquitur hic Dominus, quia non ſunt digni nec merentur audiri, nec ſermo Dominicus caperetur in eis. Obduratum eſt enim cor eorum tanquam lapis. Ad reliquos igitur trium generum reges dirigitur ſermo

Pſal. 2. 10.

Reges quatuor in Scriptura.

Luc. 22. 25.

Eph. 6. 12.

Pſal. 67. 15.

Prou. 21. 1.

Luc. 22. 25.

Pſal. 10. 8.

Math. 23. 1.

1. Cor. 9. 19.

Dominicus, quorum quiſque terram ſuam habet, quam iudicat. Quadruplex enim terra legitur, præter terram pereuntium, quæ tradita eſt in manus impij. Eſt quidem terra, quam terimus, eſt terra quam quærimus, eſt terra quam gerimus, eſt terra quam fecimus. Terra iſta, quam terimus, eſt terra iſta viſibilis, & communis, de qua
Pſal. 23. 1. in pſalmo. Domini eſt terra. Terra, quam quærimus, eſt patria cœleſtis. vnde Pſalmi-
Pſal. 26. 13. ſta. Credo videre bona Domini in terra viuentium. Terra, quam gerimus, eſt cor-
Pſal. 84. 12. pus noſtrum. Vnde Iſaias. Veritas de terra orta eſt, id eſt, de carne Virginis. Terra,
Iſa. 66. 1. quam fecimus, eſt peccatum. Vnde Dominus. cœlum mihi ſedes, terra autem ſcabellum pedum meorum. Prima dicitur terra morientium, ſecunda viuentium, tertia mortalium, hominum ſcilicet. quarta dormientium, id eſt, peccatorum. Prima dicitur elementum, ſecunda eleuamentum, tertia figmentum, quarta detrimentum. Prima nos portat, ſecunda nos vocat, tertia nos grauat. Corpus enim, quod
Sap. 9. 15. corrumpitur, aggrauat animam. quarta nos conflat. Hoc eſt conflatorium, iuxta
Mal. 3. 3. quod Dominus ſedet, conflans & emundans filios Leui. Supereſt attendere, qui reges, quam terram iudicent. Reges gentium iudicant terram morientium: reges corporum terram mortalium, reges animarum terram dormientium. Terram viuentium ſolus iudicat DEVS & regit. Ad hanc ergo regum triplicitatem loquitur hic beata Triuitas: ita quod pater ad reges gentium, filius ad reges corporum, ſpiritus ſanctus ad reges animarum. Siquidem in natiuitate verbi incarnati pater quaſi locutus eſt ad reges dicens. *Et nunc reges intelligite.* CHRISTO enim nato, cum veniſ-
Math. 2. 2. ſent Magi ab oriente dicentes. Vbi eſt, qui natus eſt rex Iudæorum? turbatus eſt rex Herodes, & omnis Hieroſolyma cum illo. Contra quam turbationem Pater inquit. *Et nunc*, id eſt, tempore gratiæ, vos reges terræ nolite turbari, ſed potius *intelligite*. quantus eſt rex, qui natus eſt. Primò per ſigna, quæ facta ſunt in Iudæa, ante
Ioan. 5. 2. natiuitatem Domini, vt fuit aqua probaticæ piſcinæ, ad cuius motum per ange-
Luc. 2. 14. lum ſanabatur languidus, & in natiuitate ſicut fuit multitudo cœleſtis exercitus, quæ cecinit. Gloria in excelſis DEO. Secundò per ſigna, quæ facta ſunt gentibus
Num. 24. 17. in ipſa natiuitate: apparuit enim ſtella notabilis iuxta vaticinium Balaam. Orietur ſtella ex Iacob. Tertiò etiam intelligite ex ſignis, quæ facta ſunt in Occiden-
P. OROSIVS. te. Romæ namque fons olei erupit de terra, & fluxit vſque in Tyberim. Ibidem
Vide NOTAS templum pacis æternum eadem nocte funditus corruit iuxta vaticinium idolorum;
ſerm. 1. quæ prædixerant illud non ruiturum, donec Virgo pareret. Hoc intellecto, erudimini, qui iudicatis terram, à Doctoribus veritatis, à præconibus regis nati, qualiter
Pſal. 2. 11. ei ſeruiatis. Ego autem compendioſe vos erudio. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Eiſdem verbis filius ſuſcitatus à mortuis loquitur ad reges cor-
Rom. 1. porum. Porrò philoſophi nobiles per ea, quæ facta ſunt, inuiſibilia DEI intellexerunt. Per ineffabilem quoq; gubernationem intellexerunt omnipotentem. Ex motibus enim planetarum & firmamenti intellexerunt motus illicitos motu rationis comprimendos, futuram tamen corporum reſurrectionem nõ intellexerunt. Vnde
Act. 1. 3. CHRISTVS ſuſcitatus veram carnis reſurrectionem oſtendens diſcipulis, per 40. dies intrans & exiens, comedens & bibens. apparens eis & loquens de regno cœlorum, quaſi in hanc vocẽ prorupit. *Et nunc*, id eſt, ſaltem poſt tot argumenta reſurrectionis vos *reges* corporum *qui iudicatis terram*, id eſt, animæ, quæ regitis corpora veſtra, *intelligite, & erudimini*, quid deinceps ſentiendũ ſit vobis, mortificate mẽbra veſtra ſuper terrã, quoniam cũ domus iſta terreſtris deſtruetur, eadẽ non manufacta reędificabitur in cœlis. Hoc mortale induet immortalitatẽ, hoc corruptibile induet incorruptionẽ. Iã ſupereſt videre, quomodo ſpiritus, ſcilicet, ad reges animę loqutur verbis

pota-

prætaxatis. Mutemus ergò numerum pluralem in ſingularem, vt quod vni dicetur, cæteris dictum intelligatur. Loquitur itaque tanquam pater ad filium, Spiritus ſanctus ad ſacerdotem celebrantem diuina, quando, ſcilicet, expanſis manibus tanquam crucifixus vero crucifixo aſtat, imò cum in crucem ante ſe poſitam imaginem crucifixi viſibiliter intuetur. Ait ergò ſpiritus ad eum. Fili, quid agas alibi cum aliis occupationibus detineris, *& nunc*, id eſt, ſaltem in conſpectu Domini DEI tui intellige. Ad quem Sacerdos. quid intelligam Pater? cui ſpiritus. intellige, inquam, CHRISTVM, cui aſtas, qui verè mortuus eſt, verè viuus, iudicem tuum futurum, cui non aſtabis ſecurus, ſicut modo, ſed redditurus rationem de te, & de fratre tuo. diſpone hic ſermones tuos, quos facturus es in iudicio. Ad quem ille. Pater, mirabilis eſt hæc intelligentia, & per me non potero ad eam. Doce igitur me, quid mihi, & quid fratri debeam, præſertim cum, CHRISTO teſtante, tu debeas docere nos omnem veritatem. Cui ſpiritus. non longè, ô fili, documenta petantur ex his quæ circa te ſunt, intellige quid tibi debeas. Ex his autem, quæ coram te ſunt poſita, quid fratri tuo. Aſtrinxiſti fauces tuas amictu circumiecto, cuius initias circumductas ante pectus molliter ligaſti; indutus camiſia linea quadam, quæ communi nomine dicitur, alba; quam propter ſui diffuſionem circa renes fortiter aſtrinxiſti, cuius manicæ adeò ſunt ſtrictæ, & manibus aptatæ, vt rugam ibi non habeant. Sed attende, quod hac eadem veſte ſacerdos Leuiticus eſt vſus: ſed adeò ſtricta erat tunc, & corpori aptata, vt nunquam rugam haberet, præfigurans anguſtias illius temporis. Acceperant enim ſpiritum ſeruitutis in timore. Circa te verò habet latitudinem propter libertatem adoptionis filiorum, qua liberauit vos filius, & intellige fili quatuor in te eſſe alligata, fauces, pectus, renes, & manus. ac ſi dicatur tibi. Non aſcendant prauæ cogitationes in cor tuum. prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Sint lumbi veſtri præcincti, &c. Certè ligaturam pectoris deſiderabat ille, qui dixit. Cor mundum crea in me DEVS. nihilominus & ligaturam faucium dicens. Pone Domine cuſtodiam ori meo. Renes quoque & manus caſtigari voluit. cum aiebat. Confige timore tuo carnes meas. Sed attende fili, circa fauces & pectus, leuem & quaſi remiſſam eſſe ligaturam. circa verò renes & manus arctiſſimam. motus enim animi in tua poteſtate non eſt, & ideò in his venialiter peccare potes. Elias prius clauſit cœlum, quam animum, exiſtimans ſe ſolum remanſiſſe de prophetis Domini, cum adhuc ſupereſſent ſeptem millia virorum, qui non curuauerunt genua ſua ante Baal. Similiter & lingua facile labitur, quia in madido ſedet. Nam & princeps Apoſtolorum ad vocem ancillæ negauit. Et quia linguam de facili reprimere non potes, in ea venialiter potes peccare. In renibus autem, fili, noli errare, vt dicas lapſum carnis venialem, tanquam naturalem motum, vel debitum vectigal naturæ. DEVS enim non irridetur. Aſſumpſiſti tibi fœminalia, aperuiſti os tuum in votum continentiæ. Mundus eſto, vt mundè tractes mundi mundatorem. Cohibe ergò manus tuas, fili, non dico, à furto, à rapina, & huiuſmodi, quæ nemini licent, ſed excute manus tuas ab omni munere. Noli diligere munera. noli ſequi retributionem. Gratis accepiſti ſacramenta, gratis da. Comede vt euangelizes, non euangeliza vt comedas. Si fueris exactor muneris, cum acceſſeris ad Dominum IESVM CHRISTVM, poterit tibi dicere. Noli me tangere. Vox tua Iacob ſonat, manus autem tuæ manus ſunt Eſau, manus ſunt Briarei, non preſbyteri. Ecce in his ligaturis, fili, potes intelligere, quomodo debeas declinare à malo. quomodo autem debeas facere bonum, ex reliquis intellige ornamentis, ex ſudario, ſcilicet, & orario; & planeta. Sudarium namque, quod & manipulus dicitur, geſtas in læua. Quondam meliores ob ſudorem deter-

Sacerdos expandit manus in altari.

Ioan.14.26.

Veſtes ſacerdotis ſacræ.

AMICTVS.

ALBA.

Pſal.50.

Pſal.140.3.

Pſal.118.120.

3.Reg.19.18.

Votum continentiæ clericorum.

Matth.10.8.

Geneſ.27.22.

Manipulus.

gendum zonæ alligatum ſudarium portabant. intellige ergò te meſſorem eſſe. Meſ-
Math.9.37. lis quidem multa, operarij autem pauci. & ideò miſit te Dominus meſſis ad metendum,id eſt,ad colligendum vndecunq; in Eccleſia fideles verbo & exemplo,& ſacramentorum participatione. Hæc quidem meſſis nunc hominum eſt, finitima verò
Math.13.41. erit angelorum, quando colligent omnia ſcandala de regno DEI. Patres antiqui ſu-
Math.5. darium ferebant, ad tergendam lachrymarum affluentiam, quibus dictum eſt. Bea-
Surius tom.4. ti,qui nunc fletis, &c. Beda dicit in Martyrologio ſuo, quod Pater Arſenius ſemper
S. ARSENIVS. ſudarium ferebat,aut in ſinu, aut in manu propter lachrymarum affluentiam. Quocirca intellige, ò fili, ex ſudario, quantos exitus aquarum deducere debent oculi tui. flere namque debes pro exceſſibus propriis, pro exceſſibus gregis tui, pro incola-
STOLA. tus prolongatione, & pro patriæ deſiderio. Orarium, quod & ſtola dicitur, ſuper collum geris, cuius brachia ad minus extenduntur vſque ad genua,& cancellari debent per medium pectus in modum crucis,ac ſi dicas. Onus crucifixi leue,& iugum eius ſuaue. Orarium autem dicitur,quia propter offenſas populi tui cum humili genuflexione Domino debes ſupplicare, tuis precibus indignationem placare. Plane-
CASVLA. ta,quæ & caſula dicitur,totum te circundat & protegit,& cæteris ſupereminet.Hæc
1.Cor.12.31. eſt caritas, de qua dicit Apoſtolus. Adhuc ſupereminentiorem viam vobis demonſtro,ſine qua cætera, cum adeſſe poſſint, prodeſſe non poſſunt,eodem Apoſtolo at-
1.Cor.13.1. teſtante. Si linguis hominum loquar & angelorum, ſi fidem habuero, ita vt montes transferam, ſi tradidero corpus meum, ita vt ardeam, caritatem autem non habuero,nihil ſum.Ergò ſine caritate fili nihil es,imò ſine prędictis ſacerdos dici potes, eſſe autem nō potes. Forte paſtor es in facie hominum, ſed raptor es in facie angelorum. lupus es,non aries; latro,non miniſter. Nonne igitur CHRISTVS aſtans poterit tibi dicere. Fili,quomodo huc intraſti non habens veſtem ſacerdotalem? Et iterum. Quis tu hic? ecce autem aſportaberis tanquam gallus gallinaceus. timeo ne ligatum manus & pedes proiiciat te in tenebras exteriores.Supereſt fili,vt ex his,quę coram te ſunt,intelligas,quid fratri tuo debeas.Vides DEVM & hominem coram te in cruce pendentem,plagis liuidum,in cruce eleuatū,proprio ſanguine cruentatum, inclinato capite mortuum, in dextero latere lanceatum, tum dum vixit pro crucifixoribus orantem. Et tu fili crucem portes ſequens præambulum tuum, in compaſſionibus proximi, & carnis mortificatione. In hac etiam pro perſequentibus orare non deſinas. Si populus tuus detraxerit tibi, ſi debitam reuerentiam negauerit, ſi boui trituranti os alligauerit debita ſtipendia ſubtrahendo, ne reddas malum pro malo,ſed potius vince malum in bono, ſed potius ora pro illis,dicēs. Domine,ignoſce illis hoc peccatū, quia neſciunt,quid faciunt. Forte lupus inuadit gregem tuum; & opponas te murum pro domo Iſraël.lupus autem,vt amoueat te à defenſione,pedes tuos perforabit,id eſt, vernaculos & domeſticos tuos, qui ad negotia tua diſcurrent,aggredietur,& eorum alios apotiabit,id eſt pauperabit,alios in carcere vinculabit, quoſdam morte afficiet. Manus quoque tuas perforabit, fructu frumenti,vini & olei priuabit. Neceſſaria vitæ,quæ opere manuum proueniunt, dilapidabit. latus tuum forte aggredietur, parentes ſcilicet, qui os tuum & caro tua ſunt,aggredietur latrans,vt offendas DEVM, ne propinquum amittas. Fortaſſe vitæ tuæ inſidiabitur, ſanguinem tuum ſitiet. Sed inter hæc noli moueri, cum CHRISTO crucifixus, noli deſcendere de cruce. Dic tyranno. Non mouebor à defenſione hac in æternum. Dic Domino. Domine, propter te mortificamur tota die. facti ſumus ſicut oues occiſionis. Hæc igitur prædicta, tu fili, & omnes animarum reges intelligite, & erudimini, qui iudicatis terram. Eadem enim menſura,qua menſi fueritis, remetie-

tur

tur vobis. Menſuram autem bonam & confertam, & coagitatam, & ſupereffluentem reddat in ſinum veſtrum IESVS CHRISTVS Dominus noſter, iudex noſter, cum venerit iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem. AMEN.

SERMO XLII.

IN SYNODO.

SEDERVNT *in terra, conticuerunt ſenes filiæ Sion.* Verbum Ieremiæ *Thren.2.10.*
plangentis, quod audiſtis per os meum. Plangebat enim Ieremias deſolationem vrbis, & ſqualorem pulueris, in quo ſedebant ſenes coram facie DEI Iſraël, qui cum ſedere deberent in cathedra Moyſi, ſedebant in fœtore ſterquilinij. Poteſt etiam ſub horum tenore verborum aſſignari lamentatio Saluatoris, negligentiam & taciturnitatem ſenum filiæ Sion plangentis. Fuit quidem & breuis, & temporanea lamentatio prophetæ lugentis. Eſt autem iugis & aſſidua conqueſtio mediatoris. Sanè conqueritur ſponſus ſuper negligentia cuſtodum ſponſæ ſuæ. Nois namque filius Tugaten duxit vxorem virginem filiam Sion, id eſt, DEI verbum. DEVS DEI filius Eccleſiam ſibi copulauit per fidem & dilectionem incorruptam ſine macula criminis, ſine ruga duplicitatis tempore nuptiarum cum ea prę́ſentialiter fuit. in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt ſecundum tempus præfinitum à Patre. Quo conſummato rediit ad Patrem. Egreſſus enim eius fuit à Patre, & regreſſus eius vſque ad Patrem. Vnde ipſe
ait. Exiui à Patre, & veni in mundum, & iterum relinquo mundum, vt reuertar ad *Ioan.16.28.*
Patrem. Quando verò ad Patrem rediit, ſenibus ſponſam ſuam cuſtodiendam commendauit, id eſt, presbyteros ad cuſtodiam eius tanquam vicarios ſuos reliquit. Πρέσβυτηρ enim græcè, ſenex eſt latinè. Presbyteri autem dicuntur ſenes, non
tam ætate, quàm morum grauitate. Cani enim hominis ſunt ſenſus eius. Et di- *Sap.4.9.*
cuntur ſenes hac ſimilitudine: quia quod ſenes habent beneficio ætatis, id iſti habent exercitio virtutis. Per longam ſiquidem temporum experientiam in ſenibus viget ſapientia, & ex defectu caloris naturalis in eiſdem viget continentia. De
ſapientia teſtimonium habemus prophetæ Malachiæ. Labia ſacerdotis cuſtodi- *Mal.2.7.*
unt ſapientiam, & ex ore eius requirunt ſcientiam. Alibi de continentia dicit Do-
minus. Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris. Nec *Luc.12 35.*
diſcordat commendatio iſta facta per manum Saluatoris, ab vſu humanæ con-
ſuetudinis. Principes enim terrarum vxores ſuas eunuchis ad cuſtodiendum ſo- *Christus Eu-*
lent tradere: ſic & Dominus ſponſam ſuam eunuchis tradidit cuſtodiendam. Non *nuchis cuſto-*
dicimus hic eunuchos per violentiam, quos ſpadones a ſpata vocamus: nec eu- *diendam de-*
nuchos per naturam, quos caſtratos, id eſt, caſtè natos nominamus, ſed eunuchos *dit Eccleſiam.*
per gratiam, & virtutem hic intelligimus, qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœ- *Iſid.l.10. etym.*
lorum. Horum negligentiam & deſidioſam cuſtodiam deplorat Saluator dicens. *Se- Matth.19.*
derunt in terra, conticuerunt ſenes, cuſtodes filiæ Sion. Officium Sacerdotū eſt deambu- *Officium Sa-*
lare, & ſedere in nauicula Simonis turba ſedente in terra, ſicut & CHRISTVS ambu- *cerdotum.*
lauit ſuper mare, dum colligeret diſcipulos. Sedit in nauicula, & de nauicula docuit
turbas, quæ erāt in littore. De ambulatione dicit veritas in Euāgelio. Ecce ego mitto *Ioan.15.16.*
vos, vt eatis, & fructum afferatis. Et alibi. Ite docete omnes gentes. Etiam de ambula- *Matth.28.19.*
tione ſacerdotum vidit Ezechiel in ſpiritu. Deambulare autem debent de oue ad ouem, de morbida ad confractam, de confracta ad erroneam, de erronea ad validam.

Morbi-

Morbidam debent confortare, confractam conſolidare, erroneam reuocare, validam
Ezech.34.4. conſeruare,ne incurrát illud propheticum. Quod morbidum fuerat,non confortaſtis; quod confractum, nõ conſolidaſtis,quod erroneum,non reuocaſtis,quod pingue & forte, deuoraſtis. Præterea debent ſedere in nauicula Simonis. Nec videatur vobis paruum in nauicula Simonis ſedere. Eſt enim ſummus & ſupremus gradus in via ſedendi ſedere in nauicula Simonis. Alius quidem eſt ſummus & maior iſto gradus ſeſſionis ad menſam Patris, vel in throno iudicis, de quo dictum eſt.
Matth.19. Sedebitis & vos ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſraël. Sed hic eſt ſupremus in patria: ille in via. Tres ſunt namque gradus ſedendi in via. Primus eſt minor, ſecundus maior, tertius ſupremus. Primus eſt generalis, ſecundus particularis, tertius ſpiritualis. Primus eſt, ſedere ſuper flumina Babylonis. ſecundus eſt, ſedere ad menſam diuitis; tertius ſedere in nauicula Simonis. In primo ſedent fideles. in ſecundo iuuenes, in tertio ſenes. In primo renati, in ſecundo litterati,in tertio Prælati. Primus iuſtificat, ſecundus illuminat, tertius conſummat. Sedendum eſt ſuper flumina Babylonis, hoc eſt, ſuper fluxum aquæ mundi, non contemnendo aquam,ſine qua non viuimus,ſed mobilitatem,cupiditatem,& ſuperfluitatem, cum quibus malè viuimus. Secundum eſt non ſuper axem, ſed ſuper rotam fortunæ. Menſa diuitis, ſacra Scriptura eſt, in qua plura & delicata nobis proponit fercula Saluator noſter, cuius diuitiarum altitudinis non eſt finis. Copioſus eſt præ
Matth.16. filiis hominum. promptuaria enim eius plena, eructantia ex hoc in illud. Sedere in nauicula Simonis eſt, quod Dominus dicit. Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis. Nos verò per antitheſin facimus ſeſſiones iſtis contrarias. Cum enim deberemus ſedere ſuper flumina Babylonis, ſedemus ſuper ollas carnium in Ægypto; qui deberent ſedere ad menſam diuitis,ſunt tales, de quibus dicitur.
1.Cor.10.7. Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere,id eſt, deludere. Prælati verò,quorum eſt ſedere in nauicula Simonis ſedent in terra. quod Dominus deplorat, dicens. *Sederunt in terra ſenes*, &c. Cum deambulare deberent,ſederunt. nec ſederunt in nauicula Simonis, vt docerent turbas in terra, ſed quod dolendum eſt, ſederunt in terra, id eſt, totum ſacerdotale officium conuerterunt ad terrenum emolumentum,quærentes quæ ſua ſunt,non quæ IESV CHRISTI. Sedentium verò in terra quidam ſedent in terra aliena,quidam in terra ſua. Illi ſedent in terra aliena,
Manzer vox Heb. id eſt, de ſcorto natus. qui agros agris,domos domibus continuant,opes opibus cumulant,non ſibi,ſed nepotibus, quos educauerunt, vel,quod deterius eſt manzeribus, quos de concubinis ſuis ſuſceperunt. Illi verò ſedent in terra ſua, qui proprio commodo ſuo labo-
Deu.23.2. rant deſeruientes voluptati, vel vacantes valetudini. Non ſic docuit Saluator noſter. Non eſt hic de ſchola eius. Qui enim dediti ſunt voluptati, non ſunt in ſchola CHRISTI, ſed Epicuri. Qui ſtudent valetudini non ſunt in ſchola Saluatoris, ſed Hippocratis. Omnia tempus habent, ſed iſti commutant tempora, procurantes ſanitatem, cum magis deberent procurare ſalutem. Salus quippe eſt diuinæ ſanitas
2.Cor.6.2. corporis. Nunc eſt tempus ſalutis. Vnde Apoſtolus. Ecce nunc tempus acceptabile,ecce dies ſalutis. In futuro erit tempus ſanitatis, quando hoc mortale induet im-
Philip.3.21. mortalitatem. Vnde Apoſtolus. Expectamus IESVM CHRISTVM Saluatorem noſtrum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ. Dictum eſt, qualiter ſenes ſederunt in terra,nunc dicendum eſt, qualiter conticuerunt. [illegible]e, tacuerunt, ſed expreſſius dictum eſt, *conticuerunt*, id eſt, ſimul tacuerunt,quia vtramq; partem loquendi omiſerunt. Duæ ſunt partes loquendi,vita & doctrina,quibus ſacerdotes debent præfulgere,ſicut prçeminent honore.

Vtrum-

Vtrumque enim neceſſarium eſt. Quantum enim prodeſt bona conuerſatio exemplo, tantum nocet ſilentio: veruntamen non imitantes Saluatorem, de quo ſcriptum eſt. Cœpit IESVS facere & docere. Nec exemplo inſtruunt, neque verbo docent. Præterea, *conticuerunt*, id eſt, omnes modos loquendi ſuppreſſerunt. Tres ſunt modi loquendi. docere, monere, orare. docere veritatem, monere ad conuerſationem, orare ad interceſſionem. Docere veritatem de fide & articulis. monere de moribus. orare ad interceſſionem pro ſua & populi ignorantia. De primo loquitur Dominus. Ite docete. De ſecundo legimus in Ieremia. Ecce conſtitui te ſuper gentes, & regna, vt euellas, & deſtruas, & ædifices, & plantes. Et de tertio ait Apoſtolus. Primum omnium rogo in vobis fieri obſecrationes, poſtulationes, orationes, &c. *Conticuerunt* etiam, id eſt, omnem cauſam tacendi habuerunt. Tres ſunt cauſæ tacendi. ignorantia, impotentia, negligentia. Ignorantia eſt turpis, impotentia difficilis, negligentia pinguis. Quid enim eſt turpius, quam incipere diſcere, cum deberemus docere. Ludiculoſa quidem res eſt, elementarius ſenex teſte Philoſopho. Impotentia eſt difficilis, quia nonnunquam nouit Prælatus docere, ſed non poteſt, conſcientia obſtaculum præbente, & os eius claudente, qui eſt quaſi calculus in ore poſitus: hic eſt ranunculus obſtruens ora canum. Eſt enim quoddam genus ranæ mutum, non vocale, viride, modicum, quod dicitur calamites: quia manet inter calamos, & in os canum proiectum clamorem eorum prohibet. Non ſecus conſcientia mordicans criminoſum prohibet eum docere. neque iterum, quod difficillimum eſt permittit eum ſilere. Væ igitur ampullæ, ſi vult loqui, conſcientia reſpondet ei DEVM dixiſſe peccatori. Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? Si autem formidans docere, diſponit tacere, ſurgit in eum, & dicit. quare taces? nonne teneris prædicare? nonne audiſti ſcripturam comminantem? Væ vobis canes muti. Negligentia eſt pinguis. Quidam enim conſiderantes laborem & dolorem, malunt otio ſe tradere, quàm in vinea Domini laborare, de quibus ſcriptum eſt. Væ vobis canes muti, pigri, ſomnolenti, non valentes latrare. Et alibi. Maledictus, qui facit opus Domini negligenter. Audiuiſtis lamentationem Saluatoris, ſed magis timendum eſt, ne incurramus eius increpationem ex indignatione maxima profectam. Grauior namque eſt increpatio, quam lamentatio. Nos enim venenum malitiæ palliamus, lupinum animum tegimus ſub pelle ouium, occultamus ſcelera noſtra ſub tonſura regulari, habitu vili, inceſſu humili, & aliis huiuſmodi. Tandem ſollemniter induti ad altare accedentes orationem incipimus. *Aufer a nobis Domine iniquitates noſtras.* & altari oſculum infigimus. Nonne CHRISTVS econtra poteſt ſtare & dicere. Iuda tradis oſculo filium hominis? Ne ergò de vobis iuſtè poſſit conqueri Saluator, ne iuſtius increpare, ne iuſtiſſimè damnare, ite, docete de nauicula turbas; vt cum ſederit filius in ſede maieſtatis ſuæ, de ſeſſione nauis, per ſedem iudicis trahat vos ad menſam Patris, IESVS CHRISTVS, Dominus noſter, iudex noſter, cum venerit iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem.

Actor.1.1. *Marc.16.15.* *Ierem.1.10.* *1.Tim.2.1.* *Seneca ep.36.* Ridicula. *Plin.l.32.c.10.* *C.Geſn.lib.2. de quadrup.* *Ouip.* *Iſid.l.12.etym. cap.6.* *Pſal.49.16.* *Iſa.56.10.* *Ierem.48.10.*

SERMO XLIII.

IN SYNODO.

Ioan.12.26. QVI *mihi miniſtrat, me ſequatur.* Verbum hoc abbreuiatum fecit Dominus ſuper terram, loquens ad miniſtros ſuos de modo miniſtrandi. Sed quis Dominus, & ad quos miniſtros? De Domino abſolutum eſt, quia ſicut vnus Magiſter, & vnus Pater eſt nobis ſuper terram, ſic &
Epheſ.4.5. vnus Dominus. De quo. Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma.
Pſal.23.1. Ille ſolus, cuius eſt terra & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuerſi, qui habitant in eo. De miniſtris verò ambigi poteſt, quia idem Dominus miniſtros habet diuerſorum locorum, & in eodem loco. miniſtros diuerſorum temporum, & in eodem loco & tempore miniſtros diuerſorum ordinum. Quocirca videndum eſt, ad cuius
Pſal.14.1. loci, temporis, ordinis miniſtros loquatur. Audi de locis. Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Habet ergo tabernaculum, habet ſanctum, habet Eccleſiam militantem, habet triumphantem. Mini-
Pſal 103.4. ſtri autem montis ſunt omnes adminiſtratorij ſpiritus miſſi pro eo. Vnde. Qui facit
Dan.7.10. angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis. Et alibi. millia millium miniſtrabant ei, & decies centena millia aſſiſtebant ei. His miniſtris loci huius dicitur. Qui mihi miniſtrat, me fruatur. Reſtat ergò, quod miniſtris tabernaculi dictum eſt. *Qui mihi miniſtrat, me ſequatur.* Sed & in hoc tabernaculo ſunt miniſtri
• diuerſorum temporum. Diſtinguimus enim Eccleſiam militantem per tria tem-
Philip.2. pora. Habuit tempus ante verbi incarnationem. habuit, cum Dominus in ſimilitu-
Marc.13.34. dinem hominum factus eſt, & habitu inuentus, vt homo. habuit, cum homo peregrè profectus à nobis reliquit ſeruis ſuis bona ſua vnicuique ſecundum propriam facultatem. Sub primo tempore CHRISTVS diſponebat venire ad nos. ſub medio
Ioan.14.2. medius ſtetit inter nos. Sub tertio abiuit à nobis, ſed propter nos, vt ipſe ait. Vado parare vobis locum. Sub primo fuit expectatus, ſub medio manifeſtatus, ſub tertio abſconditus. Miniſtris primi temporis dixit. Qui mihi miniſtrat, me præſtoletur. Miniſtris ſecundi. qui mihi miniſtrat, mecum gradiatur. Miniſtris tertij, qui mihi miniſtrat, me ſequatur. Veruntamen & in tempore hodierno miniſtri ſunt diuerſorum Ordinum. Sunt ianitores, ſunt Nathinæi, ſunt Leuitæ, ſunt ſacerdotes. Miniſtri tamen propriè, qui & diſpenſatores, qui filiis, ſeruis mercenariis, cibaria diuidunt in tempore opportuno, qui panem frangunt paruulis, qui eſcam ſalutarem conficiunt, & confectam diſtribuunt. Ad hos ſermo Domini eſt. Ad vos ergò ô Patres. Sed forte reſpondebitis Domino. Domine quo vadis, quo & ſequemur te? Sed ſi diſſimulare non vultis, & viam ſcitis, & quo, & qua ambulauit ſcitis, & qui vult CHRISTO miniſtrare, debet, ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare. Sane inexcuſabiles ſumus Domine IESV. Vidimus ingreſſus tuos DEVS, ingreſſus DEI noſtri, ambulationem ipſius & ſequelam veſtram. nec nos ad memoriam
Leuit.26.12. reuocare, nec nos pigeat audire. Audi de ambulatione ipſius. Ero DEVS eorum,
2.Cor.6.16. & inambulabo in eis. Audi de ſequela miniſtri. Moyſes feliciſſimus miniſter meus
Hebr.3.5. in omni domo mea. cui [illegible] in domo propria deambulauit CHRISTVS, & in eadem
Num.12.7. [illegible]. Sed attendendum, quod dicit, *omni*. Non eſt enim niſi
Pſal.26.4. domus [illegible], de qua Vnam petij a Domino, hanc requiram, &c. Et alibi. Qui ha-
Pſal.67.7. bitare facit vnius moris in domo. Vna eſt enim columba, vna amica, vnica vnici. Dicit itaque. in omni domo, id eſt, in omni parte domus. Quare videndum eſt,

quæ

quæ ſint partes domus, & quomodo Dominus deambulauit in eis, & quomodo miniſter debet ſequi, & quibus viis. Imperatoriæ maieſtatis eſt tres partes habere in palatio. Cœnaculum, in quo ſuos reficit. auditorium, in quo lites dirimit. cubiculum in quo dormiens requieſcit. Ad hunc modum Imperator noſter, qui imperat ventis & mari in cœnaculo fuit, erudiendo nos: in auditorio diiudicando nos, in cubiculo moriendo propter nos. Erudiendo operibus & verbis, diiudicando pro ſingulorum meritis, moriendo pro nobis viuificandis. Cæterum attende, quomodo in ſingulis harum partium deambulauerit. In cœnaculo modo maiores, modo minores refocillauit panibus. Sicut enim in parabolis docuit turbas, ita & aperiens os ſuum, eleuatis oculis in diſcipulos ſuos ait. Beati pauperes ſpiritu, *Math 5.3.* &c. in auditorio modo arguens malos, modò commendans bonos. Sicut enim dixit. Væ vobis Phariſæi hypocritæ. & multa in hunc modum. Ita & ad diſcipulos. *Math.23.13.* Vos eſtis lux mundi. vos eſtis ſal terræ. Gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt *Math.5.13.* in cœlis. De cubiculo ipſe teſtatur. Ego dormiui & ſoporatus ſum, & exſurrexi, *Luc 10.20.* quia Dominus ſuſcepit me. Deambulauit ergo in cubiculo de ſtrato doloris ad le- *Pſal.3.6.* ctum quietis, de ligno crucis ad monumentum decurionis. Quia omnes dolores noſtros & languores ipſe portauit, ſtratum doloris verſauit ſibi in infirmitate ſua. Vidiſti miniſter Domini, præambulum tuum deambulantem, oportet te ſequi eum, quocunque ierit: alioquin non eris fideliſſimus in omni domo Domini, vt Moyſes. Reor ideò dictum fideliſſimum, vt tres partes domus notet. Dicitur *Num.12.7.* enim fideliſſimus, reſpectu fidelis & fidelioris. Ob hoc etiam reor Dominum tria adiectiua appoſuiſſe ſeruo, dicens, eum bonum, fidelem, prudentem. ibi. Euge *Math.25.21.* ſerue bone & fidelis. Et alibi. Fidelis ſeruus & prudens. Neceſſe eſt ergò mini- *Matt.24.45.* ſtro deambulanti per partes domus, vt ſit fidelis, fidelior, fideliſſimus, prudens *Miniſter fi-* in cœnaculo, fidelis in auditorio, bonus in cubiculo. In cœnaculo, vt ſobrie e- *delis quis.* rudiat, in auditorio, vt iuſtè definiat, in cubiculo, vt piè intercedat. Erudiat, quia ſeminiuerbius, definiat quia prælatus, intercedat quia aduocatus. Seminiuerbius in cathedra. Prælatus in curia, aduocatus in Miſſa. Reſtat, vt videas, quomodo in his deambules. ingredere cubiculum conſcius iuuentutis, vt congruè dicat. Introibo ad altare DEI, ad DEVM, qui lætificat iuuentutem meam. Ingredere au- *Pſal.42.4.* ditorium, neſcius negotiationis, vt dicas. Quoniam non cognoui negotiatio- *Pſal.70.15.* nem, introibo in potentias Domini. Ingredere cœnaculum memor circuitionis, vt dicas. Circuiui, & immolaui Domino hoſtiam vociferationis. Stans ad altare, *Pſal.26.6.* eſto vir, de quo dicitur. Fuit vir vnus in Ramathaim ſophim. Vnde Sapientia. O vi- *1.Reg.1.1* ri ad vos clamito. Non habeas ſenectutem vetuſtatis, nec pueritiam fatuitatis. Pu- *Prou.8.4.* taſne, cum ſto coram DEO meo, qui in altari eſt corporaliter, licet inuiſibiliter, ſi *DEVS in al-* olfecerit in me rancorem vetuſtatis, dicet mihi. Inueterate dierum malorum, ho- *tari eſt corpo-* die venient mala ſuper caput tuum, quæ prius operabatis? Si ſenſerit in me pue- *raliter.* ritiam fatuitatis, qui debeo pſallere ſapienter: nec tamen intelligam, quæ dico, vel *Dan.13.52.* ago, vel quare. nonne maledicet mihi cum pueris clamantibus, aſcende calue, a- *4.Reg.2.23.* ſcende calue! Amen dico vobis, ſatius mihi eſſet edere carbonem viuum, quam IESVM pro nobis mortuum. Sedens in auditorio, ignora negotiationem. excute manum tuam ab omni munere, ne parcas pauperi, ne munera exoculent te, & faciant ſenem abocellum, ne diligens munera & ſequens retributiones inebriatus obliuiſcaris iudiciorum DEI. Recumbens in cœnaculo, recordare circuitionis. circuitria, multos, multa, multum. Multos, ſcilicet, oues languidas, erroneas, robuſtas. illas curando, has reuocando, iſtas confortando. Audi magiſtrum Paulum,

Roman.1.14. circumeuntem. Græcis & barbaris, ſapientibus & inſipientibus debitor ſum. Mul-
Matth.12.35. ta verò, quia bonus homo profert de theſauro ſuo noua & vetera. Audi eundem
1.Cor.3.5. Paulum. Sapientiam loquimur inter perfectos. Et alibi. Nihil iudicaui ſcire me
Ibid. v.2. in vobis, niſi IESVM CHRISTVM, & hunc crucifixum. Multum quoque oportet currere, ne tribulatio, vel anguſtia, vel fames, vel nuditas ſeparet te à verbo DEI,
2.Tim 4.5. ſed iuxta Apoſtolum, prædica miniſterium. Fac opus Euangelij, inſta opportunè importunè. Supereſt videre, quibus viis deambulandum eſt nobis, id eſt, quo nomine prætaxatæ tres viæ cenſentur. Via cœnaculi dicitur via mandatorum, via auditorij,
Pſal.118.32. via veritatis. Via cubiculi, via teſtimoniorum. De prima dicit propheta. Viam man-
Ibid.30. datorum cucurri, cum dilataſti cor meum. De ſecunda. Viam veritatis elegi. De tertia. in via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum, ſicut in omnibus diuitus. Currentem, id eſt, promptum, & dilatatum eſſe neceſſe eſt Doctorem mandatorum DEI.
1.Pet.3.15. Vnde Petrus. De fide & ſpe quæ in nobis eſt, parati ſumus reddere rationem omni
2.Cor.6.11. poſcenti. Et Apoſtolus. Cor meum dilatatum eſt ad vos ô Corinthij. Quod in auditorio tenenda ſit via veritatis, nō eſt qui ambigat. Hæc eſt regia via, qua incedendum
Ouid.2.metam. eſt, non declinandum, ad dexteram, vel ad ſiniſtram. Prima ergo, *Lactea nomen habet*, id eſt, doctrinalis. Secunda nomen habet, id eſt, iudicialis, via cubiculi. ob hoc dicitur, teſtimoniorum, quia quæcunq; in Miſſa fiunt, aut dicuntur, teſtimonia ſunt eo-
Luc.22.19. rum, quę fecit, aut dixit Dominus circa mortem, & in morte. Vnde ipſe ait. Hęc quo-
1.Cor.11.25. tieſcunque feceritis in meam memoriam facietis. Et Paulus. Quoties hæc feceritis, mortem Domini annunciabitis. Vt autem pauca de pluribus, quæ ſcilicet, viſibiliter fiunt, eliciamus, operæpretium eſt, vt attendatis. Stat ſacerdos innouatus mente &
COLLECTA *in Miſſa.* habitu ad altare, orationem dirigit ad Patrem, quę collecta dicitur, quia tanquam aduocatus omnium orationes colligit, & defert ad Dominum. Via teſtimoniorum eſt hæc. Teſtatur enim & ad memoriam reuocat, quod CHRISTVS in cœna orationes omnium contulit ad Patrem. Cum enim pro præſentibus quos dederat Pater de
Ioan.17.20. mundo oraſſet, addidit. Non pro eis tantum rogo, ſed pro his qui credituri ſunt per verbum eorum. Orat verò, quæ poſtulat fieri, *per Dominum noſtrum*, id eſt, CHRI-
Ioan.14.13. STVM, memorans illud. Si quid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis. Numerus etiam orationum via teſtimoniorum eſt. Tamen ſecundum primariam in-
In Miſſa quot collectæ dicantur. ſtitutionem, & ordinem Romanum, vna præmittenda eſt oratio, ſicut vnum graduale, vnum alleluia, vna epiſtola, vnum Euangelium, ſed per Patrum inſtitutionem quandoque dicuntur tres, quandoque quinque & ſeptem. Præter hos alius numerus eſt, non dico reprehenſibilis, ſed extraordinarius. Cum ergò dicit tres, me-
Matt.26.39. morat, quod Dominus ter orauit eundem ſermonem dicens. Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte. Cum dicit quinque, recolit quinquepartitam Domini paſ-
Ritus Miſſæ exponuntur. ſionem, quæ in quinque vulneribus conſummata eſt. Cum verò ſeptem, continentiam Dominicæ orationis memorat in ſeptem petitionibus comprehenſam. quarum numerum excedere fortè præſumptuoſum dici debet. Cum tranſit de dextro cornu altaris ad ſiniſtrum, vt in eo quandoque legat Euangelium, & in fine redit ad dextrum, conteſtatur tranſitum Euangelicæ prædicationis, de Iudæis ad gentes, ſed in fine redituram ad Iudæos. Cum pertranſit canonem manibus expanſis, formam crucis exprimit, in qua Dominus manus ſuas expandit ad populum non credentem. Cum inclinatus dicit. *Supplices te rogamus*, &c. figurat, quod CHRISTVS inclinato capite tradidit ſpiritum. Cum iterum erigitur, & aliquantulum voce eleuata dicit. *Nobis quoque peccatoribus*, &c. tunditque pectus, commemorat
Luc.23.48. Centurionem, & alios quoſdam rediiſſe, tundentes pectora ſua & dicentes. Verè

filius

filius DEI erat iſte. Dicturus, *Oremus,præceptis ſalutaribus*, &c. detegit calicem, qui
huc vſque tectus erat, magis pro reuerentia, quam pro myſterio, & detectum ele-
uat. Item deponit eum, & tegit. Via teſtimoniorum eſt. Recolit enim, quod Ioſeph *Matth. 27. 60.*
de cruce corpus Domini tulit, & poſuit in monumento inuolutum ſindone, & ad-
uoluit lapidem ad oſtium monumenti, & quia per triduum Dominus clauſus eſt in
monumento, ideò prius proſequitur tres poſitiones Canonis, antequam iterum a-
moueat velamen. Primò enim dicit præfationem Dominicæ orationis, quæ pro-
tenditur à, *Præceptis ſalutaribus*, vſque, *audemus dicere.* Secundo dicit orationem
ipſam, quæ à B. Gregorio primo ibi introducta eſt. Tertiò dicit embolíſmum eiuſ-
dem orationis, quæ eſt. *Libera nos, quæſumus*, &c. His expletis, quaſi triduo conſum-
mato, detegit calicem, & fracta hoſtia in latere dextro, particulam quam frangit de-
ponit in calicem, admiſcens eam ſanguini, commemorans animam & carnem, quæ
in illo triduo ſeparata fuerant ab inuicem. In reſurrectione, quæ notatur in amo-
tione velaminis, rediiſſe in priſtinam notatur vnionem. Demum offert pacem cir-
cumſtantibus, quia & poſt reſurrectionem CHRISTVS ſtans in medio diſcipulorum, *Ioan. 20. 19.*
ait. Pax vobis. Inſtruens etiam nos, quia ſi quis accedit ad Euchariſtiam ſine pace &
vnitate Eccleſiæ, iudicium ſibi manducat & bibit. Inde eſt, quod in Miſſis pro de-
functis pax non offertur, quia & mortui in CHRISTO tranſlati ſunt ab oſculo pacis
ſignificatiuo ad veram pacem, id eſt, de figura pacis, ad veritatem pacis. Sanè dicitur
in Miſſa in diebus feſtis finaliter, *Ite miſſa eſt*: in profeſtis, *Benedicamus Domino*, &
idipſum via teſtimoniorum eſt, non operum CHRISTI, vt prædicta, ſed cuiuſdam *Olim tantum*
traditionis Eccleſiæ. In diebus enim Eccleſiæ naſcentis, Dominicis & feſtis diebus *Dominicis &*
tantum, fideles, qui ſecularibus ſolent occupari negotiis conueniebant ad audien- *feſtis plebes*
dum Miſſarum ſollemnia, quibus ritè expletis, ne inſolenter recedere viderentur, *intererant*
licentia redeundi ad propria denuntiabatur, ne quando inexpleto redire præſume- *Miſſæ.*
rent. In diebus verò profeſtis, qui ſolis diuinis mancipantur officiis, intererant Miſ-
ſæ. quibus nec fuit, nec eſt danda licentia abeundi retrò. Qui enim militat DEO, non *2. Tim. 2. 4.*
implicat ſe ſecularibus negotiis. Sanè, ſi in modum prædictum miniſtrabitis CHRI-
STO, adimplebitis, quod dictum eſt à principio. *Qui mihi miniſtrat, me ſequatur.* nos
autem miniſtramus ei. itaque ſequamur ipſum. Sequamur verò, vt tandem conſe-
quamur. conſequamur autem, vt demum comprehendamus. Comprehendamus
quidem, vt in æternum conregnemus cum IESV CHRISTO Domino noſtro, iu-
dice noſtro, cum venerit iudicare viuos & mortuos, & ſeculum per ignem.

SERMO XLIV.

IN SYNODO.

PARVVLI *petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis.* Fleuit Iere- *Thren. 4. 4.*
mias in Threnis deſtructionem ciuitatis commemorans crudelita-
tem matrum, quæ matrem exuentes filios ſuos ad menſuram palmi
coxerunt, & deuorarunt eos. De paſtoribus etiam Iſrahel, qui curam
gregis non agebant, dicit Dominus. Væ paſtoribus Iſrahel. Et conuer- *Ezech. 34. 2.*
tens ad eos ſermonem, ait. Quod pingue erat, comediſtis, quod confractum, non
conſolidaſtis, quod erroneum, non reuocaſtis, quod infirmum, non ſanaſtis: nec ſo-
lum lanis operiebamini, ſed laniſtæ facti eſtis. Et vos ſimiliter, fratres, videte, ne vni

SERMO XLV.

IN SYNODO AD SACERDOTES.

BEATVS *qui intelligit ſuper egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus.* Fratres mei & Domini magna eſt eminentia dignitatis veſtræ, ordinis veſtri, & officij, niſi ſponte diſſimulare vel negare velitis, quod verum eſt. Scitis, quanta ſit vobis indicta neceſſitas ſeruandi continentiam, piè & religiosè conuerſandi inter homines, quibus diuina miſericordia vos præfecit in ſpiritualibus. Verbum breue & verum, veſtra in pace dixerim. Quanta dignitate, ordine, & officio aliis ſumus altiores, tanto in conſpectu DEI ſumus deſpectiores, ſi dignitati indigna conuerſatio contradicit, ſi ordini inordinata vita obloquitur, ſi officij noſtri munditiam vitæ incontinentia impugnat. Concorditer conueniunt, & conuenienter concordant, ſacer ordo & cótinentia. Si in ſacro ordine ſine continentia inuenimur, quanto ordine erigimur, tanto incontinétia deprimimur. Opera pietatis ſemper ſunt à nobis exercenda, & maximè in hoc tépore, quo diuina miſericordia piis fletibus & pœnitétiæ indulſit, quatenus ad eum, à quo receſſeramus peccando, reuertamur pœnitendo, confitendo, carné macerando. Caro læta traxit nos ad culpam, afflicta retrahat ad veniam. Alio tépore parum religionis habuit, qui hoc tépore religioſior nó extiterit. Quod ſit pietatis opus, & quæ merces operis aperit propheta, vbi dicit. *Beatus qui intelligit*, &c. Verba hæc adeò ſunt plana, adeò euidétia, quod quicquid in expoſitione eorum dictum fuerit, potius ré inuoluit, quàm euoluat; tenebras inducit, & nó lucé. Eſt tamé per miſericordiá DEI aliquid ſubtilius inueſtigandú. Propheta *egenum & pauperé* vocat IESVM, q ex magna miſeratione noſtra carné indutus apud nos tanquá pauper & egenus eſt conuerſatus, nec tantum proprij habés, ſecundum quod homo, vbi caput reclinaret, iuxta illud. Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet, vbi caput ſuú reclinet. Reclinatum tamen illud in ara crucis, moriens vt verus homo, ne alij homines morerétur morte æterna. Super hunc egenum & pauperem intellige, qui IESVM CHRISTVM, licet captum, licet fuſtigatum, licet in cruce extenſum, licet lanceatum, licet ſputis illitum, DEVM credit & DEI filium. Qui pia fide hæc cernit, qui fide & virtute iſta complectitur, licet aliquando ex carnis fragilitate excedat, diuina tamen miſericordia ab eo finaliter non recedit, quia *liberabit eum Dominus in die mala.* Diem malam appellat, diem iudicij, non quia mala, ſed quia multis amara propter amaritudinem futurorum in ea. Quid enim magis amarum, quàm trudi in pœnas nunquam deſituras, pati miſeriam ſine fine, ſuſtinere tenebras abſque lucis viciſſitudine? In tantis pœnis viuere, eſt continuè mori, & nunquam deficere, iuxta illud S. Gregorij. Cuius vita moritur in culpa, eius mors viuet in pœna. Quæ poterit maior eſſe erubeſcentia, quàm in conſpectu ſanctorum angelorum, & omnium Sanctorum aperiri conſcientias ſingulorum? Vnde dicitur. Sedit antiquus dierum, & ecce libri aperti ſunt. Libri conſcientiarum tunc aperientur, qui modò iniqua obſtinatione ſigillati tenentur. Si modo alicuius noſtrum omnia ſecreta ad omnium noſtram notitiam prodirent, vix præ pudore ſubſiſteret, quia ſic detectum conſpiceret. Nullus noſtrum adeò correctè vixit, nullius noſtrum adeò correcta ſunt opera, qui non miro perfunderetur rubore, ſi videret reſerari omnibus latebras conſcientiæ. Rectè ergò dies iudicij amara dicitur, in qua

Pſal. 40. 1.

Sacro ordini congruit continentia.

Paupertas Chriſti.

Math. 8. 20.

Dies iudicij cur mala dicatur.

Greg. l. 15. moral. c. 9.

Dan. 7. 10.

qua nihil opertum, quod non reueletur. Differentiam vel eminentiam noſtri Sta-
Oſe.4.15. tus ad alios, clericorũ ad laicos Oſee propheta inſinuat, vbi dicit. Si fornicatus eſt Iſ-
rahel, ſaltem Iuda ne delinquas. nolite ingredi in Galgala, & in Bethauen ne aſcen-
deritis. Verba hæc ſunt Oſee prophetæ, qui nomine & opere Saluatorem præfigu-
rauit. Oſee enim interpretatur Saluator, eum ſignificans ſaluatorem, qui ſaluum fe-
cit populum ſuum à peccatis eorum. De quo alibi dicitur. Ipſe veniet, & ſaluabit
Iſa.35.4. nos: venit enim quærere, & ſaluum facere, quod perierat. Oſee præcepto Domi-
Math.1.21. ni vxorem duxit fornicariam: & filius DEI Patri obediens in ara crucis ſibi Eccle-
Oſe.1.2. ſiam iunxit. Ducta eſt ab Oſee, quæ fuerat fornicata, & gentilitas ſordibus idololatriæ polluta ſanguine CHRISTI eſt abluta, & ſic eidem data in ſponſam, in triumphantibus nec rugam habens, nec maculam. Ecce quanta conuenientia ſignificantis ad ſignificatum, preconis ad preconizatum, vmbræ ad rem, promiſſionis ad [illegible]tatem. *Si fornicatus eſt Iſrahel, &c.* Mos eſt ſacræ Scripturæ nomine Iſrahel decem ſignificare tribus, nomine Iuda duas. Duæ tribus arcem obtinuerunt regni, & dignitatem ſacerdotij. Tribus enim Leuitica, quæ pro aliis orando & offerendo intercesſit, à tribu Iuda & Beniamin non receſſit. Ante regni diuiſionem omnes tribus dicebantur Iſrahel, ſed poſt factam diuiſionem, nomen quod omnibus fuit c[illegible]ne, maiori parti, id eſt, CHRISTI tribubus factum eſt ſpeciale. Recte ergò per Iſrahel ſignificantur laici, per Iudam clerici, qui licet ſint numero pauciores, ſunt tamen dignitate eminentiores. Si ergò Iſrahel, id eſt, laici fornicantur, ſaltem Iuda ne delinquas. Non enim debent clerici altaris miniſtri, & Prælati exemplo peccan[illegible] ad peccandum, ſed verbo & exemplo trahere alios ad [illegible]. Si laicos luxuria inquinat, ſaltem Eccleſiarum Prælatos vitæ munditia non [illegible] vt quanto dignitate aliis præferuntur, tanto munditia ſpectabiliores habeantur. Beatus homo, qui ſicut honoribus, ſic excellit & moribus. Sit comes dignitatis noſtræ, fratres mei, munda conuerſatio, ne reuerentiæ, quam dignitas noſtra expoſtulat, peruerſus viuendi modus contradicat. Iſrahel interpretatur vir videns DEVM. Attendat populus ſe creatum ad videndum DEVM: v[illegible] caueat, ne decidat ab eo, ad quem interpretatio nominis excitat. Iuda ſonat confitens. Ad duplicem confeſſionem tene-
Clerici ad duplicem cõfeſſionem tenentur. tur clerici, peccati proprij & laudis diuinæ. Simus diligentes, ne inuti in alterutro illum perdamus, ad quam ſuſpirat deuota cõfeſſio. Et notandũ, quod loquens de Iuda dicit *ne delinquas.* Is delinquit, qui quod facere debet, relinquit. Prælatis non ſolum mortale eſt perpetrare mortalia, ſed & ppetrantes non arguere, iuxta illud Apoſtoli
2.Tim.4.2. Inſta opportunè importunè, argue, increpa, obſecra in multa patientia. Qui alios te-
Ierem.48.10. netur arguere, & nõ arguit, pœnæ grauiori ſe ſubiicit. vnde illud. Maledictus homo,
6 facientis. qui prohibuerit gladium ſuũ à ſanguine. Nõ caret ſcrupulo ſocietatis peruerſæ, qui
diſt 86. manifeſto facinori deſinit obuiare. *Nolite ingredi in Galgala, & in Bethauen ne aſcen-*
Ioſ.5.7. *deritis.* Galgala locus fuit in deſerto, vbi p[illegible] non in perlouis eiſdem, ſed in aliis mul[illegible] tempore circumciſio in deſerto dilata fuit, ſed vbi ad [illegible] a, non in prius circum-
Pſal.77.34. ciſis, ſed in de nouo [illegible] modo ſimile eſt illud. Cum occideret eos, quæ[illegible] non occiſi, ſed metu occiſorum [illegible]. Beth[illegible] vb[illegible] illam vidit viſionem, angelos aſcendentes
Gen.28.16. & de[illegible] nus eſt in loco iſto, & ego neſciebam, vnde & [illegible] domus DEI. Populus poſtmodum fatuo errore ſe-
d[illegible] loco idola adorauit, & dictus eſt locus Bethauen, id eſt, domus ido-
li. Per Galgala & Bethauen duo vitia ſignificantur, luxuria & auaritia: à quibus [illegible]

diſſici-

difficilius liberamur,quo grauius per hæc impugnamur. Galgala volutabrum inter-
pretatur,& ſignificat luxuriam,in qua,qui carnis ſpurcitias amat, volutatur, iuxta il-
lud. Sus lota in volutabro luti, &, canis reuerſus ad vomitum. Vnde alibi dicitur. *2.Pet 2. 22.*
Vir luxurioſus ad omnia inutilis. Bethauē ſonat domus idoli. & ſignificat auaritiam.
Auaritia enim ſeruitus idoli eſt. Ne ingrediamur fratres mei Galgala,nos inquinan- *Gal.5. 20.*
do per luxuriam,neq; aſcendamus in Bethauen idolis ſeruiendo per auaritiam. Pro-
pheta in præcipiendi modo notauit, qua cautela ſit opus in vitando vitio. Nolite in-
gredi Galgala,non ad egreſſum monet, ſed ingreſſum prohibet. Nunquā enim luxu- *Luxuria vt*
ria facilius vincitur,quàm fugiendo. nuſquam cautius vitatur, quā ab ea declinando. *vincatur.*
nunquam perfectius expugnatur,quàm ab eius congreſſu ſe cohibendo. Vnde Apo- *1.Cor.6 15.*
ſtolus. Fugite fornicationem. Et Dauid. Beatus, qui tenebit & allidet paruulos ſuos *Pſal.136.9.*
ad petram. Et iterum. *Et neglecta ſolent incendia ſumere vires.* Hinc Hieronymus. ho- *Hieron.ep. 4.*
ſtem,id eſt,luxuriam,dum parua eſt,interime. nequitia elidatur in primo ſemine. Et *ad Demetr.*
illud. *Principiis obſta,ſero medicina paratur,cū mala per longas conualuere moras.* Præ- *Ouid. l. 1. de*
cidentes ergò omnem occaſionem cadendi per luxuriam,Galgala non ingrediamur; *rem.amor.*
non tamen deteſtantes luxuriam, ſed fugientes omnem occaſionem trahentem ad
ipſam,videlicet loca,perſonas,loca ad libidinandum apta,perſonas ad decipiendum
idoneas. Hæc enim omnia retibus diaboli ſunt plena. In Galgala populus ſecundò
fuit circumciſus; & duplex circumciſio ad hoc exigitur, vt plenè luxuria vincatur.
Circumciſio cordis, & circumciſio corporis. Corde & corpore circumcidamur,
quādo & corpus cuſtoditur ab immundo opere, & cor cohibetur à turpi cogitatio-
ne. Vnde dicitur. Vre renes meos,& cor meū DEVS. Et iterum. Sint lumbi veſtri præ- *Pſal. 25. 2.*
cincti. Lumbi dixit,& non,lumbus. non enim ſufficit præcingere lumbum corporis, *Luc.12. 35.*
niſi & præcingamus lumbum cordis. Ezechiel vidit hominem præcinctum pode- *Ezech.23. 15.*
re vſque ad renes. Ioannes in Apocalypſi vidit hominem ſuccinctum vſq; ad mam- *Apoc.1.13.*
millas. Succingamur ergò non tantum vſque ad renes corpus cuſtodiendo, ſed vſ-
que ad mammillas cor ab immundis cogitationibus cohibendo. Neque aſcenda-
tis in Bethauen, vbi propheta, imò Dominus per prophetam auaritiam prohibuit,
bene aſcenſionis meminit; hoc ipſo oſtendens auaritiam non ſolum minores ſed &
maiores inuoluere. Omnes enim amant munera, & ſequuntur retributiones, & *Iſa.1. 23.*
nonnunquam carne edomita per abſtinentiam ſubrepit auaritia,quæ polluit,& cru-
entat totam conſcientiam. Pauci enim inueniuntur, quos odor munerum non in-
clinet, & incuruet: ſed beatus, qui excutit manū ſuam ab omni munere. Hæc po- *Iſa. 33. 15.*
ſtis multos ſecum trahit, difficile vincitur, mentemque inflammat ad rapiendum,
ad ſeruandum autem ſemper tenaciter laxat. Propheta ab vtroque dehortans ait.
Rapinas non concupiſces. Diuitiæ ſi affluant nolite cor apponere. Hæc duo vitia *Pſal.61.11.*
filiæ ſunt ſanguiſugæ, de qua Salomon loquitur. Sanguiſuga vermis eſt, à ſugen- *Prou.30. 15.*
do ſanguinem dictus. Huius vermis natura eſt, vt ſanguini ſugendo appoſitus, non *Auaritia*
prius ceſſet ſugere, quàm viuere. Vbi enim ſugere deſinit, mori incipit. Talis *mal.*
eſt diabolus, qui quamdiu poteſt, & quantum poteſt, nos non ceſſat fallere, & *Horat. de arte*
quantò nos nequius decipit, tanto grauiori pœnæ ſeipſum ſubiicit. Huius ſunt *poet.*
filiæ, luxuria & auaritia, quæ in hominem, quem ſugere incipiunt, magis & ma- Non miſſura
gis inardeſcunt. Quot millia hominum is pater per has filias ad infernum perdu- cutem, n. p.
xit? Puto, quod tertia pars hominum pereat occaſione harum filiarum. Luxuria, c. h.
quandoque ad modicum temperatur, ſed poſtmodum eò fortius reuertitur,quan-
tò debilius ei reſiſtitur. Auaritiæ nihil ſatis eſt. Auari animus dum igneſcit ad id
quod non habet, modicum putat quicquid habet. *Creſcit amor nummi, quantum*

Rom.6.19. *ipſa pecunia creſcit.* Præcepto Apoſtoli acquieſcentes. ſicut exhibuimus membra noſtra immunditiæ ad iniquitatem, ſic exhibeamus ea iuſtitiæ ad ſanctificationem. Luxuriam fugientes, auaritiam deteſtantes, nec ingredientes in Galgala, nec aſcendentes in Bethauen. Nos fratres, qui viri dicimur, qui robuſti ſumus, qui maſculinos animos habere debemus, quid dicemus coram iudice noſtro, nunc manſueto, terribili in futuro? Virgunculæ ætate infirmæ, ſexu fragiles, ſcilicet, Agnes, Cecilia, nos iudicabunt. Harum altera tertiodecimo anno ad martyrij gloriam peruenit. Iſtæ virginitatem cuſtodientes glorioſè pro CHRISTO ſunt paſſæ. Nos miſeri corpore robuſti, ſed animo infirmi ad ætatem maturam iam peruenimus, & quid vnquam pro Domino ſuſtinuimus? Nullas mundi delicias intactas reliquimus. omne pratum laſciuiæ noſtræ percurrunt deſideria. Vereor, ne illud terribile noſtris auribus
Sap.6.7 licet inuitis, inſonet. Potentes potenter tormenta patientur, & quia per nos vitiis reſiſtere non valemus, rogemus omnes, rogemus ſinguli pium confratrem noſtrum IESVM CHRISTVM, quatenus ipſe nos adiuuare dignetur, qui in præſenti carnis ſuæ edulio nos reficit, & in futuro Trinitatis viſione ſatiabit benignus magiſter noſter IESVS CHRISTVS, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſeculum per ignem.

SERMO XLVI.

IN SYNODO.

Apoc.8.3. STETIT *angelus iuxta aram templi, habens thuribulum aureum in manu ſua, & data ſunt ei incenſa multa.* Vnus eſt ſermo, quem audiſtis, & duo ſunt Sacramenta quæ reuelauit Dominus ſeruo ſuo Ioanni in Apocalypſi ſua. alterum de CHRISTO, alterum de CHRISTI miniſtro, id eſt, ſacerdote. De CHRISTO ſic. Angelus eſt nomē officij, nam
Heb.1. & nuncij ſunt. Omnes autem beatorum ordines ſpirituū mittuntur in miniſterium
Pſal.103.4. ſalutis humanæ. Omnes ergò angeli ſunt, iuxta illud. Qui facit angelos ſuos ſpiritus.
Dan.10.13.20 determinatur autem ſæpè in ſacra Scriptura ex poteſtate ſibi tradita. Alij enim præ-
Apoc.2.1. ſunt regionibus. de quibus in Daniele, Princeps Græcorum, Princeps Perſarum. Alij præſunt Eccleſiis, de quibus in Apocalypſi. Dic angelo Epheſi, angelo Laodiciæ. A-
Act.12.15. lij prǽſunt perſonis. Vnde in Actibus Apoſtolorum. Angelus Petri ſtat ad oſtium. In prætaxato autem capitulo nulla additur determinatio, vt intelligatur non angelus Domini, ſed angelus Dominus, qui eſt CHRISTVS IESVS magni conſilij angelus, qui reſurgens ſtetit iuxta aram. Ara dicitur, quaſi arida. quæ enim cremantur, areſcunt in
Pſal.21.16. cineres. In ara crucis areſacta eſt caro CHRISTI, ſicut teſta in fornace. vnde. Aruit tanquam teſta virtus mea, quia moriens iacuit ſuper ara. reſurgens ſtetit iuxta aram, id eſt, de fluxu mortalitatis erectus eſt in ſtatum ſempiternæ immortalitatis. Iam enim non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Statim *data ſunt ei incenſa multa.*
Pſal.140.2. Incenſum quandoq; eſt typus orationis. vnde. Intret oratio mea ſicut incenſum in
Cant.3.6. conſpectu tuo Domine. Quandoq, exaltationis. vt ibi. Quæ eſt iſta, quæ aſcēdit ſicut virgulta fumi ex aromatibus per deſertum. CHRISTVS autem reſurgens multū exal-
Phil.2.9. tatus eſt maieſtate, poteſtate, cognitione. De maieſtate legitur. Propter quod exalta-
Math.28.18. uit illū DEVS, & dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomē. De poteſtate ipſe teſtatus eſt. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra, & in mari. De cognitione etiam

iam ipſe prædixit. Vos eritis mihi teſtes in omni Iudæa & Samaria, & vſque ad vl- *Act. 1. 8.*
timum terræ. Habuit autem CHRISTVS reſurgens *thuribulum aureum in manu*
ſua. Per aurum ſapientia ſignificatur. Eſt ergò caro CHRISTI thuribulum au- *Col. 2. 3.*
reum, in quo omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ ſunt abſconditi. Hæc eſt vrna *Heb. 9. 4.*
aurea, manna plena, quæ dum pateretur, erat in manibus laniſtarum. iuxta illud. *Iob. 9. 24.*
Terra data eſt in manibus impij. Cum autem refloruit, repoſita eſt in manus media-
toris. Supereſt, vt quod prædiximus, ſacerdoti aſſignemus, & tunc determinatè
dici poteſt. *Stetit angelus Domini iuxta aram templi.* Nam & ſacerdos eſt angelus.
vnde in Malachia. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & ex ore eius requirunt *Mal. 2. 7.*
ſapientiam. angelus enim Domini exercituum eſt. Sanè in hoc capitulo tria con-
ſiderantur. Officium illud Sacerdotis, quod eſt. *Introire ad altare* DEI, & duplex *Officia Sa-*
cauſa intrandi. Prima eſt, vt *thuribulum aureum ferat in manu ſua*, id eſt, corpus *cerdotum.*
Domini verbo conſecratum manibus tractet, miniſterio diſpenſet. Secunda eſt,
vt multiplici orationum interceſſione, diuinam gratia populo mitiget indigna-
tionem. Quod vt eluceſcat, altius ordiendum eſt de triplici ſacerdotum officio,
& vnumquodque ſingulis exprimatur capitulis. Eſt enim paſtor, eſt & iudex, eſt
& interceſſor. paſtor in Eccleſia, iudex in cathedra, interceſſor in Miſſa. Paſtor, vt
ſanè erudiat, iudex, vt iuſtè definiat, interceſſor vt pie ſubueniat. Singula quoque
latius proſequamur. De primo ſic. Deambulauit angelus Domini circa atria tem-
pli, habens virgas in manu ſua, & data ſunt ei paſcua multa. De ſecundo ſic. Sedit
angelus Domini ſuper cathedram templi, habens calicem aureum in manu ſua, &
data ſunt ei pocula multa. De tertio ſic. Stetit angelus iuxta aram templi, habens
thuribulum aureum in manu ſua, & data ſunt ei incenſa multa. Sanè paſtoris eſt
deambulare, iuxta illud. Elegi vos, vt eatis, & fructum afferatis. Quatuor fue- *Ioan. 15. 16.*
runt atria templi. Primum ſacerdotum, ſecundum virorum, tertium mulie-
rum, quartum immundorum. Iuxta hunc modum quatuor ſunt genera ouium
ſub paſtore, oues infirmæ, oues confractæ, oues erroneæ, oues robuſtæ, ſecun-
dum illud Ezechielis. Quod infirmum eſt, non ſanaſtis, quod confractum eſt, *Ezech. 34. 4.*
non ſolidaſtis, quod erroneum non reuocaſtis, quod robuſtum non confirmaſtis.
Infirma ouis eſt, quæ ad tempus credit, & in tempore tentationis recedit, ſicut
Petrus, qui confeſſus eſt filium DEI, poſtea ad vocem ancillæ negauit. Hanc,
ne deficiat, foueat paſtor in hunc modum. Fili acceſſiſti ad ſeruitutem DEI, præ- *Eccl. 2. 1.*
para animam tuam ad tentationem. Fidelis eſt DEVS, qui non permittet te ten- *1. Cor. 10. 13.*
tari ſuper id quod potes. Caſtigat autem pater omnem filium, quem recipit, vt *Heb. 12.*
hæreditatem tribuat caſtigatio. Ouis confracta eſt, quæ computruit in ſtercore
ſuo, quæ exultat in rebus peſſimis, & gloriatur, cum male fecerit. Hanc, vt ſur-
gat, excitet paſtor in hunc modum. Surge qui dormis, exurge à mortuis, & il- *Eph. 5. 14.*
luminabit tibi CHRISTVS. Si verò ad manum tangentis non euigilauit, adhi-
beat punctiones comminationum, dicens. Ignis tuus non extinguetur, & ver- *Iſa. 66. 24.*
mis tuus non morietur. tranſibis de aquis niuium ad calorem, vbi erit fletus, &
ſtridor dentium. Ouis erronea eſt, quæ ſequitur gregem alienum. quæ ſi va-
dit poſt Arium, dicat ei, quod Veritas dixit. Ego & pater vnum ſumus. Si *Ioan. 10. 10.*
ſecundum Neſtorium duas aſſerit perſonas in CHRISTO, audiat à paſtore. *MS.* Euty-
Non duo tamen, ſed vnus eſt CHRISTVS. Ouis robuſta eſt, quæ cum Apoſtolo chon. *perpe-*
poſteriorum oblita, in anteriora ſe extendit. hæc confortanda eſt in hunc modum. *ram.*
Sta in vijs tuis, & conſidera, quæ ſit via æternalis. Expecta Dominum, viriliter age, *Pſal. 3. 13.*
& confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum. Sic ergò deambulans paſtor, quinq; *Phil. 26. 14.*

virgas habet in manu ſua. Prima eſt virga potentiæ, ſecunda diſciplinæ, tertia doctrinæ, quarta miſericordiæ, quinta cuſtodiæ. Per primam punit, per ſecundam corrigit, per tertiam erudit, per quartam præcipit, per quintam munit. Prima eſt terribilis, ſecunda eſt fauorabilis, tertia vtilis, quarta dulcis, quinta laudabilis. Primam habet in elatos, ſecundam in inquietos, tertiam in paruulos, quartam in deuotos, quintam in vniuerſos. Tali nimirum dantur paſcua multa: talis enim paſtor profert de theſauro ſuo noua & vetera. Horum ſummam tradidit homo DEVS Petro, cum ter

Ioan.21. dixiſſet. Paſce oues meas, tria paſcua deſignauit. ac ſi diceret. paſce doctrina, paſce vita, paſce morte tua. Supereſt, vt de iudicio diſſeramus. *Sedet angelus Domini ſuper cathedram templi*, dum diiudicat inter cauſam & cauſam, cum ſeparat mundum ab im-

Ier.51.7. mundo, ſed attendat, quem calicem habeat in manu. Eſt calix aureus Babylonis, de quo potionauit Ieremias reges terræ, in quo miſcetur vinum erroris, & vinum vertiginis. Hæc eſt ſapientia mundi, quæ eſt ſtultitia apud DEVM, & ſapientia DEI, quę eſt inimica DEO. Prima ſuadet inania, ſecunda ſuauia. per primam ſapere, deſipere

Pſal.74.9. eſt. per ſecundam, inſanire. Eſt & calix in manu Domini vini meri plenus mixto. Hunc ſacerdos habeat in manu ſua, vt non conſideret vultum potentis, vt non miſceatur pauperi in mala cauſa, non exoculatus muneribus, non inebriatus odio vel amore, obliuiſcatur iudiciorum DEI. Maximè cum ſedet Confeſſor, calicem habet in manu ſua, in quo dantur ei pocula multa, tria ſcilicet vini genera.

Confeſſoris officia. Primum eſt purgatiuum, ſecundum exhilaratiuum, tertium ſoporiferum. Primum eſt auſteritatis, ſecundum iucunditatis, tertium quietis. Prima enim eſt comminatio pœnæ æternæ. ſecunda certitudo veniæ cum pollicitatione vitæ. tertia eſt iniunctio ceſſationis à peccato. ac ſi diceret Vade, iam noli peccare. Supereſt aperire de interceſſione. Stat angelus iuxta aram templi, dum canitur antiphona ad introitum. Sic enim in Apocalypſi legitur, dum canerent ſeptem an-

Apoc.8.1. geli tubis, *Stetit angelus iuxta aram templi*, &c. Cæleſtinus quadraginta quinque antiphonas inſtituit ad introitum decantari, ſub tripudio, id eſt, ſub trina repetitione. Introitus enim ſacerdotis ad altare aduentum CHRISTI in carnem repræſentat, qui fuerat à prophetis prænuntiatus, tandem ab Apoſtolis eſt teſtificatus, in ipſo verò CHRISTO manifeſtatus. Cantatur ergò antiphona, primò, vt repræſentetur vaticinium prophetarum. Cantatur ſecundò, vt figuretur teſtimonium Apoſtolorum. Cantatur tertiò propter manifeſtationem Domini IESV. Vnde ſacerdos in typo CHRISTI, dum canitur, *Gloria patri*, conuertitur ad cantantes, ac ſi diceret CHRISTVS. Ecce adſum. Tamen in primitiua inſtitutione alia fuit cauſa conuerſionis. Tamdiu enim cantabatůr antiphona, donec ſacerdos conuerſus eleuata manu innuebat cantori, vt diceret. *Gloria patri*. Stans ergò ſacerdos quaſi in medio iuuencularum tympaniſtriarum, accedit ad oſculandum altare: ac ſi dicat

Ioan.14.27. CHRISTVS. Pacem meam do vobis, pacem [illegible] vobis. Deinceps *dantur ei incenſa multa*, id eſt, multiplicium orationum [illegible]. Nec [illegible] pro numero orationum, quas quidam vſq; ad tædium [illegible]. I[illegible] enim, ſicut vnum eſt

De numero collectarum Miſſæ. Euangelium, vna epiſtola, [illegible] graduale, [illegible] alleluia, ſic eſſe debet vna collecta, vna ſecreta, vna [illegible] Ne tamen quaſi traditiones Patrũ ſubterfugere videamur, [illegible] ſeptenariũ nõ excedat. Nã ſub hoc numero [illegible] orationis Dominicæ includuntur. Dicuntur ergò incẽſa multa: quia pro[illegible] orationes in Miſſa. Prima dicitur collecta. ſecunda, ſecreta, vltima [illegible] communionem. Septẽ ſunt in Canone, præter orationẽ Dominicã. In prima [illegible] ſacerdos, vel pro bonis, vt adſint, vel pro malis, vt abſint. Et dicitur collecta. quia

pet[illegible]-

petitiones omnium in vnum collectas, ſolus refert ad Dominum. Præſalutat tamen eos,pro quibus orat in hunc modum. *Dominus vobiſcum.* Quæ forma ſalutandi,licet ſumpta videatur ab angelo, qui dixit Gedeoni, Dominus tecum virorum fortiſſime, vel à Booz, qui dixit meſſoribus, Dominus vobiſcum. Melius tamen a Paralipomênon ſumitur: vbi regi Aſa,& populo, qui ſecum collectus erat ad prælium, dixit ſacerdos. Audi rex Aſa,& omnis populus Iuda & Beniamin.Dominus vobiſcum, qui collecti eſtis eius facere voluntatem. Reſponſio autem populi in ſecunda epiſtola ad Timotheum legitur: vbi ſcriptum eſt. Dominus IESVS cum ſpiritu tuo. In omni autem ſalutatione conuertitur ad populum, præter illam, quæ præfationem antecedit. Iam enim accedit ad conſecrationem Dominici corporis,iam quaſi poſuit manum ad aratrum, iam non licet ei reſpicere retro. Collecta vtitur ante hoſtiam, vbi orat pro hoſtiæ benedictione. Quæ quia à ſolo fit ſacerdote, Secreta dicitur,ſicut & ſequentia, quæ ab ipſo ſolo fiunt. Eſt tamen cauſa ſpecialis, quare ſecreta dicatur. Traditur enim, quod quidam Patrum,dum Secretam eleuata voce diceret, irriſus fuiſſe à paſtoribus iuxta modum ipſius cantantibus. Quibus cum maledixiſſet, fulminati ſunt. Proinde introductum eſt,ne audiatur à populo. In illis verò ſeptem, quæ ſunt in canone: prima eſt, pro Eccleſia ſancta Catholica, vt eam DEVS cuſtodire & regere dignetur in toto orbe terrarum vna cum Paſtore ſuo Papa noſtro. Quod verò quidam addunt de Rege, & antiſtite ſuo, noua eſt traditio. In ſecunda orat pro circumſtantibus, quorum fides DEO cognita eſt. Inde eſt, quod Catechumeni, quia nondum ſacramenta fidei receperunt in principio canonis ſub canone excluduntur. In tertia,pro ſeipſo orat,vt oblationem ſeruitutis ſuæ Dominus placatus accipiat. Tandem ad diuini corporis conſecrationem accedit. qua confecta, quarto ſuppliciter orat, pro acceptatione hoſtię,vt per manus angeli in conſpectum diuinæ maieſtatis perferatur. Quinto orat pro mortuis in CHRISTO quieſcentibus. Sexto,pro peccatoribus,vt eos Dominus veniæ largitor admittat. Tandem eleuata voce præfationem cum oratione Dominica proferens, ſeptimo dicit emboliſmum eius, quod ſonat, ſuperaccreſcens. *Libera nos*, ſcilicet. In emboliſmo ſeci etò orat pro pace danda. In vltima quæ, *Poſt communionem*, dicitur, ſpiritualiter orat pro his,qui ad communionem Domini acceſſerunt. Sanè hæc ſunt incenſa ſacerdotis multa. Cauendum eſt ſummoperè, ne ſuper ignem alienum hæc offerat. In epiſtola quidem canonica tripertitus ignis alienus deſcribitur, concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, ſuperbia vitæ,id eſt,luxuria,auaritia, ſuperbia. Prima inquinat,ſecunda cruciat, tertia inflat. Nadab & Abiu in die conſecrationis ſuæ ſuper ignem luxuriæ obtulerunt: in præcedenti enim nocte vxores ſuas cognouiſſe traduntur, & ideò ignis deuorauit eos. Chore, & cum eo ducenti, id eſt, ambientes ſacerdotium ſuper ignem auaritiæ obtulerunt, & deuorauit eos ignis. Ozias viurpans ſacerdotium cum regno lepra in fronte percuſſus eſt. In hunc modum ſacerdos, qui offert ſuper ignem alienum, non euadet ignem æternum, a quo liberet nos IESVS CHRISTVS, Dominus noſter, iudex noſter, cum venerit iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem.

Iud.6.12. *Ruth 2.4.* *2.Par.15.1.* *2.Tim.4.22.* SECRETA. *In Canone pro Rege orari non ſolet.* GVL. DVRAND. *lib.4. ration. cap.36.* *1.Ioan.2.16.* *Num 26.61.* *Num.16.31.* *2.Par.26.19.*

❧)o(❧

SERMO XLVII.

AD SACERDOTES ET PRAELATOS.

Pſal. 48. 13.

HOMO *cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.* DEVS vltionum Dominus ſæpenumerò per ſeruos ſuos prophetas memorat & beneficium, quod homini contulit, & peccatum, quod homo attulit, & pœnam quam iudex intulit, vt ita det metuentibus ſe ſignificationem, vt fugiant à facie arcus. Porrò magnus ille figulus, qui formauit auroram & ſolem plangit his verbis primogenitum hominem, plaſma ſuum nobile, quod ſibi formauerat in honorem, ſed vitio ſuo transfuſum eſt in contumeliam, quia cum per ſeipſum eſſe voluit, ſeipſum perdidit, & in omnem poſteritatem hæreditariam transfudit perditionem. Ne verò poſteritas conqueri queat, tanquam quæ non rapuit exſoluens, omnem cauſam perditionis humanæ refert figulus in figmentum, DEVS in hominem. qui cum factus eſſet ad imaginem DEI, ventilatorio ſpiritu repletus, genuit nos ad imaginem ſuam, quia lege naturæ, qualis pater, tales filij. Veruntamen poſſunt prædicta [illegible] ſignificanter dici ad miniſtros Eccleſiæ, ad gregis Dominici paſtores, ad excutiendam ab eis negligentiam, & cautelam inculcandam. quibus ſummopere, & præ omnibus cauendum eſt à lapſu. cum quanto gradus eorum altior, tanto grauior caſus, & fit eis perſuaſio tanquam à minori, ac ſi dicatur eis. Penſate vos Domini, qui eſtis regale ſacerdotium, gens ſancta, poſiti in ſuperlatiuo gradu hominum, ſi tantus eſt lapſus à gradu poſitiuo, quàm grauior eſt à ſuperlatiuo? ſi tantus ab infimo, quantus à ſupremo? Sanè, vt de aliis omittamus, quatuor ſunt gradus, quibus aſcendit ſacerdos DEI ſummi, vt ſtet ſuper ſpeculam ad cuſtodiendum vigilias noctis ſuper gregem ſuum. Primus eſt naturæ, ſecundus gratiæ, tertius excellentiæ, quartus potentiæ. In primo naſcimur, in ſecundo renaſcimur, in tertio promouemur, in quarto præficimur. Per primum ſumus homines, per ſecundum fideles, per tertium ſacerdotes, per quartum paſtores. videlicet, nati, renati, ſignati, Prælati. Eſt autem ſingulorum graduum cuique ſuum idioma. Primus eſt in honore, ſecundus in decore, tertius in dignitate, quartus in poteſtate. Sane de honore hominis in primo gradu neminem credimus ignorare. Factus eſt in anima ad imaginem & ſimilitudinem DEI ſui, in corpore erecto ipſius animæ ſimilitudinem gerens, os habens ſublime, vt contempletur cœlum, & cœli numina. propter quem factus eſt mundus ſenſilis cum omni ſupellectili ſua. Dominus animantium terræ, accola paradiſi, angelorum conciuis, domeſticus Domini Sabaoth. [illegible] homine futurus tanquam DEVS, qui cum in honore eſſet, non intellexit, [illegible] eſſet plaſmatori ſuo, ſed coeſſe volens corruit comparatus [illegible] inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis non ſolùm in neceſſitatibus ſuis, quibus partitur cum iumentis cibum terræ, ſed etiam in affectionibus [illegible] pectore & ventre ſerpit, doloſus vulpem [illegible] inſtabilis, luxurioſus [illegible], iracundus vrſum, ſuperbus equum, ſtolidus aſinum [illegible], & quod deteſtabilius eſt, in corpore erecto animæ ſimilitudinem tenet In anima verò curuata DEI ſimilitudinem beſtiali mutauit ſimilitudine. Porrò tres gradus reliquos, fidelis, [illegible], ſacerdotis, paſtoris, neſcierũt Philoſophi, neſciunt infideles. Proinde confitemur tibi Domine cœli & terræ, quoniam abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Nos itaque, quibus datum eſt noſſe myſteria regni, attendamus gradus aſcendentis. fidelis enim aſcendens [illegible] lauacro,

Prælatorum lapſus grauior, quam aliorum.

Sacerdotum gradus.

Geneſ. 1.

Hominis quanta dignitas.

Homo iumẽtis ſimilis.

Math. 11. 25.

nacro, decorem indutus eſt, de honore imaginis aſcendens ad decorem adoptionis. Hic eſt decor, quem propheta niui comparat, & præfert, dicens. Lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. *Pſal 50.* Hic eſt decor, pro quo ſponſus alludit ſponſæ, inquiens. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. *Cant. 4. 7.* Hic eſt decor, ad quem hortatur Pſalmiſtes noſter Rex in Iſraël filiam ſuam. Audi filia, obliuiſcere populum tuum, & do[m]um patris tui: & concupiſcet rex decorem tuum. *Pſal. 44.* Hæc eſt veſtis CHRISTI niuea, qualem non poteſt fullo facere ſuper terram. Hæc eſt veſtis candida, quæ ſuperinduitur baptizato. Veruntamen homo DEI, cum in hoc decore eſſet, non intellexit, imò Spiritui ſancto contumeliam faciens, veſtem fidelium mutans in ſimilitudinem pellis Æthiopum comparatus eſt iumentis laſciuientibus, & ſimilis factus eſt illis, quæ contra ſtimulum calcitrantes iugum ſibi impoſitum diſtrahunt, à via diuaricant, & ideò ceduntur, donec quieſcant, vel ſi inter flagella inſolentiores fuerint, abiiciuntur; & parcit virgæ pater pro odio filij? Summa verò miſeria eſt, vbi non adhibetur correctio, quia deſperatur emendatio. Vnde Dominus ad Hieruſalem. Vltra non iraſcar tibi. *Ezec. 16. 42.* Supereſt, imò noſtra intereſt, attendere tertij gradus dignit[ate]: quantus ſcilicet, ſit ſacerdotij gradus. Vbi primò notandum occurrit, [quan]ti productior eſt aſcenſus ad hunc gradum nunc, quàm in primitiua Eccleſia. In qua qui tantum fidelis erat, diaconus fiebat, vel ſacerdos. *In primitiua Eccleſia non erant varij gradus ordinum.* Introducti poſtea ſunt quidam minorum ordinum gradus, per quos, tanquam per cantica graduum aſcenditur ad ſacerdotium. Hic eſt thronus eburneus, cuius reclinatorium aureum eſt, ad quem aſcenditur ſex gradibus purpureis media caritate conſtratis propter filias Hieruſalem, vbi ſacerdos DEI ſummi aſcendit ad dignitatem familiaritatis. *Vide* NOTAS. In opere creationis non fuit, qui adiuuaret ſpiritum Domini, aut conſiliarius eius eſſet. In myſterio verò redemptionis noſtræ voluit habere coadiutores dicens. Hoc facite in meam commemorationem. *Luc. 22.* Eſt ergò ſacerdos coadiutor redemptoris, conſiliarius Domini Sabaoth, cuius conſilio offenſi redeunt in gratiam DEI ſui. *Sacerdos coadiutor Chriſti in Miſſa.* Hic eſt dapifer menſæ CHRISTI, offerens Patri cibum cum ſeruis. cuius verbum accedit ad elementum, & fit ſacramentum. Eius manu conficitur medicamentum medicatum ſapienter, quo reſtituuntur ſanitati vulnerati à ſerpente. In exterioribus quoque elucet dignitas ſacerdotis. Quantum eſt, quod ad eleuationem manus eius inclinãtur capita populi, vt inuocet ſuper eos nomen DEI ſui? Quantum eſt, quod Reges gentium & Principes populi flexis genibus offerunt ei munera, & deoſculantur manum, vt ex eius contactu ſanctificentur? *Reges ſacerdotum oſculãtur manus.* Veruntamen homo à ſecretis, cum in hac dignitate eſſet, non intellexit, ſed quærens, quæ ſua ſunt, ſedens in inſidiis aduerſus Dominum ſuum, comparatur iumentis inſanientibus, & inſanior factus eſt illis, quæ vel artus ſuos morſibus diſcerpunt, vel in queque obſtantia ruendo excerebrantur, vel facto impetu in præceps, ſubmerguntur. In eundem modum oratio illius fit ei in peccatum: fit ei menſa Domini in laqueum, & in retributiones, & in ſcandalum. Si docet, aut ſilet, væ ampullæ. docenti enim dicit DEVS. Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? *Pſal 49. 16.* Silens vero incurret væ canis ſomnolenti, muti, & non valentis latrare, & deſcendet in infernum viuens. *Iſa. 56. 10.* Poſtremò de quarto & vltimo gradu conſiderandum eſt: cum ſcilicet de dignitate ſacerdotis homo aſcendit ad poteſtatem iudicis, ad ſolicitudinem paſtoris, vt vocatus à Domino ſicut Aaron audiat ab eo. Paſce oues meas. *Ioan. 21.* & vt breuiter dicam, ordinatur in infimis CHRISTI Vicarius, Eccleſiæ Prælatus, habens in ſententia primatum, & curiæ cœleſtis aſcenſum, piſcator hominum, paſtor animarum, vltor in-

iuria-

SERMO XLIII.

IN SYNODO.

Ioan.12.26. QVI *mihi miniſtrat, me ſequatur.* Verbum hoc abbreuiatum fecit Dominus ſuper terram, loquens ad miniſtros ſuos de modo miniſtrandi. Sed quis Dominus, & ad quos miniſtros? De Domino abſolutum eſt, quia ſicut vnus Magiſter, & vnus Pater eſt nobis ſuper terram, ſic &
Epheſ.4.5. vnus Dominus. De quo. Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma.
Pſal.23.1. Ille ſolus, cuius eſt terra & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuerſi, qui habitant in eo. De miniſtris verò ambigi poteſt, quia idem Dominus miniſtros habet diuerſorum locorum, & in eodem loco. miniſtros diuerſorum temporum, & in eodem loco & tempore miniſtros diuerſorum ordinum. Quocirca videndum eſt, ad cuius
Pſal.14.1. loci, temporis, ordinis miniſtros loquatur. Audi de locis. Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Habet ergo tabernaculum, habet ſanctum, habet Eccleſiam militantem, habet triumphantem. Mini-
Pſal.103.4. ſtri autem montis ſunt omnes adminiſtratorij ſpiritus miſſi pro eo. Vnde. Qui facit
Dan.7.10. angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis. Et alibi. millia millium miniſtrabant ei, & decies centena millia aſſiſtebant ei. His miniſtris loci huius dicitur. Qui mihi miniſtrat, me fruatur. Reſtat ergò, quod miniſtris tabernaculi dictum eſt. *Qui mihi miniſtrat, me ſequatur.* Sed & in hoc tabernaculo ſunt miniſtri diuerſorum temporum. Diſtinguimus enim Eccleſiam militantem per tria tem-
Philip.2. pora. Habuit tempus ante verbi incarnationem. habuit, cum Dominus in ſimilitu-
Marc.13.34. dinem hominum factus eſt, & habitu inuentus, vt homo. habuit, cum homo peregrè profectus à nobis reliquit ſeruis ſuis bona ſua vnicuique ſecundum propriam facultatem. Sub primo tempore CHRISTVS diſponebat venire ad nos. ſub medio
Ioan.14.2. medius ſtetit inter nos. Sub tertio abiuit à nobis, ſed propter nos, vt ipſe ait. Vado parare vobis locum. Sub primo fuit expectatus, ſub medio manifeſtatus, ſub tertio abſconditus. Miniſtris primi temporis dixit. Qui mihi miniſtrat, me præſtoletur. Miniſtris ſecundi. qui mihi miniſtrat, mecum gradiatur. Miniſtris tertij, qui mihi miniſtrat, me ſequatur. Veruntamen & in tempore hodierno miniſtri ſunt diuerſorum Ordinum. Sunt ianitores, ſunt Nathinæi, ſunt Leuitæ, ſunt ſacerdotes. Miniſtri tamen propriè, qui & diſpenſatores, qui filiis, ſeruis mercenariis, cibaria diuidunt in tempore opportuno, qui panem frangunt paruulis, qui eſcam ſalutarem conficiunt, & confectam diſtribuunt. Ad hos ſermo Domini eſt. Ad vos ergò ô Patres. Sed forte reſpondebitis Domino. Domine quo vadis, quo & ſequamur te? Sed ſi diſſimulare non vultis, & viam ſcitis, & quo, & qua ambulauit ſcitis, & qui vult CHRISTO miniſtrare, debet, ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare. Sanè inexcuſabiles ſumus Domine IESV. Vidimus ingreſſus tuos DEVS, ingreſſus DEI noſtri, ambulationem ipſius & ſequelam veſtram. nec nos ad memoriam
Leuit.26.12. reuocare, nec nos pigeat audire. Audi de ambulatione ipſius. Ero DEVS eorum,
2.Cor.6.16. & inambulabo in eis. Audi de ſequela miniſtri. Moyſes feliciſſimus miniſter meus
Hebr.3.5. in omni domo mea. ergo in domo propria deambulauit CHRISTVS, & in eadem
Num.12.7. [illegible]. Sed attendendum, quod dicit, *omni.* Non eſt enim niſi
Pſal.26.4. domus vna, de qua. Vnam petij à Domino, hanc requiram, &c. Et alibi. Qui ha-
Pſal.67.7. bitare facit vnius moris in domo. Vna eſt enim columba, vna amica, vnica vnici. Dicit itaque: in omni domo, id eſt, in omni parte domus. Quare videndum eſt,

quæ

quæ ſint partes domus, & quomodo Dominus deambulauit in eis, & quomodo miniſter debet ſequi, & quibus viis. Imperatoriæ maieſtatis eſt tres partes habere in palatio. Cœnaculum, in quo ſuos reficit. auditorium, in quo lites dirimit. cubiculum in quo dormiens requieſcit. Ad hunc modum Imperator noſter, qui imperat ventis & mari in cœnaculo fuit, erudiendo nos: in auditorio diiudicando nos, in cubiculo moriendo propter nos. Erudiendo operibus & verbis, diiudicando pro ſingulorum meritis, moriendo pro nobis viuificandis. Cæterum attende, quomodo in ſingulis harum partium deambulauerit. In cœnaculo modo maiores, modo minores refocillauit panibus. Sicut enim in parabolis docuit turbas, ita
& aperiens os ſuum, eleuatis oculis in diſcipulos ſuos ait. Beati pauperes ſpiritu, *Matth. 5.3.*
&c. in auditorio modo arguens malos, modò commendans bonos. Sicut enim dixit. Væ vobis Phariſæi hypocritæ. & multa in hunc modum. Ita & ad diſcipulos. *Matth. 23.13.*
Vos eſtis lux mundi. vos eſtis ſal terræ. Gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt *Matth. 5.13.*
in cœlis. De cubiculo ipſe teſtatur. Ego dormiui & ſoporatus ſum, & exſurrexi, *Luc 10.20.*
quia Dominus ſuſcepit me. Deambulauit ergo in cubiculo de ſtrato doloris ad le- *Pſal 3.6.*
ctum quietis, de ligno crucis ad monumentum decurionis. Quia omnes dolores noſtros & languores ipſe portauit, ſtratum doloris verſauit ſibi in infirmitate ſua. Vidiſti miniſter Domini, præambulum tuum deambulantem, oportet te ſequi eum, quocunque ierit: alioquin non eris fideliſſimus in omni domo Domini,
vt Moyſes. Reor ideò dictum fideliſſimum, vt tres partes domus notet. Dicitur *Num. 12.7.*
enim fideliſſimus, reſpectu fidelis & fidelioris. Ob hoc etiam reor Dominum tria
adiectiua appoſuiſſe ſeruo, dicens, eum bonum, fidelem, prudentem. ibi. Euge *Matth. 25. 21.*
ſerue bone & fidelis. Et alibi. Fidelis ſeruus & prudens. Neceſſe eſt ergò mini- *Matt. 24.45.*
ſtro deambulanti per partes domus, vt ſit fidelis, fidelior, fideliſſimus, prudens *Miniſter fidelis quis.*
in cœnaculo, fidelis in auditorio, bonus in cubiculo. In cœnaculo, vt ſobrie erudiat, in auditorio, vt iuſtè definiat, in cubiculo, vt piè intercedat. Erudiat, quia ſeminiuerbius, definiat quia prælatus, intercedat quia aduocatus. Seminiuerbius in cathedra. Prælatus in curia, aduocatus in Miſſa. Reſtat, vt videas, quomodo in his deambules. ingredere cubiculum conſcius iuuentutis, vt congruè dicat.
Introibo ad altare DEI, ad DEVM, qui lætificat iuuentutem meam. Ingredere au- *Pſal. 42.4.*
ditorium, neſcius negotiationis, vt dicas. Quoniam non cognoui negotiatio- *Pſal. 70.15.*
nem, introibo in potentias Domini. Ingredere cœnaculum memor circuitionis,
vt dicas. Circuiui, & immolaui Domino hoſtiam vociferationis. Stans ad altare, *Pſal. 26.6.*
eſto vir, de quo dicitur. Fuit vir vnus in Ramathaim ſophim. Vnde Sapientia. O vi- *1 Reg. 1.1.*
ri ad vos clamito. Non habeas ſenectutem vetuſtatis, nec pueritiam fatuitatis. Pu- *Prou. 8.4.*
taſne, cum ſto coram DEO meo, qui in altari eſt corporaliter, licet inuiſibiliter, ſi *DEVS in altari eſt corporaliter.*
olfecerit in me rancorem vetuſtatis, dicet mihi. Inueterate dierum malorum, hodie venient mala ſuper caput tuum, quæ prius operabaris? Si ſenſerit in me pue-
ritiam fatuitatis, qui debeo pſallere ſapienter: nec tamen intelligam, quæ dico, vel *Dan. 13.52.*
ago, vel quare. nonne maledicet mihi cum pueris clamantibus, aſcende calue, a- *4. Reg. 2.23.*
ſcende calue? Amen dico vobis, ſatius mihi eſſet edere carbonem viuum, quam IESVM pro nobis mortuum. Sedens in auditorio, ignora negotiationem. excute manum tuam ab omni munere, ne parcas pauperi, ne munera exoculent te, & faciant ſenem abocellum, ne diligens munera & ſequens retributiones inebriatus obliuiſcaris iudiciorum DEI. Recumbens in cœnaculo, recordare circuitionis. circuitria, multos, multa, multum. Multos, ſcilicet, oues languidas, erroneas, robuſtas: illas curando, has reuocando, iſtas confortando. Audi magiſtrum Paulum,

 cir-

Roman.1.14. circumeuntem. Græcis & barbaris, ſapientibus & inſipientibus debitor ſum. Mul-
Matth.12.35. ta verò, quia bonus homo profert de theſauro ſuo noua & vetera. Audi eundem
1.*Cor.3.5.* Paulum. Sapientiam loquimur inter perfectos. Et alibi. Nihil iudicaui ſcire me
Ibid.v.2. in vobis, niſi IESVM CHRISTVM, & hunc crucifixum. Multum quoque opor-
tet currere, ne tribulatio, vel anguſtia, vel fames, vel nuditas ſeparet te à verbo DEI,
2.*Tim.4.5.* ſed iuxta Apoſtolum, prædica miniſterium. Fac opus Euangelij, inſta opportunè im-
portunè. Supereſt videre, quibus viis deambulandum eſt nobis, id eſt, quo nomine
prætaxatæ tres viæ cenſentur. Via cœnaculi dicitur via mandatorum, via auditorij,
Pſal.118.32. via veritatis. Via cubiculi, via teſtimoniorum. De prima dicit propheta. Viam man-
Ibid.30. datorum cucurri, cum dilataſti cor meum. De ſecunda. Viam veritatis elegi. De ter-
tia. in via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum, ſicut in omnibus diuitiis. Curren-
tem, id eſt, promptum, & dilatatum eſſe neceſſe eſt Doctorem mandatorum DEI.
1.*Pet.3.15.* Vnde Petrus. De fide & ſpe quæ in nobis eſt, parati ſumus reddere rationem omni
2.*Cor.6.11.* poſcenti. Et Apoſtolus. Cor meum dilatatum eſt ad vos ô Corinthij. Quod in audi-
torio tenenda ſit via veritatis, nō eſt qui ambigat. Hæc eſt regia via, qua incedendum
Ouid.2.me- eſt, non declinandum, ad dexteram, vel ad ſiniſtram. Prima ergo, *Lactea nomen habet,*
tam. id eſt, doctrinalis. Secunda nomen habet, id eſt, iudicialis, via cubiculi. ob hoc dici-
tur, teſtimoniorum, quia quæcunq; in Miſſa fiunt, aut dicuntur, teſtimonia ſunt eo-
Luc.22.19. rum, quę fecit, aut dixit Dominus circa mortem, & in morte. Vnde ipſe ait. Hęc quo-
1.*Cor.11.25.* tieſcunque feceritis in meam memoriam facietis. Et Paulus. Quoties hæc feceritis,
mortem Domini annunciabitis. Vt autem pauca de pluribus, quæ ſcilicet, viſibiliter
fiunt, eliciamus, operæpretium eſt, vt attendatis. Stat ſacerdos innouatus mente &
COLLECTA habitu ad altare, orationem dirigit ad Patrem, quę collecta dicitur, quia tanquam ad-
in Miſſa. uocatus omnium orationes colligit, & defert ad Dominum. Via teſtimoniorum eſt
hæc. Teſtatur enim & ad memoriam reuocat, quod CHRISTVS in cœna orationes
omnium contulit ad Patrem. Cum enim pro præſentibus quos dederat Pater de
Ioan.17.20. mundo oraſſet, addidit. Non pro eis tantum rogo, ſed pro his qui credituri ſunt per
verbum eorum. Orat verò, quæ poſtulat fieri, *per Dominum noſtrum,* id eſt, CHRI-
Ioan.14.13. STVM, memorans illud. Si quid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis. Nu-
merus etiam orationum via teſtimoniorum eſt. Tamen ſecundum primariam in-
In Miſſa quot ſtitutionem, & ordinem Romanum, vna præmittenda eſt oratio, ſicut vnum gra-
collectæ di- duale, vnum allelnia, vna epiſtola, vnum Euangelium, ſed per Patrum inſtitutio-
cantur. nem quandoque dicuntur tres, quandoque quinque & ſeptem. Præter hos alius nu-
merus eſt, non dico reprehenſibilis, ſed extraordinarius. Cum ergò dicit tres, me-
Matt.26.39. morat, quod Dominus ter orauit eundem ſermonem dicens. Pater, ſi poſſibile eſt,
tranſeat à me calix iſte. Cum dicit quinque, recolit quinquepartitam Domini paſ-
Ritus Miſſæ ſionem, quæ in quinque vulneribus conſummata eſt. Cum verò ſeptem, continen-
exponuntur. tiam Dominicæ orationis memorat in ſeptem petitionibus comprehenſam. qua-
rum numerum excedere fortè præſumptuoſum dici debet. Cum tranſit de de-
xtro cornu altaris ad ſiniſtrum, vt in eo quandoque legat Euangelium, & in fine re-
dit ad dextrum, conteſtatur tranſitum Euangelicæ prædicationis, de Iudæis ad gen-
tes, ſed in fine redituram ad Iudæos. Cum pertranſit canonem manibus expanſis,
formam crucis exprimit, in qua Dominus manus ſuas expandit ad populum non
credentem. Cum inclinatus dicit. *Supplices te rogamus,* &c. figurat, quod CHRI-
STVS inclinato capite tradidit ſpiritum. Cum iterum erigitur, & aliquantulum vo-
ce eleuata dicit. *Nobis quoque peccatoribus,* &c. tunditque pectus, commemorat
Luc.23.48. Centurionem, & alios quoſdam rediiſſe, tundentes pectora ſua & dicentes. Vere
filius

filius Dei erat iſte. Dicturus, *Oremus, præceptis ſalutaribus*, &c. detegit calicem, qui huc vſque tectus erat, magis pro reuerentia, quàm pro myſterio, & detectum eleuat. Item deponit eum, & tegit. Via teſtimoniorum eſt. Recolit enim, quod Ioſeph de cruce corpus Domini tulit, & poſuit in monumento inuolutum ſindone, & aduoluit lapidem ad oſtium monumenti, & quia per triduum Dominus clauſus eſt in monumento, ideò prius proſequitur tres poſitiones Canonis, antequam iterum amoueat velamen. Primò enim dicit præfationem Dominicæ orationis, quæ protenditur à, *Præceptis ſalutaribus*, vſque, *audemus dicere*. Secundo dicit orationem ipſam, quæ à B. Gregorio primo ibi introducta eſt. Tertiò dicit emboliſmum eiuſdem orationis, quæ eſt. *Libera nos, quæſumus*, &c. His expletis, quaſi triduo conſummato, detegit calicem, & fracta hoſtia in latere dextro, particulam quam frangit deponit in calicem, admiſcens eam ſanguini, commemorans animam & carnem, quæ in illo triduo ſeparata fuerant ab inuicem. In reſurrectione, quæ notatur in amotione velaminis, rediiſſe in priſtinam notatur vnionem. Demum offert pacem circumſtantibus, quia & poſt reſurrectionem CHRISTVS ſtans in medio diſcipulorum, ait. Pax vobis. Inſtruens etiam nos, quia ſi quis accedit ad Euchariſtiam ſine pace & vnitate Eccleſiæ, iudicium ſibi manducat & bibit. Inde eſt, quod in Miſſis pro defunctis pax non offertur, quia & mortui in CHRISTO tranſlati ſunt ab oſculo pacis ſignificatiuo ad veram pacem, id eſt, de figura pacis, ad veritatem pacis. Sanè dicitur in Miſſa in diebus feſtis finaliter, *Ite miſſa eſt*: in profeſtis, *Benedicamus Domino*, & idipſum via teſtimoniorum eſt, non operum CHRISTI, vt prædicta, ſed cuiuſdam traditionis Eccleſiæ. In diebus enim Eccleſiæ naſcentis, Dominicis & feſtis diebus tantum, fideles, qui ſecularibus ſolent occupari negotiis conueniebant ad audiendum Miſſarum ſollemnia, quibus ritè expletis, ne inſolenter recedere viderentur, licentia redeundi ad propria denuntiabatur, ne quando inexpleto redire præſumerent. In diebus verò profeſtis, qui ſolis diuinis mancipantur officiis, intererant Miſſæ. quibus nec fuit, nec eſt danda licentia abeundi retrò. Qui enim militat Deo, non implicat ſe ſecularibus negotiis. Sanè, ſi in modum prædictum miniſtrabitis CHRISTO, adimplebitis, quod dictum eſt à principio. *Qui mihi miniſtrat, me ſequatur.* nos autem miniſtramus ei. itaque ſequamur ipſum. Sequamur verò, vt tandem conſequamur. conſequamur autem, vt demum comprehendamus. Comprehendamus quidem, vt in æternum conregnemus cum IESV CHRISTO Domino noſtro, iudice noſtro, cum venerit iudicare viuos & mortuos, & ſeculum per ignem.

Matth. 27. 60.
Ioan. 20. 19.
Olim tantum Dominicis & feſtis plebei intererant Miſſæ.
2. Tim. 2. 4.

SERMO XLIV.

IN SYNODO.

PARVVLI *petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis.* Fleuit Ieremias in Threnis deſtructionem ciuitatis commemorans crudelitatem matrum, quæ matrem exuentes filios ſuos ad menſuram palmi coxerunt, & deuorarunt eos. De paſtoribus etiam Iſrahel, qui curam gregis non agebant, dicit Dominus. Væ paſtoribus Iſrahel. Et conuertens ad eos ſermonem, ait. Quod pingue erat, comediſtis, quod confractum, non conſolidaſtis, quod erroneum, non reuocaſtis, quod infirmum, non ſanaſtis: nec ſolum lanis operiebamini, ſed laniſtæ facti eſtis. Et vos ſimiliter, fratres, videte, ne vni

Thren. 4. 4.
Ezech. 34. 2.

SERMO XLV.

IN SYNODO AD SACERDOTES.

BEATVS *qui intelligit ſuper egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus.* Fratres mei & Domini magna eſt eminentia dignitatis veſtræ, ordinis veſtri, & officij, niſi ſponte diſſimulare vel negare velitis, quod verum eſt. Scitis, quanta ſit vobis indicta neceſſitas ſeruandi continentiam, piè & religioſe conuerſandi inter homines quibus diuina miſericordia vos præfecit in ſpiritualibus. Verbum breue & verum, veſtra in pace dixerim. Quanta dignitate, ordine, & officio alijs ſumus altiores, tanto in conſpectu DEI ſumus deſpectiores, ſi dignitati indigna conuerſatio contradicit, ſi ordini inordinata vita obloquitur, ſi officij noſtri munditiam vitæ incontinentia impugnat. Concorditer conueniunt, & conuenienter concordant, ſacer ordo & cõtinentia. Si in ſacro ordine ſine continentia inuenimur, quanto ordine erigimur, tanto incontinẽtia deprimimur. Opera pietatis ſemper ſunt a nobis exercenda, & maxime in hoc tẽpore, quo diuina miſericordia piis fletibus & pœnitẽtiæ indulſit, quatenus ad eum, à quo receſſeramus peccando, reuertamur pœnitendo, confitendo, carnẽ macerando. Caro læta traxit nos ad culpam, afflicta retrahat ad veniam. Alio tẽpore parum religionis habuit, qui hoc tẽpore religioſior nõ extiterit. Quod ſit pietatis opus, & quæ merces operis aperit propheta, vbi dicit. *Beatus qui intelligit,* &c. Verba hæc adeò ſunt plana, adeò euidẽtia, quod quicquid in expoſitione eorum dictum fuerit, potius rẽ inuoluit, quàm euoluat; tenebras inducit, & nõ lucẽ. Eſt tamẽ per miſericordiã DEI aliquid ſubtilius inueſtigandũ. Propheta *egenum & pauperẽ* vocat IESVM, q ex magna miſeratione noſtra carnẽ indutus apud nos tanquã pauper & egenus eſt conuerſatus, nec tantum proprij habẽs, ſecundum quod homo, vbi caput reclinaret, iuxta illud. Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet, vbi caput ſuũ reclinet. Reclinatum tamen illud in ara crucis, moriens vt verus homo, ne alij homines morerẽtur morte æterna. Super hunc egenum & pauperem intellige, qui IESVM CHRISTVM, licet captum, licet fuſtigatum, licet in cruce extenſum, licet lanceatum, licet ſputis illitum, DEVM credit & DEI filium. Qui pia fide hæc cernit, qui fide & virtute iſta complectitur, licet aliquando ex carnis fragilitate excedat, diuina tamen miſericordia ab eo finaliter non recedit, quia *liberabit eum Dominus in die mala.* Diem malam appellat, diem iudicij, non quia mala, ſed quia multis amara propter amaritudinem futurorum in ea. Quid enim magis amarum, quàm trudi in pœnas nunquam deſituras, pati miſeriam ſine fine, ſuſtinere tenebras abſque lucis viciſſitudine? In tantis pœnis viuere, eſt continue mori, & nunquam deficere, iuxta illud S. Gregorij. Cuius vita moritur in culpa, eius mors viuet in pœna. Quæ poterit maior eſſe erubeſcentia, quam in conſpectu ſanctorum angelorum, & omnium Sanctorum aperiri conſcientias ſingulorum? Vnde dicitur. Sedit antiquus dierum, & ecce libri aperti ſunt. Libri conſcientiarum tunc aperientur, qui modò iniqua obſtinatione ſigillati tenentur. Si modo alicuius noſtrum omnia ſecreta ad omnium noſtram notitiam prodirent, vix præ pudore ſubſiſteret, quia ſic detectum conſpiceret. Nullus noſtrum adeò correctè vixit, nullius noſtrum adeò correcta ſunt opera, quin miro perfunderetur rubore, ſi videret reſerari omnibus latebras conſcientiæ. Rectè ergò dies iudicij amara dicitur, in qua

Pſal. 40. 1.

Sacro ordini congruit continentia.

Paupertas Chriſti.

Math. 8. 20.

Dies iudicij cur mala dicatur.

Greg. l. 15. moral. c. 9.

Dan. 7. 10.

difficilius liberamur, quo grauius per hæc impugnamur. Galgala volutabrum interpretatur, & ſignificat luxuriam, in qua, qui carnis ſpurcitias amat, volutatur, iuxta illud. Sus lota in volutabro luti, &c, canis reuerſus ad vomitum. Vnde alibi dicitur. *2.Pet 2. 22.* Vir luxurioſus ad omnia inutilis. Bethauē ſonat domus idoli. & ſignificat auaritiam. Auaritia enim ſeruitus idoli eſt. Ne ingrediamur fratres mei Galgala, nos inquinando per luxuriam, neq; aſcendamus in Bethauen idolis ſeruiendo per auaritiam. Propheta in præcipiendi modo notauit, qua cautela ſit opus in vitando vitio. Nolite ingredi Galgala, non ad egreſſum monet, ſed ingreſſum prohibet. Nunquā enim luxuria facilius vincitur, quàm fugiendo. nuſquam cautius vitatur, quā ab ea declinando. nunquam perfectius expugnatur, quàm ab eius congreſſu ſe cohibendo. Vnde Apoſtolus. Fugite fornicationem. Et Dauid. Beatus, qui tenebit & allidet paruulos ſuos ad petram. Et iterum. *Et neglecta ſolent incendia ſumere vires.* Hinc Hieronymus. hoſtem, id eſt, luxuriam, dum parua eſt, interime. nequitia elidatur in primo ſemine. Et illud. *Principiis obſta, ſero medicina paratur, cū mala per longas conualuere moras.* Præcidentes ergò omnem occaſionem cadendi per luxuriam, Galgala non ingrediamur; non tamen deteſtantes luxuriam, ſed fugientes omnem occaſionem trahentem ad ipſam, videlicet loca, perſonas, loca ad libidinandum apta, perſonas ad decipiendum idoneas. Hæc enim omnia retibus diaboli ſunt plena. In Galgala populus ſecundò fuit circumciſus; & duplex circumciſio ad hoc exigitur, vt plenè luxuria vincatur. Circumciſio cordis, & circumciſio corporis. Corde & corpore circumcidamur, quādo & corpus cuſtoditur ab immundo opere, & cor cohibetur à turpi cogitatione. Vnde dicitur. Vre renes meos, & cor meū DEVS. Et iterum. Sint lumbi veſtri præcincti. Lumbi dixit, & non, lumbus. non enim ſufficit præcingere lumbum corporis, niſi & præcingamus lumbum cordis. Ezechiel vidit hominem præcinctum podere vſque ad renes. Ioannes in Apocalypſi vidit hominem ſuccinctum vſq; ad mammillas. Succingamur ergò non tantum vſque ad renes corpus cuſtodiendo, ſed vſque ad mammillas cor ab immundis cogitationibus cohibendo. Neque aſcendatis in Bethauen, vbi propheta, imò Dominus per prophetam auaritiam prohibuit, bene aſcenſionis meminit; hoc ipſo oſtendens auaritiam non ſolum minores ſed & maiores inuoluere. Omnes enim amant munera, & ſequuntur retributiones, & nonnunquam carne edomita per abſtinentiam ſubrepit auaritia, quæ polluit, & cruentat totam conſcientiam. Pauci enim inueniuntur, quos odor munerum non inclinet, & incuruet: ſed beatus, qui excutit manū ſuam ab omni munere. Hæc poſtis multos ſecum trahit, difficile vincitur, mentemque inflammat ad rapiendum, ad ſeruandum autem ſemper tenaciter laxat. Propheta ab vtroque dehortans ait. Rapinas non concupiſces. Diuitiæ ſi affluant nolite cor apponere. Hæc duo vitia filiæ ſunt ſanguiſugæ, de qua Salomon loquitur. Sanguiſuga vermis eſt, a ſugendo ſanguinem dictus. Huius vermis natura eſt, vt ſanguini ſugendo appoſitus, non prius ceſſet ſugere, quàm viuere. Vbi enim ſugere deſinit, mori incipit. Talis eſt diabolus, qui quamdiu poteſt, & quantum poteſt, nos non ceſſat fallere, & quantò nos nequius decipit, tanto grauiori pœnæ ſeipſum ſubiicit. Huius ſunt filiæ, luxuria & auaritia, quæ in hominem, quem ſugere incipiunt, magis & magis inardeſcunt. Quot millia hominum is pater per has filias ad infernum perduxit? Puto, quod tertia pars hominum pereat occaſione harum filiarum. Luxuria, quandoque ad modicum temperatur, ſed poſtmodum eò fortius reuertitur, quantò debilius ei reſiſtitur. Auaritiæ nihil ſatis eſt. Auari animus dum ignescit ad id quod non habet, modicum putat quicquid habet. *Creſcit amor nummi, quantum*

Gal.5. 20.
Luxuria vt vincatur.
1.Cor.6. 15.
Pſal.136.9.
Hieron.ep. 4. ad Demetr.
Ouid.l. 1. de rem.amor.
Pſal. 25. 2.
Luc.12. 35.
Ezech.23. 15.
Apoc.1.13.
Iſa.1. 23.
Iſa. 33. 15.
Pſal.61.11.
Prou.30. 15.
Auaritiæ mal.
Horat.de arte poet.
Non miſſura cutem, n. p. c. h.

Rom.6.19. *ipſa pecunia creſcit.* Præcepto Apoſtoli acquieſcentes. ſicut exhibuimus membra noſtra immunditiæ ad iniquitatem, ſic exhibeamus ea iuſtitiæ ad ſanctificationem. Luxuriam fugientes, auaritiam deteſtantes, nec ingredientes in Galgala, nec aſcendentes in Bethauen. Nos fratres, qui viri dicimur, qui robuſti ſumus, qui maſculinos animos habere debemus, quid dicemus coram iudice noſtro, nunc manſueto, terribili in futuro? Virgunculæ ætate infirmæ, ſexu fragiles, ſcilicet, Agnes, Cecilia, nos iudicabunt. Harum altera tertiodecimo anno ad martyrij gloriam peruenit. Iſtæ virginitatem cuſtodientes glorioſè pro CHRISTO ſunt paſſæ. Nos miſeri corpore robuſti, ſed animo infirmi ad ætatem maturam iam peruenimus, & quid vnquam pro Domino ſuſtinuimus? Nullas mundi delicias intactas reliquimus. omne pratum laſciuiæ noſtræ percurrunt deſideria. Vereor, ne illud terribile noſtris auribus

Sap.6.7 licet inuitis, inſonet. Potentes potenter tormenta patientur, & quia per nos vitiis reſiſtere non valemus, rogemus omnes, rogemus ſinguli pium confratrem noſtrum IESVM CHRISTVM, quatenus ipſe nos adiuuare dignetur, qui in præſenti carnis ſuæ edulio nos reficit, & in futuro Trinitatis viſione ſatiabit benignus magiſter noſter IESVS CHRISTVS, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſeculum per ignem.

SERMO XLVI.

IN SYNODO.

Apoc.8.3. STETIT *angelus iuxta aram templi, habens thuribulum aureum in manu ſua, & data ſunt ei incenſa multa.* Vnus eſt ſermo, quem audiſtis, & duo ſunt Sacramenta quæ reuelauit Dominus ſeruo ſuo Ioanni in Apocalypſi ſua. alterum de CHRISTO, alterum de CHRISTI miniſtro, id eſt, ſacerdote. De CHRISTO ſic. Angelus eſt nomē officij, nam

Heb.1. & nuncij ſunt. Omnes autem beatorum ordines ſpirituū mittuntur in miniſterium

Pſal.103.4. ſalutis humanæ. Omnes ergò angeli ſunt, iuxta illud. Qui facit angelos ſuos ſpiritus.

Dan.10.13.20 determinatur autem ſæpè in ſacra Scriptura ex poteſtate ſibi tradita. Alij enim præ-

Apoc.2.1. ſunt regionibus. de quibus in Daniele, Princeps Græcorum, Princeps Perſarum. Alij præſunt Eccleſiis, de quibus in Apocalypſi. Dic angelo Epheſi, angelo Laodiciæ, A-

Act.12.15. lij prçſunt perſonis. Vnde in Actibus Apoſtolorum. Angelus Petri ſtat ad oſtium. In prætaxato autem capitulo nulla additur determinatio, vt intelligatur non angelus Domini, ſed angelus Dominus, qui eſt CHRISTVS IESVS magni conſilij angelus, qui reſurgens ſtetit iuxta aram. Ara dicitur, quaſi arida. quæ enim cremantur [illegible] in

Pſal.21.16. cineres. In ara crucis arefacta eſt caro CHRISTI, ſicut teſta in forn[illegible] [illegible]e. Aruit tanquam teſta virtus mea, quia moriens iac[illegible] arā, [illegible]ens ſte[illegible] iuxta aram, id eſt, de fluxu mortalitatis erectus eſt in [illegible] ſemp[illegible]rnæ immortalitatis. Iam enim non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Statim *data ſunt ei incenſa multa.*

Pſal.140.2. Incenſum q[illegible]q; eſt t[illegible] p[illegible] or[illegible]. [illegible]nde. [illegible]rect oratio mea ſicut incenſum in

Cant.3.6. conſpectu tuo D[illegible]ne. Q[illegible] exaltationis. vt ibi. Quæ eſt iſta, quæ aſcēdit ſicut virgulta [illegible] ex [illegible] aub[illegible] per deſertum. CHRISTVS autem reſurgens multū exal-

Phil.2.9. tatus eſt m[illegible] poteſtate, cognitione. De maieſtate legitur. Propter quod ex[illegible]a-

Math.28.18. uit illum D[illegible] & dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomē. De poteſtate ipſe teſtatus eſt. Data eſt [illegible]i omnis poteſtas in cœlo, & in terra, & in mari. De cognitione etiam

iam ipſe prædixit. Vos eritis mihi teſtes in omni Iudæa & Samaria, & vſque ad vltimum terræ. Habuit autem CHRISTVS reſurgens *thuribulum aureum in manu ſua*. Per aurum ſapientia ſignificatur. Eſt ergò caro CHRISTI thuribulum aureum, in quo omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ ſunt abſconditi. Hæc eſt vrna aurea, manna plena, quæ dum pateretur, erat in manibus laniſtarum. iuxta illud. Terra data eſt in manibus impij. Cum autem refloruit, repoſita eſt in manus mediatoris. Supereſt, vt quod prædiximus, ſacerdoti aſſignemus, & tunc determinatè dici poteſt. *Stetit angelus Domini iuxta aram templi.* Nam & ſacerdos eſt angelus. vnde in Malachia. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & ex ore eius requirunt ſapientiam. angelus enim Domini exercituum eſt. Sanè in hoc capitulo tria conſiderantur. Officium illud Sacerdotis, quod eſt. *Introire ad altare* DEI, & duplex cauſa intrandi. Prima eſt, vt *thuribulum aureum ferat in manu ſua*, id eſt, corpus Domini verbo conſecratum manibus tractet, miniſterio diſpenſet. Secunda eſt, vt multiplici orationum interceſſione, diuinam gratia populo mitiget indignationem. Quod vt eluceſcat, altius ordiendum eſt de triplici ſacerdotum officio, & vnumquodque ſingulis exprimatur capitulis. Eſt enim paſtor, eſt & iudex, eſt & interceſſor. paſtor in Eccleſia, iudex in cathedra, interceſſor in Miſſa. Paſtor, vt ſanè erudiat, iudex, vt iuſtè definiat, interceſſor vt piè ſubueniat. Singula quoque latius proſequamur. De primo ſic. Deambulauit angelus Domini circa atria templi, habens virgas in manu ſua, & data ſunt ei paſcua multa. De ſecundo ſic. Sedit angelus Domini ſuper cathedram templi, habens calicem aureum in manu ſua, & data ſunt ei pocula multa. De tertio ſic. Stetit angelus iuxta aram templi, habens thuribulum aureum in manu ſua, & data ſunt ei incenſa multa. Sanè paſtoris eſt deambulare, iuxta illud. Elegi vos, vt eatis, & fructum afferatis. Quatuor fuerunt atria templi. Primum ſacerdotum, ſecundum virorum, tertium mulierum, quartum immundorum. Iuxta hunc modum quatuor ſunt genera ouium ſub paſtore, oues infirmæ, oues confractæ, oues erroneæ, oues robuſtæ, ſecundum illud Ezechielis. Quod infirmum eſt, non ſanaſtis, quod confractum eſt, non ſolidaſtis, quod erroneum non reuocaſtis, quod robuſtum non confirmaſtis. Infirma ouis eſt, quæ ad tempus credit, & in tempore tentationis recedit, ſicut Petrus, qui confeſſus eſt filium DEI, poſteà ad vocem ancillæ negauit. Hanc, ne deficiat, foueat paſtor in hunc modum. Fili acceſſiſti ad ſeruitutem DEI, præpara animam tuam ad tentationem. Fidelis eſt DEVS, qui non permittet te tentari ſuper id quod potes. Caſtigat autem pater omnem filium, quem recipit, vt hæreditatem tribuat caſtigatio. Ouis confracta eſt, quæ computruit in ſtercore ſuo, quæ exultat in rebus peſſimis, & gloriatur, cum male fecerit. Hanc, vt ſurgat, excitet paſtor in hunc modum. Surge qui dormis, exurge à mortuis, & illuminabit tibi CHRISTVS. Si verò ad manum tangentis non euigilauit, adhibeat punctiones comminationum, dicens. Ignis tuus non extinguetur, & vermis tuus non morietur. tranſibis de aquis niuium ad calorem, vbi erit fletus, & ſtridor dentium. Ouis erronea eſt, quæ ſequitur gregem alienum. quæ ſi vadit poſt Arium, dicat ei, quod Veritas dixit. Ego & pater vnum ſumus. Si ſecundum Neſtorium duas aſſerit perſonas in CHRISTO, audiat à paſtore. Non duo tamen, ſed vnus eſt CHRISTVS. Ouis robuſta eſt, quæ cum Apoſtolo poſteriorum oblita, in anteriora ſe extendit. hæc confortanda eſt in hunc modum. Sta in vijs tuis, & conſidera, quæ ſit via æternalis. Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum. Sic ergò deambulans paſtor, quinq; virgas

Act. 1. 8.
Col. 2. 3.
Heb. 9. 4.
Iob. 9. 24.
Mal. 2. 7.
Officia Sacerdotum.
Ioan. 15. 16.
Ezech. 34. 4.
Eccl. 2. 1.
1. Cor. 10. 13.
Heb. 12.
Eph. 5. 14.
Iſa. 66. 24.
Ioan. 10. 10.
MS. Eutychon. *perperam.*
Pſal. 3. 13.
Phil. 26. 14.

virgas habet in manu ſua. Prima eſt virga potentiæ, ſecunda diſciplinæ, tertia do-
ctrinæ, quarta miſericordiæ, quinta cuſtodiæ. Per primam punit, per ſecundam cor-
rigit, per tertiam erudit, per quartam præcipit, per quintam munit. Prima eſt terri-
bilis, ſecunda eſt fauorabilis, tertia vtilis, quarta dulcis, quinta laudabilis. Primam ha-
bet in elatos, ſecundam in inquietos, tertiam in paruulos, quartam in deuotos, quin-
tam in vniuerſos. Tali nimirum dantur paſcua multa: talis enim paſtor profert de
theſauro ſuo noua & vetera. Horum ſummam tradidit homo DEVS Petro, cum ter
Ioan.21. dixiſſet. Paſce oues meas, tria paſcua deſignauit, ac ſi diceret. paſce doctrina, paſce vi-
ta, paſce morte tua. Supereſt, vt de iudicio diſſeramus. *Sedet angelus Domini ſuper ca-
thedram templi*, dum diiudicat inter cauſam & cauſam, cum ſeparat mundum ab im-
Ier.51.7. mundo, ſed attendat, quem calicem habeat in manu. Eſt calix aureus Babylonis, de
quo potionauit Ieremias reges terræ, in quo miſcetur vinum erroris, & vinum ver-
tiginis. Hæc eſt ſapientia mundi, quæ eſt ſtultitia apud DEVM, & ſapientia DEI, quę
eſt inimica DEO. Prima ſuadet inania, ſecunda ſuauia. per primam ſapere, deſipere
Pſal.74.9. eſt. per ſecundam, inſanire. Eſt & calix in manu Domini vini meri plenus mixto.
Hunc ſacerdos habeat in manu ſua, vt non conſideret vultum potentis, vt non mi-
ſceatur pauperi in mala cauſa, non exoculatus muneribus, non inebriatus odio
vel amore, obliuiſcatur iudiciorum DEI. Maximè cum ſedet Confeſſor, cali-
cem habet in manu ſua, in quo dantur ei pocula multa, tria ſcilicet vini genera.
Confeſſoris Primum eſt purgatiuum, ſecundum exhilaratiuum, tertium ſoporiferum. Pri-
officia. mum eſt auſteritatis, ſecundum iucunditatis, tertium quietis. Prima enim eſt com-
minatio pœnæ æternæ. ſecunda certitudo veniæ cum pollicitatione vitæ. tertia
eſt iniunctio ceſſationis à peccato. ac ſi diceret. Vade, iam noli peccare. Super-
eſt aperire de interceſſione. Stat angelus iuxta aram templi, dum canitur anti-
phona ad introitum. Sic enim in Apocalypſi legitur, dum canerent ſeptem an-
Apoc.8.1. geli tubis, *Stetit angelus iuxta aram templi*, &c. Cœleſtinus quadraginta quinque
antiphonas inſtituit ad introitum decantari, ſub tripudio, id eſt, ſub trina repe-
titione. Introitus enim ſacerdotis ad altare aduentum CHRISTI in carnem re-
præſentat, qui fuerat à prophetis prænuntiatus, tandem ab Apoſtolis eſt teſtificatus, in ipſo verò CHRISTO manifeſtatus. Cantatur ergò antiphona, primò, vt
repræſentetur vaticinium prophetarum. Cantatur ſecundò, vt figuretur teſtimo-
nium Apoſtolorum. Cantatur tertiò propter manifeſtationem Domini IESV.
Vnde ſacerdos in typo CHRISTI, dum canitur, *Gloria patri*, conuertitur ad cantan-
tes, ac ſi diceret CHRISTVS. Ecce adſum. Tamen in primitiua inſtitutione alia fuit
cauſa conuerſionis. Tamdiu enim cantabatur antiphona, donec ſacerdos conuerſus
eleuata manu innuebat cantori, vt diceret. *Gloria patri*. Stans ergò ſacerdos quaſi in
medio iuuencularum tympaniſtriarum, accedit ad oſculandum [illegible] ac [illegible] dicat
Ioan.14.27. CHRISTVS. Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. Deinde [illegible] *dantur ei incen-
ſa multa*, id eſt, multiplicium orationum [illegible]. Nec h[illegible] reor pro numero
orationum, quas quidam [illegible] ad [illegible]. Proprie enim, ſicut vnum eſt
De numero Euangelium, vna [illegible], vnum graduale, vnum alleluia, ſic eſſe debet vna collecta,
collectarum vna ſecreta, [illegible] poſt communionẽ. Ne tamen quaſi traditiones Patrũ ſubterfugere
Miſſæ. videamur, [illegible] multiplicatio, ſi ſeptenariũ nõ excedat. Nã ſub hoc numero
petitiones [illegible] Dominicæ includuntur. Dicuntur ergò incẽſa multa: quia pro-
pter [illegible], orationes in Miſſa. Prima dicitur collecta. ſecunda, ſecreta, vl-
tima, [illegible] communionem. Septẽ ſunt in Canone, præter orationẽ Dominicã. In prima
[illegible] ſacerdos, vel pro bonis, vt adſint, vel pro malis, vt abſint. Et dicitur collecta. quia

pet[illegible]o-

petitiones omnium in vnum collectas, ſolus refert ad Dominum. Præſalutat tamen
eos, pro quibus orat in hunc modum. *Dominus vobiſcum*. Quæ forma ſalutandi, li-
cet ſumpta videatur ab angelo, qui dixit Gedeoni, Dominus tecum virorum fortiſ- *Iud. 6. 12.*
ſime, vel à Booz, qui dixit meſſoribus, Dominus vobiſcum. Melius tamen a Parali- *Ruth 2. 4.*
pomênon ſumitur: vbi regi Aſa, & populo, qui ſecum collectus erat ad prælium, di-
xit ſacerdos. Audi rex Aſa, & omnis populus Iuda & Beniamin. Dominus vobiſcum, *2. Par. 15. 1.*
qui collecti eſtis eius facere voluntatem. Reſponſio autem populi in ſecunda epi-
ſtola ad Timotheum legitur: vbi ſcriptum eſt. Dominus IESVS cum ſpiritu tuo. In *2. Tim. 4. 22.*
omni autem ſalutatione conuertitur ad populum, præter illam, quæ præfationem
antecedit. Iam enim accedit ad conſecrationem Dominici corporis, iam quaſi poſuit
manum ad aratrum, iam non licet ei reſpicere retro. Collecta vtitur ante hoſtiam,
vbi orat pro hoſtiæ benedictione. Quæ quia à ſolo fit ſacerdote, Secreta dicitur, ſic- SECRETA.
ut & ſequentia, quæ ab ipſo ſolo fiunt. Eſt tamen cauſa ſpecialis, quare ſecreta dica-
tur. Traditur enim, quod quidam Patrum, dum Secretam eleuata voce diceret, irri-
ſus fuiſſe à paſtoribus iuxta modum ipſius cantantibus. Quibus cum maledixiſſet,
fulminati ſunt. Proinde introductum eſt, ne audiatur à populo. In illis verò ſeptem,
quæ ſunt in canone: prima eſt, pro Eccleſia ſancta Catholica, vt eam DEVS cuſto-
dire & regere dignetur in toto orbe terrarum vna cum Paſtore ſuo Papa noſtro.
Quod verò quidam addunt de Rege, & antiſtite ſuo, noua eſt traditio. In ſecunda *In Canone pro*
orat pro circumſtantibus, quorum fides DEO cognita eſt. Inde eſt, quod Catechu- *Rege orari*
meni, quia nondum ſacramenta fidei receperunt in principio canonis ſub canone *non ſolet.*
excluduntur. In tertia, pro ſeipſo orat, vt oblationem ſeruitutis ſuæ Dominus placa- GVL. *Durād.*
tus accipiat. Tandem ad diuini corporis conſecrationem accedit. qua confecta, *lib. 4. ration.*
quarto ſuppliciter orat, pro acceptatione hoſtiç, vt per manus angeli in conſpectum *cap. 36.*
diuinæ maieſtatis perferatur. Quinto orat pro mortuis in CHRISTO quieſcenti-
bus. Sexto, pro peccatoribus, vt eos Dominus veniæ largitor admittat. Tandem ele-
uata voce præfationem cum oratione Dominica proferens, ſeptimo dicit emboli-
ſmum eius, quod ſonat, ſuperaccreſcens. *Libera nos*, ſcilicet. In emboliſmo ſecretò
orat pro pace danda. In vltima quæ, *Poſt communionem*, dicitur, ſpiritualiter orat
pro his, qui ad communionem Domini acceſſerunt. Sanè hæc ſunt incenſa ſacerdo-
tis multa. Cauendum eſt ſummoperè, ne ſuper ignem alienum hæc offerat. In epi- *1. Ioan. 2. 16.*
ſtola quidem canonica tripertitus ignis alienus deſcribitur, concupiſcentia carnis,
concupiſcentia oculorum, ſuperbia vitæ, id eſt, luxuria, auaritia, ſuperbia. Prima in-
quinat, ſecunda cruciat, tertia inflat. Nadab & Abiu in die conſecrationis ſuæ ſuper
ignem luxuriæ obtulerunt: in præcedenti enim nocte vxores ſuas cognouiſſe tra- *Num 26. 61.*
duntur, & ideò ignis deuorauit eos. Chore, & cum eo ducenti, id eſt, ambientes *Num. 16. 31.*
ſacerdotium ſuper ignem auaritiæ obtulerunt, & deuorauit eos ignis. Ozias vſur- *2. Par. 26. 19.*
pans ſacerdotium cum regno lepra in fronte percuſſus eſt. In hunc modum ſacer-
dos, qui offert ſuper ignem alienum, non euadet ignem æternum: a quo
liberet nos IESVS CHRISTVS, Dominus noſter, iudex no-
ſter, cum venerit iudicare viuos & mor-
tuos, & ſæculum per
ignem.

SERMO XLVII.

AD SACERDOTES ET PRAELATOS.

Pſal. 48. 13.

HOMO *cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.* DEVS vltionum Dominus ſæpenumerò per ſeruos ſuos prophetas memorat & beneficium, quod homini contulit, & peccatum, quod homo attulit, & pœnam quam iudex intulit, vt ita det metuentibus ſe ſignificationem, vt fugiant à facie arcus. Porrò magnus ille figulus, qui formauit auroram & ſolem plangit his verbis primogenitum hominem, plaſma ſuum nobile, quod ſibi formauerat in honorem, ſed vitio ſuo transfuſum eſt in contumeliam, quia cum per ſeipſum eſſe voluit, ſeipſum perdidit, & in omnem poſteritatem hæreditariam transfudit perditionem. Ne verò poſteritas conqueri queat, tanquam quæ non rapuit exſoluens, omnem cauſam perditionis humanæ refert figulus in figmentum, DEVS in hominem: qui cum factus eſſet ad imaginem DEI, ventilatorio ſpiritu repletus, genuit nos ad imaginem ſui, quia lege naturæ, qualis pater, tales filij. Veruntamen poſſunt prædicta verba ſignificanter dici ad miniſtros Eccleſiæ, ad gregis Dominici paſtores, ad excutiendam ab eis negligentiam, & cautelam inculcandam. quibus ſummopere, & præ omnibus cauendum eſt à lapſu. cum quanto gradus eorum altior, tanto grauior caſus, & fit eis perſuaſio tanquam à minori, ac ſi dicatur eis. Penſate vos Domini, qui eſtis regale ſacerdotium, gens ſancta, poſiti in ſuperlatiuo gradu hominum, ſi tantus eſt lapſus à gradu poſitiuo, quàm grauior eſt à ſuperlatiuo? ſi tantus ab infimo, quantus à ſupremo? Sanè, vt de aliis omittamus, quatuor ſunt gradus, quibus aſcendit ſacerdos DEI ſummi, vt ſtet ſuper ſpeculam ad cuſtodiendum vigilias noctis ſuper gregem ſuum. Primus eſt naturæ, ſecundus gratiæ, tertius excellentiæ, quartus potentiæ. In primo naſcimur, in ſecundo renaſcimur, in tertio promouemur, in quarto præficimur. Per primum ſumus homines, per ſecundum fideles, per tertium ſacerdotes, per quartum paſtores. videlicet, nati, renati, ſignati, Prælati. Eſt autem ſingulorum graduum cuique ſuum idioma. Primus eſt in honore, ſecundus in decore, tertius in dignitate, quartus in poteſtate. Sane de honore hominis in primo gradu neminem credimus ignorare. Factus eſt in anima ad imaginem & ſimilitudinem DEI ſui, in corpore erecto ipſius animæ ſimilitudinem gerens, os habens ſublime, vt contempletur cœlum, & cœli numina. propter quem factus eſt mundus ſenſilis cum omni ſupellectili ſua. Dominus animantium terræ, accola paradiſi, angelorum conciuis, domeſticus Domini Sabaoth. de homine futurus tanquam DEVS, qui cum in honore eſſet, non intellexit, vt ſubeſſet plaſmatori ſuo, ſed coeſſe volens corruit comparatus iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis: non ſolum in neceſſitatibus ſuis, quia partitur cum iumentis cibum terræ, ſed etiam in affectionibus cordis pectore & ventre ſerpit, doloſus vulpem, auem inſtabilis, luxurioſus ſuem, iracundus vrſum, ſuperbus equum, ſtolidus aſinum viuit, & quod deteſtabilius eſt, in corpore erecto animæ ſimilitudinem tenet. In anima verò curuatæ DEI ſimilitudinem beſtiali mutauit ſimilitudine. Porrò tres gradus reliquos, fidelis, ſcilicet, ſacerdotis, paſtoris, neſcierũt Philoſophi, neſciũt infideles. Proinde confitemur tibi Domine cœli & terræ, quoniam abſcondiſti hęc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Nos itaque, quibus datum eſt noſſe myſteria regni, attendamus gradus aſcendentis. fidelis enim aſcendens de la-

uacro,

Prælatorum lapſus grauior, quam aliorum.

Sacerdotum gradus.

Geneſ. 1.

Hominis quanta dignitas.

Homo iumẽtis ſimilis.

Matth. 11. 25

nacro, decorem indutus eſt, de honore imaginis aſcendens ad decorem adoptionis.
Hic eſt decor, quem propheta niui comparat, & præfert, dicens. Lauabis me, & ſu- *Pſal 50.*
per niuem dealbabor. Hic eſt decor, pro quo ſponſus alludit ſponſæ, inquiens.
Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Hic eſt decor, ad quem hor- *Cant.4.7.*
tatur Pſalmiſtes noſter Rex in Iſraël filiam ſuam. Audi filia, obliuiſcere populum *Pſal.44.*
tuum, & domum patris tui: & concupiſcet rex decorem tuum. Hæc eſt veſtis
CHRISTI niuea, qualem non poteſt fullo facere ſuper terram. Hæc eſt veſtis candida, quæ ſuperinduitur baptizato. Veruntamen homo DEI, cum in hoc decore eſſet, non intellexit, imò Spiritui ſancto contumeliam faciens, veſtem fidelium mutans in ſimilitudinem pellis Æthiopum comparatus eſt iumentis laſciuientibus, & ſimilis factus eſt illis, quæ contra ſtimulum calcitrantes iugum ſibi impoſitum diſtrahunt, à via diuaricant, & ideò ceduntur, donec quieſcant, vel ſi inter flagella inſolentiores fuerint, abiiciuntur; & parcit virgæ pater pro odio filij? Summa verò miſeria eſt, vbi non adhibetur correctio, quia deſperatur emendatio. Vnde Dominus ad Hieruſalem. Vltra non iraſcar tibi. Supereſt, imò noſtra *Ezec.16.42.*
intereſt, attendere tertij gradus dignit[illegible]: quantus ſcilicet, ſit ſacerdotij gradus. Vbi primò notandum occurrit, [illegible] productior eſt aſcenſus ad hunc gradum nunc, quàm in primitiua Eccleſia. In qua qui tantum fidelis erat, diaco- *In primitiua*
nus fiebat, vel ſacerdos. Introducti poſtea ſunt quidam minorum ordinum gra- *Eccleſia non*
dus, per quos, tanquam per cantica graduum aſcenditur ad ſacerdotium. Hic eſt *erant varij*
thronus eburneus, cuius reclinatorium aureum eſt, ad quem aſcenditur ſex gra- *gradus ordi-*
dibus purpureis media caritate conſtratis propter filias Hieruſalem, vbi ſacerdos *num.*
DEI ſummi aſcendit ad dignitatem familiaritatis. In opere creationis non fuit, qui *Vide NOTAS.*
adiuuaret ſpiritum Domini, aut conſiliarius eius eſſet. In myſterio verò redemptionis noſtræ voluit habere coadiutores dicens. Hoc facite in meam comme- *Luc.22.*
morationem. Eſt ergò ſacerdos coadiutor redemptoris, conſiliarius Domini Sa- *Sacerdos co-*
baoth, cuius conſilio offenſi redeunt in gratiam DEI ſui. Hic eſt dapifer menſæ *adiutor Chri-*
CHRISTI, offerens Patri cibum cum ſeruis. cuius verbum accedit ad elementum, *ſti in Miſſa.*
& fit ſacramentum. Eius manu conficitur medicamentum medicatum ſapienter, quo reſtituuntur ſanitati vulnerati à ſerpente. In exterioribus quoque elucet dignitas ſacerdotis. Quantum eſt, quod ad eleuationem manus eius inclinatur capita populi, vt inuocet ſuper eos nomen DEI ſui? Quantum eſt, quod Reges gentium & *Reges ſacer-*
Principes populi flexis genibus offerunt ei munera, & deoſculantur manum, vt ex *dotum oſcu-*
eius contactu ſanctificentur? Veruntamen homo à ſecretis, cum in hac dignitate *lãtur manus.*
eſſet, non intellexit, ſed quærens, quæ ſua ſunt, ſedens in inſidiis aduerſus Dominum ſuum, comparatur iumentis inſanientibus, & inſanior factus eſt illis, quæ vel artus ſuos morſibus diſcerpunt, vel in quęque obſtantia ruendo excerebrantur, vel facto impetu in præceps, ſubmerguntur. In eundem modum oratio illius fit ei in peccatum: fit ei menſa Domini in laqueum, & in retributiones, & in ſcandalum. Si docet, aut ſilet, væ ampullæ. docenti enim dicit DEVS. Quare tu enarras iuſtitias *Pſal 49.16.*
meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? Silens vero incurret væ canis *Iſa.56.10.*
ſomnolenti, muti, & non valentis latrare, & deſcendet in infernum viuens. Poſtremò de quarto & vltimo gradu conſiderandum eſt: cum ſcilicet de dignitate ſacerdotis homo aſcendit ad poteſtatem iudicis, ad ſolicitudinem paſtoris, vt vocatus à Domino ſicut Aaron audiat ab eo. Paſce oues meas. & vt breuiter dicam, ordina- *Ioan.21.*
tur in infimis CHRISTI Vicarius, Eccleſiæ Prælatus, habens in ſententia primatum, & curiæ cœleſtis aſcenſum, piſcator hominum, paſtor animarum, vltor in-

iuria-

iuriarum, vltor pœnitentium, fideiuſſor præmiorum, ambulans ſuper aſpidem & baſiliſcum, conculcans leonem & draconem. Veruntamen homo ſublimis, cum in hac poteſtate eſſet, non intellexit, ſed impinguatus, incraſſatus, dilatatus, magnificauit ſuper Dominum ſupplantationem, & ideò comparatus eſt iumentis morientibus, & putridior factus eſt illis: cuius error trahitur in exemplum, cuius fœtor à mari vſque ad mare, malitioſus vt Lucifer, qui traxit tertiam partem ſtellarum ſecum:
Geneſ. 3. piger vt Adam, qui ſociam non correxit, auarus vt Saul, qui pinguia quæque reſer-
1. Reg. 15. 9. uauit, fraudulentus vt Antichriſtus, & ideò interfecit eum Dominus ſpiritu oris ſui.
2. Theſ. 2. 8. Ergo, qui ſtat in ſublimi, videat ne cadat. Vos itaque, quibus Dominus dedit gentes hæreditatem ſuam excolendam, & poſſeſſionem ſuam terminos terræ, laborate per diem hodiernum, & nolite timere, quia cras egrediemini, & Dominus erit vobiſcum, IESVS CHRISTVS Dominus noſter, iudex noſter, cum venerit iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem.

SERMO XLVIII.

AD PRAELATOS.

Ion. 1. 5. DESCENDIT *Ionas ad interiora nauis, & dormiebat ſopore graui.* Facta ſunt hæc ante nos à diebus antiquis; ſcripta verò ſunt propter nos, in quos fines ſæculorum deuenerunt. Factum eſt verbum Domini ad Ionam filium Amathi, vt iret & prædicaret Niniuitis pœnitentiam, & annuntiaret eis ſcelera eorum. Qui miſſus, contempſit, contemnens fugit, fugiens obdormiuit. Quem forte deprehenſum, in mareque miſſum, deglutiuit cetus: ſed pœnitentem & orantem reſtituit in aridam. Hiſtoria
Iſa. 58. 1. Ionæ præcipuè ædificat miſſum à Domino ad prædicandum, cui dictum eſt. Clama, ne ceſſes, exalta vocem tuam, annuntia populo ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eorum; ſcilicet, piſcatorem hominum, paſtorem animarum, annuntiatorem ſcelerum, interceſſorem pœnitentium, fideiuſſorem præmiorum. Per eam enim poteſt intelligere gradum ſuum, timere caſum, vitare periculum, ſperare ſolatium; gradum in legatione, caſum in temeritate; Fugere periculum in deglutitione, ſolatium in reſtitutione. Vt ſciamus gradum, videamus quis mittitur, & à quo mittitur,
Ioan. 10. 1. & quo mittitur à Domino: quia qui non intrat per oſtium, &c. Si intruſus per violentiam fuerit, ſi ingeſſerit ſe per ſimoniam, ſi introductus per falſam ſuggeſtionem, longe eſt à veritate paſtoris. Sic Ozias, Simon magus, ducenti quinquaginta aſſentientes Chore. *Ionas filius Amathi* mittitur, id eſt, columba filius veritatis. Magiſter enim columbæ, id eſt, Eccleſiæ, comminiſter columbæ, id eſt, Spiritus ſancti, non debet differre à conformitate columbæ, ſi ne[illegible] [illegible], ſi in cauernis petræ ædificauerit, ſi gemitum pro cantu habuerit. Columba eſt etiam, ſi ad mutationes colli, id eſt, prædicationis mutet colorem. Aliter enim admonendi ſunt ſenes, &c. Prædicet [illegible] ouibus conſolationem, confractis ſolidationem, erroneis reuocationem, [illegible] exhortationem. Columbæ etiam quædam alarum extenſione inter ſe [illegible]. Hæc eſt contentio ſola ſacerdotum, bona, ſcilicet, virtutum
1. Cor. 12. 31. æmulatio. [illegible] charismata meliora, id eſt, imitatores mei eſtote ca-
1. Cor. 11. 1. [illegible] CHRISTI. Studeant bonos imitari, vel parificari, vel tranſgredi. E[illegible] CHRISTI Vicarius homo columbinus, veritatis filius, Eccleſiæ Prælatus. Si parum eſt eſſe hominem, magnum eſt eſſe fidelem, maius eſſe ſacerdo-

cerdotem, maximum eſſe paſtorem. Sit etiam verax in animo, dicto & facto. Sicut enim verè dicitur: verba ſacerdotis aut vera, aut ſacrilega, ita non minus verè dicta & facta ſacerdotis, aut vera, aut ſacrilega. Ad Niniuen mittitur, id eſt, Eccleſiam. de qua. Tota pulchra es amica mea, &c. & itinere trium dierum intratur ad eam, cum dicitur. Baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. De caſu fugit à facie Domini, non populi. Sumus enim quaſi ſepulchra dealbata, &c. in tonſura Eccleſiaſtica, in veſte candida, in pſallendo ſollemniter, in intercedendo iugiter, in comedendo peccata populi multiformiter: *Ad interiora nauis*, ſentina nō poteſt remanere in medio, inferius cæteris cadit, quia præit cadentes. Nauis Noë quinque manſiones habet. In ſumma, homines & aues, Prælati & contemplatiui, quia ſoli DEO vacare habent. In ſecunda, immitia animalia, id eſt, actiui, qui diuiſi ſunt. Poſt immitia, qui nomine tantum, & non numine. in ſentina ſtercora, aqua paulatim intrans, pondus trahens ſuperiora. Eſt enim auarus, vt Saul, piger vt Adam, malitioſus vt Satan. & eſt malitia malum alliciens. *Dormit ſomno graui*, eſt ſopor infirmitatis, neceſſitatis, veritatis, vanitatis breuis, grandis, leuis, grauis, admittendus, expectandus, amplectendus, abiiciendus: quia vtilis, ineuitabilis, amabilis, deteſtabilis. Et pone auctoritatem de vnoquoq; periculo. Deuorat eum Leuiathan draco, qui factus eſt in mari ad illudendum ei, deſolatio. Sed ne deſperet ſeruus fugitiuus ſi pœnituerit, ſi de profundis clamauerit, eruet eum Dominus de viſceribus ceti, de faucibus inferni, & ſtatuet eum à dextris inter oues, inter quas ſtatuat nos Dominus noſter IESVS CHRISTVS, cum venerit iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem.

Sacerdotis verba vera, aut ſacrilega. *Cant. 4.* *Geneſ. 7.* *Pſal. 103. 27.*

SERMO XLIX.

AD MONACHOS.

OMNI *cuſtodia cuſtodi cor tuum fili mi; ex ipſo enim procedit vita.* In ſuperficie litteræ apparet, quia pater loquitur ad filium. ſed quis pater, ad quem filium, non ſatis elucet. Eſt enim pater carnalis. eſt & pater ſpiritualis. De primo ſecundum carnem naſcimur ad laborem; natura filij iræ. De ſecundo per aquam & ſpiritum renaſcimur ad iuſtitiam per adoptionem filij gratiæ. Veruntamen, ſi carnalis pater loqueretur, veriſimile eſt, quod humano & veteri prouerbio vſus eſſet de cuſtodia corporis, dicens. Omni cuſtodia cuſtodi corpus tuum fili mi. Bonum enim caſtrum cuſtodit, qui corpus ſuum cuſtodit. Reſtat ergo vt Pater ſpiritualis loquatur de iuſtitia ſpiritus. Verum is quoque ſubdiuiditur. Primus pater ſpiritualis eſt, qui nos generat verbo veritatis, vel regenerat virtute baptiſmatis. Secundum hunc modum dicitur Marcus Petri filius. Et Paulus ad Galatas aiebat. Filioli, quos iterum parturio, donec formetur CHRISTVS in vobis. Secundus pater ſpiritualis eſt, Pater Domini noſtri IESV CHRISTI, pater miſericordiarum, & DEVS totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra. Primus eſt pater noſter, qui eſt in terris. Secundus eſt pater noſter, qui eſt in cœlis. Proinde, quia primus adhuc eſt vnus ex nobis ſimilis nobis paſſibilis, commodius dixiſſet. Omni cuſtodia cuſtodiamus cor noſtrum fili mi. Supereſt ergò, vt Pater DEVS loquatur ad filium, vel vt verius dicamus, loquatur DEVS pater ad filios, cuius tres ſunt filij, Iob, Daniel & Noë. actiuus, ſcilicet, & contemplatiuus, & vtriuſque Prælatus. Primus eſt filius gratiæ.

Prou. 4. 23. *Epheſ. 2. 3.* *1. Pet. 5. 13.* *Gal. 4. 19.* *2. Cor. 1. 3.* *Ezec. 44. 44.*

ſecundus filius obedientiæ.tertius filius dexterę. qui dextera remum amplexans tanquam fortis nauclerus nauiculam Petri gubernabat. Primus naſcitur in baptiſmate, ſecundus in ordinis profeſſione,tertius in canonica promotione. Statuamus itaque

Math.18.20. iſtos tres filios ante faciem Patris eorum. Nam & ipſe dixit. Vbicunque fuerint duo aut tres congregati in nomine meo, ibi ego ſum in medio eorum. Et eleuatis oculis in filios ſuos, aperiens os ſuum dicat. Filioli, audite patrem veſtrum: inclinate aurem veſtram in verba oris mei ad cuſtodiendum ea: nam in cuſtodiendis illis retributio multa. Ad quem filij. Loquere pater, & audiemus te, præſta nobis,vt quæ

2.Cor 3.5. dixeris, cuſtodiamus, quia nec ſaltem cogitare aliquid boni ſufficimus ex nobis quaſi ex nobis. Ad quos Pater. Vobis tribus ex neceſſitate incumbit communiter cordis cuſtodia. Vita enim & mors in manibus cordis. De morte legiſtis in Euan-

Math.15.19. gelio. De corde exeunt furta, homicidia,blaſphemiæ: ſtipendium quorum mors eſt æterna. Quod autem vita ſit ex corde, audite diſcipulum meum vnius noctis Salo-

Prou.4.23. monem, qui ait. Ex corde vita procedit. Sed & alius diſcipulus meus trium dierum

Rom.10.10. Paulus,inquit. Corde creditur ad iuſtitiam. Verum præter hanc communem vobis cuſtodiam, ô fili gratiæ tibi incumbit cuſtodia etiam corporis. Adhuc enim habitas in medio nationis prauæ,frater draconum, & ſtruthionum ſocius: adhuc gemis ſicut lilium inter ſpinas, ſicut granum inter paleas. Proinde tua intereſt, vt cuſtodias quinq; ſenſuum officinas, ne per feneſtras eorũ mors ingrediatur ad animam tuam. Concupiſcibilia quotidie vides,audis ludicra,odoras fragrantia, guſtas iucunda,tangis ſuauia. Sed & tibi ô fili dexteræ nihilominus eadem ſit carnis cuſtodia. Vos enim

Ezech.3.17. duo lucetis in medio prauę nationis tanquam lux fixa in firmamento. Super hęc autem commiſſa eſt tibi cuſtodia fratrum. Speculatorem te dedi domui Iſrael. Quocirca tu fili dexteræ omni cuſtodia cuſtodi cor tuum,& carnem tuam,& gregem tuum. Tu verò fili gratiæ,omni cuſtodia cuſtodi cor tuũ & carnem tuam,vt dicas cum Pſal-

Pſal.83.3. miſta. Cor meum & caro mea exultauerunt in DEVM meum. Tu verò fili obedientiæ, elongaſti fugiens, & manens in ſolitudine carnem tuam in tuto collocaſti, tanquam in arce ſublimi, ne circumlatrantium fluctuum incurſibus concutiatur à longè. Sonum littorum audis,naufragium verò nõ perhorreſcis. Quocirca omni cuſtodia cuſtodi cor tuum,fili mi; Huius enim vnius cuſtos es,vnde & monachus appellaris. Præterea filioli diligenter attendite, quare dixerim cor cuſtodiendum omni cuſtodia: tranſlatiue enim dictum eſt,ſub ratione ſimilitudinis. Vidiſtis quempiam ſub diuo ambulantem, ceream faculam ſuccenſam in manibus ferentem,vtraque manu circumpoſita cuſtodit eam, ne vi ventorum extinguatur, & ſi quandoq; aduritur, vſtionem ſuſtinet patienter. In hunc modum cor veſtrum illuminatum geſtatis, tan-

Pſal.118.109. quam lucernam ardentem in manibus, vt dicatis. anima mea in manibus meis ſemper. Illuminatur verò cor, quando ſcit DEVM. ſcire autem, eſt cuſtodire mandata

1.Ioan.2.4. eius,ſecundum illud. Qui dicit ſe noſſe DEVM, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt. Illuminatur autem per [illegible], per pœnitentiam accenditur, per correctionem ardet, per ſolicitudinem lucet. Hanc lucem, niſi cuſtodiatur, tres venti extinguunt.

Sap 9.15. Caro ab oriente: corpus enim, quod corruptum eſt originaliter, aggrauat animam, & terrena habitatio deprimit ſenſum multa cogitantem. Mundus ab occidente: tranſit enim in occaſum mundus, & omnis gloria eius. Diabolus ab aquilone. Auſter [illegible]. Porrò duæ manus cuſtodientes lucernam, in actiuo ſunt [illegible]. In Prælato doctrina & vita. In contemplatiuo, lectio & oratio. A[illegible] patrem loquentem cum filiis de cuſtodia cordis contra ventorum violentiam. Veruntamen diffuſius agere poſſumus de numero ventorum,& violentia.

tia. Sunt enim generales ſex tentationes, quæ miſerum premunt ſpiritum, & ferè *Tentationum*
opprimunt. quæ ſecundum ſex locales corporum poſitiones conſiderari poſſunt: *ſex genera.*
ante ſcilicet, retro, ſurſum, deorſum, dextrorſum, ſiniſtrorſum. In hunc modum tentatur ſpiritus ab inferiori, à ſuperiori, ab anteriori, à poſteriori, à dextris, à ſiniſtris. Inferior quidem tentatio eſt contemptibilis, ſuperior admirabilis, anterior terribilis, poſterior deformis, dextra volatilis, ſiniſtra grauis. Eſt enim inferior tentatio oblectamentum carnis, ſuperior conſenſus rationis, anterior incurſus dæmonis, poſterior memoria præteritorum reuocans, dextra proſperitas eleuans, ſiniſtra aduerſitas frangens. Ab his tentationibus liberet vos, qui creauit vos, & recreauit vos, & congregauit vos, vt eſſetis vnius moris in domo, & de puluere ſuſcitauit vos, IESVS CHRISTVS, Dominus noſter, iudex noſter, qui veniet iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem.

SERMO L.

AD MONACHOS.

PORTIO *mea Domine, dixi, cuſtodire legem tuam.* Satis accuratè, nec *Pſal.118.57.*
ſine breuitate moroſa formam ſacræ religionis propheta nobis expreſſit: dicendo videlicet, quid inſpirante DEO elegerit, & quid ex voto promiſerit. *Portio mea Domine.* Ecce electio. *Dixi, cuſtodire legem*
tuam. Ecce profeſſio. de qua etiam eſt illud. Iuraui & ſtatui cuſtodire *Ibid.106.*
iudicia iuſtitiæ tuæ. In altero quorum, homo initiatur ad religionem: in altero, ſi tamen obſeruatur, aſcendit ad perfectionem. Alterum voluntariè eligitur, ſecundum
illud. Voluntariè ſacrificabo tibi: per alterum in facie Eccleſiæ, præſentibus ange- *Pſal.53.8.*
lis, aſtante vicario CHRISTI monachus obligatur. In his duobus ſumma eſt totius monaſticæ religionis, diſciplinæ regularis, tanquam grande ferculum in vaſe breui. Porrò de electione prius videamus. Vir ergo clauſtralis, vir compeditus, qui inecit pedes ſuos in compedes ſapientiæ, eligat Dominum in partem ſibi, non cum aliis, non præ aliis, ſed ſolum ſine aliis, & dicat. Alij alia eligunt. quidam voluptatem corporis ſectando porcum viuunt. alius theſaurizat, & ignorat, cui congregat ea. Hi in curribus, & hi in equis gloriantes alleuantur, donec fodiatur peccatori fouea. Tu autem ſolus es portio mea Domine. Diſpoſitiſſima commutatio eſt, relinquere omnia propter eum, qui eſt ſuper omnia. Verum tamen, qui omnia relinquere diſponit, ſe quoque inter relinquenda numerare meminerit, imò principaliter abneget ſemetipſum propter eum. qui propter nos exinaniuit ſeipſum, vt
ſecurè poſſit dicere cum Petro. Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te. *Matth.19.*
Sano quippe vtitur conſilio, qui eligit gloriari in Domino, potius quàm deliciari in carne, & circumagitari in ſæculo. audierat credo, & expauit ad vocem illius, qui
dixit. Si ſecundum carnem vixeritis, moriemini. Audierat & alterum dicentem. *Rom.8.13.*
Amicus huius mundi, inimicus conſtituitur DEI. Periculoſa nimis amicitia, in *Iac.4.4.*
qua, & per quam incurritur diuina offenſa. Hoc penſans vir clauſtralis, & carnalium voluptatum venena depoſuit virulenta, grauemque ſarcinam, & molam aſinariam negotiorum reiecit ſæcularium, DEVM, qui verè bonus eſt, & vnicè ſua-
uis, in partem ſibi eligens, imò propter verba labiorum eius cuſtodiens vias du- *Pſal.16.4.*
ras, & in militiam Domini interpoſito profeſſionis vinculo coniurans: &, vt breuiter concludam, electionis veſtræ vtilitatem, paucis attendite. Electio veſtra prouida

Bern. lib.1. de uida eſt, neceſſaria eſt, ſecura eſt. Prouida eſt ad melius eligendum. Maledictus,qui
conſid.c.4. partem ſuam fecerit deteriorem. Vir autem clauſtralis, vel optimam partem ele[illegible]
Luc.10.42. ſibi, quæ non auferetur ab eo. Neceſſaria eſt ad comprehendendum. opus eſt enim
Pſal.18.6. celeri & expedito curſore, qui eum curſu æquare voluerit, qui vt gigas exultauit ad currendam viam. Nec currentem ſequi poteris oneratus. Secura quoque eſt ad
Vinculũ voti quietè viuendum. ſi enim ſolum Dominum elegeris,non inhias quære[illegible], non in-
quam utile. cubas quæſitis,non te crucias pro amiſſis. Porrò quàm ſalubris eſt ob[illegible] profeſſionis breui exemplo perpendere poteſtis. Pater filium habet ægrotum, qui ſanari non poteſt abſque inciſione & cauterio. Conſulit pater filium, vtrum ligari velit. Ille, ſanitatem deſiderans, rogat ſe ligari, incidi, & vri. Ligatus autem, cum ferrum & ignem incipit ſentire, clamat, furit, ſolui depoſcit. ſed à Patre non ſoluitur, [illegible] ſanetur. In hunc modum monachus, qui ſe regulari diſciplinę ſponte & ſcienter obligauit, ſi quid moleſtiæ & afflictionis ſenſerit, patienter ſuſtinebit, quæ poſt [illegible]-
4.Reg.4.41. tationem ſuſtinuiſſe gaudebit. Patientia enim quaſi farinula Eliſæi eſt, quæ totius cibi amaritudinem nouit dulcorare, ne mors ſit in olla. Porrò ad h[abe]ndum patientiam duo ſunt neceſſaria: collatio pœnæ, quam ſuſtines, & præmij quod exp[ect]as, & memoria Dominicæ paſſionis. Confer ergò in corde tuo, quia non ſunt condignæ paſſiones, quas ſuſtines ad præteritam culpam, quæ tibi re[mi]ttitur, nec ad præſentem conſolationis gratiam, quæ tibi immittitur, nec ad futuram gloriam, quę tibi promittitur. Hæc attendens patienter ſuſtinebis. Reuoca ad memoriam quanta pro te ſuſtinuit DEVS tuus, qui cum eſſet Patris vnic[us], mor[tuus] e[st] pro nobis, ne remaneret vnus. Emit ſibi fratres ſanguine ſuo, dum a[la]pis caſus eſt, [illegible] tus, opprobriis ſaturatus, coronatus ſpinis, crucem ſibi baiulans, [inter] ſceleratos deputatus, in ligno extenſus, clauis confixus, poſt mortem lanceatus. Quis mona-
Pſal.115.12. chus attendens hæc, non admiretur & dicat. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Turpe eſt membrum eſſe delicatum ſub capite ſpinato, cutem habere nitidam, ſub carne CHRISTI cruentata. Supereſt, vt de lege, quam [d]-
Pſal.18.8. xiſti eſſe cuſtodiendam, proſequamur. Si intellexeris hoc de lege mandatorum DEI,
Pſal.93.12. quæ eſt immaculata, conuertens animas. de qua ſcriptum eſt. Beatus, quem [tu] lege tua docueris, Domine, eius cuſtodia neceſſaria eſt omni credenti, omni qui [illegible] vi-
Cœnobiticæ tam, & diligit dies videre bonos. Aliam tibi legem elegiſti, legem, ſcilicet, A[poſtol]i-
vitæ leges. cam, quam Domino inſpirante conſtituerunt Apoſtoli, legem, ſcilicet, vitę communis, quæ in tribus maxime conſiſtit, in communi dilectione fraterna, in [illegible]-
Actor.4.32. ſtantia, in commum obedientia. de primo dicitur. Multitudinis credentium er[at] cor vnum, & anima vna in DEVM. De ſecundo. Et nullus quicquã eorum, quæ poſſide-
Matth.10.10. bar, dicebat eſſe proprium De tertio. Ponebant omnia ad pedes Apoſtolorum, & [illegible]
Actor.4.18. diebant eis. Hæc [illegible] religionis. [illegible]
Actor.5. ſerpentes. Caput hoc [illegible] In [illegible] ec
Actor.8.23 contra hoc homini ob[illegible] caritatem fraternã, & ſuſpen-
A[illegible] lib.2 ſus crepuit medius. Ananias & Sapphira [illegible]uerunt in communem ſubſtantiam,
[illegible] l. cap. [illegible] Petri [illegible] recelſit obedientia, & factus
c[illegible] 36. eſt [illegible] toto corpore contractus interiit. In
S. [illegible]ED- [illegible] vel [illegible]tando, vel ſubtrahendo, vel ſuperad
[illegible]d [illegible] BENEDICTVS hinc capiti quædam ſupererogauit, orna-
[illegible] ca ſterilem ficulneam fodit, vt fructum ferret, & ſter-
[illegible] vt plus ferret: de ariditate, ſcilicet, ciborum, de vilitate veſtium, de
[illegible] lectorum, de temporibus ieiuniorum, de cuſtodia labiorum, de exer[illegible]
labo-

laborum, de diſtinctionibus orationum. Veruntamen, ante caput prædictum, & hęc ſuperaddita ante aduentum CHRISTI in carnem elegerunt Rechabitæ habitationem ſolitudinis & parſimoniã vitæ auſterioris, habentis traditionem de * calore patris ſui Rechab. Sed & Ioannes Baptiſta formam vobis ſecretæ conuerſationis reliquit, & vitæ aſperioris exemplum. Veruntamen hunc ordinis rigorem quaſi iureiurando profeſſionis ſancitum quædam vitia latenter emolliunt, maximè, ſi vitium curioſitatis ebulliat, quæ, quod deterius eſt, ſola eſſe non poteſt. Erubeſcibilis enim eſt viro manifeſta curioſitas. quocirca caputiari ſe appetit, ne vileſcat. Quandoque enim ſub obtentu ſanitatis egreditur monachus ad propinquos, ad natale ſolum redit, vt ibi liberum & conſuetum aera bibat per aliquot dies, vel fortè aliquam refectionem referat fratribus ab amicis. Quandoque ſub obtentu vtilitatis fratrum egreditur monachus ad Principes terræ, rogator importunus, quæſtum quocunque modo factum pietatem appellat. Cum redierit, horam ingreſſus ſui diligenter explorat, ne oporteat eum ingredi ad communem fratrum menſam, vel ad orationem communem. Et cum ſub obtentu boni hoc ſe facere proponat, verior tamen cauſa, quoniam holera clauſtri ſemicocta faſtidit, & inuncta, & vinum aqua mixtum, ſilentium, ſeſſionem in clauſtro carcerem reputans. Appetit enim edere lautius, bibere ſapidius, loqui licentius, cubare mollius, vigilare parcius, orare tenuius. Sed non manens in clauſtro, vitium curioſitatis euadit. Gerit enim quendam animi pruritum, & furtiua propriæ voluntatis quærit diuerticula: quotidiè nouas & exquiſitas occupationes, nouas actionum vel laborum affectiones, lectiones diuerſas, non ad ædificandum, ſed ad fallendum diei ſpacium; crebrius egreditur ad hoſpites, & quaſi calamitatibus pauperum compatiens de pace Principum terræ quærit: ſermonem faciens, de acerbitate militum, de ſuperfluitate clericorum, interpolatum ſuſpiriis, tanquam miſericordia motus ſuper eos. Ad ſonitum campanæ neceſſarium abire proponit. non omittit tamen auribus inſtillare, vt venerit Abbas vel Prior, meminerint apud eos ipſum commendare. Periculoſum valde eſt huiuſmodi vitium: & verendum, ne qui huiuſmodi eſt, tandem fiat ſicut puluis, quem proiicit ventus à facie terræ. Veruntamen deteſtabilius iſto, eſt vitium ſingularitatis. Qui ſingularis eſt, aſpernatur cæteros, & ſe ſolum religiosè viuere proteſtatur, ſuſurro in fratribus fomitem odij & ſeminaria diſcordiæ miniſtrans, quibuſdam latenter detrahit, quorundam benefacta patenter decolorat. manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum. Timendum eſt, ne exterminet eum aper de ſylua, & ſingularis ferus deuoret ſingularem. Contra hæc & huiuſmodi eſtote ſuſpicientes in cœlum, puras manus in oratione leuantes, ſoliciti obſeruatores conſcientiæ, ſectatores bonorum operum. Regia via ſequimini Patres veſtros præcedentes, donec transferat vos de via ad patriam, de agone ad palmam, de labore ad quietem IESVS CHRISTVS, Dominus noſter, iudex noſter, cum venerit iudicare viuos & mortuos, & ſeculum per ignem.

Ierem.35.7.

forte, ab ore patris.

Math.3.4.

Curioſitatis vitium turpe in monacho.

Abuſus monachorum.

Euadit *pro* incurrit.

Vitium ſingularitatis.

Pſal.79.14.

SERMO LI.

DE VIRGINIBVS AD MONIALES.

Pſal. 44. 11. AVDI *filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum Patris tui.* Tres legimus cœleſtis verbi auditores, pigros, actiuos, contemplatiuos. Pigri audiunt & contemnunt. Actiui audiunt, & auditis obediunt. Contemplatiui audiunt, & in an plexu obdormiunt. pigri tepent, actiui laborant, contemplatiui quieſcunt. De pigro ſcriptum eſt. Abſcondit piger ſub aſcellas ſuas manus. De actiuo dicitur.
Prou. 19. 24. Labores manuum tuarum, quia manducabis, &c. De contemplatiuo legitur. Quis
Pſal. 127. 2. dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam? Pigri ſunt debiles,
Pſal. 54. 7. actiui fortes, contemplatiui vacantes: & eſt triplex pigrorum debilitas, quia in oculis cæci, in manibus contracti, in pedibus claudi. In oculis cæci, quia audiunt, & non intelligunt. In manibus contracti, quia congregant, & non diſtribuunt. In pedibus claudi, quia ad vicina erroris latera declinatam rectam ſalutis viam non arripiunt, pigri torpent DEO, ſed non ſeculo. in multis enim laboribus theſaurizant ſibi diuitias ſeculi & non DEI. Contemplatiui torpent ſeculo, ſed non DEO. Illi theſaurizant ſibi diuitias æterni ſeculi, & beatitudinem, ſcilicet, DEI. memoriter tenentes, quod veritas iubet, theſaurizate vobis theſauros; vt doctrina ſequa-
Math. 6. 20.
2. Pet. 2. 21. tur vitam. Melius eſt enim veritatem non agnoſcere, quam poſt agnitam [illegible], quoniam non audientium, & minor eſt culpa, & tolerabilior pœna. [illegible] & non facientium & maior eſt culpa, & tolerabilior pœna. Audientium & facientium, remittitur culpa, & lætantur in gloria. Væ ergò illis, qui audiunt, & non fa-
Iac. 1. 23. ciunt, audientes in doctrina, & differentes in vita. Comparantur enim viro inſipienti conſideranti vultum ſuum in ſpeculo, & ſtatim obliuiſcitur qualis fuerit vultus natiuitatis ſuæ. In ſpeculo conſiderat, qui qualiter, & quis ſit natus ad memoriam reuocat. Speculum, in quo conſiderat, eſt mens, in qua cuncta cogitata diſcernit, quia vt faciei imago eſt in ſpeculo, ita cogitatio in animo: & ſicut ſpeculum figuras repræſentat homini, ſic in animo cogitantis omnis imago reſultat. Præterea figura in ſpeculo, cum nulla eſt rei repræſentatio; & perit imago in animo, cum nulla eſt rei recordatio. Vultum ergò natiuitatis ſuæ conſiderat in ſpeculo, qui qualiter, & ad quid natus ſit, recordatur in animo, & tunc nil aliud eſſe conſiderat, niſi terram, quam terra portat, & ſic ad æterna mentem erigit, quia terrena nil eſſe ſua ratione deprehendit, & ad horam compungitur, ſcilicet, quando illius miſeriæ recordatur. Sicut vir inſipiens, cum tranſierit, obliuiſcitur, cum terrenis curis immergitur, vel per tenebra [illegible] ſic eſt omnis, [illegible] verbum, & non facit, quia doctrinam verbi audit, & [illegible] nil eſſe [illegible], & ſic terra germinare incipit [illegible] vox doctrinis [illegible] vnctio perit, &
Math. 13. 22. ingemit, [illegible] ad fructus [illegible]. Inde eſt illud ſemen, quod cecidit inter ſpinas, & [illegible] eius ſpinæ [illegible] illud. Spinæ ſunt cogitationes, ſiue detractiones [illegible], quæ [illegible] ſemen cœleſtis verbi, ne fructus faciat [illegible] n[illegible]a diſtrahimur, vnum eſt neceſſe. Vn-
Luc. 10. 41. de Dominus. Martha Martha ſollicita es. Et cur bis ponitur Martha? vt animus eius à [illegible] reuocetur. Porrò vnum eſt neceſſarium. In multis enim ſollici-
Luc. 7. 47. citudo, & in vnum conſummatio. Vnde peccatrici dimiſſa ſunt peccata multa, quia dilexit multum, nec multa multum dilexit, ſed multum vnum dilexit. [illegible]

multa

multa dilexiſſet, nil ei eſſet dimiſſum. Sic ergò filia fidelis anima multa audiat, vt
per multa vnum cuſtodiat. Filiam vocat, cuius ſe patrem eſſe commemorat. Tres
ſiquidem ſunt ſtatus fidelis animæ. Sub primo eſt captiua, ſub ſecundo eſt libe-
ra, ſub tertio eſt beata. captiua ſub ſeruitute peccati opprimitur: libera ſub duce
iuſtitia præliatur, beata in perfectione gaudij gloriatur. Reuertere, reuertere Su- *Cant. 6. 12.*
namitis. Si de captiua fias libera, liberæ dicitur. Viriliter agite, & confortetur *Pſal. 30. 25.*
cor veſtrum. Beatæ dicitur. Canite Domino in Sion, iubilate in voce exultatio- *Pſal. 46. 2.*
nis. Sub primo ſtatu eſt ancilla, ſub ſecundo eſt filia, ſub tertio eſt amica. Ancil-
la timet, filia diligit, amica amplectitur. Ancillæ dicitur. reuertere ad dominam *Gen. 16. 9.*
tuam, & humiliare ſub manu eius, vt de ancilla has libera. Filiæ dicitur. filia mea *Pſal. 136. 8.*
libera. Beatus, qui retribuet tibi retributionem tuam, &c. vt de filia fias amica.
Amicæ dicitur. Quàm pulchra es amica mea & decora, oculi tui columbarum. Tu *Cant. 4. 1.*
ergò filia amplexus ſummi Regis deſiderans, prius audias vt amicum, vt po-
ſtea videas eum patrem tuum. Hæc ſunt verba, quæ pater audire deſiderat,
& filiam cuſtodire optat. Sed populum iſtum difficile obliuiſcimur; qui quanto
magis repellitur, tanto diutius obſiſtere conatur, & quanto ſe nobis frequen-
tius ingerit, tanto nos acrius infectius lædit. Et ſunt tres populi, qui fideli ani-
mæ inimicantur. Primus ſcholaris, ſecundus carnalis, tertius ſpiritualis. Pri-
mus populus, homines ſunt mali, qui nos à bono retrahunt, ſecundus deſi-
deria carnis, quæ mala ſuggerunt, tertius cogitationes noſtræ, quæ peccare
cogunt. De primo populo ſcriptum eſt. Cauete ab hominibus, &c. De ſe- *Math. 10. 16.*
cundo. abſtinete vos à carnalibus deſideriis, quæ militant aduerſus animam. *1. Pet. 2. 11.*
De tertio legitur. Diſſipatæ ſunt cogitationes meæ, torquentes cor meum. Pri- *Iob. 17. 11.*
mus populus eſt amicus ſæculi, & inimicus DEI, iuxta illud. Omnis amicus *Iac. 4. 4.*
ſeculi, inimicus DEI conſtituitur. ſecundus amicus eſt carnalitatis, & inimicus *Math. 10. 36.*
hominis iuxta hoc. Inimici hominis domeſtici eius. Tertius amicus eſt motus, *Eccl. 10. 1.*
& inimicus quietis, iuxta illud. Muſcæ morientes perdunt ſuauitatem vnguen-
ti. Populus primus eſt malus, ſecundus malum, tertius peccatum. Eum quæ-
runt, qui præ cæteris inimicatur, quem filia obliuiſci præcipitur. vnde ſubdit.
Et obliuiſcere domum patris tui. Longè alius eſt iſte pater, qui vitari præcipitur, *Tres ſunt ho-*
ab illo, qui imitari præcipitur. Sunt enim tres patres hominis. Primus homi- *minis patres.*
nem gignit, ſecundus rapit, tertius requirit. Primus gignit ad vitam carnis, ſe-
cundus ad pœnam rapit mortis, tertius requirit ad gaudium æternitatis. Pri-
mus pater eſt homo, ſecundus eſt diabolus, tertius DEVS. Primus notatur *Gen. 1. 28.*
ibi. Creſcite & multiplicamini. ſecundus ibi. Vos ex patre diabolo eſtis. Tertius *Ioan. 8. 44.*
ibi. Pater noſter, qui es in cœlis. Sub primo ſumus, ſub ſecundo malè ſumus, *Math. 6. 9.*
ſub tertio benè ſumus. Sub primo carnaliter viuimus, ſub ſecundo mortaliter
delinquimus, ſub tertio feliciter regnamus. Ideò monet pater tertius, vt ei defera-
tur. Primum, vt imitemur: ſecundum, vt filia tot compleat, quot audit. *Obliuiſcere
populum tuum, & domum patris tui*, & ita quatuor ſuperat, mundum, carnem, men-
tem, & diabolú. Bella mundi ſunt forinſeca, bella carnis ſunt domeſtica, bella mentis
ſunt inteſtina, bella diaboli ſunt fraudulenta, quorum difficile acquiritur victoria, &
ibi eſt contra reſiſtentiā turba, vt non vincat homo, niſi prius vincat ſeipſum. dome-
ſticú eſt hoc bellú, & ideò plus metuendú. Confidat ergò ancilla in Domino, filia in *Math. 3. 9.*
patre, amica in dilecto, q potens eſt de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahę. Et ſi ter-
reant bellorú certamina, vincentis alliciant præmia. Graue quidē prælium videtur, ſed
glorioſum, q vincenti pmittitur. *Et concupiſcet rex decorē tuú.* Triplex eſt decor. Decor
in voce

in voce, decor in facie, decor in corde, quod ſancta meditatur. Vnde dilecta tanto dilectæ ſuæ labori compatiens, & amore tactus, vltra non ſuſtinens, in amoris verba prorumpit. Vulneraſti cor meum. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Et ideò ſurge de labore ad requiem, à miſeria ad gloriam, a victoria ad coronam. & veni in thalamum nuptialem, vbi erit ſine fine amicus in amplexu, & amicus in lecto, in quo nobis requiem tribuat, IESVS CHRISTVS, Dominus noſter, iudex noſter, qui veniet iudicare viuos & mortuos, & ſeculum per ignem.

Cant. 4. 9.

FINIS SERMONVM.

PETRI

PETRI BLESENSIS ARCHIDIACONI BATHONIENSIS

OPVSCVLA X.

- I. TRACTATVS *De Transfiguratione Domini.*
- II. TRACTATVS *De Conuerſione S. Pauli Apoſtoli.*
- III. COMPENDIVM *ſuper* IOB.
- IV. TRACTATVS *De peregrinatione Hieroſolymitana acceleranda.*
- V. INSTRVCTIO *fidei ad Soldanum Iconij.*
- VI. LIBER *De Confeſſione Sacramentali.*
- VII. LIBER *De Pænitentia vel Satisfactione.*
- VIII. CANON *Epiſcopalis, vel Tractatus de inſtitutione Epiſcopi.*
- IX. INVECTIVA *contra Deprauatorem.*
- X. TRACTATVS *De amicitia Chriſtiana.*

STVS de duodecim diſcipulis tres elegit, quibus gloriam Transfigurationis ſuæ ſecretius aperiret; Petrum, Iacobum & Ioannem, quorum deuotiſſima caritas ſinceræ dilectionis & familiaritatis priuilegium merebatur: aliis enim carnalibus, & adhuc carnaliter ſapientibus ſe tantum in forma paſſibilis carnis exhibebat. Illis vero, qui iam in monte contemplationis ſpem reſurrectionis futuræ, & gloriam beatæ expectationis conceperant, veritatem glorificatæ carnis oſtendit: talem ſe carnalibus eorum oculis offerens, qualem eum reſurrecturum à mortuis iam ſpiritualibus oculis cognoſcebant. Mouet autem plerosque, qualiter in carne paſſibili & mortali glorificationis veritas potuerit apparere: & ſi in veritate glorificatio ibi fuerat, qualiter poſtmodū caro facta ſemel impaſſibilis, potuerit morti & defectui ſubiacere. Nunquid DEVS naturæ humanæ miſeriam omnino depoluit: &, vt ſtolam gloriæ ad tempus indueret, ſaccum noſtræ captiuitatis abiecit? Abſit, vt homo propter aſſumptionem alicuius honoris & gloriæ, aliquando ſit abiectus, qui ſemel per gratiam eſt aſſumptus; ſemel aſſumpta à diuinitate humanitas, nec diuortium paſſa eſt, nec accepit libellum repudij, manet ſacramentum illius benedicti connubij. Et quos DEVS coniunxit, nulla poſtmodum honoris aut neceſſitatis occaſio ſeparauit. Nemini ergò veniat in ſtuporem, nec ſcrupulum dubitationis importet hæc mutatio dexteræ excelſi. Qui enim gloria ſuæ diuinitatis integra permanente noſtræ mortalitatis miſeriā in veritate geſtabat; ipſe in ſua carne mortali veræ immortalitatis gloriam potuit exhibere. Et qui poſt reſurrectionem in corpore glorificato vulnerum cicatrices oſtēdit, ipſe eadē poteſtate reſurrectionis gloriā in carne paſſibili demonſtrauit. In ipſa ergò glorificatione remanebat paſſibilis, qui inter noſtræ mortalitatis defectus erat veriſſime immortalis. Hæc eſt virga conuerſa in ſerpentem, quem cum expauiſſet Moyſes, accepta cauda eius conuerſa eſt in virgam; quia cum terribilem diuinæ ſapientiæ gloriā diſcipuli expauiſſent, ſerpēs in virgam, id eſt, diuina quodāmodo ſpecies reuertitur in humanā. Hac ſiquidem viſione CHRISTVS mirabiliter in his tribus diſcipulis nouellæ fidei rudimenta firmauit, qui enim adhuc dubitanter credebant, CHRISTVM verum eſſe hominem & verum DEVM, nunc ipſum viſibili ſpecie, & fide oculata cognoſcunt. Illud autem non eſt ſub ſilentio tranſeundum, quod futura corporis glorificatio in hac transfiguratione non totaliter, ſed ex parte innotuit. Cum enim glorificatio corporis conſiſtat in quatuor: in claritate, in agilitate, in ſubtilitate, & in immortalitate: hic in ſola claritate glorificatus apparuit: futuram verò corporum ſubtilitatem demonſtrauit, quando ad diſcipulos clauſis ianuis intrauit. Agilitatem verò, vbi ſuper aquas ſiccis pedibus [illegible]. *Et reſplenduit facies eius, ſicut Sol, & veſtimenta eius facta ſunt ſicut nix.* oſtendit in ſe fulgorem, quem iuſtis fuerat collaturus. Fulgebunt inquit, iuſti, ſicut Sol in regno Patris mei. Quod equidem fiet, quando reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ. Soli mundano comparat Euangeliſta Solem iuſtitiæ, quia in operibus naturæ, nulla erat creatura, cuius poſſit eſſe ſimilitudo expreſſior ad CHRISTVM; qui ſplendore gloriæ ſuæ, tantò [illegible] vincit Solem & Lunam, quanto glorioſius debet creator excedere creaturam. Si enim thronus CHRISTI ſoli comparatur, ſicut loquitur Pater per prophetam, Et thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo: quanto ſplendidior erit ipſa facies ſedentis in throno. Hic eſt ſol, de quo dicitur per prophetam. Non erit tibi amplius ſol ad lucendum per diem, nec ſplendor lunæ illuminabit te: ſed Dominus DEVS tuus erit tibi in lucem ſempiternam. Sicut omnem pulchritudinem & ſplendorem, tranſplendet ſol, ſpecioſus forma præ

Matth. 17. [illegible]
Quomodo corpus Christi glorificatum, paſſibile & mortale.
Lege S. Tho. 3.p.q.45.art.1. & ibidem Franc. Suarez.
Chriſtus poſt reſurr. cicatrices vulnerum oſtendit.
Exod. 7.10.
Vide Inuectiuam.
Glorificatio corporis in 4. conſiſtit.
Ioan 20.19.
Matth. 17.2.
Matth. 13.43.
Phil 3.21.
Pſal. 88.
Iſaiæ 60.
Pſal. 44.

Hebr.1. [illegible] Tu es enim, [illegible] [illegible] [illegible]
Psal. 34 10. Domine qui [illegible] Deus Domine, [illegible] [illegible], qui [illegible] [illegible] fet, gloriæ [illegible] [illegible]
1.Reg. 2.2. carne [illegible] [illegible]tatur. Non [illegible] DEUS [illegible]
Psal. DEUS [illegible] DEUS [illegible]. CHRISTUS D[illegible]
Psal. 18 5. est, [illegible] DEU[illegible] altissimus [illegible] dextris. meritum autem resplendet [illegible] nec hoc efficacius [illegible] in monte [illegible]
Luc. 2 32. glorificatur; lumen, quod [illegible]
Ioa. 1.9. [illegible] qui olim [illegible] hominem venientem in hunc mundum. [illegible] [illegible] intellectu, [illegible] CHRISTUS DEUM [illegible] fecerunt. [illegible] quod [illegible] [illegible]
Isa. 24 23. quia lumen ab humano [illegible] procedentem, [illegible] quod [illegible] [illegible] [illegible] Sol, [illegible] [illegible] [illegible] CHRI[illegible]
Rom. 6 3. induerunt, [illegible] [illegible] [illegible]
Psal. 50 9. [illegible] [illegible] [illegible]
diligens diligentem. Sicut enim filius à Patre diligitur, ſic & patrem CHRISTVS
Ioan.17.5. diligit. Hoc eſt quod in Euangelio dicitur. Pater clarificat filium, & idem clarifica-
tur a filio: [illegible] mutuam inter patrem & filium clarificationem Euangelica [illegible]
[illegible], ne videretur filius minor Patre, & ne claritatem ſuam [illegible]
pſo tanquam [illegible], non habere. Petit filius clarificari [illegible]
antequam mundus fieret [illegible] eſt claritas filij [illegible]
ſicut æqualis eſt Patri in ſubſtantia diuinitatis, ſic eidem [illegible] eſt in gloria [illegible]
nitatis. ET [illegible] *[illegible] in faciem* [illegible]
Apoſtolorum Princeps, [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
Mal.3.2. [illegible], inquit, & quis
Hebr.12. [illegible] ignis ille conſumens, nubes [illegible]
[illegible] magnitudine diuinitatis, [illegible]
Iob 13.21. [illegible], quod vento rapitur oſtendis [illegible]
[illegible] [illegible]! Timebunt angeli & archangeli, [illegible]
[illegible] [illegible]! Tabor ergo à [illegible]
[illegible] , a ſragore [illegible], [illegible]
[illegible]

elementorum, a voce archangeli, a [illegible] aſpectu, a ventre inferi, a rugientibus præ-
paratis ad eſcam. Ne recorderis Domine iniquitatum mearum, nec appendas in ſta-
tera peccata mea, quibus iram merui. Si iniquitates obſeruaueris Domine, Domi- Pſal.129.3.
ne quis ſuſtinebit? Quis, inquam, ſuſtinebit calores ignium, algores niuium,
preſſuras catenarum, prementium, ſtringentium, vrentium, & non conſumen-
tium? vbi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ Domine? certè iniquitates meas conſi-
derans, & recogitans annos meos in amaritudine animæ meæ, in deſperationis fo-
ueam incidiſſem, niſi iudex ille terribilis propoſitum haberet miſereri ſemper & par-
cere. Scio enim, quia non abſcindet miſericordiam ſuam in æternum, nec obliuiſce-
tur miſereri DEVS, ſed iratus miſericordiæ recordabitur. miſerebitur hominum
filius hominis: cumque exarſerit in breui ira eius, ſicut ad peccatores erit terribilis, ſic
erit in ſe ſperantibus manſuetus. Liberabit ergo ab auditione mala timentes ſe: &
erit miſericordia in ſanctos eius, & reſpectus eius in electos illius. Ad ſignificantiam
huius rei, CHRISTVS poſt terribilem viſionem ad diſcipulos benignus conſolator
accedit & dicit, SVRGITE *& nolite timere. leuantes autem oculos ſuos neminem vide-
runt, niſi* IESVM *ſolum.* Ab oculis Apoſtolorum euanuerunt Moyſes & Helias, &
non viderunt, niſi ſolum IESVM, quia euacuato velamine legis in figuris prophe-
tarum, & promiſſis apparuit gratia Euangelicæ veritatis. In eo autem, quod dicitur, al. *[illegible]-*
leuantes, notandum eſt, quod quanto quis altius oculos ſuæ conſiderationis attollit, *ſis.*
tanto minus de natura diuinæ eſſentiæ comprehendit. Accedit enim homo ad cor
altum, & exaltabitur DEVS. Ideoque Dauid non ambulabat in magnis & in mirabi- *Pſal.130.1.*
libus ſuper ſe, ſed humiliter ſentiebat. Ideoq; Paulus, ne ſcrutator maieſtatis oppri- *Prou.25.27.*
meretur a gloria, cum ſapiens dicat, Altiora te ne quæſieris, & fortiora te, ne ſcruta- *Eccli.3.22.*
tus fueris, proponebat ſe nihil aliud ſcire, niſi CHRISTVM IESVM, & hunc crucifi- *1.Cor.2.2.*
xum. noluit enim ſecreta cœleſtia occultari. Vnde ad tertium cœlum raptus, ſe vi- *2.Cor.12.5.*
diſſe teſtatur, quæ non licet homini loqui. Hinc eſt quod Moyſes a ſecreto DEI exi- *Exo.34.33.*
ens faciem velat: & IESVS deſcendentibus illis de monte præcepit dicens. *Nemini
dixeritis viſionem, donec filius hominis a mortuis reſurgat.* Non eſt enim ſanctum DEI *Matth.7.6.*
dandum canibus, neque margaritæ ſpargendæ ſunt porcis: quod quidem fieret, ſi
ante fidei noſtræ confirmationem, quam CHRISTI reſurrectio [illegible] aut mi-
nus conſulte, aut minus tempeſtiue CHRISTI publicarent [illegible]. Eo ipſo nam-
que publicatione vileſcerent, atque nouellas plantationes fidei, & naſcentis Eccleſiæ
primitias impedirent, ſi gloriam CHRISTI, quam viderant, prædicarent, quem in
proximo viſuri erant velari, & ſubiectum, & turpiter in cruce pendentem, atque ho-
norati [illegible] prædicationis plurimum detraherent, & infirmis ſcandalum generarent.
Huius ergo glorioſæ memoriam viſionis, fratres chariſſimi, deuotiſſimo celebremus
affectu. Si enim dies illa cum veneratione recolitur, in qua CHRISTVS deſcendens *Transfigura-*
a dextris DEI Patris nobis apparuit inglorius & infirmus, credendum eſt diem illum *tionis feſtum.*
cum honore & reuerentia recolendum, in qua CHRISTVS in hac infirmitate no-
ſtra nobis apparuit glorioſus. Hæc eſt enim dies, in qua diſcipuli CHRISTVM quaſi
vnigenitum a Patre, quaſi Regem in decore ſuo conſpiciunt. Cęterum, cum diuerſæ
ſint ſpecies viſionis, iſta præferenda eſt vniuerſis. cum enim quædã fuerint ante gra-
tiam, quædam ſub gratia, iſta eſt in gloria. Cum quædã fuerit in nocte, quædã in die,
iſta eſt in luce. Vidi, dicit Ezechiel, in viſione noctis. Paulus ad tertium cœlum ra- *Dan.7.13.*
ptus, nox, inquit, præceſſit, dies autem appropinquauit. Ecce viſio noctis, ecce viſio diei. *Rom.13.12.*
In hac ergo viſione præſenti, futuræ continuo reſurrectionis exprimuntur. In hac
nobis pignus & arrha proponitur illius beatiſſimæ viſionis, in qua eſt dies ſine no-
cte, ſine

ĉte, ſic [illegible] & [illegible] præſtare [illegible] qui cum Patre, & Spiritu ſancto [illegible] omnia ſecula ſeculorum. AMEN.

PETRI BLESENSIS TRACTATVS DE CONVERSIONE S. PAVLI.

RECOLENDA eſt cum exultatione [illegible]
Luc 15.10. nſſimi. Si enim gaudium eſt a [illegible] DEI [illegible]
tenti ma gente, & nos ei prope [illegible] ia con [illegible]
in quo habemus [illegible] pœnitentiæ [illegible]
ſionis & conuerſionis exemplum: qui cum [illegible]
1.Tim.1.13. contumeliæ, & iræ, factus eſt vas honoris, vas electionis & gratiæ. [illegible]
quit, fui, ſed miſericordiam conſecutus ſum. De lupo enim [illegible]
mico domeſticus, de perſecutore [illegible] de tortore Do[illegible] de pe[illegible]
de impugnatore defenſor, de infideliſſimo ſanctiſſimus [illegible] prædicator. V[illegible]
gna & inenarrabilia ſunt opera DEI, & miſerationes eius [illegible]
Act.9.1. *Saulus enim adhuc ſpirans minarum, & cædis in diſcipulos D[illegible]*
diſcipulum adoptabat, & quibus [illegible] conuerſionem [illegible]
Hebr.12.6. [illegible] bat, firmiſſima Eccleſiæ columna ſtabi[illegible]
flagellat omnem filium, quem recipit. Sa[illegible] cat vt
illuminet, proſternit vt erigat, affligit vt [illegible]. Saulus ſiqui-
dem litteras crudeliſſimæ legationis ac[illegible] ret huius viæ vi[illegible]
perduceret in Hieruſalem. Veru[illegible] humiliat omnem altitu-
1.Cor.10.13. dinem extollentem ſe aduerſus ſc[illegible] ut ſuos tentari [illegible]
Iſa.11.4. id quod poſſunt, ſed facit etiam [illegible] prouentum, vt poſſint ſuſtinere. [illegible]
dicabit pro [illegible] *Cum ergo iter faceret Saulus, con-*
tigit vt appropinquaret D[illegible] eum lux de cœlo. Lux enim [illegible]
cumfulget exterius, [illegible] ignorantiæ tenebris obducebatur. *Et [illegible]*
in terram vocem audiuit, [illegible] in via peccatorum ſtaret, audire no[illegible]
Rom 10.21. Non ſufficit [illegible] ad [illegible] vocis adiungitur, fides enim [illegible]
Matt 25.40. [illegible] tus autem per [illegible] *Saule, Saule, quid me perſequeris?* [illegible]
Quandiu ex [illegible] mihi fecistis, iniuriã [illegible]
verb[illegible] ob[illegible]
Ioan.13.1 [illegible] fi-
Vide NOTAS nem [illegible] ſaluatorem
Caroli oc- [illegible] Romam iteru
curri D[illegible] [illegible] endum, quem
[illegible] [illegible] compatiens Saulo in diſcip[illegible]
[illegible] [illegible] ſemper proprium habet m[illegible]
[illegible] & eum furioſum quaſi retinet, [illegible]
[illegible] recalcitrantem contra ſtimulum [illegible]
[illegible] *contra ſtimulum calcitrare.* [illegible]
[illegible] *IESVS Nazarenus, quem tu perſequeris.* Poterat e[illegible]

quis eſſet, maieſtaticis & terribilibus verbis, vt diceret: Ego ſum DEVS vltionum, *Pſal 93.1.*
Dominus, qui reſpicit terram, & facio eam tremere: Tango montes & fumigant: *Pſal.103.32.*
ſed cum lenitate reſpondet, vt excitet ad ſpem, & inuitet ad fidem. *Domine*, ſcribit Saulus, *quid me vis facere?* Ad vocem diuinæ animaduerſionis in perſecutione humiliatur elatio, decrudeſcit in Saulo ſeueritas, & effrenata rabies manſueſcit in gratiam; ſucciditur oleaſter, vt oliua fructifera plantetur in domo Domini, lupus mutatur in ouem, rhamnus in vitem, herodius in columbam, ſicarius in Apoſtolum, blaſphemus in ſanctum, Saulus in Paulum; qui in Saulo mutat vitam, mutat
& nomen, iuxta verbum Iſaiæ. Et vocabit ſeruos ſuos nomine alio. Verè conuer- *Iſa 65.15.*
ſio & mutatio hæc dextræ excelſi eſt. In dextra excelſi duo ſunt, poteſtas & mi- *Pſal.76.11.*
ſericordia, ſicut ſcriptum eſt. Duo hæc audiui, quia poteſtas DEI eſt, & tibi Do- *Pſal.61.12.*
mine miſericordia. Saulum poteſtas humiliat, miſericordia leuat; peruerſum poteſtas corripit & conuertit, conuerſum miſericordia conſolatur, & erigit: poteſtas timorem incutit & tremorem, miſericordia conſolationem exhibet & exultationem, vt Saulus pariter cum propheta lætetur & timeat, & dicat ad Dominum. Lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum. Sunt plerique, qui, cum à Do- *Pſal.85.11.*
mino corripiuntur more Pharaonis in ſua pertinacia ſe obdurant, & ad emendationem pia diſciplinæ flagella non ſentiunt. De talibus conqueritur Dominus
per Hieremiam dicens. Interfeci & diſperdidi populum meum, & tamen à viis *Ierem.15.7.*
ſuis non ſunt reuerſi. Et alibi. Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata. Porrò *Ierem.51.9.*
Saulus memoriter recolebat verbum Sapientiæ, quæ dicit: Eſto conſentiens ad- *Matth.5.25.*
uerſario tuo, dum es cum illo in via, ne forte tradat te iudici, & iudex tortori; ideoque paternæ animaduerſionis virga correptus ad obedientiam humiliter ſe exponit, & quaſi ſatisfactioni ſe offerens voluntatem flagellantis inquirit, *Domine quid me vis facere? Surge*, inquit, *& ingredere ciuitatem, & ibi dicetur tibi, quid te oporteat facere.* In via proſtratus, in ciuitatem mittitur inſtruendus: vult enim benigniſſimus iuſtitiæ & miſericordiæ magiſter, vt blandè & ſocialiter doceatur ab homine, quem ſciebat diuinæ vocis tonitru ſuſtinere non poſſe. Sic inter DEVM
& populum Iſraël Moyſes loquebatur. Dicebant enim. Loquere tu nobis, ne lo- *Exo.20.19.*
quatur ad nos Dominus, & moriamur. *Surrexit autem Saulus de terra, apertiſque oculis nihil videbat.* Circumfulſerat eum lux de cœlo, ſed nondum ad plenum
lux illa ei affulſerat, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mun- *Ioan.1.*
dum. *Ad manus autem illum trahentes introduxerunt Damaſcum.* Ad manus exterius trahebatur, quem Dominus à ſpurcitia huius vitæ trahebat interius, vt curreret in odorem vnguentorum ſuorum; niſi enim traheretur, non poterat
ad eum venire, qui dicit. Nemo venit ad me, niſi Pater meus traxerit eum. O *Ioan.6.44.*
benigniſſima retributio Saluatoris; à CHRISTO trahitur in vitam, qui CHRISTI diſcipulos trahebat in mortem. Firmiſſimum ſpei & fiduciæ fundamentum nobis erexerat, confeſſio latronis in cruce, pœnitentia peccatricis Magdalenæ, deuotio publicani, ſupplicatio Cananeæ, lachrymæ Petri; ſed cumulatius & plenius exuberantiam diuinæ miſerationis attollit Sauli conuerſio, quæ ſic omnino vitam perſecutoris mutat; vt poſtea non ſe in ſe, ſed CHRISTVM viuere in ſe
proteſtetur. Viuo, inquit, ego, iam non ego: viuit verò in me CHRISTVS. *Et* *Galat.2.20.*
erat ibi tribus diebus non videns, & non manducauit, neque bibit. Tribus diebus non vidit, cui parabatur lumen ad reuelationem gentium. triduo non comedit, cui parabatur panis vitæ & refectio Angelorum. *Erat autem quidam diſcipulus Damaſci, nomine Ananias, & dixit ad illum in viſu Dominus. Anania. At ille*

ait. Ecce ego Domine. Et Dominus ad eum. Surge & vade in vicum,&c. Vadit ad Saulum, vt cæcum illuminet, vt vinctum ſoluat, vt reducat erroneum, vt reconciliet reum, vt conſoletur afflictum, vt in fide confirmet infirmum, vt ieiunum reficiat,
Ierem.1.13. vt baptiſmo mundet immundum. Porro Ananias ſecretò ſe abdebat, timens à facie
Pſal.2.9. perſequentis. erat enim olla ſuccenſa ab Aquilone, ſed nihilominus erat virga vigilans, virga ferrea & confringens vas figuli, vt de luto indurato vas aureum conflaretur. *Reſpondit autem Ananias, Domine audiui à multis de viro hoc, quanta mala fecerit ſanctis tuis in Hieruſalem, &c. Dixit autem ad eum Dominus. Vade, quoniam vas electionis eſt mihi iſte, vt portes nomen meum coram gentibus & regibus & filiis Iſrael. Ego enim oſtendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo*
Pſal.92.5. *pati.* Teſtimonia tua Domine credibilia facta ſunt nimis. Frequenter enim recenſet Eccleſia preſſuras Apoſtoli, qualiter dulciſſimè fuerit in laboribus plurimis, in
2.Cor.11.23. plagis ſupra modum, in mortibus frequenter, à Iudæis quinquies quadragenas vna minus acceperit, ter virgis cæſus ſit, &c. His & aliis modis in arena huius mundi pugnans triumphum ſuum conſummauit gladio, & ſanguinem ſuum in nomine IESV CHRISTI DEO patri ſacrificium obtulit veſpertinum. Hic eſt
Pſal.67.28. Beniamin adoleſcentulus in mentis exceſſu. Hic eſt Beniamin lupus rapax, mane
Geneſ.49.27. comedens prædam, & veſpere diuidens ſpolia. Saulus ideo per Beniamin ſpecialiter deſignatur, quia de tribu Beniamin duxit originem, ſicut de ſeipſo perhi-
Rom.11.1. bet dicens, in epiſtola ad Romanos. Et ego, inquit, Iſraelita, ex ſemine Abra-
Paulus cur ham, de tribu Beniamin. Et ſicut Beniamin inter filios Iacob fuit natiuitate vlti-
per Beniamin mus, ita Paulus inter CHRISTI diſcipulos conuerſione & vocatione fuit nouiſ-
deſignatus. ſimus. Cumque alij ſuper doctrina CHRISTI per incrementum virtutum vſque ad virilem ſtatum animi profeciſſent, iſte adhuc in fide nouus & quaſi adoleſcen-
1.Cor.15.8. tulus erat. vnde & ſe abortiuum inter cæteros vocat. Raptus autem vſque ad ter-
2.Cor.12.1. tium cœlum in mentis exceſſu ineffabilia DEI contemplabatur arcana, moramque vocationis, & temporis diſpendium, magnitudine reuelationum, & multiplicato prædicationis fructu redimit & compenſat. Lupus vero rapax mane comedens prædam veſpere diuidit ſpolia, dum in ætate primæua quaſi circa mane ſuæ vitæ gregem Dominicum perſecutus in veſpera ſuæ conuerſionis ad Dominum ſpolia diabolo exempta diuidit: atque diuerſa officia in Eccleſia DEI diſtribuens ſponſam CHRISTI varietatibus decorauit. Sequitur.

ET *abiit Ananias, & introiuit in domum, & imponens ei manus, dixit, &c. Et*
Iob 41.7. *confeſtim ceciderunt ab oculis eius tanquam ſquamæ, & viſum recepit.* Hæ ſunt ſquamæ Behemoth, de quibus in Iob legitur, quia vna vni coniungitur, nec ſpiraculum quidem incedit per eas. Hæ ſunt illecebræ ſæculares, & colligationes impietatis, qui per manus impoſitionem flatu Spiritus ſancti diſſoluuntur. Recepit itaque viſum, qui paulo ante ambulabat in tenebris: & pane cœleſti reficitur daturus eſurientibus panem vitæ: inſuper & diuini ſementem verbi diſperſurus in gentes, & vberrimos fidei manipulos collecturus. *Et ſurgens baptizatus eſt.* Exſurgens de puluere vanitatis, & de luto peccati in aquis ſanctificatis veterem exuit hominem, atque iuxta verbum prophetæ, æthiops nigredinem ſuam, &
Ierem.13.23. pardus varietates ſuas in baptiſmo deponit. *Et continuo ingreſſus in ſynagogas prædicabat* IESVM, *quoniam hic eſt filius* DEI. Digitus DEI, qui ſcripſit in cordibus
Actor.2.2. hominum legem vitæ pigritare non nouit; vnde & ſuper apoſtolos factus eſt repente de cœlo ſonus, & Saulus vas electionis continuò ſuauitatem odoris effudit. *Saulus autem multo magis conualeſcebat, & confundebat Iudæos, qui habitabant*

Dama-

Damaſci, affirmans, quoniam hic eſt CHRISTVS. De filio DEI conſtanter affir-
mat, quia hic eſt CHRISTVS, qui IESVM DEI filium paulo ante pertinaciter ab-
negabat. ſic Dominus ex Baſan conuertit in profundum maris: ſic ſuſcitat de lapi- *Pſal.67.23.*
dibus filios Abrahæ, mittitque cryſtallum ſuum ſicut buccellas, dum diſperſionis *Matth.3 9.*
& infidelitatis frigore congelati & obdurati in pertinacia ſua non ſolum vocantur *Pſal.147.17.*
ad fidem, ſed ſiunt miniſtri verbi DEI. Sic Paulum olim perſecutorem non ſolum
ad fidem Dominus vocat, ſed apoſtolum, ſed Doctorem gentium facit ad dandam
ſcientiam ſalutis plebi eorum, & ad reuelationem gloriæ Domini noſtri, cui eſt ho-
nor & gloria in ſæcula ſæculorum. AMEN.

PETRI BLESENSIS AR-
CHIDIACONI BATHONIENSIS
COMPENDIVM IN IOB.

Hoc eſt,

Explanatio in duo priora capita IOB.

AD HENRICVM II. ILLVSTRISSIMVM Anglorum Regem.

HENRICO DEI gratia Anglorum illuſtriſſimo Regi, Duci Norman-
niæ, & Aquitaniæ, & comiti Andegauenſi, ſuus Petrus Bleſenſis Ba-
thonienſis Archidiaconus in vero ſalutari ſalutem. GRATIAS ago
gratiæ largitori, quia gratanter auditis, quæ ædificant ad ſalutem: al. *libenter*
dumque curialium ſolicitudinum frixoria, & intricatos negotiorum *aud.*
labyrinthos euaditis, libenter meditamini in lege Domini, & de diurnis labori-
bus in lectione ſacræ paginæ reſpiratis. Glorioſum ſiquidem eſt in Principe, quo-
tidianos actus ſuos, & ab eo incipere, & finire in eo, qui eſt principium & fi-
nis; qui eſt principium ſine principio, & iudicat fines terræ. Præcepiſtis mihi, vt
ad ſimilitudinem illorum tractatuum, quos feceram de Transfiguratione Domi-
ni, & de conuerſione beati Pauli, vitam ſancti IOB ſummatim, & ſub quodam
compendio delibarem, ea duntaxat interſerens, quæ ad patientiam, & cæteras
virtutes vos plenius informarent. Hoc ſane exiſtimo cordi veſtro diuinitus inſtil-
latum, (cor enim regis in manu DEI eſt, & quocunque voluerit, vertet illud vt *Prou.21.1.*
vitam ſancti Iob, & aliorum veterum Patrum libenter velitis deducere ante o-
culos mentis veſtræ, quatenus erudiri poſſitis in eis, ſecundum quod Dominus *Pſal.2.10.*
præcepit per prophetam. Erudimini, qui iudicatis terram. Exemplo ſiquidem *Exempla ſan-*
talium confirmatur fides, ſpes erigitur, nutritur caritas, deprimitur ſuperbia, hu- *ctorũ ad mul-*
militas cuſtoditur, augetur deuotio, & bene operandi deſiderium excitatur. Hinc *ta valent.*
eſt, quod nomina filiorum Iſraël ſcribi fecit Dominus in rationali iudicij, vt omni- *Exo.28.10.*
bus apparerent, & vitam atque conuerſationem ſanctorum Patrum cæteri ſibi tra-
herent in conſequentiam & exemplum. Opus itaq; arduum, & ſarcinam aggredior
magnæ molis: non quod ſufficientes ſimus, ſicut dicit Apoſtolus, cogitare aliquid *2.Cor.3.5.*
ex nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra à DEO eſt, ab eo, qui dicit, aperi

Pſal.80.11. os tuum, & ego implebo illud. Et iterum. Cum ſteteritis ante reges & præſides,
Matth.10.19. nolite cogitare, quid aut qualiter reſpondeatis: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Incipiam ergo in ipſius benedicto nomine, qui eſt benedictus in ſæcula; magnificentiæ veſtræ ſupplicans humiliter & obnixe, vt exhortationem deuotiſſimi ſerui veſtri cum patientia ſuſtinere velitis; recolens, quod cum Moyſes
Exo.18.19. eſſet princeps in populo DEI, conſilium Iethro grataner admiſit; Petrus apoſto-
Gal.2.14. lus apoſtolorum princeps Pauli correctionem non reſpuit; Balaam aſinæ vocibus
Num.22.30. acquieuit; Dauid rex, & propheta Nathan minoris prophetæ increpationem hu-
2.Reg.12 13. militer ſupportauit. IESVS etiam cum remanſiſſet in Hieruſalem, & diceret, quia oportebat eum eſſe in his quæ Patris ſui erant, non acquieſcentibus illi paren-
Luc.2.51. tibus ſuis, ſecutus eſt eos Nazareth, rex ſeruos, magiſter diſcipulos, DEVS homines, verbum & ſapientia fabrum & fœminam, & erat ſubditus illis, ſicut Euangelica ſubiungit hiſtoria. Lectorem etiam rogo, vt hic elimati operis non requi-
al. *inculte ſiq.* rat ornatum: ieiunæ ſiquidem & inurbanæ orationis ruditatem, hinc anguſtia temporis, hinc anguſtiæ curiales excuſant. Pro negotiis etiam Cantuarienſis Ec-
al. *vbi nec.* cleſiæ ad tempus milito in caſtris, & curiam ſequor. Vnde nec habeo corporis quietem, nec pacem animæ, nec librorum copiam, nec ſpacium ſcribendi, nec ſtudendi opportunitatem, nec expeditum animi iudicium, nec plenam arbitrij libertatem. Opus itaque præſens ex his tantum conficio, quæ miniſtrat in dulcedine ſua pauperi DEVS, & quæ quandoque vel audiuiſſe me recolo, vel legiſſe.

LIBER IOB

CAPVT I.

VIR *erat in terra Hus, nomine* IOB, *& erat vir ille ſimplex & rectus, ac timens* DEVM, *& recedens a malo.* TRIA hic ponuntur, ſimplex, rectus, & timens DEVM. Et quia timor DEI in cauſa eſt, quare declinemus à malo, ideo ſubiungitur, recedens à malo, Scriptura
Eccli.15.1. teſtante, quæ dicit. Qui timet DEVM, faciet bona. Et iterum. fa-
Pſal.13 3. cientibus mala non eſt timor DEI ante oculos eorum. In tribus commendatur Iob,
Simplicitas in ſimplicitate, in rectitudine, in timore. Eſt autem ſimplicitas, quæ fatuitati cog-
duplex. nata eſt; & eſt ſimpliciras, quæ in Euangelio commendatur. Eſtote, inquit, pru-
Matth.10.16. dentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. Erat itaque ſimplex per innocentiam, rectus ad iuſtitiam, timidus ad cautelam: ſimplex ad ſeipſum, rectus ad proximum, timens ad DEVM. Non eſt aliquis rectus, ſi recte non diuidat. Be-
Geneſ.4. ne offerebat Cain, ſed non recte diuidebat, imò peſſime, DEO offerens hoſtias, & fratrem perſequens innocentem. Non eſt rectus, qui linguam DEO, animam offert diabolo. Non eſt rectus, cuius caput ſupergreſſæ ſunt iniquitates
Pſal.37.5. eius, & ſicut onus graue grauatæ ſuper eum. Non eſt rectus, quem auaritia contrahit, quem torquet ambitio, quem voluptas incuruat. Rectus eſt autem, qui dat voci ſuæ vocem virtutis, bene loquens, & melius agens. Melior eſt enim vox operis, quam vox oris. Meritò ergo Iob rectus erat, cuius verbis opera reſpondebant. merito rectus, quem non inflabat elatio, quem non deprimebat iniquitas, quem aduerſitas non frangebat. Sequitur,

ET *timens* DEVM. Non timebat eos qui occidunt corpus,& poſtea, ſicut Euangelium dicit,non habent amplius quod faciaut; ſed timebat eum, qui poteſt corpus occidere, & animam perdere in gehennam. Timebat, non ſeruiliter propter pœnam,ſed filiali affectu propter gratiam.Quatuor timores in ſacro eloquio diſtinguuntnr. Mundanus, ſeruilis, initialis, & filialis ſiue caſtus. Mundanus timor eſt, cum periculum mortis,aut temporalium rerum diſpendia formidamus.Seruilis eſt, cum timemus dolores æternos & anguſtias gehennales.Initialis eſt, cum quis incipit delectari in obſeruantia mandatorũ DEI, cum iam ea,quæ duriora ipſi fuerunt, & auſteriora,dulceſcũt. De iſto timore dicit Apoſtolus,quod caritas foras mittit timorem,quia timor in caritate non eſt.Filialis, ſiue caſtus timor eſt, cum vxor virum ſuum, quem ſuper omnia diligit, veretur offendere, aut filius aliquid facere, quod diſpliceat in oculis amantiſſimi Patris.Iſte timor procedit non ex formidine, ſed ex amore. iſte timor,teſtimonio prophetæ, permanet in ſæculum ſæculi. Timebat itaque Iob. beatus homo,qui timet DEVM. Hoc in veritate frequenter expertus ſum, nihil eſſe efficacius ad gratiam promerendam, retinendam, recuperandam, quam ſi inueniatur quis coram DEO omni tempore non alta ſapere, ſed timere. Idcircò ſapiens dicit. Beatus homo, qui ſemper eſt pauidus. Erat itaque Iob, qui interpretatur dolens,in terra Hus,quod interpretatur conſilium; *ſimplex & rectus*, *& timens* DEVM; quia inter anxios dolores, & importabiles preſſuras diuino ſolabatur conſilio; vincebatque hoſtem humani generis verſutum, impium, & ſuperbum, in ſimplicitate, in iuſtitia,in timore.

Luc.12.4. *Timor quadruplex.* *1.Ioan.4.18.* *Pſal.18.19.* *Bern.ſerm. 54.in Cant.* *Prou.28.14.* al.*ſolatiabatur.*

NATI Q. *ſunt ei ſeptem filij, & tres filiæ, & fuit poſſeſſio eius ſeptem millia ouium, & tria millia camelorum, quingenta quoque iuga boum, & quingentæ aſinæ, ac familia multa nimis.* In numeroſitate filiorum, in poſſeſſionum multiplicitate, ſolet cenſeri fœlicitas huius mundi. Veruntamen non eſt fœlicitas in hoc mundo: tranſit enim mundus, & concupiſcentia eius. Vidi omnia, quæ ſub cœlo ſunt, dicit ſapiens & omnia vanitas, & afflictio ſpiritus. Mundana hæc omnia viliſſima reputabat miles iſte fortiſſimus, cuius numeroſitas in prole, dilatatio in bonis temporalibus ideò recenſetur,vt oſtendatur,quantæ fuerit conſtantiæ,qui nec tot filiorum morte concuti,nec tot poſſeſſionum amiſſione potuit turbari. Sic examinat in fornace iuſtitiæ DEVS aurum ſuum; ſic probat in aduerſitatibus ſanctũ ſuum,vt eum prouehat ad coronã,& tàm principibus mundi,quàm prælatis Eccleſię,ſit patiẽtię,conſtantiæ & humilitatis exemplum. Infœlix ego homo, quis dabit capiti meo aquam, &oculis meis fontem lacrymarum? Hi enim,qui conſtantiæ beati Iob imitatores eſſe debuerant & ſequaces, mentes arundineas habent,omni flatui cedunt, omni ſpiritui credunt, omni circumferuntur vento, in iudiciis fauore liqueſcunt, in conſilio pauore deficiunt, turbantur triſtitia, auaritia contrahuntur, protrahuntur ambitione, inquietantur ſuſpicionibus,curis exæſtuant, tabeſcunt odio,mordentur inuidia, ira ardent, honoribus tument, oculos habent ad munera, pupillo & viduæ non intendunt,imò,quod longè grauius eſt,& quod ſine miſerabili gemitu explicare non poſſum,CHRISTI opprobria, ſputa, flagella, clauos, lanceam, crucem, mortem, hæc omnia Prælati in fornace auaritiæ conflant, & pretium vniuerſitatis ſuis marſupiis includentes, patrimonium crucifixi, aut nepotibus erogant, aut damnabiliter retinent, aut in vſus extraordinarios dilapidant & profligant. Nonnè conſiderant infelices, quod morituri ſunt? nonne cogitant, quia requiret Dominus ab vnoquoque ſuæ villicationis rationem, aut ſui principatus honorem? propter hoc irritauit impius DEVM; dixit enim in corde ſuo, non requiret. ſed certè requiret exactiſſimè

1.Ioan. 2. 17. *Eccl.1.14.* *Abuſus Prælatorum.* al. *nõ iudicãt.* *Pſal 9. 13.* *Pſal.30.24.*

Math.21.41. vſque ad nouiſſimum quadrantem,& retribuet abundanter facientibus ſuperbiam.
Malos itaque malè perdet, & vineam ſuam locabit alijs agricolis. Væ operarijs vi-
neæ Domini Sabaoth, ſi cum ſarmentis abſcinduntur. Væ paſtoribus, ſi numeran-
tur in ſiniſtra cum hædis. Væ piſcatoribus, ſi cum malis piſcibus eijciuntur foras.
Væ cultoribus dominicæ meſſis, ſi cum palea comburuntur. Iſti ſunt paſtores, qui-
Iſa.56.11. bus Iſaias improperat, dicens. Paſtores erant,& intelligentiam ignorabant. Et Hie-
Ier.2.8. remias, Tenentes legem neſcierunt me. In eo forſitan ſunt paſtores, quia ſe pa-
ſcunt. quantum enim ad curam ouium pertinet, tonſores ſunt potius, quam paſto-
Prælatorum dignitas. res. lac & lanam quærunt in ouibus, non ſalutem. Sanè in Leuitico præcipitur, vt
ſacerdos habeat in ſacrificiis armum dextrum, & ſeparatum: vt operario Prælati
Leu.7.33. non ſolum ſancta ſit, quod ſignificatur per dexteram, ſed exemplo ſit præcipua,
& merito ſingularis, quatenus tantum præcellat ſubditos opere, quantum præe-
Mal.2.7. minet dignitate. Agnoſcat ergò vnuſquiſque ſuæ vocationis honorem: ſciat,
Math.5.13. quia angelus Domini exercituum eſt: ſciat, quia eſt ſal terræ & lux mundi. Recor-
Bern.l.2.de conſid. detur, inquam, Prælatus, quos anteceſſores habuit, & quorum retinet dignita-
tem. Habet enim primatum Abel, patriarchatum Abrahæ, gubernationem Noe,
ordinem Melchiſedech, dignitatem Aaron, autoritatem Moyſi, virtutem Samuelis,
poteſtatem Petri, vnctionem CHRISTI. Ab omnibus iſtis accuſandus & iudican-
dus eſt apud DEVM, qui iniunctæ ſibi adminiſtrationis officium non exercet. QVID
autem videtur de clericis, qui infinitas animas in cura ſuſcipiunt, & de illarum ſalu-
Contra pluralit. benefic. te non curant? Plærique ſunt, qui, non dicam, animarum, de quibus reſponde-
re tenentur in die tremendi iudicij, ſed vix Eccleſiarum ſuarum numerum cogno-
uerunt: adiungunt Eccleſiam Eccleſiæ, præbendam præbendæ, domum domui,
Iſa.5.8. agrum agro. De talibus dicit Iſaias. Væ qui coniungitis domum ad domum, &
Abac.2.6. agrum agro copulatis vſque ad terminum loci. Et Abacuc. Væ qui multiplicat non
ſua, vſquequaque, & aggrauat contra ſe denſum lutum? Clerici, qui nihil poſſi-
dere debuerant, præſumunt omnia poſſidere. non laborant, non arant, non ſe-
minant, non ædificant, non nauigant, neque pugnant: &, vt verba pſalmiſtæ vta-
Pſal.72.5. mur, in labore hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur: ideo-
que tenuit eos ſuperbia. O infelices, vtinam ſaperent, & intelligerent, ac nouiſſi-
Deu.32.29. ma prouiderent. Vtinam miſeri ſaperent, quid portendat hoc verbum, *& cum hominibus non flagellabuntur.* Certè, qui cum hominibus temporaliter non flagel-
Abuſus Monachorum. labuntur, æterna ſunt cum dæmonibus flagella paſſuri. Monachi & canonici regu-
lares, qui viam vitæ arctioris, & ſanctum otium elegerunt, ſimplices quidem ſunt
Math.7.15. vt columbæ, ſed vultu, non actu, habitu, ſed non affectu. Venient, inquit Domi-
nus, ad vos in veſtimentis ouium, intus autem ſunt lupi rapaces. Non eſt hodie ali-
quod forum iudiciale, aut venale, cui ſe viri religioſi non immiſceant, & cui ſe in-
opportuniſſime non importent: mundum enim quadam ſimulatoria religione fal-
al. ſæpiſſimè. lentes, falluntur peſſime, & mundo mortui negotiantur & venantur, quæ mundi
Luc.17.12. ſunt. Quod ſi Eccleſia regnum DEI eſt, ſecundum quod legitur, regnum DEI intra
Math.11.12 vos eſt, cum ipſi Eccleſias, vel violentia, vel venalitate inuadunt, ſecure inſero, quod
regnum DEI vim patitur, & violenti diripiunt illud. De regibus & principibus,
Rom.13.4. qui rectitudinem & iuſtitiam Iob debuerant imitari, dicit Apoſtolus, quod non ſi-
ne cauſa gladium portant, ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum. vn-
de & conſtituti ſunt patres orphanorum, viduarum iudices, punitores exceſſuum,
Iob.29.15. religionis aduocati, Eccleſiæ defenſores. Audi, quid dicat Iob. Pater eram paupe-
rum, conterebam molas impij, & de dentibus iniquis auferebam prædam. non
nega-

negabam pauperibus, quod volebant, & petentium oculos expectare non feci. Nouiſſima clauſula huius verbi ſpecialiter principes illos tangit, qui cum de facili poſſint pauperum negotia expedire, ſemper differunt, & expectantium vota continua procraſtinatione ſuſpendunt. Ne dicas, dicit Salomon, vade, & cras reuertere, & dabo tibi; cum ſtatim poſſis dare: quia ſicut magiſter meus eleganti ſſimè dicit, *denigrat meritum dantis mora, factaque raptim munera plus laudis pluſque fauoris habent*. Quodcunque poteſt manus tua, dicit Sapientia, inſtanter operare. neſcimus enim quid ventura pariat dies. De morte quidem certiſſimi ſumus, nihil tamen nobis eſt incertius hora mortis. Iam venimus ad canos, & mortis præambulos feſtinantis accepimus. Sic enim Apoſtolus dicit ad Hebræos. Quod antiquatur & ſeneſcit, prope interitum eſt. Incerti enim ſumus, qua hora Dominus venturus ſit: quia ſicut fur, ita in nocte veniet. cum enim dixerint, pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus, & ſicut dolor in vtero habentis, & non effugient: quia, iuxta Salomonem, proſperitas ſtultorum perdet eos. Hinc eſt quod Apoſtolus ad Timotheum ſcribens ait. Diuitibus huius ſæculi præcipe non ſuperbè ſapere, nec ſperare in incerto diuitiarum. Verè in incerto. dicit enim pſalmus. Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis. Sequitur.

Prou. 3. 28. *Ioan. Saleſb. Carnot. Epiſc.* *Eccl. 9. 10.* *Heb. 8. 13.* *1. Theſ. 5. 2.* *Prou. 1. 32.* *1. Tim. 6. 7.* *Pſal. 75. 6.*

ET *ibant filij eius, & faciebant conuiuia per domos, vnuſquiſque in domo ſua. Et mittentes vocabant tres ſorores ſuas, vt comederent & biberent cum eis*. Cum pro diuiſione hæreditariæ ſortis frequenter ſoleat eſſe zelus & æmulatio inter fratres; patet prudentia Iob, qui ſic vitam inſtituerat filiorum, vt ſe mutua caritate diligerent, & ſeſe ad amica conuiuia per viciſſitudines inuitarent. Bonum ſiquidem eſt & iucundum, habitare fratres in vnum. Quia quanto gratior eſt in conſpectu DEI & hominum amor fraternus, tanto enormius eſt, ſi inter eos diſſenſiones & ſchiſmata nutriantur. Propter hoc dicit Apoſtolus. Obſecro vos fratres per nomen Domini noſtri IESV CHRISTI, vt idipſum ſentiatis, & non ſint in vobis ſchiſmata. Erat itaque plena concordia inter filios & filias ad patrem, vt ſecundum Apoſtolum ſeruarint inuicem vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Si enim à patre filij diſſentirent, iam non eſſet inter eos caritas, quia non obſeruarent patri debitam caritatem. Auelle à Sole Solis radium, & non lucet: præcide riuum à fonte, & areſcit: abſcinde ramum ab arbore, & ſiccatur; & membrum à corpore, & putreſcit. Separa filium à deuotione paterna, & iam non eſt filius, ſed frater & collega illorum, quibus dicitur. Vos ex patre diabolo eſtis. In principio Iſaiæ legitur. Filios enutriui & exaltaui. ipſi autem ſpreuerunt me. Vltimum autem verbum eiuſdem prophetæ eſt. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. In veteri teſtamento præcipiebatur agnus paſchalis comedi in vna domo, vt in habitantibus conſonantia morum & affectuum notaretur identitas, ſicut ſcriptum eſt. qui inhabitare facit vnius moris in domo. Idipſum itaque beato Iob ad aliarum virtutum cumulum accedebat, quod filios ſuos nutrierat in amore, & vagos adoleſcentiæ motus ſub cenſura cohibuerat diſciplinæ. Heli enim, licet in aliis iuſtus eſſet, ideò viſus eſt reprobatus à Domino, ſellaque in qua ſedebat euerſa, collo fracto, cecidit, quia filios non correxit. Dilexiſti, dicit ei Dominus, magis filios tuos quàm me. Periit igitur, quia circa filiorum correctionem negligens fuit. Vxor etiam eius abortiendo mortua eſt, & filij eius Ophni & Phinees ſunt occiſi. Caueant patres ſpirituales, qui in cathedris ſedent, ne ob negligentiam ipſorum

Pſal. 132. 1. *1. Cor. 1. 10.* *Eph. 4. 3.* *Amor & cōcordia quanti faciend.* *Ioan. 8. 44.* *Iſa. 1. 2.* *Iſa. 66. 24.* *Exod. 12. 6.* *Pſal. 67. 7.* *1. Reg. 4. 18.*

ipſorum ſui filij occidantur, ne deſtruatur Eccleſia, ne in ipſorum confuſionem & perniciem cathedræ ſubuertantur.

CVM Q. *in orbem tranſiſſent dies conuiuij, mittebat ad eos Iob, & ſanctificabat eos.* Septem erant filij Iob, ideoque ſeptem conuiuiis vſi ſunt, & ſic ſeptem diebus expletis mittebat Iob, & ſanctificabat eos. Septenarius ſtatum præſentis vitæ ſignificat, quia ſeptem dierum curriculis voluitur & diſtinguitur præſens tempus. Septem itaque diebus elapſis Iob filios ſuos ſanctificabat, quia poſt vitæ præſentis excurſum vocem illam ſanctificationis & gratiæ expectamus, qua dicet Dominus fi-
Math.25.34. liis ſuis. Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi.

Conſurgenſque diluculo offerebat holocauſta per ſingulos. Dicebat enim: ne fortè peccauerint filij mei, & benedixerint DEO *in cordibus ſuis.* NE fortè, dicit. temerarium enim eſſet, de corde alieno proferre ſententiam. Homo namque videt in facie: de
Pſal.7.10. cordibus autem iudicat, cui omne cor patet, qui ſolus ſcrutatur corda & renes. Propterea dicit Apoſtolus. Pro minimo eſt mihi, vt ab homine iudicer, aut ab humano
Gula filia loquacitas. die. Offerebat Iob pro filiis ſuis holocauſta per ſingulos, timens, ne in conuiuiis ſuis Domino detraxiſſent. Solet ſiquidem oriri ex comeſſatione garrulitas. Niſi enim
Greg. lib. 1. mor. c. 4. gulæ deditos dicit Gregorius, raperet immoderata loquacitas, diues ille, qui epulabatur ſplendidè, grauius non arderet in lingua, dicens. Pater Abraham, miſerere mei,
Luc.16. & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti ſui in aquam, & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Lingua ſiquidem membrum modicum eſt, & mobile, cæteraque membra quandoque multiplici malignitate contaminat. Eſt e-
Lingua mala. nim lingua diſſoluta, lingua impudica, lingua magniloqua. Lingua diſſoluta eſt in ſermonibus otioſis: impudica in ignominiæ verbis: magniloqua in ſuperbia & abuſione. Prima ſcurrilitati, ſecunda laſciuiæ, tertia arrogantiæ famulatur. Et quid eſt de-
Dan.4.27. teſtabilius lingua illa regis Babylonis? qua dicebat. Nonne hæc eſt Babylon magna, quam ego ædificaui in domum regni mei, in fortitudine mea, & in gloria decoris mei? Propter hoc in bruti animalis deiectionem humiliati meruit principis illius præſumptuoſa elatio. Homo enim cum in honore eſſet, non intellexit, ideoque
Pſal.48.13. comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Certe ſi boues & aſini loquerentur, poſſent dicere. Ecce Nabuchodonoſor factus eſt quaſi vnus ex nobis. Verebatur itaque Iob, ne linguæ lubricum filios traheret ad peccatum, vt in cordibus ſuis benedicerent, id eſt, maledicerent Domino. In corde ſuo maledicit, qui bona opera non recta intentione facit. In corde ſuo DEO maledicit, qui quod a DEO habet, ſibi & non DEO aſſcribit. Putridiſſime puluis, & vento pulueris diſper-
1.Cor.1.31. gende, quid habes à te, vnde poſſis aut debeas gloriari? Qui gloriatur, in Domino glorietur. Si ex aliqua parte tibi vſurpas gloriam, fur es: eam enim DEO ſurripis &
Iob.31.27. furaris. Si oſculatus ſum manum meam, dicit Iob, quod eſt ſumma iniquitas & abnegatio in DEVM. Manum ſuam oſculari, eſt de ſuis operibus gloriari. Ad eum er-
Pſal.113.1. gò ſolum gloria referatur, qui ſolus eſt glorioſus in ſæcula. Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Solus habeas gloriam, qui ſolus pugnaſti, ſolus in
Iſa.63.3. patibulo triumphaſti. Torcular, inquit, calcaui ſolus, & de gentibus non eſt vir me-
Pſal.84.9. cum. Da nobis Domine pacem, & ſufficit nobis. loquere Domine pacem in plebem tuam, & fiat pax in virtute tua. Scimus enim, quod prudentiſſimè diſtinguebat an-
Luc.2.14. gelus, cum dicebat. Gloria in excelſis DEO, & in terra pax hominibus bonæ volun-
Comeſſationis mala. tatis. Offerebat itaque Iob holocauſta pro filiis. Sciebat enim quod ex comeſſatione frequenter ſurgit ebrietas, & ex ebrietate temeritas. Comeſſatio turbat animæ ſtatum,

tum, ebrietas confundit rationis iudicium, temeritas præcipitat in reatum. Ideoq; *Rom. 13. 13.*
Apoſtolus comeſſationes & ebrietates multipliciter interdicit. Quorum enim *Gal. 5. 21.*
DEVS venter eſt,& gloria in confuſionem,eſca ventri,dicit Apoſtolus,& vẽter eſcis. *Phil 3. 19.*
DEVS autem hunc & has deſtruet. Legitur, quod Nabuzardan princeps militiæ de- *1.Cor.6.13.*
ſtruxit muros Hieruſalem,quia plærunque euenit,vt vitium gulæ mœnia eorum de- *Ierem. 52. 13.*
ſtruat,qui viam religionis,& ſanctæ pacis propoſitum elegerunt. Illud præ cæteris
mihi materiam doloris importat, quod hodie viri religioſi, & ſancti ordinis profeſ-
ſores de ferculorum numeroſitate contendunt. Si inuenerit religioſus circa ſe, aut
pulſum velocem, aut vrinam intenſam, aut hebetem appetitum, conſulit medicos,
examinat ſpecies, electuaria facit, nullis vtitur ſalſamentis,quæ non ſunt condita ex
cynamomo,& gariophillo,&nuce muſcata. O quàm odioſum eſt in homine,quod
qui ſemper de hierarchia cœleſti debuerat loqui,de hiera picra,& hiera Logadij diſ- *ἱερα πικρα*
putare diſcit. Religioſus talis diſcipulus potius eſt Epicuri, quàm CHRISTI. Hoc ca- *ἱερα Logadij.*
piti inquit,hoc oculis,hoc ſtomacho,hoc hepati nocet. Butyrum cõuertibilis eſt na- *Vide* NOTAS.
turæ,cereuiſia ventos facit,caules melancholici ſunt, porri choleram accendunt,pi- *Bern.ſerm.30.*
ſa guttam generant,faba conſtipat,lentes excęcant,caſeus vniuerſaliter eſt peſſimus. *in Cantica.*
Diu ad orationem ſtare neruos debilitat, ieiunare cerebrum turbat, vigilare deſic-
cat. Nunquid inueniuntur iſtæ differentiæ in Euangelio, aut prophetis? Certè non
habet hoc inſtitutio beati Benedicti: ſed miſeris hoc reuelat caro & ſanguis.Hæc de
comeſſationibus. De ebrietate verò, quæ eſt comeſſationis portio & ſequela, illud
ſuccincta breuitate perſtringo, quia ſicut Adam gulæ, ſic & Noe & Loth ebrietati al. *ſuccubuit.*
* ſubiacuit. Certè dicit Ambroſius. Nunquam fuiſſet ſeruitus, ſi ebrietas non fuiſ- *Amb. lib. de*
ſet.Quid autem dicemus de illis perditæ mentis hominibus,qui potando decertant, *Elia.c.5.13.*
qui plus bibere victoriam eſſe arbitrantur? qui tunc felices ſe reputant, cum aut ſe, *14.15.16.*
aut ſocios vident lingua titubare, & pedibus? qui tunc amplius bibunt, cum minus
ſitiunt? qui hominem deteſtantur, qui ebrietati non ſtudet, & ſi ebrij non fuerint,
dormire non poſſunt? Audiant quid dicat Dominus per organum ſancti ſpiritus
Iſaiam. Væ qui potentes eſtis ad bibendum,& fortes ad miſcendam ebrietatem. Sa- *Iſa.5.22.*
lomon ebrietatis incommoda ſuccincta & vrbana breuitate concludit dicens. Cui *Prou.23.29.*
væ, cuius patri væ, cui vulnera, cui rixæ, cui ſuffoſſio oculorum,nonne his qui mo-
rantur in vino & ſtudent calicibus epotandis? Sequitur,

SIC *faciebat Iob cunctis diebus.* in quo perſeuerantia boni operis deſignatur.
Perſeuerantia hoc prærogatiuæ habet, quia cum omnes virtutes currant ad bra-
uium, ſola perſeuerantia coronatur: multũ ſiquidem valet deprecatio iuſti aſſidua,
quod in oratione Moyſi manifeſtiſſimè liquet. Dũ enim oraret, dum manus erige- *Iac. 5. 16.*
ret,vincebat populus DEI: dum autem dimitteret manus,aut ab oratione ceſſabat, *Exod.17.11.*
Amalech præualebat. Ideoque Iob cunctis diebus offerebat holocauſta pro filiis, *Iob cur quoti-*
quia ſe in quotidianis conuiuiis peccandi materia ingerebat, oportebatque conti- *die ſacrifica-*
nuum eſſe remedium, vbi continua erat occaſio & pronitas ad peccandum. *rit.*

QVADAM *autem die,cum veniſſent filij* DEI,*vt aſſiſterent coram Domino, ad-
fuit inter eos etiam & Satan.* Multæ ſunt curiæ, & aliquis Satan ſemper inuenitur in
ſingulis. Ei autem, qui eſt accuſator fratrum, & bonorum deprauator, occultus o-
mnium aduerſarius,& quaſi anguis inter anguillas,legationes frequẽtius iniungun-
tur,& fortè quod ſibi aſſcribit ad gloriam, DEI iudicio ei imponitur ad laborẽ. Mit-
tuntur quandoq; à Domino boni angeli, miſſi in miniſteriũ propter eos, qui hære- *Heb.1.14.*
ditatem capiunt ſalutis. Mittuntur etiam mali angeli ad vexationem malorum, vt
fiant,ſicut ꝓpheta dicit,immiſſiones ꝑ angelos malos. Mittũtur & ad probationem *Pſal.77.49.*

QQ bono-

bonorum, ad virtutis exercitium, ad augmentum gratiæ in eis, & ad gloriæ incrementum. Qua verò fronte, qua audacia præſumit ille filius ſuperbiæ, ille angelus apoſtata inter DEI filios apparere? Sed quia per ſuperbiam cecidit, ſuperbiendo aſcendit. *Pſal. 73. 23.* Superbia, inquit, eorum qui te oderunt, aſcendit ſemper. Superbia enim natione cœleſtis eſt, in cœlo concepit dolorem, & peperit iniquitatem: atque illuc libentius tendit, vnde cecidit. Ideo nec apparet Satan inter angelos DEI, vt videat vultum eius, *Math. 18. 10.* in quem angeli concupiſcunt, cuius faciem angeli ſemper vident, quia homo *Exod. 33. 20.* DEVM non videbit, & viuet. Ablatus eſt peccator, ne videat gloriam DEI. apparet ergò Satan coram Domino, vt videatur ab eo, quem videre non poteſt: ſicut cæcus, qui in radio ſolis eſt, & beneficio ſolis non vtitur, & hoc ſolum videre permittitur, quod ſibi reputat ad tormentum. torquetur enim inuidia, immoritur angelorum *Pſal. 111. 10.* felicitati, & proſperitati fidelium intabeſcit, iuxta illud; Peccator, videbit, & iraſcetur, dentibus ſuis fremet, & tabeſcet.

CVI *dixit Dominus. Vnde venis Satan?* Quærit autem Dominus à Satan, quaſi ignorans vnde veniat: quia, ſicut dicitur. Iuſtus videtur neſcire mentiri, eo *al. acceptat.* quod mentiri non vult, & mendacium non attentat: ſicut Dominus nouit viam iu*Pſal. 1. 6.* ſtorum, & viam peccatoris ignorat.

Pſal. 11. 9. QVI *reſpondens ait. Circuiui terram & perambulaui eam.* Bene dicit, *circuiui*, *1. Pet. 5. 8.* impij enim in circuitu ambulant. aduerſarius ſiquidem noſter quaſi leo rugiens circuit quærens quem deuoret, eoſq; libentius deuorare attentat, quos vitæ ſanctioris *Abac. 1. 16.* agnouit, quia ſcriptum eſt. cibus eius electus.

DIXITQ. *Dominus ad eum. Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob, quod non ſit ei ſimilis in terra? homo ſimplex & rectus, ac timens* DEVM? A commendatione *2. Cor. 10. 12.* iuſti incipit: non enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt, ſed quem DEVS commendat: illaſque virtutes ei proponit, quas amplius habebat exoſas, vt inimi*1. Cor. 10. 12.* cum vehementius torqueat, & prouocet ad tentandum. Vult enim Dominus ſeruos ſuos fortiter tentari, vt faciat etiam cum tentatione prouentum. Gaudet princeps militiæ, ſi militem ſuum cum forti aduerſario ſtrenuè pugnantem aſpexerit. Exultat CHRISTVS, cum martyrem ſuum videt nunc flagellari, nunc extendi eculeo, nunc ferreis laniari vnguibus, nunc ſagittis exponi, nunc membris truncari, nunc ignibus ſuperponi. Stat martyr afflictus quidem, ſed inuictus, videnſque ſanguinem ſuum ex diuerſis partibus corporis ebullire, non ſua ſed redemptoris vulnera attendit. Inter anxietates ergò acerrimas tripudians & triumphans, dolores corporis lacerati non ſentit, quia peregrinatur a corpore. Non facit hoc ſtupor, ſed amor. nec deeſt dolor, ſed pro CHRISTO contemnitur. Sic Dominus & poſſeſſiones, & perſonam ſerui ſui Iob malitiæ tentatoris exponit, vt per interiora & exteriora afflictus, munitus tamen a Domino à dextris, & a ſiniſtris, & creſcat in gratiam, & proficiat ad coronam.

CVI *reſpondens Satan, ait. Nunquid fruſtra Iob timet* DEVM? *nonne tu vallaſti eum, ac domum eius, vniuerſamque ſubſtantiam per circuitum? operibus manuum eius benedixiſti, & poſſeſſio eius creuit in terra: ſed extende paululum manum tuam, & tange cuncta quæ poſſidet: niſi in faciem benedixerit tibi.* Quia in viro ſancto ſatan mala, quæ accuſaret, non inuenit, bona conuertit in malum falsò, & malitioſè vitium ingratitudinis ei [illegible] inferre, quem aliter non poterat deprauare. q. d. Nec te timet, tanquam ingratus, nec eſt, quare te timeat, quia vallaſti eum, & domum eius, omnemque in eo timorem, ac reuerentiæ materiam abſcidiſti. Sciebat enim aduerſarius, vi*Bern. ſerm. [illegible] in Cantic.* tium ingratitudinis eſſe, per quod homo DEO poterat amplius diſplicere. Ingratitudo

tudo enim eſt ventus vrens, ſiccans fontem pietatis, rorem miſericordiæ, fluenta
gratiæ. Ingratitudo eſt diſperſio virtutum, beneficiorum proditio, & iactura meri-
torum. Homo ſiquidem ante paſſionem CHRISTI ingratitudinis morbo laborabat;
Dicebat enim homo creatus, ſed nondum redemptus, non amplius teneor DEO,
quam cæteræ creaturæ. dixit enim, & facti ſunt. non plus in me, quam in aliquo
brutorum animalium laborauit. Sumebat itaq; humana impietas occaſionem in-
gratitudinis de materia gratiarum. Sed obſtructum eſt hodie os loquentium iniqua,
& ideò non eſt ingratitudini locus. plus enim DEVS in ſola redemptione hominis, *Deus plus la-*
quam in tota mundi fabrica laborauit. Factus eſt namq; de Domino ſeruus, de diui- *borauit in ho-*
te pauper, de immortali mortalis, de verbo caro, de filio DEI filius hominis. Suſti- *mine redime-*
nuit autem opprobria exprobrantium, paſſus eſt inſidiatores in factis, contradicto- *do, quàm mun-*
res in verbis, illuſores in anguſtiis, neceſſitates carnis, horrorem mortis, ignominiam *do creando.*
crucis. Illud amantiſſime Princeps, excellentiā veſtram rogo, & rogando conſulo, vt
iugiter habeatis in mente, quanta fecerit Dominus vobis. De comite in ducem, de
duce in regem vos extulit. poſtmodum vi reges multos & maximos cum eorū pro-
uinciis veſtræ dominationi ſubiecit. Et quia ſunt miſerationes eius ſuper omnia ope- *Pſal. 144. 9.*
ra eius, ſingulis diebus laudes, quæſo, proprias, & ſpeciales gratias altiſſimo referatis,
de miſericordia, quam vobis in veſtrorum diſſenſione filiorum exhibuit. Receſ-
ſerat à vobis caro veſtra: viſcera veſtra erant auulſa à vobis. Omnes circumiacentes,
principes & populi, omneſq; veſtrates fere in veſtrum anhelabant exitium; erantq;
ſicut dicit propheta, Inimici hominis domeſtici eius. Verum humiliauit eos, qui eſt *Mich. 7. 6.*
ante ſæcula, deditque hoſtes veſtros in manibus veſtris, ad alligandos principes eo- *Math. 10. 36.*
rum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Ipſe etiam corda filiorum *Pſal. 149. 8.*
conuertit ad patrem, eoſq; ad eam ſubiectionem & humilitatem veſtris pedibus in- *Luc. 1. 17.*
clinauit, vt iam non dubitent vniuerſos pro vobis ſubire labores, & pro veſtro ho-
nore offerre ſe morti. Non ergò hoc vobis aſſcribatis, ſed Domino: ne ciuſdem il-
lud opprobrium oriretur in vobis. Non fuerunt, inquit, memores beneficiorum *Pſal. 77. 11.*
eius, & mirabilium eius, quæ oſtendit eis. Abſit ab ore & corde veſtro illa peſtife-
ra ſententia, & in auribus altiſſimi odioſa. Manus noſtra excelſa, & non Dominus *Deu. 32. 27.*
fecit hæc omnia. Audite quid ſapiens dicat. Quanto maior es, humilia te in omni- *Eccli. 3. 21.*
bus. Et Apoſtolus. Humiliamini ſub potenti manu DEI, ſub eo, per quem re- *1. Pet. 5. 6.*
ges regnant, quem noſſe, viuere: cui ſeruire, regnare eſt. ſine cuius gratia, nec Prin- *Prou. 8. 15.*
ceps honorem, nec populus habet pacem, nec quietem religio, nec Eccleſia li-
bertatem.

Tange, inquit, *cuncta quæ poſſidet, niſi in faciem benedixerit tibi.* Facies Domi-
ni, miſericordia eius eſt. Oſtende, inquit, pſalmiſta, faciem tuam Domine & ſalui e- *Pſal. 79. 4.*
rimus. Et alibi. De vultu tuo Domine iudicium meum prodeat. item. vultum *Pſal. 16. 2.*
tuum Domine requiram. DEO itaque in faciem maledicit, qui gratiam eius, quam *Pſal. 26. 8.*
in proſperitate ſeruauerat, in rerum temporalium ſubtractione, aut in corporis af-
flictione contemnit.

DIXIT *ergo Dominus ad Satan. Ecce vniuerſa quæ habet, in manu tua ſunt.
tantum in eum ne extendas manum tuam.* Non fauore, aut prece diaboli inclinatur
Dominus, vt ipſius tentationi ſeruum ſuum velit exponere, ſed ſerui ſui vtilitati
proſpicit & honori, mittens militem ſuum ad prælium, quem nouit reportaturum
de prælio gloriam & triumphum. Iuſtiſſimum quidem iudicium DEI eſt, vt ille hu-
milium peſſimus malleator, dum iuſtos premit inter malleum & incudem, fabri-
cet eis coronas perpetuas, & qui omnes attentat vincere, vincatur ab omnibus:

& quod ſanctis multiplicatur ad gloriam, ei ad ignominiam &confuſionem multiplicius conuertatur. *Tantum*,inquit,*in eum ne extendas manum tuam.* Poſſeſſiones Iob inimico exponit,corpus protegit DEVS, corpus tamen poſtmodum traditurus ex altiſſima diſpenſatione hoc faciens. Sciebat enim,quod fortius vni tētationi reſiſteret,quam duabus; & quod ex victoria primę pugnæ,animus Iob ad alterius tentationis tolerantiam conſtantius firmaretur. Non enim, ſicut dicit Apoſtolus,

1.Cor. 10. 13. permittit DEVS ſuos tentari ſupra id quod poſſunt, ſed facit etiam cum tentatione

Pſal. 124. 3. prouentum, vt poſſint ſuſtinere. Tollitq; Dominus virgam peccatorum deſuper ſortem iuſtorum, vt non extendant iuſti ad iniquitatem manus ſuas.

Ioan.8.44. EGRESSVS Q. *eſt Satan a facie Domini.* Verè egreſſus eſt,qui in veritate non ſtetit,qui in ſuperbia ſua corruit, qui in gratia non permanſit.

CVM *autem quadam die filij & filiæ eius comederent & biberent vinum in domo fratris ſui primogeniti, nuncius venit ad Iob,qui diceret. Boues arabant, & aſinæ paſcebantur iuxta eos, & venerunt Sabæi,tuleruntque omnia, & pueros percuſſerunt gladio, & euaſi ego ſolus.* Opportuniſſimum tentationis tempus elegit, cum ſcilicet filios Iob comedentes & bibentes inuenit. Adhuc,inquit,eſcæ eorum erant in ore ipſo-

Pſal.77.31. rum, & ira DEI aſcendit ſuper eos. Quia comeſſationes ſine peccato vix eſſe poſſunt, comeſſationibus libenter ſe ingerit inimicus: orationem verò & ieiunium ſemper odit, quia genus eſt etiam dæmoniorum, quod non niſi oratione & ieiunio

Math.17.21. expellitur. Et notandum, quod non cibum ſumere, ſed in cibo delectari peccatum eſt. Quandoque enim aliquis non minus guloſus eſt in viliſſimis cibis, quam

1.Reg.14.21. alius in epulis delicatis. Legitur Ionathas peccaſſe in guſtu mellis, Eſau in edulio

Gen.26 34. lentis, Sodomitæ in ſaturitate panis. Ergò, teſte Hieronymo, non cibus, ſed ap-

Ezech.16 49. petitus in culpa eſt. Conſiderantur autem in cibo ſumendo tria, tempus, modus,

H.l.2.in Io- & qualitas. Tempus, vt non præueniatur hora: modus, vt ſumatur cibus cum mo-

uinian. deratione inculpata: qualitas, vt non ſint cibi nimium exquiſiti, aut nimium ſum-

Sumptio cibi ptuoſi. Comedere poſt ſaturitatem eſt ſuperfluum, ante eſuriem otioſum, in eſu-

tria requirit. rie licitum, poſt eſuriem meritorium. Certè non credo in homine incolumi ieiu-

Ieiuniū quod nium alicuius eſſe meriti,quod eſuries non præcedit. Ieiunare. & ieiunio non affli-

non merito- gi,non habet vim, aut meritum ieiunandi. Si inſtant Apoſtolorum vigiliæ, aut a-

riū. lia tempora, quæ neceſſitatem ieiunandi indicant, præcedenti die implemus & in-

Tempora cer- gurgitamus nos varietatibus ferculorum, atque in fraudem futuri ieiunij tantum

ta ieiunij. noſtris ventribus inculcamus, quo ſufficienter poſſit ſuſtentari triduo ſobrius diſ-

Iſa.58.5. penſator. Non eſt hoc,dicit Dominus per prophetam, ieiunium,quod elegi. Sunt enim ieiunia, quæ reprobauit DEVS, & ſunt ieiunia, quæ elegit. Ieiunant alij propter naturæ impotentiam: alij propter auaritiam: alij ad apparentiam: alij ad vitam æternam: alij ad corporis ſanitatem. Ieiunat ægrotus, vt conualeſcat, hypocrita vt appareat,faſtidiotus vt appetat,auarus vt parcat. In omnibus intentio ſua,ope-

Diſcretio au ri ſuo nomen imponit. In omnibus diſcretio ſeruanda eſt, auriga virtutum & ope-

riga virtutū. rum [illegible] Sequitur.

CVMQ. *adhuc ille loqueretur, venit alter, & dixit. Ignis* DEI *cecidit è cœlo & tactas o*[illegible] *& effugi ego ſolus, vt nunciarem tibi. Sed & illo adhuc loquente* [illegible] *fecerunt tres turmas, & inuaſerunt camelos. & tulerunt* [illegible] *percuſſerunt gladio, & ego fugi ſolus, vt nunciarem tibi. Adhuc* [illegible] *intrauit, & dixit. Filiis tuis & filiabus veſcentibus* [illegible] *vinum in domo fratris ſui primogeniti, repente ventus vehemens* [illegible] *deſerti, & concuſſit quatuor angulos domus, quæ corruens oppreſſit*

liberos

liberos tuos, & mortui ſunt, & effugi ego ſolus, vt nunciarem tibi. SATAN ad multiplices tentandi artes, ad varia nocendi argumenta ſuas aſtutias circumducit. ſunt enim multæ eius aſtutiæ, vt apoſtolus dicit. Non ignoramus, inquiens, aſtutias Satanæ. *2.Cor.2.11.*
Facit igitur damna inopinata & ſubita nunciari, vt Iob ex continuato damnorum euentu vehementius conſternetur: additque vulnera ſuper dolorem vulnerum, vt ob cumulum ſuperuenientis mali, præteritorum malorum memoria refricetur, & vt inueniatur iniquitas eius ad odium, ignem de cœlo, ventos ex aere, de terris impetum producit hoſtilem, vt ſic ille filius ſuperbiæ, in cœlo, in aëre, & in terris habere videatur aliquam poteſtatem. Veruntamen non ex ſua, ſed ex DEI poteſtate ad vſum nequitiæ ſuæ contra Iob elementa mouere permittitur, vt Iob inter flagellorum preſſuras in modum ſinapis, dum plus conteritur, vehementius inardeſcat, & dum aduerſarius omnia nocendi genera experitur, in omnibus ſuperetur.

TVNC *ſurrexit Iob, & ſcidit veſtimenta ſua.* Ecce flagellum ſenſit. vnde & ſtatim in veſtimentorum ſciſſione ſigna doloris exhibuit.

ET *tonſo capite corruens in terram, adorauit, & dixit. Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit, ita factum eſt, ſit nomen Domini benedictum.* Commotum eſt vas pigmentarium, & dedit ſuauitatem odoris: contrita ſunt aromata, & fragrantiam emiſerunt. Afflictus eſt Iob, & ad laudes Domini ſe conuertit. Quamdiu fuit in die proſperitatis ſuæ, offerebat quotidie holocauſta: in nocte verò aduerſitatis, canticum laudis offerre non ceſſat, iuxta vocem pſalmiſtæ. In die manducauit Dominus benedictionem, & nocte canticum eius. *Pſal.132.3.* Et notandum, quod tonſo capite, in terram corruens, adorauit. In eo, quod tondet caput, quod in terram corruit, quod adorat, notatur humilitas, quæ in Iob præcipuè commendabilis erat, in habitu, in opere, in affectu. *Tonſura clericorum.*
Non eſt nouum, quod tondentur clerici, quod in capite coronantur. Exemplum tonſuræ habemus in Iob; exemplum coronæ habemus in CHRISTO, qui ſpineam coronam in ſignum humilitatis geſtauit in capite ſuo. Quidam etiam gentiles Petro apoſtolo caput raſiſſe dicuntur in CHRISTI opprobrium & contemptum: quod tamen ipſe, non immemor ſpineæ coronæ CHRISTI, patienter, & prompta voluntate ſuſtinuit. *Beda libro 5. hiſt.cap.22.* In huius humilitatis memoriam Priſcilla & Aquila ſeipſos, ſicut in actibus Apoſtolorum legitur, totonderunt. Paulus etiam totondit ſe in Cenchris. *Actor.18.18. & 21.26.*
Tondet itaque ſe Iob in ſignum humilitatis; conſiderans ſe conteri & humiliari flagellis, amplius ſe humiliat, & manum adiuuat flagellantis. *Nudus*, inquit, *egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc.* Ad memoriam reducit Iob humanæ conditionis miſeriam, vt hoc ipſum ad ſolatium ei cedat, quod quandoque nihil habuit: ſciatque non eſſe de rerum temporalium amiſſione dolendum: quæ & cito acquiruntur, & citius euaneſcunt. Homo de terra conditus, in terram reuertitur, ſicut in Geneſi dictum eſt primo homini: cinis es, & in cinerem reuerteris. *Geneſ.3.19.* Quod ideo dictum fuiſſe credimus, vt quamdiu homo militat in hac vita mortali, imò in hac morte vitali, recordetur originis ſuæ, & memoriter teneat, vnde veniat, aut quo vadat. Terra, terra, terra, audi ſermones meos, dicit propheta. *Ierem.22.29.* Propheta tertio vocat hominem terram, quia homo tripliciter terra eſt. Terra eſt, quia de terra creatus eſt. Terra eſt, quia in terra cõuerſatur. Terra eſt, quia in terram reuertitur. Terra eſt creatione, terra eſt conuerſatione, terra eſt morte. Terra eſt natura, vita, & ſepultura. Et quia terra hic tertio iteratur, ideo ſponſus replicat Sunamiti tertio, vt de terra diſſimilitudinis ad terram viuentium reuertatur. Reuertere, reuertere Sunamitis; reuertere, reuertere, vt intueamur te. *Cant.6.12.* Reuertere de terra diſſimilitudinis; reuertere de terra

 pec-

peccati: reuertere de terra miſeriæ in terram libertatis: reuertere in terram gratiæ, & in terram gloriæ. Infelix ego homo, vnde poteſt obrepere mi[illegible] ho[illegible] ela[illegible]nis occaſio, qui de immundo conceptus eſt ſemine, & iterum [illegible] pul-

Bern. in meditat. cap. 2. uis fiet? Cuidam ſic quærenti a quodam Philoſopho. quid fui, quid ſum, quid ero? Legitur Philoſophus reſpondiſſe: vile ſperma, ſaccus ſtercorum, cibus vermium. Audiant quæſo, & firmiter hoc verbum retineant milites, qui de viribus ſuis, aut de ſua pulchritudine gloriantur. Certe non poſſemus credere miſeriam corporis noſtri eſſe tantam, niſi hoc experientiæ liber oculata fide aſſidue nos doceret. Videmus enim viros ſtrenuiſſimos armis, mulieres elegantiſſimas forma, Principes poteſtate terribiles tota die mori, & terræ infodi: vt quod terra fuerat, [illegible] in terram. Ille, ſub quo hodie fremit mundus, tremiſcunt populi, & cuius [illegible] alienæ formidant, ſi hodie moriatur, infra breue tempus redigetur in viliſſimum puluerem, flatuque leniſſimo poterit exſufflari. vbi eſt nunc Iulius Cæſar? vbi eſt

CAROLVS MAGNVS. Alexander magnus? vbi Carolus magnus? niſi quia Carolus optimam partem elegit, quæ non auferetur ab eo. Alij in perpetua tormenta ſunt damnati, ſicut

Sap 6.7. ſcriptum eſt. Potentes potenter tormenta tolerabunt. Veruntamen, quia Caro-

EGHINARDVS *in eius vita.* lus in CHRISTVM credidit, licet in iuuentute ſua grauiter deliquerit, delicta tamen iuuentutis ſuæ per confeſſionem & pœnitentiam lauit, & in veſpera vitæ ſuæ conuerſus ad Dominum, ſeipſum DEO ſacrificium obtulit veſpertinum. Attende prudentiſſime Princeps, quia iam aduesperaſcit tibi. iam enim vitæ tuæ dimidium, aut amplius peregiſti. Conſiderabat rex Ezechias, quod dimidium vi-

Iſa 38.10. xerat in peccatis, & quod recta via feſtinabat ad inferos, ideoque dicebat. Ego dixi in dimidio dierum meorum, vadam ad portas inferi. Et ſubiunxit. recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Vade, & tu fac ſimiliter. Deterreat te quorundam Principum ſiniſtra opinio: de quibus dicitur, quia quanto magis ſenuerunt, tanto amplius vanitatibus, & illecebris huius mundi,

De Merlino vide in NOTIS *Inuectiue.* & laſciuiæ corporis indulſerunt. Adimpleatur quæſo in vobis illa prophetia Merlini. Erant vagi in initio greſſus eius, ſed finis ad ſuperos conuolabit. Si peccaſti, quieſce: quia optimus pœnitendi modus eſt, à peccato ceſſare. In animo tuo forte ordinas & diſponis: Adhuc ludam, adhuc expectabo, & differam, donec ſim ætate maturior, & impotentior ad peccandum. Dic quæſo quæ gratia [illegible] debetur a Domino, ſi tunc deſiſtis à peccato, cum peccare non poſſis? Feſtina quæſo bene agere; non differas, non expectes. Verbum prophetæ eſt ſic populo

Agg. 1.2. obſtinato. Populus hic dicit: nondum tempus eſt ædificandi domum DEI. Et alibi. Satiabor in iniquitatibus meis, & cum repleta fuerit anima mea malis, conſiderabo vias meas. Illud volo, & conſulo, vt hanc [illegible] habeas apud DEVM ſemper, & hoc ei ſemper [illegible] obijcere, te pro amore [illegible] illis

Frequēs confeſſio & diſciplina. diebus aliquod omiſiſſe peccatum. Duo [illegible] a peccato conſeruant: ſcilicet, frequens [illegible]. Veruntamen quidam ita teneri & [illegible] peccandi, quod non minus abhorrent ſacerdotem, [illegible] latro iudicem. Quid dubitas modicæ fidei? Times, quod peccata tua Dominus non dimittat? nonne manibus ſuis ea cruci affixit? [illegible] peccatoribus, non pro iuſtis. Audi quid propheta dicat [illegible]. Dixi confitebor, & tu remiſiſti impietatem peccati mei.

Pſal 31.5. Si [illegible] dicit Dominus. Ego illud operio. ſi agnoſcis, ignoſco.

1 Cor. 11.31. ſi [illegible] iudicas & condemnas, te nec iudico, nec condemno. Quod ſi [illegible] nos iudicaretis, dicit Apoſtolus, non vtique iudicaremini. Dauid [illegible] te, ro-

ter, homicida, & proditor, arguente illum Nathan propheta, quia peccatum 2.Reg.12.14.
ſuum humiliter recognouit, audire meruit: Tranſtulit a te Dominus peccatum 1.Reg.15.26.
tuum. Saul verò, quia Samueli ipſum arguenti ſuperbe reſpondit, audiuit. tranſtulit à te Dominus regnum tuum. Ab altero peccatum; ab altero tranſlatum eſt regnum. Hæc ideo moneo, & conſulo, vt exemplo beati Iob ſitis memor conditionis veſtræ. Nudus enim intraſtis: & nudus exibitis: quia diues cum interie- Pſal.48.18.
rit, non ſumet omnia, & non deſcendet cum eo gloria eius. Illud ſolum vobiſcum reportabitis, quod in cœleſtes theſauros per manus pauperum præmiſiſtis. Sequitur,

DOMINVS *dedit, Dominus abſtulit ſicut Domino placuit, ita factum eſt. Sit nomen Domini benedictum.* Iob mel miſcet abſynthio; perſecutioni gratiam & benedictionem, vt in gratiarum actione perſecutionis amaritudo dulceſcat. nec tantum dat potus cum lachrymis in menſura, ſed afflictionis abſynthio, & melle gratiarum nectar acceptabile condiatur. Potaſti nos, dicit propheta, vino compunctio- Pſal.59.5.
nis, ſiue tribulationis: ſed huic vino Iob de torrente voluptatis apponit: & quaſi vtatur verbis apoſtoli dicentis: Libenter gloriabor in infirmitatibus meis. Et quan- 2.Cor.11.30.
do infirmor, tunc fortior ſum: firmat animum ſuum ad omnium malorum tole- 2.Cor.12.11.
rantiam, & de ſuis anguſtiis gloriatur. Legitur quod Aod filius Gera, ambidexter Iud.3.15.
vtraque manu pugnabat, cuius expreſſam ſimilitudinem Iob gerit, quia non minus ſiniſtra pugnabat, quam dextra: fortis in proſperis, fortior in aduerſis. Talis erat Apoſtolus, ſciens abundare, & penuriam pati, glorians in infirmitatibus ſuis, Philip.4.12.
incedens medius per infamiam & bonam famam, per gloriam & ignobilitatem, 2.Cor.6.8.
aduerſa ſine murmuratione ſuſtinens, & faciens in omnibus de neceſſitate virtutem. Sequitur,

IN *omnibus his non peccauit Iob labiis ſuis, neque ſtultum quid contra* DEVM *locutus eſt.* Stulte loquitur contra DEVM, qui dicit ſe à Domino citra ſuorum meritorum exigentiam flagellari; & quaſi ſuam allegans innocentiam, ſuperbe accuſat iuſtitiam flagellantis.

CAPVT II.

FACTVM *eſt autem, cum quadam die veniſſent filij* DEI, *& ſtarent coram Domino. veniſſet quoque Satan inter eos, & ſtaret in conſpectu eius, & diceret Dominus ad Satan. Vnde venis? Qui reſpondens ait. Circuiui terram, & perambulaui eam.* Tacet Satan de damnis, quæ intulerat viro ſancto, & de conſtantia, quam inuenit in eo. Victum enim & confuſum ſe reputat, dum hominem, quem ad maledicendum DEO damnis & doloribus inſtigabat, eidem dare benedictionem & hoſtiam laudis offerre conſiderat.

ET *dixit Dominus ad Satan. Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob, quod non ſit ſimilis ei in terra, vir ſimplex & rectus, ac timens* DEVM, *& recedens a malo, & adhuc retinens innocentiam?* Dominus ſui militis virtutes enumerat, adiiciens ſuper omnem laudem eius, atque in opprobrium & ignominiam tentatoris, malitiam ipſius eidem latenter innuit: quaſi dicat, Innocentiam, quam amiſiſti, dum eſſes in cœleſti beatitudine, in ſplendoribus ſanctorum, & angelorum dignitate, homo licet naturę fragilis, & miſerę cōditionis, etiā in afflictione ſeruauit. Sic Dominus diabolo prudenter & vrbanę illudit. Draco iſte, Domine, eſt, quem formaſti ad illudendum ei. Pſal.103.26.

Illudi-

Illuditur ei à te, ab homine, & ab angelo. A te, dum ei permittis nocere homini, vt nocendo proficiat. Illuditur verò ab homine, quia dum eum plus debilitat inuenit fortiorem. Illuditur ei ab angelis, quos conſiderans ſublimes in gloria, abundantes in gratia, fulgentes in claritate cœleſti, diuinis laudibus reſultantes, recordatur vnde ceciderit, & de aliorum gaudiis ingemiſcens ira & liuore tabeſcit. Sequitur.

TV *autem commouiſti me aduerſus eum, vt affligerem eum fruſtra.* id eſt, ſine cauſa, ſcilicet, non præcedentibus peccatis in eo, quæ flagellum tantæ aduerſitatis exigerent; vel, *fruſtra,* quantum ad propoſitum tuum: in eo enim es ei vtilis, in quo nocere intendis. *Tu autem commouiſti me.* Non eſt credendum, quod Satan commouerit DEVM, apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio. Et

Iac.1.17. ucrit DEVM, apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio. Et
Mal.3.6. ſicut Oſee dicit, Ego DEVS, & non mutor. Sed commutatio DEI, flagellum ipſius eſt. Flagellat autem Dominus, in furore, in ira, in miſericordia. In furore flagellauit diabolum: in ira hominem: ambo enim iniquitatem meditati ſunt. ambo affectauerunt extollentiam: ille potentiæ, iſte ſcientiæ. Flagellauit Dominus diabolum in furore, quem ſine ſpe reparationis de cathedra peſtilentiæ, quam ad aquilonem erexerat, degradauit.
Luc.10.18. Vidi, inquit, Satanam tanquam fulgur cadentem de cœlo. Cuius ideo Dominus non miſerebitur, quia eſt inuenta iniquitas eius ad odium. Flagellauit in ira hominem, dum eum de voluptatibus paradiſi eiecit. Veruntamen quia per ſe non cecidit homo, ſed alio inſtigante, quia impulſus euerſus eſt, conſtituit ei Dominus tempus miſerendi eius, & licet eum flagellaret in ira; iratus tamen miſericordiæ voluit recordari. Flagellum furoris, & flagellum iræ plurimum timendum eſt, quia vtrumque grauiſſimum.
Iſa.63.3. Calcaui eos, dicit propheta, in furore meo, & calcaui eos in ira mea.
Pſal.6.2. Et pſalmiſta vtrumque abhorrens & timens dicebat. Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Tertium flagellum eſt miſericordiæ, quando, ſcilicet, ad vitę probationem, ad profectum virtutum, ad augmentum
Hebr.12.6. coronæ corpus affligitur hominis, aut bona temporalia ſubtrahuntur. Hoc flagello
Apoc.3.19. flagellat Dominus omnem filium, quem recipit. Ego, inquit, quos amo, arguo & caſtigo. Hoc flagello percutiebat Dominus filios Iſraël, quando peccabant in adinuentionibus
Pſal.98.8. ſuis, & erat eis etiam inter flagella propitius. DEVS, inquit pſalmiſta,
Prou.26.6. tu propitius fuiſti eis, & vlciſcens in omnes adinuentiones eorum. Dulciora ſunt
Pſal.140.5. vulnera diligentis, quam blanditiæ adulantis. Vtinam corripiat me iuſtus in miſericordia, & increpet me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Peccatoris
Pſal.54.22. oleum eſt mollities adulantium. Molliti ſunt, inquit, ſermones eorum ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula. Video eos, qui virgam ſaltem blandæ & ſecretæ correptionis
Pſal.10.3. exercere debuerant, adulatores fieri, & olei venditores. Laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & iniquus benedicitur, & conſenſu eorum ad deterius excitatur. idcirco ego gemens, & oculus meus deducens aquam. O impudentiſſimi canes
Pſal.81.2. non valentes, imò non volentes latrare, vſquequò vellicatis iniquitatem, & facies peccatorum ſumitis? Faciem quidem peccatoris ſumere, eſt, ſe permiſſione & aſſenſu peccantibus conformare. Scitis, quare peccata hominum non corrigitis?
Rom.2.1. Apoſtolus certiſſimam aſſignat phyſicam huius rei. Propterea, inquit, non corripitis, quia eadem ſæpius agitis.

CVI *reſpondens Satan ait, Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro anima ſua.* Pellem pro pelle dat, qui vnum membrum pro alio membro digniore læſioni exponit: vt cum aliquis brachium ſiniſtrum obiicit gladio venienti, ne in capite vulneretur: quaſi dicat Satan. Iob omnia damna exteriora patienter & æquanimiter ſuſtinet, quia, ne grauius flagelletur interius, timet. Mauult damnis exterioribus

bus aſſici, quam ad vitæ periculum in corpore flagellari. Ex hoc non ſolum pellem
animalium, ſed etiam filiorum dabit homo pro anima ſua, id eſt, pro vita. Quan-
doq; vocamus animam partem hominis digniorem, quæ poſt diem iudicij cum cor-
pore glorificabitur, aut cum corpore mortificabitur in æternum. De iſta dicitur. Be- *Pſal.102.1.*
nedic anima mea Domino. Et adhæſit anima mea poſt te. Et huiuſmodi. Quandoq; *Pſal.62.9.*
etiam vocamus animam corporis vitam: ſicut in Euangelio legitur. Qui odit ani- *Ioan.12.25.*
mam ſuam in hoc mundo propter me, inueniet eam, id eſt, cuſtodiet eam: & qui a-
mat animam ſuam in hoc mundo, perdet eam. Certe bonum eſt vnicuiq; hic perde-
re animam ſuam, ne perdatur. Malo animam meam perdere, vt cuſtodiam, quam cu-
ſtodire, vt perdam. Huius ſententiæ magiſter erat ille rerum optimus æſtimator
Paulus apoſtolus, qui cum paratus eſſet, non ſolum alligari in Hieruſalem, ſed mori *Actor.21.13.*
pro nomine IESV, dicebat. Non facio animam meam precioſiorem quam meipſum. *Actor.20.10.*
Nudiustertius vidi quendam diſcipulum huius ſectæ, Gerardum nomine, Carthuſi- al. *Geraldum.*
enſis ordinis fratrem. Iſte ſuper omnia deſiderabilia ſua iam per ſeptennium deſide- GERARDVS
rauerat mori, cupiens exire de carcere, & de vinculis huius carnis, ſicut dicit prophe- CARTHVSIA-
ta, Educ Domine de carcere animam meam. Confidens itaq; de meritis ſuis, ſed am- NVS, *contem-*
plius de miſericordia redemptoris, cupiebat diſſolui, & eſſe cum CHRISTO. Certe *tor vitæ.*
non minus exoſam habebat vitam præſentem, quam nos miſeri mortem: non mi- *Pſal.141.8.*
nus abhorrebat viuere, quam nos mori. Singulis noctibus in principio vigiliarum *Phil.1.23.*
ſurgebat, imò anticipabat vigilias noctis. Ego, & quidam alij, qui eramus cum eo, da-
bamus requiem temporibus noſtris, & oculis noſtris dormitationem: Ipſe autem
pernoctabat in oratione, ſemper tamen cum fletu & gemitu. vix aliqua hora come-
debat panem ſine lachrymis, ſed & poculum ſuum cum fletu miſcebat. In omni ope-
re ſuo ſuſpirabat ad CHRISTVM, deſpiciens terram, ſuſpiciens cœlum, vtens mun-
do, quaſi non vtens, & inter vtenda & fruenda quodam intimo ſapore diſcernens,
tranſitorie tranſitoriis vtebatur, & ęterna quodammodo quaſi æterno amplectebatur
tur affectu. Vere quaſi æterno; quia quædam æternitatis imago, eſt, conſtans & fir-
ma & inconuulſa mortis ęqualitas. Et licet laicus eſſet, & literas non nouiſſet, habe-
bat tamen ſcriptam in corde ſuo digito DEI ſcientiam vitæ & diſciplinæ. Sane do-
cuerat eum, qui docet hominem ſcientiam: & vtinam litterati omnes ſic eſſent do-
cibiles DEI; & inſidiſſet illis gratia, quod non contulit diſciplina. DEVM teſtor.
non minus circumſpecte & ſane de articulis fidei Chriſtianæ reſpondebat, quam ſi
maximam vitæ ſuæ partem in ſcholis Pariſienſibus expendiſſet. In ſchola ſiquidem
illius eruditus fuerat, qui docuit & inflammauit apoſtolos. De quo legitur: quia *Iſa.31.9.*
ignis eius in Sion, & caminus eius in Hieruſalem. Erat itaque conſcholaris Apoſto-
lorum, & illius, qui dicit, De excelſo miſit Dominus ignem in oſſibus meis, & eru- *Thren.1.13.*
diuit me. Sic loquebatur, quaſi ſermones DEI: habebat enim ſemper ad manum
verba vitæ. Diſcant quæſo noſtri Legiſtæ, quid eis ad ſalutem animæ confert, ille ci-
uilis & picturatus loquendi modus, ille Babylonius calix, quo inebriantur peccato- *Bleſenſis ſtu-*
res terræ? illæ Principum leges, quibus ego infelix aliquando militaui. Vſus tamen *duit Legibus.*
earum vitæ hominum vtiliſſimus eſſet, niſi bonitate ipſarum abuteretur humana
malitia. Vnus eſt rex, & illius vera eſt lex: lex immaculata, conuertens animas, & ſapi- *Pſal.18.8.*
entiam præſtans paruulis. Ipſa paruulis, & magnis & mediocribus ſe conformat,
condeſcendit neceſſitatibus pauperum, anxietatibus oppreſſorum, turbationibus
triſtium, culpis delinquentium. Suauiſſima eſt perfectis, compatiens imperfectis,
mediocribus mitis tolerabilis delicatis, fortioribus ſufficiens, moderata infirmis, hu-
milibus blanda, pœnitentibus miſericors, ſeuera peruerſis, bonis optima. Lex illa in-

1.Cor.3.19. ſtruit, & informat ad vitam. Sapientia verò huius mundi ſtultitia eſt apud DEVM.
Et quid profuit Ariſtoteli & ſequacibus eius mundanæ Philoſophiæ ventoſa loqua-
citas? inflati ſæculari ſcientia DEVM Sabaoth ignorabant. Ab ipſo erant, ſed non
cum ipſo: per ipſum viuebant, ſed non ipſi: ex ipſo ſapiebant, ſed non in ipſum. Sapien-
tia ergo mea & philoſophia, ſit philoſophia fratris Gerardi, qui nihil habebat aliud
in ore, & in corde, niſi IESVM CHRISTVM. Philoſophia mea ſit philoſophia Pau-
1.Cor.2.2. li, qui conſtantiſſime affirmabat ſe nihil aliud ſcire, niſi IESVM CHRISTVM, &
hunc crucifixum. Sequitur.

ALIOQVIN *mitte manum tuam, & tange os eius & carnem, & tunc videbis,
quod in faciem benedicat tibi.* Quaſi diceret. Iob ſuſtinet omnia ſapienter & DEO in
omnibus benedicit, dummodo in ſuo corpore non lædatur. *Alioquin.* [illegible] dicat, ſi
hoc non credis, hoc ipſa experientia te docebit. Mitte ergo manum [illegible], & tange
os eius, & carnem, id eſt, flagella, & afflige eum in corpore: & videbis, quod in faciem
benedicet tibi. Attende, quàm malitioſus, quàm impudens, quam temerarius ſit An-
gelus ille apoſtata. vide quàm malitioſè ſubuerſionem hominis mach[illegible]
impudenter mentiatur iniquitas ſibi, & quam temere id euenturum D[illegible] pro-
mittat, quod Dominus aliter euenire diſpoſuit.

DIXIT *ergo Dominus ad Satan. Ecce in manu tua eſt, veruntamen animam il-
lius ſerua.* Permittit Dominus inimicum deſæuire in hominem innocentem, vt ſe-
cundo victus, maiori ignominia confundatur, & homini afflicto cumul[illegible] cedat ad
gloriam repetita victoria. Dicit ergo Dominus. *Ecce in manu tua eſt*, ver[illegible] a-
Ioan.10.28. nimam eius ſerua. Licet Iob eſſet vna ouium, de quibus D[illegible] dixit, nullus eas de
manu mea eruet: cum tamen in manus adue[illegible] ponit, ſed p[illegible] non relinquit
Suum ergo militem deſerit, quem deſerendo cuſtodit. E[illegible]rit, vt teneret[illegible]; cum
verò cuſtodit, ne tentatione vincatur. *Ecce,* inquit *in manu tua eſt, veruntamen animã
Pſal.7.20. eius ſerua*, id eſt, ſerua, ne in animam il[illegible] al[illegible] attentare præ[illegible]s. Cum mu[illegible]
Actor.14.22. ſint tribulationes iuſtorum, per multas tribulationes oportet ingredi regnum D[illegible]
Torquentur corpora Sanctorum, ſed anim[illegible] non turbantur. Concutitur laterna lu-
2.Cor.4.7. cens, nec lucerna extinguitur. trituratur palea, nec læditur granum. Theſaurus quem
portamus in vaſe fictili, fracto vaſe non per[illegible]tur. Poſito itaq; corpore Iob in manu
hoſtili, & tormen[illegible]s expoſito, anima conſeruatur indemnis. Iuſtor[illegible]m [illegible]tem a[illegible]mæ
Sapient.3.1. in manu DEI ſunt, & non tangit illos tormentum malitiæ. Sequitur.

EGRESSVS *igitur Satan a f[illegible]e Domini, percu[illegible] Iob [illegible]lcere pe[illegible]mo a planta pe-
dis [illegible]ſq; ad verticem eius.* Superbus hoſtis vulnerat virum ſa[illegible]ctu[illegible] ſed tu, b[illegible]e IESV,
Pſal.88.11. vulnera quę infligit reflectis in eum. Humiliabis ſicut vulneratum ſuperbum, in bra-
Pſal.45.10. chio virtutis tuæ, & te[illegible] iniquitas eius in ſinũ ip[illegible]s. Erit ad[illegible] q[illegible] con
teres [illegible]eius, & con[illegible]ges arm[illegible] & [illegible], & c[illegible]
virum iuſtum in corpore v[illegible]ner[illegible] que[illegible] [illegible] Do-
mine vulnera [illegible] habeo [illegible] mea. Fac
Pſal.40.5. Domine in b[illegible] luis. Sana Do-
mine animam me[illegible] Quando [illegible] vulneribus animæ meæ adhibui
p[illegible] & be[illegible]ſſionis & [illegible]ctionis in cicatrices ob-
d[illegible]e per i[illegible]piẽtiam meam recidente in idi-
[illegible] dolor, & periculoſior, quam prius, recidi
Pſal.37.6. [illegible]icere cum propheta. Putruerunt & corruptæ ſunt cica-
tr[illegible]æ meę. Me verò recurrere oportebat ad conſuet[illegible]-
Pſal.146.3. [illegible] ſanat omnes cõtritos corde, & alligat contritiones [illegible]
Ipſe

Ipſe enim eſt pater miſericordiarũ,& miſericordiæ eius nõ eſt finis. Scio quia pręſta- *Ioel.2.13.*
bilis eſt ſuper malitia,& maior eſt eius miſericordia, q̃ iniquitas mea. Nemo tot vul-
neribus in anima ſauciatus eſt, nemo tot afflictus hulceribus,quẽ non ſanet ſerpens
noſter æneus, ſi ad eum mentis noſtræ oculus cõuertatur. Pone q̃ laboret quis mul-
tiplici vitio,ſit ſuperbè elatus,ſit inaniter glorioſus, ſit auaritia cõtractus, ambitione
exæſtuans,ad iracundiam præceps,ad odium pertinax,libidinibus ſordens,tabeſcens
inuidia, detractioni ſtudens, frõtris attritę,infrunitæ mentis,linguæ prodigus,fictus,
& gulæ indulgẽs,ſit turbator pacis,ſuſpicioſus, incentor odij,ſimulator, & duplex in
verbis,operibus inhoneſtus,litiũ ſeminator,moleſtus ſocius, oneroſus proximis, ac-
cuſator fratrũ,ꝓditor,adulator,cõtemptor Eccleſiæ,oblitus DEI,immemor animæ
ſuæ, & in reprobũ ſenſum datus, ſit aliquis tot afflictus vulneribus, vulnera etiã vul-
neribus,& iniquitatẽ iniquitati apponat,tanquã debitor incõſultus, qui ſemper ære
alieno ſe onerat,donec obruatur vſuris,ſicut ſcriptũ eſt. Mutuabitur peccator & non *Pſal.36.21.*
ſoluet;tamen ſi ad redemptorẽ ſuum cum lachrymis reuertatur,Dominus ex iniqui-
tatibus & vſuris redimet animã eius:quoniã apud Dominum miſericordia,& copio- *Pſal.129.7.*
ſa apud eum redẽptio. Ipſe enim eſt qui dicit: Quacunq; hora peccator ingemuerit *Ezech.21.28.*
peccatũ ſuum,vita viuet,& nõ morietur. Ipſe eſt, qui propter vulnera noſtra vulne- *Iſa.53.5.*
ratus eſt;qui omnia vulnera noſtra ſanare velit,& poſſit,& nouerit. Ipſe non horruit
latronem pendentẽ in cruce,non lachrymantem peccatricem,non Cananæam ſup-
plicantẽ,non adulterã deprehenſam,non negantẽ diſcipulũ,non ſedentẽ in telonio,
non publicanũ,non perſecutorẽ diſcipulorum,nõ ipſos crucifixores ſuos. Sequitur.

QVI *teſta ſaniem radebat,ſedens in ſterquilinio.* Teſta ſaniem radere,eſt per pœ-
nitentiã & diſciplinã ſuas iniquitates abſtergere. Per teſtam enim, quę aſpera eſt,ſi-
gnificatur pœnitẽtiæ aſperitas,& auſteritas diſciplinæ. Teſta quidem, quæ terra ſine
humore eſt,figurat animã peccatricẽ, quæ nec rore cœleſti cõpluta eſt,nec humore
caritatis imbuta, ſicut propheta dicit, Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. Itẽ. aruit *Pſal.142.6.*
tanquã teſta virtus mea. Sedens itaq; in ſterquilinio teſta ſaniẽ radit, qui recordatur *Pſal.21.16.*
miſerę,& immũdę originis ſuæ,recolit,quia de immũdo cõceptus ſemine, de putre-
dine genit⁹, dabitur vermibus in cibũ,& putredo in putredinẽ reuertetur, ſicut no-
ſter athleta cõmemorat de ſeipſo,dicẽs. Qui quaſi putredo cõſumendus ſum,& ſicut *Iob 13.28.*
veſtimentum,q̃ comeditur à tinea. Frequẽti ſiquidem recordatione noſtræ miſerri-
mę cõditionis raditur ſanies interioris vulneris, & malè operãdi volũtas abſcinditur.

DIXIT *autem illi vxor ſua,adhuc tu permanes in ſimplicitate tua? benedic* DEO, *&
morere.* Aduerſarius,qui beato Iob,& filios,& poſſeſſiones abſtulerat vniuerſas,ſuam
ei reliquit vxorem,non ad ſolatium viri,ſed ad ſuæ conſummationem malitię:vt per
fœminam vinceret, quem perſecutione non vicerat, & quod verberibus non pote-
rat,verbis mulieris efficeret. Non videbatur ei liberior, & opportunior nocendi oc-
caſio,quam per familiarem inimicum & domeſticũ proditorem. Scriptum eſt enim.
Ab ea, quæ dormit in ſinu tuo, cuſtodi clauſtra oris tui. Sciebat, q̃ natura mulieris, *Mich.7.5.*
quanto fragilior eſt, tanto flexibilior ad culpam, & ex quadam deprauatione innata *Gene.39.20.*
procliuior ad nocendum. Huius autem rei fidem ei faciebat pleniſſimam, frequens *3.Reg.21.13.*
rerum experientia, & multiplicitas exemplorum. Per fœminam Ioſeph incarcera- *Iud.16.8.*
tus eſt, Naboth occiſus, Sampſon vinculatus, Iſboſeth interfectus, Salomon factus *2.Reg.4.5.*
apoſtata, Dauid homicida & proditor, Siſara clauo confoſſus, præcurſor & Baptiſta *3.Reg.11.4.*
Domini decollatus. Salomon malitiam mulieris vehemẽtius exprimens: Melior eſt, *2.Reg.11.*
inquit,iniquitas viri,quam mulier bene faciens. Per fœminam mors intrauit;& cum *Iud.4.21.*
per filium DEI ordinata eſſet noſtra redemptio, præſentiens hoſtes,quod in morte *Eccli.42.13.*

CHRISTI noſtræ redemptionis diſpenſatio implebatur, ſalutem totius humani
Matth.27.19. generis per fœminam machinatus eſt impedire. In vxore itaque Pilati, viſiones deceptorias,& phantaſticas illuſiones immiſit,ita vt Pilato mortem CHRISTI diſſuadendo mandaret: Nihil tibi & iuſto illi.Hodie enim per viſum multa paſſa ſum propter eum. Sequitur,

QVI *ut ad illam. Quaſi vna de ſtultis mulieribus locuta es. Si bona ſuſcepimus de manu* DEI, *mala quare non ſuſtineamus?* Nunc apponit inimicus ſtipulas tentationum, vt incendat flammis iracundiæ domum DEI: nunc auſtralem flatum, nunc ventum turbinis & vexationis immittit: confirmat autem iuſtos Dominus,& in electis ſuis mittit radices,vt ſecurè ventum tentationis excipiant,ne euellantur. Iob itaque arma inimico tollit, vt fiant ei arma virtutis. Vnde & vxorem corripit, vt ſubiectam, & correptam erudit ad ſalutem. *Si bona*, inquit,*ſuſcepimus de manu Domini, mala quare non ſuſtineamus?* ac ſi dicat. æquo animo toleranda eſt correptio creatoris, qui pro beneplacito ſuo & proſpera largitur, & aduerſa immittit. Non poſſum iuſte conqueri de iuſtitia eius, cuius miſericordiam expecto, & cuius miſericordia
Pſal.58.11. me præuenit. DEVS meus,dicit pſalmiſta,miſericordia eius præuenit me,& miſericordia eius ſubſequetur me omnibus diebus vitę meæ.non abſtulit bona, niſi ea quę contulit.Si exinaniti,& pauperes facti ſumus,ſperamus in eo qui ſpes noſtra eſt,quia replebimur in bonis domus ſuæ. Fatua mulier, quid ſcis, ſi conuertatur DEVS, & ignoſcat,& relinquat poſt ſe benedictionem?Iucunditatem & exultationem theſaurizat Dñs ſuper eos, quos affligit: & ſicut eſt ad flagella ſeuerus, ſic eſt ad remedia
Cant.5.1. manſuetus; quemadmodum ſponſa in Canticis dicit, Amicus meus bibit vinum cum lacte,id eſt,ſeueritatem exercet cum manſuetudine. Sequitur.

IN *omnibus his non peccauit Iob labiis ſuis.* Dupliciter peccamus labiis,aut cum tacenda dicimus, aut dicenda tacemus. Iob verò nihil aduerſus Dominum ſuperbè reſpondit, quia vxorem peruerſa ſuadentem corrigendo & erudiendo cohibuit. Conſiderans itaque Satan, quia Iob non vincitur rerum temporalium damnis, nec prolis orbitate, nec ſuggeſtione vxoris, excitat tres amicos illius, vt eum afficiant contumeliis, quatenus ad iracundiam prouocatus in verba malitiæ proſiliat, & Dominum vniuerſitatis offenſus offendat.

IGITVR *audientes tres amici Iob omne malum, quod accidiſſet ei, venerunt ſinguli de loco ſuo, Eliphaz Themanites, & Baldad Suhites, & Sophar Naamathites.* Beatus eſt Domine, cuius eſt auxilium abs te. Non enim turbatur contumeliis, non iniuriis frangitur, non vincitur damnis, nec abducitur blanditiis, nec fallaciis ſeducitur, nec anguſtiis ſuperatur: contemnit ſiquidem omnia aduerſa, quæ accidunt in hoc mun-
Amici Iob ex do: ponens ſe in ſalutari, & fiducialiter agens in eo. Et notandum, quod licet amici
ignorantia eis Iob ei verbis inſultauerint contumelioſis, credendi ſunt tamen ex ignorantia potius,
inſultarunt. quam ex malitia hoc feciſſe. Eſſet [illegible] reprehenſibile in viro tam prudenti & ſancto, iniquos habere & contumelioſos amicos: cum omni viro honeſto abominanda
Eccli.13.1. ſint conſortia iniquorū. Qui enim tangit picem, inquinabitur ab ea. In Paralipome-
2.Paral.19.2. non libro, Ioſaphat, qui [illegible] preconiis, de Achab regis amicitia [illegible] Impio [illegible] prebes auxiliū,& his qui oderunt Dominū amicitia [illegible] Domini merebaris: niſi quia bona opera inuenta ſunt
LXX.interp. in te, eo quod de terra Iuda lucos abſtuleris. Tradunt plęrique, quod Eliphaz ex filiis Eſau Themanorum Princeps fuerit, Baldad Sauchęorum tyrānus, Sophar Minęorū rex. Venientes autē ad conſolationem amici, eleuantes oculos exclamant & plorant, ſparguntq; puluerē ſuper caput in cœlū, & ſedentes cum eo ſeptē diebus & ſeptem
nocti-

noctibus non loquuntur ei verbum, exhibentes in omnibus doloris faciem, & compaſſionis affectum. Ad hoc enim, vt conſolatio afflictorum dolorem releuet, flere cum flentibus, & dolentibus condolere oportet. Septem diebus continuè tacent, poſtmodum multiloquio affluentes. in quo notatur, quod hi plærunque, qui tardius loquuntur: ex quo incipiunt, verbis finem imponere non nouerunt. Quia ſicut quidam Sapiens dicit, cenſura ſilentij nutritura eſt verbi. Quidam per amicos Iob, qui eum incitant ad peccandum, intelligere volunt vanas cogitationes noſtras, carnis deſideria, & illecebras huius mundi. Hæc enim & nobis aſſiſtunt familiariter, & multipliciter blandiuntur. Vanæ ſiquidem cogitationes ſtatum animæ ſpeculantis & contemplantis DEVM, diſſipant & confundunt; vnde & vnus amicorum iſtorum meritò vocatur Sophar, id eſt, diſſipatio ſpeculæ. Deſideria verò carnis, quæ militant aduerſus animam, nouum hominem, qui ſecundum DEVM creatus eſt, omninò mortificant, vt anima totius nouitatis oblita, ſolam ſapiat vetuſtatem. Vnde & ſecundus amicus vocatur Baldad, quod interpretatur, vetuſtas ſola. Animo itaque diſſipato, & turbato in eo iudicio rationis, carnis deſideriis inualeſcentibus DEVM contemnere incipit. Peccator enim, cum venerit in profundum vitiorum, contemnit. Vnde & tertius amicus vocatur Eliphaz, quod interpretatur, contemptus DEI. Iſtos amicos, aut potius domeſticos inimicos, viri religioſi, & qui vitam vitæ arctioris aggreſſi ſunt, frequenter experiuntur. Euenit enim quandoque, dum aliquis contemplationi deuotius vacat, muſcæ morituræ ſuauitatem vnguenti perdant, quia vanæ cogitationes turbantes quietem contemplationis obrepunt, & mediantibus carnis deſideriis ſuſcitant amorem ſæculi, Deique contemptum. Religioſus itaque, qui paulo ante in cœlum deſideriis anhelabat, quem inflammabat caritas, quem ſancti Ordinis obſeruantia delectabat, paulatim incipit cœleſtium obliuiſci, cogitare quæ mundi ſunt, & contemnere quæ DEI ſunt. Turbatur in eo iudicium rationis, occupantur ſemitæ conſilij, obducitur lumen cordis, refrigeſcit deuotio, libertas ſpiritus euaneſcit, lenteſcit animæ vigor, ſopitur ratio, confunditur intellectus, feruor ordinis deferueſcit. Solicitat miſerum paupertatis timor, vana ſpes decipit, trahit ambitio, contrahitur animus, ſubtrahitur gratia, protrahitur ſpes vitæ longioris, blanditur voluptas, allicit mundus, fallit ſecuritas, reuocatur antiqua conſuetudo, diſſimulatur lex, abiudicatur ius, fas proſcribitur, derelinquitur timor DEI, dantur impudentiæ manus, & attentatur ſaltus ille apoſtata, ſaltus ille ignominioſus & turpis de excelſo in abyſſum, de throno in ſterquilinium, de cœlo in cœnum, de paradiſo in infernum, de clauſtro in ſæculum. Nihil dico in ſuggillationem monaſtici ordinis, quem ſanctiſſimum reputo, ſed erubeſcat quæſo religioſus deterior eſſe in clauſtro, quàm in ſæculo fuerit; non reſumat, quod euomuit, nec mundum reperat, quem reliquit. Erubeſce Sidon, ait mare: Verbum Iſaiæ eſt, id eſt, erubeſcat clauſtralis vitæ nequioris eſſe in clauſtro, quam dum inter fluctus huius ſæculi verſaretur. Sequitur,

Prou. 18. 3.

Ordo monaſticus ſanctiſſimus.

Iſa. 23. 4.

CAPVT III.

POST HÆC *aperuit Iob os ſuum, & maledixit dies ſua, dicens, Pereat dies, in qua natus ſum.* Duo ſunt modi maledictionum; Primus fit conſideratione iuſtitiæ: ſecundus liuore vindictæ. Primus modus licitus eſt, ſecundus prohibitus. Secundum primum modum dicit Domi-

Gen. 3. 17. nus Adæ: Maledicta terra in opere tuo. Et Abrahæ: maledicam maledicentibus ti-
Gen. 12. 3. bi. De ſecundo maledicendi modo, dicit Apoſtolus. Nolite maledicere. Et maledici
Rom. 12. 14. regnum DEI non poſſidebunt. Maledicit itaq; Iob diei natiuitatis inſtinctu rationis,
1. Cor. 6. 10. & iuſtitiæ motu, non zelo vltionis, aut alienę iniurię appetitu. Eſt enim natiuitas hominis dānata, eſt natiuitas iuſtificata, & eſt natiuitas beata. Prima hominis natiuitas naturæ eſt: ſecunda gratiæ: tertia glorię. In prima eſt peccatum, in ſecunda meritum: in tertia præmiū. Prima eſt, vt quis viuat, ſecunda vt iuſtè viuat: tertia vt beatè viuat. Maledicit itaq; Iob primæ natiuitati ſuæ, in qua homo conceptus eſt per culpam, genitus ad miſeriam, natus ad pœnam. Diuinæ ſiquidem animaduerſionis antiquum iudicium ſequens, conditionem humanæ naturæ damnatam a mundi exordio, in ſe damnat, non vt maledicat creaturæ DEI, aut diei, quæ iam in rerum natura non erat, ſed vt ſe meritò afflictum ſecundum æquitatem diuinæ ſententiæ recognoſcat. Et quia de beneplacito veſtro eſt, inuictiſſime Princeps, vt vitam ſancti IOB ſuccincta & expedita breuitate perſtringam: verba eius, & reſponſiones amicorum, atque occulta in eis ſacramentorum inuolucra prætermitto, veritus, ne delicatas excellentiæ veſtræ aures productiori ſermone offenderem, ſi illud immenſum pelagus attentarem. Beatiſſimus quidem Papa Gregorius in moralibus ſuis ad vnguem vniuerſa explanat: nec dubitandum eſt, quin tractatum illum digitus DEI ſcripſerit in corde illius, qui eundem quodam angelico loquēdi modo, & columba prędicante in publicum promulgauit. Reſtat itaque diffuſi operis prolixitatem ſuccingere ad compendium, & reciſiore verborum excurſu miſericordiam altiſſimi recenſere, quàm in ſeruo ſuo Iob multipliciter exhibuit, peccatum, quod aduerſus Iob amici eius commiſerant, eius oratione indulgens, ſanans vulnera, dolores mitigans, auferens tentationes, bona temporalia multiplicans, producens vitam, reſtaurans filiorum damna, & pulchriores atq; meliores filios recompenſans. Et hoc eſt, quod circa finem libri textus hiſtoriæ ſub verborum paucitate declarat.

CAPT XLII.

DOMINVS *autem benedixit nouiſſimis* IOB *magis, quam principio eius: & facta ſunt ei quatuordecim millia ouium, & ſex millia camelorum, & mille iuga boum, & mille aſinæ.* IOB proceſſerat in diebus ſuis, & in miſertimam deciderat paupertatem. Adhuc tamen multiplicabitur in ſenecta vberi, quia ſecundum multitudinem dolorum in corde eius lætificauerunt conſolationes tuæ DEVS animam ipſius. Dies enim ſuper dies eius adiicies, & appones paupertati diuitias, & dierum longitudinem ſenectuti. Quique terrigenæ & filij hominum, audite, quam magnificata ſit miſericordia Domini ſuper nos. Si enim Iob & aliis ſeruis ſuis temporalia bona Dominus duplicauit: ſperandum eſt in eo, qui ſpes noſtra eſt quia tempore gratię pleniore men-
Luc. 6. 38. ſura ſuam nobis gratiam largitur. Menſuram, inquit, plenam, & confertam, & coagitatam, & ſupereffluentem dabit in ſinum veſtrum. Menſura Domini ſine menſu-
Math. 19. 29. ra, & modius eius ſine modo eſt. Hac menſura menſurabit diſcipulis ſuis dicens. Qui reliquerit patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut domum, aut agros propter me, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. Vis videre, quomodo exube-
Pſal. 117. rat, & ſupereffluit hæc menſura? Miſericordiæ eius non eſt finis, & miſericordia eius permanet in æternum & vltra. Sequitur.

VIXIT

VIXIT *autem Iob poſt hæc flagella centum quadraginta annis.* Pater miſericor-
diarum,& DEVS totius conſolationis, filium, imò ſeruum ab exilio miſeriæ reuer-
tentem,& læua ſupportat,& dextera complectitur: & in temporal bus eum ſuſten-
tans,& promouens ad æterna,vt poſſit cantare cũ ſponſa: Læua eius ſub capite meo, *Cant. 2. 6.*
& dextera ipſius amplexabitur me. Per dexteram liquidem ſignificatur æterna vita,
ſicut propheta commemorat. Delectationes in dextera tua vſq; in finem. Vna itaq; *Pſal.15. 11.*
manu Dominus ſeruo ſuo Iob accumulans diuitias & honores,altera longitudinem
dierum apponit; quia ſicut ſcriptum eſt. In læua eius diuitiæ & honor,& in dextera *Prou.3.16.*
eius longitudo dierum.Et nota quod dicit.*Poſt flagella hæc.*Ex magna nimirum diui-
næ gratiæ diſpenſatione præceſſit afflictio,vt poſt mœrorem gaudium, poſt naufra-
gium portus,poſt laborem requies,dulcedo poſt amaritudinem,poſt perſecutiones
proſperitas gratius arriderent. Porrò ideò ſuper dorſum iuſti, qui poſitus eſt inter
malleum & incudem,de permiſſione diuina fabricãt peccatores, vt poſt dies malos,
quibus afflictus & humiliatus eſt,plenior lætitia ſubſequatur,ſicut ꝓpheta dicit.Læ- *Pſal. 89. 15.*
tati ſumus ꝓ diebus quibus nos humiliaſti;annis quibus vidimus mala.Iuxta Sapien- *Prou.16.18.*
tis verbũ.Ante ruinã exaltatur cor:& econtrario gloriã præcedit humilitas. Humili-
tas enim via eſt ad exaltationẽ,dolor ad gaudium, perſecutio ad fœlicitatẽ, ad riſum
gemitus,mors ad vitã.Flagellat itaq; Dominus ſuos,ne flagellentur in poſterum: &
temporaliter eos punit,ne æternaliter puniãtur. Legitur in libro Regum, quia cum *3.Reg.6.7.*
Salomon ædificaret templũ Domini; lapides omnes extra tuſi fuerunt, vt in ædifi-
catione tẽpli ſine ſonitu mallei ponerẽtur. Sancti enim per flagella tunduntur tem-
poraliter, vt in ædificio cœleſtis Hieruſalẽ, quæ ædificatur vt ciuitas ſine flagello di-
ſciplinæ,ſine pœnitentiæ gemitu caritatis glutino vniantur. In alia ſiquidẽ vita inter
ardores ſempiternos non eſt locus veniam promerendi,quia in inferno nulla eſt re-
demptio; nec homini in peccatis mortuo relinquitur hoſtia ꝓ peccato. CHRISTVS *Rom.6.9.*
ſemel mortuus eſt,iam non moritur,non crucifigitur iterum, ſanguiſq; quem in re-
miſſionem peccatorũ ſemel fudit,iterũ non funderur; nec bibent ex eo omnes pec-
catores terræ,quia ex quo de terra exempti ſunt, ſi culpam ſecum detulerint morta-
lem,neque mors, neque ſanguis CHRISTI proderit eis ad ſalutem. Sequitur,

ET *vidit filios ſuos, & filios filiorum ſuorum vſque ad quartam generationem, & mortuus eſt ſenex, & plenus dierum.* Vniuerſas felicitates hominum mors concludit,
quia cum prædicaueris fidem Abrahæ,pietatem Ioſeph,caritatem Moyſi,fortitudi-
nem Sampſonis,zelum Phinees,virtutẽ Dauid,Helizæi miracula,prudentiam & di-
uitias Salomonis, ſemper extrema gaudij luctus occupat, finemq; hiſtoriæ finis ho-
minis facit,atq; omnium vna eſt concluſio. Et mortuus eſt. In eo autem quod ſenex
& plenus dierum mortuus eſt Iob,notandum eſt, quod quidam moriuntur dierum
vacui,quidam pleni.Vacuus dierum moritur, qui in vita ſua vanitatibus huius mun-
di inſeruiens vitæ æternæ merita moriendo ſecum non detulit. Plenus verò dierum
migrauit à ſæculo, qui operam virtutibus dedit, qui impleuit deſiderium ſuum ex
ipſis, & ſic dies conſummauit tranſitorios, vt in futura vita dies æternitatis inueniat.
Bonum ſiquidem eſt bene viuere, ſed longe melius, bene mori. Non tamen bene *Bene mori*
moritur, qui bene non vixerit. Aliqui deſiderant mori potius, quam ad virtutes *melius quam*
conuerti, quorum finis interitus eſt. Horum ſiquidem finem Sampſon ſuccen- *bene viuere.*
ſis caudis vulpium præſignauit. Eorum enim finis deputatus eſt illi igni, qui præ- *Iud.15. 4.*
paratus eſt diabolo & angelis eius. Sunt plerique, qui nolentes bene viue- *Matth.25. 41.*
re, deſiderant bene mori: ſciunt enim quòd precioſa eſt in conſpectu Domi- *Pſal.115.15.*
ni mors Sanctorum eius; ſciunt, quia cum dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce *Pſal. 126. 2.*

hæ edi-

Apoc 14.13. hæreditas Domini. Sciunt, quia beati mortui, qui in Domino moriuntur. Nolunt
Luc.22.28. tamen eſſe laborum participes cum eis, quibus Dominus dicit. Vos eſtis, qui per-
Rom.8.17. manſiſtis mecum in tentationibus meis. Volunt conregnare, ſed commori nolunt CHRISTO. Talis erat Balaam ariolus, qui conſiderans caſtra filiorum Iſraël, & æ-
Num.23.10. ternæ beatitudinis repromiſſionem eis à Domino factam intelligens dicebat. Moriatur anima mea morte iuſtorum, & fiant nouiſſima mea horum ſimilia, finem eorum appetens glorioſum, labores abhorrebat, quibus gloriam merebantur. Veruntamen non metes, niſi ſemines, non apprehendes brauium, niſi curras; non regnabis, niſi milites, non gaudebis, niſi doleas, nõ coronaberis, niſi pugnes. Putáſne, quod aliquis & in vita præſenti gaudeat & futura? ſi tamen dici debet gaudium, quod turbatur aſſiduè, & amaritudine reſpergitur. Nimis delicatus es, ſi vti vnque præſumis; vti ſæculo, & frui CHRISTO: præſentis mundi delicias capere, & nihilominus cœleſtis gloriæ diuitias obtinere. Audi quid dictum ſit illi diuiti in Euangelio, qui
Luc.16.25. cruciabatur in flamma, & linguæ ardentis refrigerium poſtulabat. Fili recordare, quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala. O quam ſimiliter diſſimiles merito poſſumus reputare inſanos ſanctiſſimos reges & prophetas, apoſtolos & martyres, confeſſores, teneras etiam, ac delicatiſſimas virgines, qui omnes ſpretis diuitiis, & conculcatis deliciis huius mundi, ſeipſos obtulerunt pro CHRISTO tribulationi & morti, ſi gloriam, quam adepti ſunt in anguſtia & dolore, potuerunt in diuitiis & voluptatibus obtinere. Subtrahe igitur, amantiſſime Princeps, & furare tibi aliquid ſingulis diebus de huius mundi voluptatibus. Ingredere pœnitentiæ viam: nec tibi videatur auſterum, ſi ea prudenter omittis, quæ inaniter placuerunt. Nihil
Rom.8.18. moleſte poteſt ſuſtineri in hac morte vitali, quod cœleſtibus gaudiis ex æquo reſpondere ſufficiat. Non enim ſunt condignæ paſſiones huius ſæculi ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Florem noſtræ iuuentutis immolauimus mundo, ſaltem fecem ſenectutis immolemus altiſſimo, & reſiduo breuis ac miſeræ vitæ noſtræ, regnum emamus æternum. Regnum enim DEI tanti eſt, quantum
2.Cor.4.17. pro eo ex deſiderio cordis offers: atque iuxta verbum Apoſtoli, quod leue eſt & momentaneum tribulationis noſtræ, immenſum gloriæ pondus operatur in nobis. In eo autem grates vberrimas refero regi regum, quia viros diligitis litteratos, quia Sacræ Scripturæ libenter intenditis, & quadam diuinitatis imagine humiliatis ſuperbos, humiles exaltatis, populis vobis à Domino commiſſis ſalutem & quietem zelatis, viduis & pupillis vos affabilem exhibetis & mitem, Religioſos & pauperes benignè recipitis, imò præparationem cordis eorum audiuit auris veſtra, & quaſi præſagiendo neceſſitates eorum, ipſos in benedictionibus veſtris præuenitis. Hodie propter hoc ſpecialiter vſque ad remotiſſimas nationes eleemoſynas veſtras enarrat omnis Eccleſia Sanctorum. Agite igitur, dum licet, diſpergite, date pauperibus, nec huius rei procurationem veſtris hæredibus committite. Deterrere vos poſſunt exempla multorum. Eleemoſynis propriæ manus vobis ſcalam & aſcenſorium erigatis, ad illam ſupernorum ciuium manſionem, in qua eſt pax æterna, quies impermutabilis, gaudium quod non deficit, lumen quod non extinguitur, gloria quæ non tranſit; quam nobis & vobis præparare & præſtare dignetur altiſſimi filius IESVS CHRISTVS, qui cum patre & ſpiritu ſancto triumphat & regnat per omnia ſæcula ſæculorum.

AMEN.

FINIS.

TRACTA-

TRACTATVS DE HIEROSOLYMITANA PEREGRINATIONE ACCELERANDA.

Vide NOTAS.

QVIS dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo interfectos populi mei? Vtinam in fletum totus effluam, & paſcatur lacrymarum ſolatio dolor meus. deducant oculi mei lacrymas. deficiat in dolore vita mea: quia vox lamentationis audita eſt de Sion, vaſtati ſumus, & confuſi ſumus vehementer. Cecidit corona capitis noſtri, & in luctum conuerſus eſt chorus noſter. Quicquid aduerſus Hieruſalem, & regnum eius, multis ſeculorum curriculis prophetæ comminando prædixerant, dies vna lugubris, & infelix, dies caliginoſa, & tenebroſior omni nocte, compleuit. De hac damnatiſſima die credo certum & expreſſum Ezechielis oraculum præceſſiſſe. Fili hominis ſcribe tibi nomen diei huius, in qua confirmatus eſt rex aduerſus Hieruſalem. Hodie, ſicut audiuimus, ſic accidit in ciuitate Domini virtutum. Sola ſedet, immò ſolitudo facta eſt ciuitas plena populis, domina gentium, princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo. Omnes portæ eius deſtructæ, ſacerdotes eius gladio ceciderunt. Iuuenes eorum, & virgines eorum in captiuitatem dati ſunt, & pulchritudo eorum in manus inimici. Manum ſuam miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia eius, abſtulit Dominus omnes magnificos de medio ciuitatis, deſtruxit in furore ſuo omnes munitiones filiæ Iuda, repulit altare ſuũ, maledixit ſanctificationi ſuæ. Et quid Threnos Hieremiæ reuoluo? totus Hieremias nõ ſufficeret faciem miſeriæ præſentis exprimere. Vt tamen lamentabilem rei euentum verbo eiuſdem Prophetæ concludam. Compleuit Dominus furorem ſuum, effudit iram indignationis ſuæ, inebriauit ſagittas ſuas ſanguine. Et iuxta verbum Iſaiæ. Completa eſt malitia tua Hieruſalem, bibiſti de manu Domini calicem iræ eius vſq; ad fundum, calicem ſoporis bibiſti, & potaſti vſque ad feces. O bone IESV, o benigne, o amabilis, o deſiderabilis, o ſuauis, o dulcis, o amor DEVS, o caritas DEVS, vbi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ? Quomodo oblitus es miſerationum tuarum? Quomodo nobis verſus es in crudelem? Multitudo viſcerum tuorum, & miſerationum tuarum continuerunt ſe ſuper nos, vigilauit ſuper iugum iniquitatum noſtrarum in manibus tuis. Signaſti quaſi in ſacculo delicta noſtra, & cum hæc fuiſſemus obliti, nonne hæc condita fuerunt apud te, & ſignata in theſauris tuis? Ideò repuliſti nos, & confudiſti nos: dediſti ſeruos tuos tanquam oues eſcarum, & in populis diſperſiſti nos. Qui factus eras nobis à DEO non ſolum ſapientia, ſed iuſtitia, & ſanctificatio & redemptio, iam non ſanctificator, aut redemptor, ſed mortificator, & peremptor effectus es. Vt quid Domine receſſiſti longe, deſpicis in opportunitatibus, in tribulatione? Miſerere noſtri Domine, miſerere noſtri, quia multum repleti ſumus deſpectione. Exſurge, quare obdormis Domine? Nunquid obliuiſceris miſereri DEVS, aut continebis in ira miſericordias tuas? Nunquid abſcindes miſericordiam tuam, aut non appones, vt complacitior ſis adhuc? Peccauimus cum patribus noſtris, iniquè egimus, noſtram non diffitemur malitiam, atq; miſeriam, tuam nihilominus iuſtitiam & miſericordiam confitemur. Maledictum, & mendacium, homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt, & ſanguis ſanguinem tetigit.

Ierem. 9. 1. *Ierem. 9. 19.* *Thren. 5. 16.* *Ezech. 24. 2.* *Thren. 1. 1.* *Thren. 4. 11.* *Iſa. 40. 2.* *Eſa. 51. 17.* *Iob. 30. 21.* *Iob. 14. 17.* *Pſal. 43. 12.* *1. Cor. 1. 30.* *Pſal. 10. 1.* *Pſal. 122. 3.* *Pſal. 43. 23.* *Pſal. 76. 11.* *Pſal. 76. 8.* *Pſal. 105. 5.* *Oſee. 4. 2.* *Pſal. 105. 4.*

Propter hoc in terra lugentes, obſecramus victricem manum tuam, vt ſis memor
noſtri in beneplacito populi tui, vincát miſericordiæ miſerias noſtras, & nó miſeriæ
Pſal. 73. 20. noſtræ miſericordias tuas, vincat ſapiẽtia tua malitiã noſtram. Et tu Domine miſera-
Pſal. 43. 23. tor, & miſericors, reſpice in faciem teſtamenti tui, reſpice in hæreditatem, quam ac-
Pſal. 77. 60. quiſiuiſti in ſanguine tuo, & ne repellas in finem. Etſi olim repuleris tabernaculum
Deut. 24. 1. Silo, & dederis Synagogæ libellum repudij, non tamen repelles Eccleſiam tuã. con-
Mat. 19. 7. fidat in ea cor viri ſui. Nullum præter te amatorẽ ſecuta eſt. Hoc Apoſtoli. hoc Mar-
Prou 31. 11. tyres, hoc alij tuæ Scholæ diſcipuli, hoc omnes fratres tui ſciunt. fratres nomino tui
nominis profeſſores. Ex parte ſponſæ tuæ terram illam vendicas, quam nunc inimi-
ci tuæ crucis, iniique blaſphematores nominis inuaſerunt. per hanc facti eſtis duo in
Pſal. 2. 8. carne vna. Vt de patre tuo taceam, qui tibi dedit gẽtes hæreditatem tuã, & poſſeſſio-
nem tuam terminos terrę. Certè mater tua de ſtirpe regis Dauid lineali cõputatione
deſcendit. Iure igitur materno terra illa tua eſt: ſi tamen ſuſtines, ꝙ tua ſit, & nõ eo-
rum potius. qui oderũt te gratis. Scimus, quia peccatis noſtris offenſus es, ſed in op-
Prou. 5. 9. probrium quæſo nominis tui tuã non conuertas offenſam. Doctrina tua eſt, alij ne
Eccl. 10. 4. dederis honorem tuum. Et ſi ſpiritus habens poteſtatem ſuperuenerit, locum tuum
ne deſeras: vt minus ſapiens dico, ſed forte non ad inſipientiam tibi. Mihi licet pec-
catori videtur conſilioſius, vt deleas omnes peccatores terræ à facie tua, quam ſuſti-
neas filios perditionis nobis in tui nominis contumeliam ſuperbe & procaciter in-
Prouerbium. ſultare in medio populi tui. Prouerbium vulgare eſt. Male vlciſcitur dedecus ſibi il-
latum, qui amputat naſum ſuum. Non ſic puniat quæſo Dominus ſeruum ſuum im-
Pſal. 89. 13. pium, vt in pœnam ſerui ſe humiliet, & magnificet inimicum. Conuertere igitur ali-
quantulum, & deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos: cogita, vt complacitior ſis adhuc.
Pſal 79. 16. Non des hæreditatem in opprobrium, & in conculcationem vineam, quam planta-
uit dextera tua. Peccauimus, ſed corde contrito & humiliato poſt iracundiam miſe-
Pſal. 78. 10. ricordiam imploramus. Vltio ſanguinis ſeruorum tuorum, qui effuſus eſt, introeat
in conſpectu tuo. Sufficit populo tuo, ſi in terra, quæ tuo, & ſeruorum tuorũ ſangui-
Pſal. 113. 1. ne rubricata eſt tui gloria nominis celebris habeatur. Non nobis Domine, nõ nobis,
Pſal. 78. 10. ſed nomini tuo da gloriã, ne fortè dicant in gẽtibus, vbi eſt DEVS eorũ? ne ſuperbiant
Deut. 32. 27. hoſtes, & dicant. Manus noſtra excelſa, & non Dominus fecit hæc omnia. Quieſcat
Iſa. 52. 2. ira tua Domine, & manus tua, quæ nos percuſſit, ipſa nos ſanet. Exſurge, exſurge de
Iſa. 40. 2. puluere captiua filia Sion, quæ recepiſti de manu Domini duplicia. Conſurge miſe-
Iſa. 51. 17. ra Hieruſalem, quæ bibiſti de manu Domini calicẽ irę eius. Quantum glorificaſti te,
Apoc. 18. 7. & in delicijs fuiſti, tantum ſunt tibi data tormenta, & luctus. Sicut ciſterna frigidam
aquam ſuam facit, ſic frigidam feceras iniquitatem tuam. Ille ergò, cui cogitatio ho-
Soph. 1. 12. minis confitetur, de quo ſcriptum eſt, quod explorat Hieruſalem in lucernis omnes
Pſal. 37. 15. tuas malitias numerauit. Ipſe tamen tanquam homo non audiens, & non habens in
ore ſuo redargutiones, diu diſſimulauit, & tacuit, & ſecundum diuitias magnificen-
tiæ ſuauitatis quæ multis annis ad pœnitentiam expectauit. Frequenter exigentibus
meritis tuis acuiſſet, vt fulgur gladium ſuum, & arripuiſſet contra te iudicium ma-
Iſa. 33. 7. nus eius: ſed angeli pacis amarè flebant, & in te dignos fructus pœnitentiæ expe-
ctantes diuinæ animaduerſionis inducias impetrabant. Quibus tamen verbum,
Ierem. 5. 1. quod in Hieremia legitur, ſæpiſſimè proponebat. Circuire vias Hieruſalem, & aſpi-
cite, conſiderate, & quærite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium,
& quærentem fidem, & propitius ero eis. Quid de rege tuo dicerẽ, niſi quod Eccle-
Eccl. 13. 3. ſiaſticus dicit. Rex inſipiens perdet populum ſuum, regnumque de gente in gentem
transferetur propter iniuſtitias, & diuerſos dolos. Et in eodem ſecundum iudicem
populi

populi & miniſtri eius. Et qualis eſt rector ciuitatis, tales habitantes in ea. Conuer-
tere igitur ad cor Hieruſalem,& ad Dominum DEVM tuum reuertere. Quid ſcis, ſi
& ipſe conuertatur, & relinquat poſt ſe benedictionem? dulcis eſt enim, & miſeri- *Ioel.2.13.14.*
cors, & præſtabilis ſuper malitia. Non vult mortem peccatoris, ſed vt conuerta- *Ezech.33.11.*
tur, & viuat. Iſte enim eſt, qui per Zachariam dicit. Reuertar ad Hieruſalem in *Zach.1.16.*
miſericordiis. Adhuc affluent ciuitates meæ bonis. Conſolabitur Dominus Sion,
& eliget adhuc Hieruſalem. Et per Iſaiam miſerias tuas paterna conſolatione de-
mulcens: Induere, inquit, veſtimentis gloriæ tuæ, captiua filia Sion, induere ve- *Iſa.52.1.*
ſtimentis gloriæ tuæ Ieruſalem ciuitas ſancta. Et poſt pauca ſubiungit. Ad pun- *Iſa.44.7.*
ctum in modico dereliqui te, & in miſerationibus meis congregabo te. In mo-
mento indignationis abſcondi faciem meam parumper à te, & in miſericordia
ſempiterna miſertus ſum tui. Nunquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum, vt *Iſa.49.15.16.*
non miſereatur filio vteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiſcar
tui. Ecce in manibus meis deſcripſi te. Muri tui in oculis meis ſemper. Vtere er-
gò Ieremiæ conſilio, & laua cor tuum a malitia. Hieruſalem accipe arma pœni-
tentiæ. Scio enim, quod ſi placatus fuerit tibi Dominus iuxta verbum Iſaiæ, con-
ſolabitur Sion, & ponet deſertum eius quaſi delicias, & ſolitudinem eius quaſi *Iſa.51.3.*
hortum Domini, gaudium, & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox
laudis. Sanè præter conſolatoria Prophetarum mihi ſecundum multitudinem do-
lorum meorum in corde meo ſpes deſideratiſſimæ conſolationis arriſerat ex eo,
quod principes, & magnates terræ, lignum crucis nuper acceperant; priuilegio ſi- *Hieroſolym.*
quidem Petri Apoſtoli, & auctoritate Eccleſiæ generali propoſuerat Dominus in *iter eſt pœni-*
hoc ſigno verbum reconciliationis, vt viæ Ieroſolymitanę aſſumptio eſſet pœniten- *tentia con-*
tia conſummata, & ſufficiens ſatisfactio de commiſſis. Myſterium itaq; crucis nobis *ſummata.*
in introitum ſanctorum, ſicut Apoſtolus dicit, in ſanguine CHRISTI nouam initia- *Vide* NOTAS.
uerat viam: nos quoq; educebat Dominus in viam rectam, vt iremus in ciuitatē ha- *Heb.10.19.*
bitationis. Sed nolentes ambulare ſuper ſemitas iuſtitiæ, elegimus fallacium viarum *Pſal.106.7.*
tortuoſos anfractus. Quiq; terrigenæ, & filij hominum, quare quæritis diuortia via-
rum, cum vobis offeratur viæ, & vitæ compendium? Dirigit vos Dominus in viam
pacis, & ſalutis, & vos viam diſſenſionis, & mortis eligitis. Omnes ſiquidem viæ Do- *Prou.3.17.*
mini pulcræ, & omnes ſemitæ eius pacificæ; quas qui declinauerint, & in via pecca- *Pſal.48.14.*
torū ſteterint, vereor, ne ſit via hæc illorum ſcandalum ipſis, & ne illis accidat, quod
dicitur per pſalmiſtā. Contritio, & infelicitas in viis eorū, & viam pacis non cogno- *Pſal.13.13.*
uerunt. Sunt viæ, ſicut ſapiens dicit, quæ videntur homini rectæ, & nouiſſima earum *Prou.16.25.*
ducunt ad profundum inferni. Sicut alibi ſcriptum eſt. viæ peccatorum complanatæ *Eccli.21.11.*
lapidibus, ſed in fine earum tenebræ, & pœnæ. Vniuerſæ viæ Domini miſericordia *Pſal.24.11.*
& veritas. de quibus ipſe dicit. Iſrael ſi in viis meis ambulaſſet, pro nihilo forſitan ini- *Pſal.80.15.*
micos eius humiliaſſem. Manſuetudinem quærimus, & non bella, quia diſſipat gen- *Pſal.67.31.*
tes, quæ bella volunt, & dirigit Dominus manſuetos in ſalutem. ipſe proſperum iter
faciet nobis DEVS ſalutarium noſtrorum, vt cantabiles nobis ſint iuſtificationes eius
in loco peregrinationis noſtræ, vt ſimus immaculati in via, vt laudemus Dominū in
viis Domini, quia magna eſt gloria Domini. O quàm beatus eſt, qui dicere poteſt. *Pſal.17.40.*
DEVS, qui præcinxiſti me virtute & poſuiſti immaculatā viam meā. Hoc nō cogitant
filij Adā, qui oblatam ſibi gratiā reſpuentes, & conſtituentes ſe indignos regno DEI,
pro regno tranſitorio pugnant, & abiecto diuinæ miſerationis remedio pro quæſtu
litigant tēporali; Iuſtoq; DEI iudicio, qui pacē habere ad CHRISTVM nolunt, apud ſe
pacē habere nō poſſunt. Poſuiſti me, inquit, cōtrariū tibi, & factus ſum mihimetipſi *Iob.7.20.*

grauis. Videns equidem inimicus inæſtimabile lucrum CHRISTI, & incomparabilem prouentum Chriſtianæ meſſis, quadam quaſi noua virtute crucis conſurgere, ſuperſeminauit zizania, ſuamque malitiam ad omnes verſutias circumducens bo-
Eccli. 2. 1. num ſaluberrimæ viç tentatione multiplici conatur exſtinguere. Scriptum eſt enim,
fili accedens ad ſeruitutem DEI, ſta in iuſtitia & timore, & præpara animam tuam
Exod. 5. 14. ad tentationem. Sic Pharao in exitu Iſrahel de Ægypto truculentius ſæuit, & Sata-
Marc. 9. 21. nas ab homine, quem tenuerat ab infantia, exiturus, eundẽ grauius in egreſſu diſcerpit. Expreſſa ſimilitudinis forma, in his, qui ſanctæ peregrinationis arripuere propo-
Iſa. 26. 18. ſitum, graſſantur acerbius, & ſunt nouiſſima eorum peiora prioribus. Concepimus,
Rex Franciæ & quaſi parturiuimus, dicit Iſaias, & ſpiritũ ſalutis in terra non fecimus. Seruitiũ il-
& Angliæ, lius elegerant, cui ſeruire regnare eſt: ſed ad vomitum reuertentes ſuam ſpiritualem
Ioſue 6. 26. Iericho ædificant, quam in crucis ꝓfeſſione deſtruxerãt. Inter ipſas ſaluberrimi voti primitias ſuæ peregrinationis inducias ſtatuerunt: nõ attendẽtes iacturã tẽporis eſſe
Gal. 4. 26. diſpẽdiũ. Et quia *dilatio magna ruina eſt*, Apoſtolus dicit. Ieruſalẽ, quæ eſt mater noſtra. Si mater eſt, vbi ſunt eius filij? Sanè, qui matrem eius dehoneſtari, conculcari, & proſtitui ſuſtinent, nõ ſunt filij ſed priuigni, immò ꝙ magis eſt, notam ignominioſæ proditionis incurrunt. Si matris ſuæ patrimonium, ſi ſui hæreditatem Domini non
Luc. 11. 23. defendunt. CHRISTVS eſt, qui dicit. Qui non eſt mecum, contra me eſt: & qui mecum non colligit, ſpargit. Campũ, in quo Dominus occiſus eſt, vbi ſanguinis eius effuſionem non ſolũ ſcripturarum lectio, ſed petrarum ſciſſio clamat eiuſdem occiſo-
3. Reg. 21. 19. res hodie poſſident, vt eis meritò verbum illud diuinæ indignationis aptetur. Occi-
Gen. 4. 10. diſtis, inſuper & poſſediſtis. Clamauit ſanguis Naboth, clamauit ſanguis Abel vltio-
Pſal. 141. 5. nem de terra, & inuenit vltorem. Clamat ſanguis CHRISTI auxilium, & non inuenit
Pſal. 63. 5. adiutorem. Conſiderabam, inquit, ad dextram, & videbam, & non erat, qui cognoſceret me. Et per Iſaiam. Circumſpexi, & non erat auxiliator, quæſiui, & non erat, qui
Pſal. 73. 23. adiuuaret. Bone IESV, ventus vrens, ventus ſuperbiæ leuauit locuſtas. Cumque ſuperbia eorum, qui te oderunt, aſcendat ſemper, non eſt, qui pro te aſcendat ex aduerſo, qui zelum Phinees, & Mathathiæ arripiat. Vident infelices occupari, & deſtrui à filiis diffidentiæ terram, in qua ſteterunt pedes Domini. Audiunt prophanari ſancta, fratres ſuos incarcerari, torqueri, occidi, & non mouentur ſuper contritione Ioſeph: cum ille filius perditionis, cuius præſentem volo epiſtolam funeſtare, omnes terræ illius munitiones iam obſederit, & ex parte magna poſſederit. Noſtri ſignati moras ſuæ peregrinationis variis occaſionibus aucupantur: quaſi in partem
Pſal. 105. 24. illius nefarij cõiurantes, & pro nihilo habuerunt terram deſiderabilẽ. O quàm longè eſt à ſalute, qui ſalutis ſuæ venatur inducias. O quàm exiliter diligit, imò quàm crudeliter odit CHRISTVM, qui honorẽ eius impedit, & propoſitũ publicæ iuſtificationis euacuat. Gratia ſit omnibus, dicit Apoſtolus, qui amant Dominũ noſtrum IESVM
1. Cor. 16. 22. CHRISTVM. Et idẽ. Si quis non amat Dominũ noſtrum IESVM CHRISTVM, ſit anathema, maranatha. Putas, ꝙ nõ requirat Dominus, ſi eſt, qui diligat domũ Iacob? & locũ habitationis gloriæ ſuæ? ꝓpter hoc irritauit impius DEVM. dixit enim in corde ſuo,
Pſal. 9. 13. non reqret. Quãta quæſo inſania eſt, in tã anxiæ neceſſitatis articulo dilationes mittere, innectere viã, protelare ſalutẽ, CHRISTI diſſimulare iniurias, ꝑmittere, vt lupus in ouile deſæuiat, & tunc primo parare ſubſidiũ, cũ oues deuorauerit vniuerſas. Cer-
Pſal. 4. 3. tè, qui opportunitatẽ deſerit, opportunitas eũ fugit. filij hominũ, vſq; quo graui corde? quomodo eſtis ad ſalutaria pigri, ad vana, & caduca ſoliciti. Nunqd vinitores expectãt, donec vindemia trãſeat, aut inſtitores, donec nundinç finiãtur? aut meſſores, do-
Ierem. 48. 10. nec tẽpus meſſionis excurrat? Scriptũ eſt. Maledictus, q facit opus DEI negligenter.

Spera-

Sperabã quod refloruiſſet crux CHRISTI, & quaſi ſanguine eius iterũ irrigata, & vi-
uificata, fructum ſalutis, & gratiæ faceret tempeſtiuũ. Nunc autem, quod flens dico, *Notat deci-*
inimici crucis CHRISTI, qui debuerant eſſe filij, per auaritiam ſuam prætextu cu- *mas, quæ vo-*
iuſdam collectæ damnabilis, primam voti ſui fidem irritam faciunt: luxuriantes in *cabantur, Sa-*
cruce Domini, & quam olim prædicabant Apoſtoli, Iudæis quidem ſcandalum, gen- *ladinidæ, teſte*
tibus verò ſtultitiam, hodie apud CHRISTI profeſſores, in ſtultitiam, & ſcandalum *V. Bellouac.*
conuerterunt. Væ homini, per quem ſcandalum venit. Qui ſcandalizauerit vnum *lib.30.hiſt.*
ex puſillis iſtis, durum eſt, quod ſequitur, duriore iudicio ſe dignum conſtituit, qui *cap.45.*
tantam, & tam electam multitudinem ſcandalizare præſumit. De Iuda legitur, quod *1.Cor.1.23.*
accepta buccella introiuit in eum Satanas. vereor ne ſignum crucis pleriſque in ſub- *Matth.18.7.*
uerſionem animæ cedat, quod minus dignè fortaſſis ad quæſtum, vel ad apparen- *Ioan.13.27.*
tiam, vel ad gratificationem hominis vſurpant. hoc ſignum poſitum fuit, & propoſi- *Luc.2.34.*
tum in ruinam & in reſurrectionem multorum. Nam ex eo ſequitur Iudæorum de-
iectio, & ſubiectio nationum. Vnde cum propheta præmiſiſſet de reprobatione Iu-
daici populi, poſtea de gentium vocatione ſubiungit. Leuate ſignum in nationes. *Eſa.11.12.*
Quidam ſignati ſunt, ſed non eſt ſignatum in eis lumen vultus tui Domine. Signum *Pſal.4.7.*
hoc, ſicut video, datum eſt infidelibus, non fidelibus. Nam ſi in lapide adiutorij fun- *1.Cor.14.22.*
damentum voti ſui firmaſſent, ſtabilitatem ſancti propoſiti nullæ cupiditatum ma-
chinæ concuſſiſſent. Sic enim Paulus ad Timotheum ſcribens. Firmum, inquit, fun- *2.Tim.2.19.*
damentum DEI ſtat, hoc habens ſignaculum. Similiter ad Epheſios loquens. In *Epheſ.1.13.*
CHRISTO, inquit, ſignati eſtis Spiritu ſancto, qui eſt pignus hæreditatis veſtræ. Et *1.Cor.9.2.*
ad Corinthios. Signaculum Apoſtolatus mei vos eſtis in CHRISTO. Adhuc dico,
ſignati ſunt, ſed non ab eo, qui filium ſuum IESVM ſignauit, & miſit. Nam ſi ab eo
ſignati eſſent, ſuper peccatis ſuis dolerent, & gemerent. Ipſe eſt namque, qui præci-
pit ſignari Thau ſuper frontes dolentium, & gementium. In quo ſignanter oſtendi- *Ezech.9.4.*
tur, quod hoc ſignum non niſi in gementibus, & dolentibus pro peccatis ſuis ſuum
ſortitur effectum. Illudque plurimum notabile eſt, quod licet plurimi ſignum huius
peregrinationis accipiant, nunquam tamen ſignantur ſigno thau, niſi diuinæ iuſ-
ſionis arbitrio, & miniſterio angelorum. Tu igitur Domine IESV, quem ſignauit
Pater, fac mecum ſignum in bonum. Tu forma pulchritudinis, figura gloriæ, ſigna- *Pſal.85.17.*
culum vitæ, ſigna cor meum lumine vultus tui, DEVS cordis mei, & pars mea in æ-
ternum. Præcipuos quidem, & maximos ſignatorum, crebra exhortatione conueni, *Deut.32.29.*
vt ſaperent, & intelligerent, ac nouiſſima prouidentes ſaluberrimum pœnitentiæ
propoſitum hilari deuotione peragerent. Sed, vt verbo Ieremiæ vtar, Ecce incir- *Ierem.6.10.*
cumciſæ aures eorum, & audire non poſſunt. Ecce verbum Domini factum eſt eis
in prouerbium, & non ſuſcipiunt illud. Certe ille, qui primus dixerat ad Sion: Ecce RICHARDVS
adſum, & Ieruſalem euangeliſtam, id eſt, annunciatorem pacis, & liberatorem terræ, *filius Henrici*
ſe crucis aſſumptione promiſerat, conuerſus eſt in arcum prauum. Nec enim no- *II. Regis An-*
uit, nec nouerunt cæteri diuites, magnum, & ſupereminens, & glorioſum, & ſuper- *glorum.*
cæleſte, & inæſtimabile pœnitentiæ donum. Hæc eſt ſecunda tabula poſt naufra- *Pſal.77.57.*
gium, cœlorum ſcala, reconciliatio pacis, acquiſitio vitæ, vitiorum abolitio, corpo- *Pœnitentiæ*
rum cuſtodia, medicina ſpirituum. Hæc eſt, de qua Salomon ſcribit. Medicinam *elogia.*
creauit DEVS hominibus, & ſtulti deſpiciunt eam. Porrò nihil adeo deprimit, & *Eccli.38.4.*
ſuffocat pœnitentiæ fructum, ſicut opum affluentia, & eminentia dignitatum. Quis
enim magis indiget remedio pœnitentiæ, quàm diues, qui ſemper pœnitenda com-
mittit, de ſalute animarum vix, aut nunquam cogitans, ſemper curam carnis in deſi-
deriis agit? Sterilem paſcit, nec viduæ benefacit. Cumque licentiæ frena laxauerit,

Iob 21.13. in omnem impetum voluntatis, & in bonis deduxerit dies ſuos, in momento ad inferna deſcendit. Adde, quod Dominus terribilis in conſilus ſuper filios hominum, pauperem iugiter examinat in purgatorio paupertatis. Diuitem verò, quem ad ſupplicia reſeruat æterna, quaſi aquam diffundit in omnes concupiſcentias vitæ huiuſ-
Iſa.26.10. modi, vt in omni ſuo ſtercore computreſcat. Miſereamur, inquit, impio, & non diſ-
Diuitis periculoſa dilatio pœnitentiæ. cet facere iuſtitiam. Ideoque periculoſior eſt in diuitibus pœnitentiæ dilatio, quia præter moriendi genus publicum, frequenter eſt eis mortis occaſio, gladius, aut venenum. Tanto itaque deberet eſſe paratior anima diuitis, quanto periculoſior, & multiplicior eidem imminet cauſa mortis. Ethicus dicit:

Iuuen.ſat.10. *Ad generum Cereris, ſine cæde, & vulnere pauci.*
Decedunt reges, & ſicca morte tyranni.

Relege annales, & reuolue hiſtorias, Regeſq; paucos inuenies, qui morte communi
1.Reg.31.6. deceſſerint. In primis occurrit tibi rex Saul, rex Ela filius Baaſa, quem occidit Zamri
3.Reg.16.11. ſeruus eius, & regnauit pro eo. Sed & Zamri cum domo regia ſe ſuccendit. Azael
4.Reg.8.15. ſtrangulauit regem Benadab, & eidem in regno ſucceſſit. Rex Ioas à duobus ſeruis
4.Reg.12.20. ſuis occiſus eſt. Sellum filius Iabes percuſſit Ieroboam regem Iſraël, & regnauit pro
4.Reg.15.10. eo. Manahen filius Gadi percuſſit Sellum in Samaria, & regni gubernaculum oc-
4.Reg.15.14. cupauit. Filius Manaen à Phacee filio Romeliæ interfectus eſt. Ela verò interfecit
4.Reg.15.25. Phacee, & pro eo regnauit. Rex Amon à duobus ſeruis. Rex Ioſias filius Amon à
4.Reg.15.30. ſagittariis. Ioachim rex filius Ioſiæ à Nabuchodonoſor interemptus eſt. Sedechias
2.Par.33.25. ab eodem orbatus eſt oculis, & tandem morte turpiſſima condemnatus. Si Princi-
2.Par.35.23. pum Romanorum geſta recenſeas, quia forte oneroſum eſt tibi audire de regibus
4.Reg.25.7. Iudæorum: Incipe à Iulio Cæſare, qui primus imperatoris nomen, & officium vſur-
Vide NOTAS pauit, quem Brutus, & Caſſius occiderunt. Cui Antonius volens ſuccedere, occiſus
epiſt.42. eſt à ſeipſo. Claudius Cæſar à Caio Caligula. Caius à ſuis prætorianis. Otto manu propria. Vitellius aliena. Domitianus, qui beatum Ioannem damnauit, & in Pathmos inſulam relegauit, à Senatu damnatus eſt, & in palatiolo ſuo interfectus. Aurelius Commodus ſupra modum libidinoſus, in domo Veſtali ſtrangulatus interiit. Huius ſucceſſorem Helium Pertinacem Iulianus occidit. Idem Iulianus apud pontem Miluium occiſus eſt. Aurelius verò Antoninus eius ſucceſſor apud Æditlam gladio cecidit. Macer verò Macrinus ſuccedens Antonino in tumultu militari animam gladio exhalauit. Marcus Aurelius huic ſucceſſit, & cum matre ſua gladio cecidit. Marco ſucceſſit Alexander. Alexandro Maximus. Iulianus Maximo. Iuliano Gordianus, & iſtorum quilibet gladio vitam terminauit. Philippus, qui primus inter imperatores CHRISTI fidem ſuſcepit, cum Philippo filio ſuo, qui cum eo regnabat, à Decio fraudulenter cæſus interiit. Succeſſorē eius Decium cum filio ſuo, qui cum eo imperabat cum patre ſuo, barbari occiderunt. Huic Gallus, & filius Voluſianus ſucceſſerunt, & ambo gladio ceciderunt. His ſucceſſit Valerianus, qui beatum Sixtum & beatum Laurentium martyres fecit. Hic à Sapore Perſarum Rege captus, & perpetua ſeruitute damnatus, morte viliſſima diem ſuū clauſit. Poſt hunc
Damaſ. orat. Quintillus Imperator occiſus eſt. Aurelianus à DEO percuſſus. Probus militari tu-
1.de imag. multu interemptus. Varius Aper ſoceri ſui fraude cæſus. Diocletianus ab imperiali
Amphil. in dignitate depoſitus. Iulianus apoſtata, beati Mercurij lancea cœlitus interfectus eſt.
vita S.Baſilij. Valens beati Ambroſij perſecutor, a Gothis in caſa, qua ſe meticuloſè abſconderat,
Tripart.lib.8. eſt combuſtus. Tales ſunt exitus diuitum, & magnatum. Vnde Valerio Maximo teſte
cap.14 deſiderabilior debet eſſe diuiti certitudo mortis, quam inter varios, & terribiles vitę
Val.li.9.c.12. caſus pendere ad ambiguum imminentis exitij. Omiſſis igitur diuitibus, quia ſermo meus

meus non capit in eis: conuertar ad pauperes. Vtinam voluntaria oris mei benepla- *Pſal.118.108.*
cita faciat Dominus, vt ſit ſpiritus Domini ſuper me ad euangelizandum pauperi- *Matth.11.5.*
bus, & quæ tam mihi, quam eis expediunt ad ſalutem, parare velit in dulcedine ſua
pauperi DEVS. Currant igitur pauperes, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. *Pſal.67.11.*
Exſpectant eos angeli, immò Dominus angelorum. Nondum impleta eſt domus. *Matth.5.*
adhuc exſpectantur, de quibus nuptiæ repleantur. Curramus, fratres, ſed ſic, vt ap-
prehendamus. Redimamus tempus, quia dies mali ſunt. Regnum cœlorum nobis *Epheſ.5.16.*
offertur. Nolite confidere in principibus. Sequimini conſilium altiſſimi, nec prin- *Pſal.145.3.*
cipum conſilia vos ſeducant. Reprobat Dominus conſilia principum: conſilium au- *Pſal.32.10.*
tem Domini manet in æternum. Operabitur in nobis velle, & perficere pro bona *Philip.2.13.*
voluntate. Nec labor viæ nos deterreat. nam qui fingit laborẽ in præcepto, quietem *Pſal.93.21.*
& vitam æternam nobis pręparat in labore. Mittimur à Domino, vt pro ipſo legatio-
ne fungamur. Non detrectemus mandatum Domini cum Iona, ne in mare merga- *Ion.2.*
mur, & abſorbeamur a ceto. Nemini quęſo difficilis videatur huius peregrinationis
aſſumptio. Si fortis eſt animo patriam deſerens à patria non recedit. *Omne ſolum for-* *Ouid. 1.Faſt.*
ti patria eſt, vt piſcibus æquor. Vt volucri, vacuo, quidquid in orbe patet. Abraham de *Geneſ.12.1.*
terra, & de cognatione ſua egreditur, vt in gentibus creſcat. Iacob ſuæ terram nati- *Geneſ.32.10.*
uitatis egrediens, & Iordanem in baculo tranſiens cum duabus turmis reuertitur. *Geneſ.40 41.*
Ioſeph venditus à fratribus ſuis, Ægypto præficitur. Moyſes à parentibus expoſitus, *Exo.2.9.*
à filia Pharaonis in filium adoptatur. Rapiamus per violentiam cœlum. Nam à die- *Matth.11.12.*
bus Ioannis Baptiſtæ regnum cœlorum vim patitur. Et quæ maior vis eſt quam per
pœnitentiam acquirere, quod nobis per naturam noſtram, & per DEI iuſtitiam de-
negatur. Faciant alij diuitias, & nõ in iudicio ſpolient viduas, & pauperes deprędent.
Nonne, quæſo, iſti ante oculos patris immolaturi ſunt filium, quoties de ſubſtantia
indigentium oblationem facient ante faciem patris pauperum, & iudicis viduarum?
Sane DEO abominabilis eſt oblatio de rapina; ſicut ipſe dicit. Ego Dominus diligens *Eſa.61.8.*
iudicium, & odio habens rapinam in holocauſto. Hinc eſt, quod griphes, haliæetus, *Deut.14.12.*
vultur, & milnus, & cæteræ prædatoriæ aues, nunquã in ſacrificio Domini acceptan-
tur. Procedere non decebat ab iniuriis, & rapinis huius peregrinationis initium. Sa-
lomon dicit. Initium viæ bonæ, facere iuſta, accepta ſunt DEO magis, quam immola- *Prouerb.16.5.*
re hoſtias. Vereor ne quandoq; præda ſint, quos nunc delectat violenta prædatio.
Verbum Iſaiæ eſt. Væ, qui prædaris, ſcito, quia prædaberis. O pecuniæ amor. O tinea *Iſa.33.1.*
cordium, rubigo mentium, languor peſſimus animarum, virtutum ſubuerſio, geni-
men vitiorum, vertens dilectionem in odium, & DEI gratiam in contemptum. Quo-
modo diuitũ corda excæcas? vt quanto amplius habeant, tanto minus habere ſe cre-
dant. Porro, cui CHRISTVS ſufficit, nihil deficit, cui offertur portio in terra viuen-
tium, contemnenda eſt poſſeſſio terrenorum. Si diues indigentiã timet, pauper, quę-
ſo, non timeat. Scriptum eſt, quod timet impius, accidet ei. Et qui timet pruinam, ve- *Prou.10.24.*
niet ſuper eum nix. Ecce peccatores, & abundantes in ſæculo, obtinuerunt diuitias: *Iob 6.16.*
& tamẽ de illis frequenter auditur. Diuites eguerunt, & eſurierunt: inquirentes autẽ *Pſal.72.12.*
Dominum non minuentur omni bono. Certè non eſt ignobilis apud DEVM titulus *Pſal 33 11.*
paupertatis. Sola illa paupertas DEO diſplicet, quę cum rancore, & murmure ſuſtine-
tur, ſicut Sapiens dicit. Nequiſſima paupertas eſt in ore impij. Frequens experientia *Eccli.13.30.*
docet, quod non in pecuniis, nec in multitudine armatorũ, nec in virtute pugnantiũ
datur victoria CHRISTI militib⁹, ſed in virtute Dñi virtutũ. Dominus enim fortitudo *Pſal 27 8.*
plebis ſuę eſt. Dñs fortis, Dñs potens in prælio, de quo ſcriptũ eſt. Gloria virtutis eo- *Pſal 23 8.*
rum tu es. Vtinam nunquã fuiſſet hæc pecunia, quę nec felices exitus habitura eſt: & *Pſal.88.18.*

per

per quam mille animarum ſalus vel dilata eſt, vel ablata. Non eſt venalis Dominus, vt poſſit emi pecuniis, ſed nos venales ſumus, & venundati ſub peccato. His equidem, qui pro CHRISTI hæreditate laboraturi ſunt, & nolūt hæreditari in terra, patet æter-
Pſal. 126.3. na in cœlis hereditas. Nam cum dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hereditas Domi-
Luc. 22.28. ni. Iſti audituri ſunt. Vos eſtis, qui permāſiſtis mecum in tentationibus meis. non dicetur, qui pecunias collegiſtis. Attendit Dominus, non quantum, ſed ex quanto quis offerat. Nā ſicut in Eccleſiaſt. legitur. Subſtātia hominis fedauit cor eius. Acceptior
Marc. 12.43. Domino fuit oblatio viduæ, quam magnatum. Vnuſquiſque, ait Dominus, ex eo, quo abundauit, miſit in gazophylacium. Hæc autem omnia, quæ habuit, totum victum ſuum miſit in gazophylatium. Bonorum noſtrorum non indiget Dominus, nec vincit in multitudine, ſed in paucis. Cum à principibus ſacerdotū, & à populo Iudæorū CHRISTVS quæreretur ad mortem & de emendis gladiis ageretur, voluit duobus
Luc. 22.38. gladiis contentos eſſe duodecim. Arma Alexandri, & Cæſaris hodie celebri opinio-
Ioan. 18.10. ne tranſcendit vnicus ille gladius Petri, quo ſerui auriculam amputauit. Sicut quidā
Gladius Petri ſapiens dicit. Bellorum euentus non eſt in numero, vel audacia robuſtorum, ſed in
ſuperat gla- eius beneplacito, qui ꝑ ſuæ voluntatis arbitrio vniuerſa diſponit. Nunquid filij Iſrael
diū Cæſarum. poſſederūt in gladio ſuo terram? Quomodo perſequebatur vnus mille, & duo fuga-
Pſal. 43.4. bant decem millia? Nonne ideo, quia Dominus vendidit eos, & Dn̄s concluſit eos?
Deut. 32.30. Ille, qui in cœlis habitat, & humilia reſpicit, qui vocat ea, quæ non ſunt, tanquam ea,
Pſal. 112.6. quæ ſunt, qui abiecta elegit, vt fortia cōfundat, terrā illam, quādoq; per pediſſequos
1. Cor. 1.28. prouinciarum, quandoq; per manum femineam à grauiſſimis exactorum perſecutionibus liberauit. Vnde veriſimile nunc videtur, q reprobatis magnatibus terræ, quibus Dominus titulos huius peregrinationis obtulerat, viros famę humilioris elegit, quibus in contumeliam potentum huius viæ triumphales euentus, totiuſq; ne-
FRIDER. I. gotij gloriam reſeruauit. Romanorum Imperator, & rex Francorum, qui votum,
PHILIPPVS. huius viæ quandoque profeſſi ſunt, ſi in electa paucitate, & humilitate deuota non in multitudine graui, & indiſciplinata proceſſiſſent, euacuaſſent exactoris iugum & pacem in terra perpetuam confirmaſſent. Quod ſi principes noſtri, forte prudentiæ altioris vſi conſilio, viam hanc tamdiu differre decreuerant, quare quæſo non elegerunt viros prudentes, & ſtrenuos, qui præirent, qui victualia congregarēt, qui tentarent pericula, qui pararent tranſitus, qui vires hoſtium explorarent? Sanè vnuſquiſq; abundat in ſenſu ſuo: ſed ſciant vniuerſi, & ſinguli, quod cuius via accepta
Pſal. 36.23. eſt à Domino, & ipſe diriget greſſus eius. Nam de tali ſcriptum eſt. Greſſus hominis à DEO dirigetur, & viam eius volet. Ille autem, qui eſt via, veritas, & vita, liberet terrā, quam elegit in habitationem ſibi: quam inhabitando quaſi alterum cœlum fecit, quam ſuis miraculis illuſtrauit, ſuis initiauit ſacramentis, ſua inſtituit prædicatione, ſuo tandem ſanguine rubricauit. Quam beatæ reſurrectionis, & aſcenſionis ſuæ magnificentiam glorioſam, non ſolum toti mundo prætulit, ſed per eam totum ſibi mundum mirabiliter, & miſericorditer acquiſiuit. Tranſeat IESV CHRISTE ira in gratiam, tempeſtas in auram, iudicium in diſpenſationem, vexatio in refrigerium, percuſſio in medelam, licet ſis DEVS vltionum Dominus, tamen homo es, faterq;
Deut. 32.39. noſter, & pater miſericordiarum. Verba tua ſunt. Ego occidam, & ego viuere faciam: percutiam, & ſanabo. Da ſecundum diuitias illius exuberantiſſimæ caritatis, in quibus nos redemiſti, vt poſt terribilia tuæ diſciplinæ flagella, ſub tua miſeratione reſpiret populus acquiſitionis. Moueat te gemitus compeditorum: aut iuxta verbum
Deut. 32.43. Moyſi, vlciſcere ſanguinem ſeruorum tuorum, & propitius eſto terræ populi tui.

FINIS.

IN-

INSTRVCTIO

FIDEI CATHOLICÆ

AB ALEXANDRO III. PONTIFICE ROMANO, AD SOLDANVM ICONII MISSA.

ALEXANDER EPISCOPVS SERVVS SERVO-rum DEI, SOLDANO *Iconij veritatem agnoſcere, & agnitam cuſtodire.*

EX litteris tuis, & nunciorum tuorum fideli relatione cognouimus,
quod in votis habeas ad CHRISTVM conuerti: cumque iam recepe-
ris, vt audiuimus Pentateuchum Moyſi, prophetiam Iſaiæ & Ieremiæ,
Pauli etiam epiſtolas, atq; Ioannis Euangelium & Matthæi, poſtulas
tibi mitti virum aliquem orthodoxum, per quem in Lege CHRISTI
quaſi vice noſtra plenius inſtruaris. Nos autem petitioni tuæ plurimum in Domino al. *informeris.*
commendabili grato concurrentes aſſenſu, tales Excellentiæ tuæ procurabimus de- al. *occurrētes.*
ſtinare, qui apud te in doctrina ſana, & ſalutaribus monitis, vices Apoſtolicæ aucto- al. *vicem.*
ritatis ſuppleant: quorum etiam mores & merita ab honeſtate & munditia erudirio-
nis Euangelicæ non diſcordent. Quoniam verò noſtrę fidei ſeriem & tenorem litte- al. *ſeriem*
ris tibi ſupplicas aperiri, nos tuis congratulantes deſideriis illam ſub quodam com- *quandam.*
pendio, & quaſi digitotenus intimamus. Illud igitur piè credas, & fideliter teneas,
quod vnus eſt DEVS, ſic tamen vt in aſſignatione Deitatis ſit vnitas in ſubſtantia &
trinitas in perſonis. Eſt enim DEVS Pater, DEVS Filius, & DEVS Spiritus ſanctus. *Tres perſonæ*
ſed Pater & Filius, & Spiritus ſanctus vnum ſunt. Eſt autem ea diſcretio in perſonis, *in diuinis &*
vt nec Pater ſit Filius, nec Filius ſit Spiritus ſanctus, nec Spiritus ſanctus ſit Pater, aut *vna eſſentia.*
Filius. Res eadem [illegible] s eſt intellectu, & aciem rationis humanæ tranſcendit, ſed
tanto clegantius habet fidei meritum, quanto difficilior eſt ad credendum. Porrò li- al. *fides.*
cet nihil inuenire poſſimus, quod expreſſam habeat vnitatis, quę in Deo eſt, & ſum-
mæ Trinitatis imaginem, nec verba etiam inueniantur, quibus poſſimus de ſumma
illa eſſentia digne loqui, quod poſſumus tamen, facimus, & quaſi balbutientes per al. *faciemus.*
verba rebus accommodata tranſitoriis rem tibi ineffabilem aperimus. Paulus Apo- al. *aperiemus.*
ſtolus dicit, quia inuiſibilia DEI per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur, ſem- *Rom. 1. 20.*
piterna quoque virtus eius & diuinitas. Vide ergo, mentem hominis, corpuſque ſo-
lare conſidera, & videbis qualitercunque, licet tenuiter, & quaſi oculo conniuenti
quandam ſimilitudinem Trinitatis. Eſt in mente hominis intelligentia, memoria,
& voluntas. Mentem autem vocamus memoriam, mentem dicimus intelligen- *Trinitas com-*
tiam, mentem dicimus voluntatem. Memoria, intelligentia & voluntas ſunt vna *parata animæ*
mens, ſed nec memoria eſt intelligentia vel voluntas. In eodem corpore ſolis ra- *& Soli.*
dium video, ſentio calorem, & agnoſco ſplendorem. Hæc tria vnius eſſentiæ ſunt,
nullum tamen eorum eſt alterum. Sic & in illa ineffabili & incircumſcriptibili glo-
ria Deitatis eſt Filius à Patre, & Spiritus ſanctus ab vtroque. Cumq; Pater, & Filius,
& Spiritus ſanctus eiuſdem ſubſtantiæ, eiuſdem potentiæ & gloriæ ſint, non ſunt
tamen tres Dij, ſed in tribus perſonis ſunt vna ſubſtantia, & vnius potentiæ, & in
vna ſubſtantia tres perſonæ. Hæc fidei noſtræ profeſſio, non tantum à CHRISTO,

& eius ſequacibus traxit exordium, ſed à Moyſe, & patriarchis atq; prophetis ſuum habuit fundamentum. In libro Moyſi diuinæ eſſentiæ vnitas declaratur, vbi dicitur. Audi Iſrael. Dominus DEVS tuus vnus eſt. Et iterum. Ego ſum Dominus DEVS tuus, qui eduxi te de terra Ægypti. non erunt tibi Dij alieni præter me. Pluralitatem vero perſonarum ibi patenter inſinuat, vbi dicit. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Cum enim Verbum ſit filius DEI, ſicut Ioannes, cuius Euangelium recipis, proteſtatur dicens. In principio erat verbum, & verbum erat apud DEVM, & DEVS erat verbum. Hoc erat in principio apud DEVM. omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Vides quod ad Filium & Spiritum ſanctum Patris ſermo dirigitur, cum hæc duo pluraliter dicat, *faciamus*, & *noſtram*. Per verbum enim & Spiritum ſanctū Dominus DEVS operatus eſt vniuerſa. Sicut Dauid propheta commemorat. Verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Idem etiam propheta myſterium Trinitatis eleganter inſinuat, vbi ter hoc nomen, DEVS, in eodem verſiculo repetit, & inculcat dicens. Benedicat nos DEVS DEVS noſter, benedicat nos DEVS, & metuant eum omnes fines terræ. Prænominatus Ioannes in epiſtola ſua canonica ait. Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus, & hi tres vnum ſunt. Iſaias etiam propheta, quem recipis, ſe audiſſe teſtatur, Seraphin clamantia, Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus DEVS Sabaoth. Quare tertiò replicat, *ſanctus*, niſi vt in Domino DEO exercituum Trinitatem inſinuet perſonarum? Eſt itaque in ſumma ac beatiſſima Trinitate Pater, qui Filium genuit, Filius qui genitus à Patre, Spiritus ſanctus, qui progreditur ab vtroque. Nec in illa genitura vel proceſſione damnum refectionis vel imminutionis paſſa eſt in Patre vel Filio diuina ſubſtantia. Sicut enim lumen à lumine ſumitur, ſine imminutione luminis, à quo ſumitur, ſic æqualis a Patre Filius, & vtrique coæqualis procedit ab vtroque Spiritus ſanctus. Modum tamen geniture, aut proceſſionis huius humana ratio non attingit. Vnde cum Iſaiæ de filij generatione conſtaret: modum tamen generationis inenarrabilem eſſe ſciens, Generationem, inquit, eius quis enarrabit? Dauid propheta in perſona Filij de hac generatione ſic loquitur. Dominus dixit ad me. filius meus es tu, ego hodie genui te. Filius etiam Dauid Salomon, quem DEVS ſcientia & intellectu mirabiliter illuſtrauit, in perſona CHRISTI, qui eſt, ſicut Paulus dicit, DEI virtus & DEI ſapientia in libro Sapientiæ (ſi tamen eum recipis) ita dicit. Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum antequam quicquam faceret. necdum erant abyſſi, & ego concepta eram. quando præparabat cœlos aderam, quando appendebat fundamenta terræ, cum eo eram cuncta diſponens. Apoſtolus etiam Paulus Spiritu ſancto, imò toti Trinitati teſtimonium perhibet dicens. Miſit DEVS ſpiritum filij ſui in corda noſtra. Et alibi. Si ſpiritus eius, qui IESVM ſuſcitauit, habitat in vobis, viuificabit & mortalia corpora veſtra propter inhabitantem ſpiritum eius in vobis. Si CHRISTI teſtimonium de veritate eſſentiæ & perſonarum Trinitate deſideras, ipſe in Euangelio dicit. Ego & Pater vnum ſumus. CHRISTVS etiam diſcipulis ſuis dicit. Ite baptizate omnes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Cum igitur homo perdidiſſet propter inobedientiam paradiſum, & infernales miſerias perpetuò meruiſſet, miſſus eſt a Patre Filius: dignumque fuit, vt mitteretur Filius, & non Pater. Cum enim a nullo eſſet Pater, & Filius ab aliquo, erat conuenientius, vt haberet in tempore matrem, qui ab æterno habuerat Patrem. Cum enim ſcriptum eſſet in pſalmo Dauid, non eſt qui redimat, neque qui ſaluum faciat, non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum. non eſt, qui det placationem

Trinitas ex vet. teſtamen. probatur. *Deut.6.4.* *Deu.5.6.* *Geneſ.1.26.* *Ioan.1.* *Pſal.32.6.* *Pſal.66.8.* *1.Ioan.5.7.* *Iſa.6.3.* *Spiritus ſanctus à Patre & Filio procedit.* *Iſa.53.8.* *Pſal.2.7.* *1.Cor.1.24.* *Prou.8.22.* *Trinitas probatur ex nouo teſtamento.* *Gal.4.6.* *Rom.8.11.* *Ioan.10.30.* *Matth.28.19.* *Pſal.7.3.* *Pſal.13.2.*

nem pro anima ſua, nedum pro aliena: miſſus eſt à DEO patre filius, vt homo pro *Pſal.48.8.*
homine moreretur, & pro homine captiuo tributum mortis tanquam homo ex- *Filij Dei in-*
ſolueret, eumq; tanquam DEVS cœleſti poteſtate redimeret. Eius aduentum deſide- *carnatio pro-*
rauerant Patriarchæ, prædixerant Prophetæ, atq; illius dilationem impatientius ſuſ- *batur.*
tinentes querela continua dicebant. Quando veniet? quando videbimus. Da Domi- al. *continuata.*
ne mercedem ſuſtinentibus te, vt prophetæ tui fideles inueniantur. Vtinam, dicit *Eccli.36.18.*
Iſaias, Domine dirumperes cœlos & venires. Et Dauid. Domine inclina cœlos tuos *Iſa.64.1.*
& deſcende. Sed & teſte Iſaia, angeli pacis præ dilatione noſtræ ſalutis amare flebant. *Pſal.143.5.*
Idem verò Iſaias de CHRISTI natiuitate manifeſtius loquens. Ecce, inquit, virgo *Iſa.7.14.*
concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Cum autem MA-
RIA de Ieſſe originem traxerit, idem propheta natiuitatem Mariæ, & per Mariam
CHRISTI, atq; plenitudinem gratiæ ſpiritualis in CHRISTO manifeſtè declarat di-
cens. Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſu- *Iſa.11.1.*
per eum ſpiritus Domini, ſpiritus ſapientię, & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitu-
dinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, & replebit eum ſpiritus Domini. Natus eſt itaq; fi- *B. MARIA*
lius DEI de virgine incorrupta, ſicut plaſmatus eſt primus Adam de terra virgine & *manſit virgo*
inuiolata, Spiritu ſancto in ea operante, noſtræq; ſalutis negotium ineffabiliter pro- *in partu.*
curante. Abyſſus enim inſcrutabilis eſt incarnationis Dominicæ ſacramentum. Plu-
rima tamen antiquis Patribus acciderunt, in quibus huius natiuitatis figura præceſ-
ſit. Quod enim vellus Gedeonis rore cœli complutum eſt, cum area circumquaque *Iud.6.38.*
arida remaneret, ros Spiritus ſancti deſignatur in virgine, quæ ad hoc propter humi- al. *completũ.*
litaté ſuam ſpecialiter & ſingulariter eſt à Domino prælecta. Cui pſalmiſta cócor-
dat dicens. Deſcendet ſicut pluuia in vellus. Quod Moyſi ignis in rubo apparuit, & *Pſal.71.6.*
non eſt rubus corruptus igne, virginitatis integritas in MARIA monſtratur. Quod *Exo.3.2.*
virgis aliarum tribuum remanentibus ſiccis, virga Aaron, de cuius ſtirpe beatiſſima *Num.17.8.*
traxit originem, frondnit & floruit, flos in virga Ieſſe, quem vaticinauerat Iſaias, par- *Hebr.9.4.*
tum ſcilicet incorruptę virginis indicauit. Cum inimici DEI eſſemus, per aduentum *Mich.5.5.*
CHRISTI reconciliati ſumus, ſicut propheta prædixerat. Et pax, inquit, erit in terra *Luc.2.14.*
cum venerit: ideoque angeli in ipſius natiuitate glorioſę pacis canticum cecinerunt: *Math.2.*
Gloria in excelſis DEO, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Noua etiam *Euſ. in Chron.*
ſtella Magis apparuit: atque hiſtoriarum teſtimonio Romæ fons olei de terra fluxit *Petrus Dam.*
in Tyberim. Templum etiam olim Romæ conditum, quod idola non ruiturum *in homil. apud*
prædixerant, donec Virgo pareret, eadem nocte funditus corruit. Probatica quoq; *Sur.tom.6.*
piſcina quæ Hieroſolymis erat, ad aduentum angeli moueri, & ſanitates conferre *Vide NOTAS*
tunc cœpit. Vehementiſſimè nobis nocuit vetus Adam, ſed plus profuit nouus. *ſermonis 1.*
Amplius nobis contulit huius humilitas, quàm ſuperbia iſtius abſtulerit. Nam, Pau- *Ioan.5.4.*
lo Apoſtolo teſte, non ſicut delictum, ita & donum: damni enim æſtimationem *Rom.5.15.*
beneficij magnitudo tranſcendit. Quem prius habuimus terribilem Dominum & al. *Deum &*
iudicem, nunc habemus humilem fratrem & proximum CHRISTVS itaque cur- *iud.*
ſum noſtræ mortalitatis tranſigens in fame & ſiti, in laſſitudine & dolore, & in vni- PASSIO
uerſis miſeriis huius vitæ, demum traditus à diſcipulo, & tanquam vile mancipium *Chriſti.*
venditus, flagellatus, conſputus, ſpinis coronatus, illuſus, clauis affixus ſtipiti, & al *Iſa.11.35 com-*
morte turpiſſima condemnatus, quæ non rapuit ſoluit, & ſponte morti ſe offe- *memoratur.*
rens omnia in humilitate ſuſtinuit, ſicut Iſaias aliquando prædixit. In humilitate, *Actor.8.33.*
inquit, iudicium eius ſublatum eſt. Sicut agnus ad occiſionem ductus eſt, & *Iſa.53.7.*
ſicut ouis, coram tondente ſe, ſic non aperuit os ſuum. Qui ergo puerulus à *Actor.8.32.*
iuſto Simeone ſemel oblatus fuerat in templo, in veſpera legis & fine ceremonia- *Luc.2.28.*

rum pro redemptione noſtra in cruce manus ſuas leuauit ad Patrem, iuxta [illegible] Da-
Pſal.140.2. uidicum. Eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum. Sic reatus, quem Adam per ſuperbiam ligni delectatione contraxerat mortis amaritudine per humilitatem CHRISTI ſublatus eſt, fuſoq; ſanguine ſine culpa omnium culparum chy-
Cur Chriſtus per paſſionem nos redemerit. rographa ſunt deleta. Alium ſiquidem redemptionis modum poterat Dominus procuraſſe, ſed nullus ſuæ benignitati, noſtræq; ſaluti congruentior occurrebat. Cum enim homo iuxta ſuę preuaticationis exigentiam captus a diabolo teneretur, poſtulabat iuſtitia, vt non eriperetur per violentiam, ſed qui per ſuperbiam lapſus eſt, ſua, ſi poſſet, ſed quia ſua non poterat, aliena ſaltem humilitate reſurgeret. Ita CHRISTVS innocens, quem agnus Paſchalis in lege ſignauerat, ſe pro nobis hoſtiam [illegible]
Leuit.4.27. tulit ſalutarem. Cumque lex Moyſi capram vel ouem conſtituiſſet pretium ad redemptionem hominis à peccato, CHRISTVS, per quem gratia & veritas [illegible], attendens vmbratiles legis ceremonias non ſufficere ad ſalutem, hominiſq; [illegible]tionem pluris faciens, quam ouis, hirci, aut vituli, ſanguinem & mortem ſuam pro noſtra ſalute obtulit, & ſic ſemel in ſancta ſummus & verus Pontifex introiuit æter-
Hebr.9.12. na redemptione inuenta. Aperuit itaque librum, & ſoluit ſignacula [illegible] tri-
Apocal.5. bu Iuda, & quod hoſtiæ legales non potuerunt, gladium amouit verſatilem, & pa-
Gene.3.24. radiſi, qui omnibus antiquis clauſus fuerat, reſerauit ingreſſum. Sicut enim olim in
Exo.35.32. morte ſummi Pontificis ſolet his, qui ad ciuitates refugij confugerant, ſecuri ad propria reditus indulgeri. Olim conſueuerat homo cauſari, & dicere. cur exigit à me Dominus amplius, quàm à cæteris creaturis? quid pro me fecit [illegible] pro me laborauit? Dixit, & factus ſum: ſicut iumenta, & arbores, & cætera [illegible] ſic ſuæ potentiæ nutu, ſoloque iuſſionis arbitrio me creauit. Sed iam obſtructum eſt os loquentium iniqua. Nam homini diſſimulare non licet, quanta pro eo Dominus fecerit, qui vt ſeruum redimeret, proprio filio non pepercit. Porrò in redemptione hominis laborem & dolorem inuenit, quia famem, ſitim, fatigationem, inſidias, opprobria, flagella, coronam ſpineam, clauos & lanceam, ignominiam crucis, & mortis anguſtiam pro noſtra impietate, & pro ſua pietate, pro noſtra neceſſitate, & pro
Pſal 61.2. [illegible] ſuſtinuit. Nonne ergo DEO ſubiecta erit anima mea? nonne omnia
Pſal 34.10. oſſa mea [illegible]ent, Domine quis ſimilis tibi? vt non ceſſet de cætero ab ore & corde me[illegible] gratiarum [illegible] & vox laudis. Quomodo potuit ſapientia DEI mecum miſericordi[illegible], aut me ad ipſum dil[illegible] dulcius & efficacius inuitare? Præterea
Iuſtis ad inferna [illegible] [illegible] animæ, [illegible] quantum ad præuaricationem originis, nō multum a cœleſti[illegible] [illegible], omnes [illegible] inferos deſcendebant, decebatque, vt DEVS qu[illegible]que memor [illegible] eſſet, [illegible] præconia prophetarum de [illegible]. Sit in hac noſtra [illegible]
[illegible] [illegible] nobis [illegible]e
Moyſi [illegible] DEI & [illegible] in [illegible] ſchola [illegible] huius operis in-
Ioan.15.13 [illegible] vt animam ſuam ponat quis p[illegible] qui in ſuis dilectionibus nos [illegible]mus ex corde. Sane inhuma[illegible] eius non recolit, qui Dominum tàm clemen[illegible]e pro eo, ſi opus eſt, mortis periculo deſiderabiliter non [illegible]. CHRISTVS autem mortuus & ſepultus tertia die reſurgens a mor-
[illegible] pred. tuis, ſicut [illegible] do prædixerat, eiſdem poſtea frequenter apparuit, & cum ipſis loquens & comedens, oſtenſis vulneribus manuum, pedum ac lateris in co[illegible]ſti-

tui

bus quorundam, qui adhuc hæſitabant in fide oſtenſione vulnerum, vulnus dubitationis amouit. Quadraginta itaque diebus cum eis viſibiliter conuerſatus, eiſdem comitantibus venit in montem Oliueti. & videntibus illis eleuatus eſt, & aſcendit ad Patrem: vbi eum eſſe in Patris dextera credimus, atq; in communi reſurrectione ipſum viuorum & mortuorum iudicem expectamus.

Act. 1. 3.
al. *eiſd. recumbentibus.*

Vt igitur Dominus noſter IESVS CHRISTVS voluit & debuit ad horam mori, quia homo: potuit & debuit poſt mortem reſurgere: vt qui hominem ſuperauerat diabolus, ab homine ſuperaretur & ſuperatus confunderetur. Erubeſcant infideles & præuaricatores, qui inordinate in hęc prorumpunt deliramenta. Si CHRISTVS DEVS fuit, quomodo potuit mori? ſi homo, quomodo reſurgere? Fuit nempe DEVS & homo, quia homo, debuit mori: quia DEVS, potuit reſurgere.

Chriſtus cur fuerit Deus & homo.

Vtile quoque nobis fuit, quod ſub iniquo iudice ſponte mori dignabatur, valuit & voluit reſurgendo mortem ſuperare. Et ſicut diabolus per ſuos miniſtros in Dominum ſuum manus auſu temerario iniecit violentas, ita iuſte ac iudicialiter dominium & tyrannidem, quam in hominem exercuerat, amiſit in æternum: & hoc modo competenti, qui hominem vicerat, ab homine vincebatur, & qui in ligno ſuperauerat, in ligno ſcilicet crucis potenter & prudenter ſuperatus fuit à DEO & homine CHRISTO IESV: vt quaſi frater ab homine amaretur, & quaſi DEVS timeretur. Cæterum neceſſarium fuit, vt ille idem, qui nos creauit, & nos recrearet: qui nos fecit, redimendo reficeret, ac perditos repararet: ne vnum DEVM tanquam creatorem obligaremur adorare, & alium redemptorem venerari teneremur, & ita duobus Dominis famulari. Et quod filius non pater, non ſpiritus ſanctus incarnaretur, neceſſe fuit & conueniens: quia filio aſſimulari præſumpſit homo, ſcilicet Adam, aſpirans & volens ſcire bonum & malum, vt DEVS. Videbatur igitur filius eſſe in cauſa, ſicut ſanctitas Abel inuidiæ Cain, & ſic mortis ipſius. Dixit igitur filius noſter, quaſi Ionas, cum ait. Ego ſum qui peccaui, proiicite me in mare. Non ſufficit exile ſacrificium & holocauſtum, ad tanti ſceleris, quod patrauerat homo, expiationem. Ecce venio, ego ipſe venio, quia in capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem voluntatem tuam: ecce adſum immolandus.

Ion. 1. 12.
Pſal. 39. 7.
Heb. 10. 6.

Iterum, ſi tantum negotium, ſcilicet hominis redemptio, angelo committeretur, non eſſet tutum: quia in Lucifero ſuperbia angelum reddidit infamem & ſuſpectum. Si homini, non foret ſimiliter ſecurum, cum primum hominem, ſcilicet Adam inobedientia culpabilem merito condemnauit. Angelus inſufficiens, homo deficiens: vnus imbellis, alter imbecillis. Conuenienter igitur procuratum eſt, vt homo hominem adiutus numinis adminiculo à diaboli faucibus liberaret, ne tàm arduum, tàm nobile commercium vacillaret, imò potius irrefragabilius finem proſperum ſortiretur: & ordo angelicus, qui per lapſum Luciferi & ſuorum complicum fuerat mutilatus, feliciter reſtauraretur.

Cur angelum non aſſumpſerit Deus.

Magna igitur, & omni laude digniſſima fuit mater & virgo MARIA beatiſſima, quæ tantum DEI & hominis mundo edidit mediatorem, & noſtrum parere meruit Saluatorem: quæ inter omnes, quas mundus habuit, mulieres, nec primam, nec ſimilem meruit, nec ſequentem habere. Concepit nempe ſine pudore, peperit ſine dolore, & hinc migrauit ſine corruptione iuxta verbum angeli, imò DEI per angelum, vt plena, non ſemiplena gratiæ eſſe probaretur: & DEVS filius eius, antiquum quod pridem docuit mandatum, fideliter adimpleret, videlicet patrem & matrem honore præuenire. Et ne caro CHRISTI virginea, quæ de carne matris Virginis aſſumpta fuerat, à tota diſcreparet. A prædictis igitur Chriſtianæ fidei capitibus venerabile ſurgit in celſa culmina fundamentum. Hæc eſt Catholicæ religionis ſcala, per quam homini datur aſcendere ad æter-

Laudes B. MARIÆ Virginis.

næ patriam claritatis. Si ergò habes in deſiderio de terreſtri [illegible] pro[illegible] [illegible], & am-
plecti ſaluberrimam CHRISTI legem, Chriſtianę conuerſationis [illegible]
li lauacro neceſſe eſt conſecrari, quatenus depoſita in aquis re[illegible] pe[illegible]cati
vetuſtate, in nouam animæ innocentiam, & vitæ infantiam re[illegible], vt illius glo-
riæ cœleſtis particeps efficiaris, quam auris non audiuit, nec oculus vidit, nec in cor
hominis aſcendit: tam copioſa, vt non poſſit annullari: magna, vt non poſſit com-
prehendi: multa, vt non poſſit numerari: precioſa, vt non poſſit æſtimari: diuturna
vt non poſſit terminari, quam repromiſit DEVS diligentibus ſe, & ſua ſequentibus
veſtigia pedetentim. Vale, & viue, & viuat in te CHRISTVS.

PETRI BLESENSIS BA-
THONIENSIS ARCHIDIACO-
NI LIBER,

DE CONFESSIONE SACRAMENTALI.

PROLOGVS AD EPISCOPVM QVENDAM.

ROGASTI me, vt tibi aliquid de virtute Confeſſionis reciſiore ſtylo in ſchedulis, ſicut ſoleo, exararé. Sic aquam poſtulat fons a riuo, magiſter à diſcipulo ſcientiam, contemplatiuus ab actiuo, ab Archidiacono Præſul, ſpiritualis a carnali, ſanctus a peccatore, ſapiens ab ignaro. Deſiderium quidem huius operis in me parturit affectuoſa deuo-
4. Reg. 19. 3. tio. Sed, ſicut propheta commemorat, vires non habet parturiens. Facio quidem quod poſſum, & ſi citra limites facultatis ſuſpendatur affectus, votis tamen exuberans, & accumulata, & accurata voluntas meum ſuppleat imperfectum. Vtar itaque
Sap. 7. 13. vice cotis, quæ obtuſa eſt, & tamen ferrum acuit. Et, vt verbo ſapientis minus ſapiens vtar, quod ſine fictione didici, veſtræ ſine inuidia communico ſanctitati. Incipio ergò, nihil de ſpiritu meo prophetans, ſed ea, quæ præſens tractatus expoſcit, ſancto-
Math. 15. 27. rum Patrum auctoritate confirmans. Micas enim collegi, quæ ceciderunt de menſa
Ruth. 2. 3. dominorum meorum: & cum Ruth Moabitide, in agro Booz ſpicas coadunaui, quę
Ruth. 2. 17. manus euaſerunt meſſorum: ſi [illegible] in ca[illegible] excuſſione inuenatur menſura ephi: de qua in valle plorationis peregrinantes a Domino confitentes ſibi panem conficiant lacrymarum.

Leu. 13. 18. LOCVTVS eſt Dominus ad Moyſen, dicens. Vir in [illegible] cute varius apparuerit color veniet ad ſacerdotem, & ſe oſtendet [illegible], quod peccati confeſſio deſignari per lepram [illegible] enim Augu-
Aug. hō. 49. ſtini eſt. Nemo [illegible] occ[illegible] apud DEVM. Si e-
Math. 16. 19. nim [illegible] claues Petro; fruſtra et-
Bern. ſerm. 2 de reſurr. iam d[illegible] eſt: Quodcumque ſolueris [illegible], erit ſolutum & in cœlis. Omnia [illegible] orde creditur ad iuſtitiam, ita oris confeſ-
Rom. 10. 10. ſio [illegible] virt[illegible] quia, ſicut beatus Ambroſius in
Cofe[illegible] cramen[illegible] da. [illegible]. Confeſſio [illegible] animam, confeſſio aperit paradiſum. hæc e[illegible] ſecu[illegible] tabula, baptiſmuſque pœnitentiæ. Deuota confeſſio eſt tanquam potio valida ſcrutans corda & renes, pertingens vſque ad diuiſionem

ani[illegible]æ

animæ ac ſpiritus, & exhauriens de medullis animæ noxiales affectus. Sicut autem
per ingratitudinem peccata redeunt, ſic per confeſſionē opera mortua reuiuiſcunt.
Vnde Aug. in libro de pœnitentia Pium eſt credere, vt recepta DEI gratia, quæ in co- *c. 14. D[illegible] 3.*
deleuit mala priora, etiam remuneret bona, vt cum deſtruxerit quod ſuum non in- *de pœn[illegible]*
uenit, amet & diligat bonum, quod etiam in peccante plantauit. Apoſtolus ad He- *c. pium.*
bræos. Iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis. Opera mortua *Heb. 6. 1.*
ſunt, quæ fecimus, dum in peccato eramus. Hæc teſte Gregorio, ſicut per peccatum *Chryſ. ep. 5. ad*
irritata fiunt, ſic per pœnitentiam rediuiuunt. Cętera ergo noſtræ ſalutis remedia con- *Theodor. la-*
feſſio antecedit, vt præoccupemus faciem Domini in confeſſione, ſicut ſcriptum *pſum. diſt. 3.*
eſt; præeunte Domino in confeſſione [illegible] huius rei auſpicium Iudas, qui interpreta- *c. talis*
tur confeſſio, ſiue confeſſio, in tranſitu maris rubri quondam dignitatis priuilegio po- *Hieron. in ep.*
pulum Iſraël anteceſſit. Hæc eſt ſecunda circumciſio, quæ facta eſt in Galgala, quæ *ad Gal.*
interpretatur, ſanctificatio. Confeſſio enim ſanctificatio noſtra eſt ſicque pſalmi- *Pſal. 146 7.*
ſta commemorat, In exitu Iſrael &c. facta eſt Iudæa ſanctificatio eius. Tanta eſt effi- *Ioſ. 5. 3.*
cacia confitendi, quod ſi peccator reatum ſuum cōfitendo aperit, DEVS illud ope-
rit, ſe accuſantem excuſat, & peccatum ſuum agnoſcenti ignoſcit, teſtimonio Salo-
monis, Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur, qui autem confeſſus fuerit miſeri- *Prou. 28. 13.*
cordiam cōſequetur. Ex occultatione quidem & oppreſſione peccati naſcitur quæ-
dam lapidea cordis obſtinatio, fitq; talibus in orationibus ſuis cœlum æneum & ter-
ra ferrea, vt ſint quaſi montes Gelboe, ſuper quos nec ros nec pluuia cadit, quorum *2. Reg. 1 21.*
malitia rorem miſericordiæ, fontem pietatis, & gratiæ fluenta ſiccauit. Iratus itaque
Dominus dimittit eos poſt deſideria ſua, vt eant in adinuentionibus ſuis, ſibiq; iram *Rom. 2. 5.*
theſaurizent in die tremendi iudicij. Eſt iterum conſcientia miſeri quaſi fouea ericij *Iſa. 13 21.*
& lerinæ, ibiq; ſibi occurrunt dæmonia, vlulæ & piloſi, dum apoſtata ſpiritus ſecum *Peccata in*
ad habitandum in ea ſeptem ſpiritus nequiores ſe aſſumit. Infelix homo, quare ab- *confeſſione nō*
ſcondis a facie Domini in ſimilitudinem præuaricationis Adæ? Quare diſſimulas *oc[illegible]da.*
mortiferum vulnus & hulcus prauæ conſcientiæ, quod nunc pallias, quandoque in
multa tui confuſione publice reuelabitur, cum in conſpectu omnium ſanctorū an-
te tribunal tremendi iudicis ſtabis nudus; nihil enim occultum, quod ibi non reue-
letur. Tunc hi qui ſua ſcelera ſuppreſſerunt, dicent montibus, cadite ſuper nos, & *Oſ. 10. 8.*
collibus operite nos. Manifeſta enim erunt occulta cordium, & præ confuſione &
horrendo diuinæ maieſtatis aſpectu vellent, ſi liceret, fugere, demergi etiam in vo-
raginis tenebroſæ abyſſum. Filius ergò perditionis æternæ, qui nunc DEVM deſpi-
cit conſulentem, monentem, & miſericorditer arguentem, audiet indignantem, i[illegible]
c[illegible]tem, iudicantem terribiliter, & irremediabiliter condemnantem. Saluberri-
mum eſt ergò, cōfiteri Domino, quoniam bonus, quoniā in ſæculum miſericordia
eius. Propterea B. Iob dicit. Non parcam ori meo, dimittam aduerſum me eloquium *Iob. 10. 1.*
meū. Loquar in amaritudine animæ meæ: dicā DEO, noli me condemnare. Sciebat,
quod ſicut DEVS iudex & vltor eſt, culpas ſuas abſcondentiū, ſic aduocatus eſt confi-
tentiū. Nec melius cauſam noſtram iuſtificare poſſumus, quàm ſi accuſando & pu-
niendo nos partes iudicis exequamur. Si nos, inquit Apoſtolus, diiudicaremus, non *1. Cor. 11. 31.*
vtique iudicaremur. Summum ergò ſalutis conſilium eſt, humiliari ſub potenti ma-
nu DEI, & ſe miſerabilem exhibere in oculis miſericordiæ eius, noſtram per omnia *Pſal 29. 6.*
voluntate [illegible] ſubijcere voluntati. Nam & vita in voluntate eius. Saluberrimum *[illegible] le-*
ergò confiteri, quia teſte Hieronymo: Nemo ſine confeſſione ſaluatur. [illegible] *[illegible] d*
tur, quod confeſſio ſine pœnitentia alia eſt falſa, vt in Eſau & Saul: [illegible] *[illegible]*
ta, vt in Cain & Iuda. Salutifera in Petro [illegible] Q[illegible]

[illegible]

Impedimẽta confeſſionẽ 4. ſolent confeſſionis gratiam impedire, pudor, timor, ſpes, deſperatio. Qui autem ſub iſtis quatuor lapidibus iacet, quatriduanus eſt in ſepulchro. Nam a mortuo tanquam
Eccli.17.26. ab eo qui non eſt, petit confeſſio. Veniat ergò IESVS miſericors & clamet, Lazare
Ioan.11.43. veni foras. Foras venit, qui per confeſſionem interiora cordis aperit. Si verò pudor prohibeat confiteri, recolat quomodo libri conſcientiarum aperientur coram o-
I.Cor.4.5. mnibus in die iudicij, cum reuelauerit Dominus abſcondita tenebrarum. Et ſicut nunc nemo ſe abſcondit à calore eius, ita tunc non erit qui ſe abſcondat à ſplendore illius. Non ergò pudeat dicere, quod non puduit facere: ſed [illegible] erubeſcentia confundatur, vt in ſplendoribus ſanctorum de humilitatis [illegible] merito glorietur. Contra timorem pœnitentiæ, quæ videtur importabilis, obiicitur gehennæ memoria, timor ignis inextinguibilis, vermis non morientis, fœtor mortificans, & dolor, cuius non eſt intermiſſio, ſiue finis. Non videtur ei grauior breuis [illegible]
Heb.10.31. quam pœna ſupplicij gehennalis. Horrendum eſt incidere in manus DEI viuentis. Ideoque pœna temporalis tranſigitur cum æterna, & [illegible] patienter flagella tortoris. Si autem ſperat de longitudine vitæ, & de DEI miſeratione præſumit, attendat, quam breuis & incerta ſit vita eius. quicunque in ſpiritum ſanctum peccat, & quantum in eo eſt, ſummi iudicis iuſtitiam omnia iudicantis euacuat. [illegible]
Pſal.49.21. inique, quod ero tui ſimilis: arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam. Qui tales fiunt, non præſumant de DEI miſeratione, quaſi velit DEVS eorum ignorare verſu-
Pſal.9.13. tias, & ſub quadam pia diſſimulatione tranſire. Nam propter hoc irritauit impius DEVM dixit enim in corde ſuo, non requiret. Sed certe requiret Dominus & retribuet abundanter his, quorum non eſt [illegible] amplius, & [illegible]
Pſal.26.12. ſunt. Mentita eſt namque iniquitas ſibi, ſed [illegible] veritas æternaliter, quod men-
Pſal.80.16. dacium temporaliter occultauit. Sicut ſcriptum eſt. Inimici Domini mentiti ſunt ei, & erit tempus eorum in [illegible]. Deſperatio autem miſerum hominem in omne deſiderium pernicioſè præcipitat, vt contemnat tremenda iudicia DEI. peccator
Prou.18.3. enim, cum venerit in profundum malorum, contemnit. Huic opponimus Domine DEVS memoriam abundantiæ ſuauitatis tuę, quam exhibuiſti Dauid homicidæ, adulteræ, proditori, Mariæ peccatrici, Petro neganti, Chananææ clamanti, latroni ſeditioſo pendenti, ipſis etiam crucifixoribus tuis. Sperent ergò in te, qui nouerunt
Pſal.9.11. nomen tuum: quoniam non dereliquis quærentes te Domine. Nemo [illegible] ab-[illegible] beatur abundantiore triſtitia, quamdiu CHRISTVS ad indulgentiam ſe expo-
Confeſſio duplex. nit, & de cruce ad amplexus [illegible] nos amplexibus inuitat. Eſt confeſſio perfectorum, qui iam tentationum pericula euaſerunt, apud quos non eſt niſi gratiarum actio & vox laudis. Alia eſt pœnitentium confeſſio, quæ & DEVM iratum placat, & [illegible] ad
Iſa.12.1. beneficia gratiæ vberioris inuitat. Vnde in cantico Iſaiæ, Confitebor tibi Domine, quoniam [illegible] ſorores [illegible] & [illegible]
Ezech.2.10. [illegible] nentium, rep[illegible] qui Eze-[illegible] lamentationes [illegible] os expectat damnationis [illegible] ad obtinendum miſericordiam DEI. non præ-
Luc.17.21. [illegible] D[illegible] intra vos eſt. quibus prope eſt ver-
Deu.30.14. bum [illegible] contritio cordis, & oris confeſſio; quibus offe-[illegible] habuerunt terram deſiderabilem. Ad confiten-[illegible] & iam præparationem cordis tui audiuit auris ſua. Dixi,
Pſal.31.5. [illegible] propheta confitebor, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Nec tuam ſolummodo confeſſionem, ſed confitendi deſiderium DEVS miſerando præ[illegible]

[illegible]odi-

prodigum filium redeuntem videt pater à longè: atque feſtinatior eſt indulgere mi- *Luc.15.20.*
ſero, quam miſer indulgentiam poſtulare. Hieronymus ad Ruſticum. Dauid à Na- *epiſt. 46. c. 3.*
than propheta correptus reſpondit, peccaui: ſtatimque audire meruit. Et Dominus *2.Reg.12.13.*
peccatum abſtulit à te. Et idem. Vnde ſcelus cōmiſerunt in morte Nabuthæ, Achab *Ibid. c.4.*
& Iezabel. Conuerſione Achab pœna eius differtur in poſteros, & Iezabel impœni- *3.Reg.21.13.*
tens præſenti iudicio condemnatur. Confeſſionem ergò ne differas. nam neſcis
quid ventura pariat dies. Neſcis, ſi hac ipſa die mors repentina te rapiat, & non ſit *Prou.27.1.*
qui eripiat. Frequens eſt illud iudicium cœleſtis iræ: vt qui non vult pœnitere quan- *Pœnitentia*
do poteſt, non poſſit, quando voluerit pœnitere. De his, qui pœnitentiam differunt, *non differen-*
donec ſuis deſideriis ſatientur, ſcriptum eſt. Væ prægnantibus & nutrientibus in illa *da.*
die. Dic ergò iniquitates tuas, vt iuſtificeris. Sicut enim teſtatur B. Ambroſius. Cōfeſ- *Math.24.19.*
ſio iuſtificat: omneſque ſordes quas negligenter vita congeſſit, euacuat. Ei quo- *Amb. l. 6. in*
que non timeas confiteri, quem DEVS tibi vice ſua conſiliarium delegauit, teſti- *Lucam. & l.*
monio Iob. Qui timet pruinam, veniet ſuper eum nix. Erubeſce temporaliter, *2. de pœnit.*
ne æternaliter erubeſcas. Si modo confunderis, confeſſio hæc gloriam adducet. *c. 6.*
Pro confuſione enim hac & rubore, in terra tua duplicia poſſidebis. Cur time- *Iob 6.16.*
bis in die mala? Nonne melius eſt audire vocem conſilij, quàm illius ſententiæ
iudicialis expectare tonitruum, Ite maledicti in ignem æternum? Sic autem con- *Math.25.42.*
feſſio fiat, vt excurrat per ſingulas iniquitates, & ſingulis vulneribus de ſacrifi- *Confitēda ſin-*
cio cordis humiliati quaſi vnguentum ex adipe deuotionis infundat. In ſacrifi- *gula peccata.*
cio quidem ſingula inteſtina hoſtiæ abluuntur. Auguſtinus de pœnitentia. De *Leu.1.9.*
vniuerſis & ſingulis pœnitentiam age. DEVS ſeptem dæmonia ſimul eiecit, ſi- *de v. & f. pœ-*
mul ſanauit ſurdum & mutum; legionem etiam ſimul eiecit ab alio, docens, quod *nitētia. c. 9.*
etiamſi peccata ſint mille, de omnibus tamen oportet pœnitere. Lauabo, inquit *diſt.3. de pœni*
propheta, per ſingulas noctes lectum meum lacrymis meis, id eſt, per ſingulas *tentia. c. ſunt*
iniquitates conſcientiam meam. Lacrymæ lauerunt apoſtaſiam Petri. Et ſi ve- *plures.*
lis per noui & veteris teſtamenti exempla diſcurrere, fructum & efficaciam ea- *Mar.16.9.*
rum non poterit humana ratio æſtimare. Deducant igitur confitentes quaſi tor- *Marc.7.32.*
rentem lacrymas, tum anguſtiæ, tum doloris. Nam ſi totus eorum ſanguis & *Luc.8.30.*
cerebrum, vniuerſæque oſſium medullæ liquefactæ in aquas pœnitentiales cur- *Pſal.6.6.*
rant & effluant, in diluuio tamen aquarum multarum ad DEVM non approxima- *Lachrymarū*
bunt, niſi oculi tui ô bone IESV eorum videant & ſuppleant imperfectum. Il- *efficacia.*
lud autem ſpem pœnitentis exhilaret, quod lacrymæ peccatricis oculos CHRISTE
tuos ad lacrymas compulerunt. Confitenti igitur ſint lacrymæ panes die ac no- *Pſal.41.4.*
cte; comedat panem doloris, & bibat aquam amaritudinis, ſi forte reſpiciat
DEVS, & in verbo magni prophetæ, aquæ Mara ligni appoſitione dulceſcant. *Exod.15.25.*
Omnes autem circumſtantias peccatorum, is qui confitetur, aperiat: cauſam, lo- *Circumſtātiæ*
cum, tempus, modum, & quicquid menſuram reatus exaggerat. Sic enim B. Au- *peccati ape-*
guſtinus in libro de pœnitentia ſcribit, dicens. pœnitens ſuorum criminum ex- *riendæ.*
primat qualitatem, in loco, in tempore, in perſeuerantia, in varietate perſonæ, *l. de V. & f.*
vt attendatur excellentia officij ſui, turpitudo operis, ſi in ſacro loco, ſi in die fe- *pœnitentia.*
ſtiuitati vel orationi conſecrata, aut ieiunio, quanta tentatione impulſus ſit. Sunt *c. 14.*
enim qui vltro ſe peccato offerunt, nec expectant tentationem, ſed præueniunt *c. conſideret.*
voluptatem & omnia faciunt pro recuperanda vita animæ, quæ facerent pro vitan- *d. 5. de pœni-*
da corporis morte. Et, vt gratia euidentiæ ponamus huius rei exemplum: qui for- *tentia.*
nicatur, non ſolum ſuam, ſed illius animam perimit, quam in conſenſum & par-
ticipium ſuæ iniquitatis allexit. Porrò animæ tertię homicida eſt, ſi rogatu eius

aliquis mediator illius turpitudinis intercesſit. In tua luxuria vili & breui æternum multis procuraſti ſupplicium, & eis in igne concupiſcentiæ tuæ ignem perditionis inextinguibilem ſuccendiſti. Cum Dominus ſub ſpecie Babylonis dicat de anima peccatrice. *Apoc. 18. 7.* Quantum exaltauit ſe in delicijs ſuis, tantum date ei tormenta & luctum. Tu qui pro tuo proprio & ſpeciali peccato, tàm grauia paſſurus es; quàm grauiora pro multorum peccatis expectas, quorum innocentiam argumentoſa libidinis aſtutia ſubuertiſti. Aliqui eorum forte iam deceſſerunt, & in inferno positi ſunt, vbi mors depaſcit eos, vbi in fornace gehennalis incendij ſulphurea infelices, more feruentium & liquescentium metallorum flamma inextinguibili cruciantur. Tu verò totius adhuc flamma concupiſcentiæ carnalis ebulliens, contemnis terribilia DEI iudicia, nec tormenta illorum, nec imminentem tibi diem tuæ damnationis attendis. Simplicem mulierculam, aut puerum, quod abſit, (horrenda enim & odibilis DEO abominatio eſt, blanda & ſeductoria pollicitatione corrumpens in tui deſiderij voluptate animam, pro qua CHRISTVS mortuus eſt,) occidiſti. *Contra Sodomitica peccata.* Illud ad cumulum tuæ perditionis accedit, quod cum factus ſis princeps Sodomorum & Gomorræ, immunditiæ tuæ diſcipuli post te ſedebunt in cathedra peſtilentiæ, ſerpetque peſtis cancroſa in multos, vt requiratur ſuper te omnis ſanguis eorum, quos corrupiſti ſanguine, opere, vel exemplo. Sanè ideò irremiſſibilis fuit culpa diaboli, & inulta eſt iniquitas eius ad odium, quia in malitia, quam nullo ſuggerente commiſit, fuit ſubuerſio & ruina multorum. Quis æſtimare ſufficit, quam execrabiliter damnabilis ſit apud DEVM & homines Herodiana crudelitas, quæ pueros occidit: *Matth. 2. 16.* atque malitia Pharaonis, qui ſubmerſit paruulos Hebræorum? *Exod. 1. 17.* Et illi quidem non animarum, ſed corporum homicidæ fuerunt. Quanto igitur deteſtabilius eſt, corum non dicam homicidium, ſed parricidium, qui tot innocentum animas occiderunt? Procul dubio, quanto excellentior eſt anima corpore, tanto infeliciores Pharaone ſunt proditores, & damnabiliores Herode. Putas quod diſſimulando tranſeat, & non requirat DEVS de manu tua, quod in concupiſcentiis & in immunditiis tuis nobiliſſima eius perit creatura? *Leu. 20. 13.* Nonne hoc eſt peccatum, quod lex Moyſi damnat ad mortem? *§. item lex Iulia. de adult. de pub. iudic.* lex imperialis gladio vltore perſequitur? DEVS etiam, qui ſolet peccatores miſericorditer ad pœnitentiam expectare, quaſi ſuæ bonitatis oblitus, in vltionem tanti criminis de cœlo pluit ignem ſulphureum, vt fœtorem peccati pœnæ fœtor oſtenderet, *Gen. 19.* atque etiam cum ſupplicio temporali cruciatus æternæ damnationis inciperet. Turpe reputas, de tam turpi materia loqui: *Turpia peccata etiam aperienda in confeſſ.* ſed turpior eſt infectus. Si fœdus eſt ſermo, fœdius eſt putreſcere in peccato. Nunquid audebis facere, & ego illud dicere non audebo? Teſtis in cœlis DEVS, et iam conſcius in excelſis, [illegible] zelo diſtio ſalutem [illegible] & tota hæc exhortatio mea procedit [illegible]. Sic ergò confeſſio fiat, vt etiam [illegible] quæcunque videntur illius acceſſio vel ſpecies. [illegible] quod aliud annexum non habeat. [illegible] Behemoth: *Iob 41. 7.* vna vni coniungitur, & [illegible] ſpiras. *Connexio peccatorum.* Vides quod in homicidiis, periuriis, prod[illegible], [illegible]tionibus, ebrietatibus, in verbis [illegible] criminibus, nobiſcum participe[illegible] tr[illegible] peccatum. Tuam igitur conſcientiam [illegible], explora omnes angulos eius, nihilque in ea remanere [illegible]. *Examen conſcientiæ.* Fode parietem, & abominationes conſcientiæ monſtruoſas reuelabit

uelabit tibi familiare ſecretarium. Venialia non negligas. Qui enim minima contemnit, paulatim defluit & ad maiora prolabitur. Quid autem adeò ueniale eſt, *Eccl. 19. 1.*
quod non poſſit importare timorem, cum de verbis & cogitationibus otioſis o- *Math. 12. 36.*
porteat reddere rationem? Vide ergò ne obruaris arena, ne leuia te ſubmergant. Nam & guttulæ aquæ, dum in ſentinam nauis paulatim & occulte influunt, *Venialia non*
nauem quæ procelloſos impetus maris antea fortiter ſuſtinuerat, ex improuiſo *contemnenda.*
ſubmergunt. Caue igitur ne de radice colubri regulus, & de vſu venialium læ- *de v. & f. pœ-*
tifera conſuetudo naſcatur. Teſte ſiquidem Auguſtino, ex quodam contemtu *nit. c. 8.*
peccatum committunt, in Spiritum ſanctum, qui negligenter venialibus aſ- *Iob 9. 28.*
ſueſcunt. Propterea B. Iob omnia opera ſua verebatur. Quis enim confeſſionis, aut pœnitentiæ beneficio ſeipſum iuſtificare præſumat? Ipſe Apoſtolus de ſe *1. Cor. 4. 4.*
dicit. Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Non iuſtifica- *Pſal. 142. 2.*
bitur in conſpectu tuo omnis viuens, ergò non propter meritum meum, ſed
propter nomen tuum propitiaberis peccato meo: multum eſt enim. Si enim *Rom. 8. 18.*
non ſunt condignæ paſſiones huius ſæculi ad futuram gloriam obtinendam,
quid erit de imperfectis, aut falſis potius pœnitentiis, quando terribilis & horrendus iudex, ipſas iuſtitias iudicabit? Peccatum itaque tuum coram te ſit ſemper. Cumque omnia bene feceris, dicas, quia es inutilis ſeruus: atque iuxta *Pſal. 50.*
ſententiam Salomonis, de indulto & propitiato tibi peccato nunquam ſis ſine *Luc. 17. 10.*
metu. Beatus homo qui ſemper eſt pauidus. Frequenter enim memoriæ pecca- *Eccle. 5. 5.*
ta ſe offerunt, quæ ſcopa pœnitentiæ videbatur pœnitens abſterſiſſe. Putant ali- *Prou. 28. 15.*
qui, ſibi ſufficere, quod aliquandiu à ſua turpitudine deſtiterunt, atque de primitiis arreptæ continentiæ præſumentes, veteres exceſſus non recolunt, & quaſi ſpacio temporis euanuerint culpæ, vel earum oblitus ſit, aut dormiat DEVS: putant de omnibus debitis breui pœnitentiæ compendio tranſegiſſe. Recole quid Iob
ad Dominum dicat. Signaſti quaſi in ſacculo peccata mea. Et Dominus in Deute- *Iob. 14. 17.*
ronomio. Nonne hæc condita ſunt apud me; & ſignata in theſauris meis? Non *Deu. 32. 34.*
ſine dolore cordis acerbiſſimo, & anxia cordis afflictione ſanantur, quæ longo vſu
inolita, & intimis animarum medullis infixa ſunt: nec horaria & leui contritione
redimi poſſunt, quibus mors æterna debetur. Quis ſcit, vtrum ſit dignus amore *Eccl. 9. 1.*
an odio? Conſcientia hominis eſt quaſi later luteus, qui dum plus abluitur, plus *c. Ille de pœni-*
ſordeſcit. Vnde Dominus in Ieremia. Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi *ten. d. 3.*
herbam borith, polluta eris in ſanguine tuo. Et B. Iob. Si lauero me aquis niuis, ta- *Iſd. l. 2. de ſū-*
mē ſordibus intinges me, & abominabūtur inde veſtimenta mea. Quod ſi pœniten- *mo bono c. 13.*
tiæ ſeueritatem æqua lance libraueris cum tuorum exceſſuum quantitate ad ſatisfa- *Ier 2. 2.*
ciendum tamen DEO, tota tua non ſufficit longitudo. Regnum DEI acquiri poteſt, *Iob 9. 30.*
æſtimari autem non poteſt: per dolores acquiritur, per violentiam rapitur, per intru- *Pœnitentiam*
ſionem ſanctorū hæreditas obtinetur. Si ergò quæ tibi iniuncta ſunt, videantur gra- *non videri de-*
uia, grauioribus dignū te reputa. Omnis quidē diſciplina in principio ſui amariſſima *bere grauem.*
eſt, ſed poſtea teſtimonio Apoſtoli pacatiſſimū fructum iuſtitiæ faciet. Simulatoria *Mal. 1. 12.*
itaq; eſt, & falſa prorſus cōfeſſio, ſi ex cordis amaritudine nō procedit. Nā Thamar, q̄ *Heb. 12. 11.*
amaritudo interpretatur Iudæ, id eſt, cōfitenti, ſeu cōfeſſioni coniugio copulatur. &
iuxta edictū legis nemo niſi cū lactucarū agreſtiū amaritudine Paſchalis agni carnibus
cōmunicare p̄ſumit. Recogita igitur años duos in amaritudine animæ tuæ, habens
præ oculis cordis tui paſſionē Chriſti, tuorū memoriam peccatorū, & expectationē
diſtricti iudicij. Cogita vltimæ diei neceſſitatē, breuitatē vitæ, finē dubium & terribile
arcū Dñi, quē aduerſ⁹ peccatores tetedit, & in eo [illegible] vaſa mortis [illegible]

amplecti. Videmus etiam alios in exercitio pœnitentiæ, & inter multiplicia virtu-
tum præſidia conſtitutos, ita ex toto areſcere, vt nec vi[illegible] ab oculis ſuis poſſint la- *Lachrymæ*
chrymam extorquere. Sciendum itaque, quod gratia lachrymarum, quædam DEI *cur dentur.*
viſitatio eſt, quæ quandoque datur, ad excitationem torporis, quandoque ad conſo-
lationem laboris, quandoque ad gratiam retributionis. Prima enim quaſi ſtimulus
deſidem pungens; ſecunda quaſi baculus debilem ſuſtinens. tertia quaſi lectulus
quietum ſuſcipiens. Sicut enim DEVS nunc verbo, nunc exemplo, nunc etiam fla-
gello torpide aut tepidè viuentes ad ſalutem prouocat: ſic eoſdem per inſpiratio-
nem occultam compunctione, aut terrore ad ſtatum vitæ melioris inuitat, vt ſit hæc
diuinæ gratiæ oblatio reprobis ad iudicium, his autem, qui electi ſunt, ad profe-
ctum. Nec ſolum lachrymæ, ſed etiam virtutes, vt ſapientia, vt continentia, eloquen-
tia, & multa huiuſmodi, quæ de theſauro cœleſtis miſericordiæ producuntur, multis
per abuſionem, aut elationem conuertuntur in malum. Dona ſiquidem DEI, tam *Dona Dei e-*
bonis, quam malis ſunt quandoque communia. Nam & Saul inter prophetas; & in- *tiam malis*
ter apoſtolos numeratus eſt Iudas, propter quod & Saluator in Euangelio dicit. *communia.*
Multi mihi dicent in illa die Nonne in nomine tuo Domine dæmonia eiecimus? & *1. Reg.10.12.*
in nomine tuo ſigna multa fecimus? & tunc confitebor illis, quia non noui vos: diſ- *Matth.10.4.*
cedite à me operarij iniquitatis. Pœnitentia Cain, fletus Eſau, ſeu confeſſio Iudæ *Matth.7.22.*
plangentis ſe tradidiſſe ſanguinem iuſtum, eis ceſſerunt in iudicium & tormentum. *Geneſ.4.13.*
Sæpe filij Iſrael in eremo correpti à Moyſe, fleuerunt coram Domino, quibus illa *Geneſ.27.34.*
pœnitentia nihil profuit, ad priſtinas concupiſcentias denuo reſolutis. Sed & ter- *Matth.27.3.*
ram promiſſionis ingreſſi, cum loqueretur eis angelus in loco, qui propter hoc poſt- *Num.11.10.*
ea vocatus eſt locus flentium, leuauerunt vocem, & fleuerunt, & tamen paulo poſt *Iud.2.4.*
facere malum coram Domino addiderunt. In electis autem compunctio eſt ad con-
ſolationem, quibus omnia cooperantur in bonum. Hi enim in melius promouen-
tur, dum ex ipſa dulcedine, qua fruuntur, ad exercitia ſpiritualia fortius ſe accingunt.
Qui dum dura & aſpera gaudent ſuſtinere pro CHRISTO, proficiunt in illud com-
punctionis excellentius genus, quod infirmos ſanat, debiles roborat, conſolatio-
nem & quietem indulget. Quam experiebatur propheta, cum diceret. Memor fui *Pſal.76.4.*
DEI, & delectatus ſum. Et quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam *Pſal.30.20.*
abſcondiſti timentibus te. Nemo igitur ſecundum primum viſitationis genus ſan-
ctitatem in ſe mentiatur, cum illam reprobis ſciamus frequenter accidere: ſed nec
de ſecundo genere viſitationis præſumat. Illa enim non ſanctificat, ſed ad ſanctifi-
candum præparat, & euenit quandoque tentatis, ne corruant. plerunque tentandis,
vt leuius ferant. Si quis autem ſecundo viſitationis generi aſſueſcat, facile proficiet
ad tertium genus, quod iam non ſolum excitat aut confortat, ſed vberiore gratia vi-
ctorem remunerat. Si ergo ſenſeris in te gratiam compunctionis & affluentiam la- *Sola lachry-*
chrymarum, non tamen ideò te ſtatim arbitreris Domino reconciliatum. Nec opi- *mæ non [illegible]*
netur ſeruus ſe eſſe filium, licet quandoque paſcatur pane filiorum. Nam de talibus *ſignum veræ*
ſcriptum eſt. Inimici Domini mentiti ſunt ei, & erit tempus eorum in ſæcula. Et ci- *pœnitentiæ.*
bauit eos ex adipe frumenti, & de petra melle ſaturauit eos. Nota in his verbis, & *Pſal.80.16.*
al[illegible] Domini inimicos, & tamen ex adipe frumẽti, & melle ſpirituali à Domino
ſat[illegible]os. Quia tales patientia DEI ad pœnitentiam ſuſtinet, & expectat. credunt, ſe
indulgent[illegible] obti[illegible]ſſe [illegible]nam, & totum ſuarum lachrymarum meritis aſcri-
bentes, [illegible] cum vxore Manue. Si Dominus voluiſſet nos occidere, [illegible] vtique *Iud.13.23.*
de [illegible] noſtra ſacrificium ſuſcepiſſet De talibus etiam credo ſcripſiſſe Apoſtolum.
Dedit, inquit, illis Dominus ſpiritum compunctionis, [illegible]s, vt non videant, & [illegible] *Rom.[illegible]*

 res,

tes, vt non audiant. Nonne iſta compunctio eorum excæcat oculos, & aures cordis obturat, qui credentes ſe aliquid eſſe, cum nihil ſint, abominabiles criminum maculas ſine fructibus pœnitentiæ paucis lachrymis æſtimant abluiſſe. Vera ſiquidem pœnitentia non in lachrymis momentaneis, aut horaria compunctione conſiſtit. Nulla etiam affectio pia meritoria eſt ad ſalutem, niſi ex CHRISTI dilectione procedat. *Mer. tũ nullum ſine caritate.* Sæpè in tragœdiis & aliis carminibus Poetarum, in joculatorum cantilenis deſcribitur aliquis vir prudens, decorus, fortis, amabilis, & per omnia gratioſus. Recitantur etiam preſſuræ vel iniuriæ eidem crudeliter irrogatæ, ſicut de Arturo & Gangano & Triſtranno, fabuloſa quædam referunt hiſtriones, quorum auditu concutiuntur ad compaſſionem audientium corda, & vſque ad lachrymas compunguntur. Qui ergo de fabulæ recitatione ad miſericordiam cõmoueris, ſi de Domino aliquid pium legi audias, quod extorqueat tibi lachrymas, nunquid propter hoc de DEI dilectione potes dictare ſententiã? Qui compateris DEO, compateris & Arturo. Ideoque vtraſq; lachrymas pariter perdis, ſi non diligis DEVM, ſi de fontibus Saluatoris ſpe, ſcilicet, fide & caritate, deuotionis & pœnitentiæ lachrymas non effundis. Sane mirabili DEVS artificio miſericordiæ ſalutem noſtram operatur ineffabiliter. Ipſe ſapientia illuminans, ipſe iuſtitia terrens, ipſe caritas blandè inuitans, velut ſi alicui quem in melle, dulcedinis inexpertũ, velles ad appetitum mellis allicere, & ideo eius ori mellis guttulam inſtillares. *Cur Deus lachrymas concedat malis.* Ita Saluator carnalibus immerſos illecebris, quos nec prædicatio, nec diſtricti iudicis timor conuertit ab iniquitatibus ſuis, quodam rore miſericordiç, quodam guſtu ſuæ dulcedinis ad ſalutem vocat, donec ei iugum ſuauiſſimum ſuæ ſeruitutis imponat. Licet enim poſt illius ſuauitatis experientiam, homo ille ad vanitates ſæculi reuertatur, cooperante tamen gratia DEI, ille in ſe reuerſus in ſeipſo confunditur, ſemetipſum odio habet: quia oblatæ ſibi DEI gratia toties eſt abuſus. Hinc de arctiore cogitat vita, motus refrænat illicitos, & affectat ſibi legem tantæ neceſſitatis imponere, vt cum habeat velle in peccando, non habeat tamen poſſe. in talibus eorum ſanctitas fructus eſt lachrymarum. Ad hoc ſiquidem datæ ſunt, & hoc per illas operatur altiſſimus. Si ergo per eas impletum eſt, propter quod datæ ſunt, vt quid neceſſariæ de cætero ſobriè & piè & iuſte viuentibus erunt? Vides profectò quam gratum DEO ſit ſacrificium lachrymarum, & pro omnibus delictis ſufficiens holocauſtum. *Lachrymæ ſufficiens holocauſtũ pro peccatis.* Sed quibus? Confitentibus, pœnitentibus, non reuertentibus ad vomitum, ſed in ſpiritu humilitatis, & in animo contrito fugientibus ad pia viſcera IESV, & continuantibus dignos pœnitentiæ fructus. Sic in vigiliis, ieiuniis, diſciplinis, mortificatio carnis aſſumpta in omnibus membris cum lachrymarum profuſione ſe offerat, vt holocauſtum cordis deuotiſſimi [illegible] affectuum ſuauitate pinguefactum coram ſummo ſacerdote de ara ſpiritus interioris odorem ſuauitatis [illegible]. Expedit eis, qui con[illegible] cor, beſtiale[illegible] ſe [illegible] hibeant, quatenus tota ſenſualitas [illegible] ſpiritui in CHRISTI obſequium captiuetur. *1. Cor. 11. 9.* Non enim vir propter [illegible] propter virum facta eſt, *Gen. 4. iuxta LXX.* caro ſcilicet, vt ſpiritui ancillet[illegible] & [illegible] dicens ei [illegible] peccaſti, [illegible] & noli amplius peccare, ne deterius *Ioan. 8. 14.* [illegible] alia munda eſt caro, vt ita ſine difficultate [illegible] concupiſcentiis crucifigas, CHRISTVS equidem prius [illegible]. Et vos hoc ſentite in vobis, quod & in CHRISTO IESV, *Ioſ. 10. 26.* [illegible] Ioſue quinque reges, id eſt, quinque ſenſus, patibulo pœnitentiæ affigat[illegible] iudeis [illegible] noſtra eſt, domeſticus hoſtis noſter. hunc occidere vobis non licet. immò circumferre & alere nos oportet. Sic autem affigatur, vt ferrum:

uiat: ſic tendatur chorda, ne rumpatur. Sic etiam paſcatur iumentum, vt labori ſufficiat. Nam & in ſacrificio auium, non abſcinduntur aſcellæ turturis, ſed franguntur. *Leuit.1.17.* Certa vero moderatione diſpenſes ea, quæ circa miſerias carnis exigentia naturalis expoſcit: & ad cuſtodiam cordis tota ſtudij vigilantia transferatur. Verbum Salomonis eſt. Omni cuſtodia ſerua cor tuum, quia ex ipſo vita procedit. *Prou.4.23.* Non enim ſatis eſt ad ſalutem, extraordinarios reprimere motus carnis, quos à noſtræ originis corruptione contraximus, niſi profectus animæ ſumma diligentia procuremus. *Declinãdum a malo, & faciendo bona.* Quid enim prodeſt, ſi extra aut circa vineam ſtirpes ſpinarum veternoſas explantes, nec ſpinas, aut tribulos interius eradices? Non decet etiam de partu ancillæ eſſe ſolicitum, & in domina non dolere ſterilitatis opprobrium. Non expedit, vt terram corporis pœnitentialiter excolas, ſi de anima plantaria ſuperbiæ, cupiditatis, & inuidiæ non euellas. Nec etiam multum intereſt, ſi domita carne, peccatum obtineat mentis arcem, vt qui foris victus apparet, partem ſui perdiderit meliorem. Scriptum eſt, foris pugnæ, intus timores. *2.Cor.7.5.* Res plena diſcriminis eſt, ſi ſic extra ciuitatem committimus bellum, vt nihilominus in ciuitate patiamur excidium. Non ſunt fortitan pedes tui veloces ad effundendum ſanguinem, ſed currunt affectus tui ad acquieſcendum carni & ſanguini, quæ non poſſident regnum DEI. Teſtatur autem Pius Papa religionis opera homini non prodeſſe, niſi mens in DEI timore a praua cogitatione ieiunet. *Ep.1.2.c.nihil prodeſt.diſt.3. de pœnitẽtia.* In primis itaque DEVM time, & mandata eius obſerua; vt, ſicut Apoſtolus dicit, cum timore & tremore tuæ ſalutis negotium opereris. *Philip.2.12.* Initium ſiquidem ſapientiæ timor Domini. Verbumque Iſaiæ eſt. A timore tuo Domine concepimus, & ſpiritum ſalutis peperimus. *Pſal.110.10.* *Iſa.26.18.* Expedit ſane his, qui conuertuntur ad cor, vt in timore iudiciorum DEI turbam irruentium cogitationum diſtrictè cohibeant, ne tranſeant in affectum cordis. Sit autem homo exterior, tanquam mortuus à corde, vt in ſanctarum meditationum ſerenitatem liberè liceat interiori homini reſpirare. *Cogitationes quomodo regendæ.* Sunt equidem vagæ cogitationes, in quibus non grande periculum eſt, dummodo habeas Dominum in conſpectu tuo, & ſit anima tua in manibus tuis ſemper. Sunt & cogitationes de cibo, de indumento, de potu, & conſimilibus, quas exigentia corporalis expoſcit, & hæc noſtræ carni familiariùs adhærent. nobiſcum enim coaluerunt a prima origine, vt quaſi noſtra primogenita cenſeantur. Si ergo hæ cogitationes, aut alij primi motus, quos lex peccati ſcribit in carne, cœperint aſcendere, & contaminare conſcientiæ tuæ lectum, dicas cum B. Iacob: Ruben primogenitus meus non creſcas, quia aſcendiſti cubile patris tui: & ſic in ſpiritu fortitudinis allidantur ad petram paruuli Babylonis. *Geneſ.49.4.* Tertium cogitationis genus damnabile eſt, quod de luxuriæ, aut ſuperbiæ, aut inuidiæ, vel alterius deteſtandæ iniquitatis ſterquilinio latenter obrepit: cuius fœtorem, quam cito exhalare perſenſeris, auerte animum, cogita terribilem in ſuis iudiciis DEVM, curre ad lachrymas, & gemitus, illamque cogitationem de longè auctoritate imperioſa cohibeas. *Remedium contra fœdas cogitationes.* Mors in illa eſt, ideo ipſam nulla occaſione tibi approximare permittas. Quod ſi tui dominata non fuerit, tunc immaculatus eris, eritque ſub te appetitus tuus & tu dominaberis illi. Si verò aliqua cogitatio virulenta, vel in modico tuos ſenſus infecit, & vulneratus es à ſerpente, curre ad ſerpentẽ æneum; CHRISTVM inuoca, cui omnis cogitatio confitetur. In corde contrito & humili poteris cogitationem etiam mirabili artificio humilitatis auferre ab oculis eius, vt eam non videat, qui omnia videt. Auferte, inquit, malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis. *Iſa.1.16.* O quam mirabiles & terribiles oculi, quos neque cogitatio penetrare

p[illegible]

præteruolat. Devs enim, ſicut videt actus, ita hominum contemplatur affectus: nec opus eſt,vt quis ei teſtimonium perhibeat de homine. Ipſe tamen nullum, poſt
1.Pet.4.8. humilem confeſſionem, videt peccatum, quoniam caritas operit multitudinem
Humilitas peccatorum. Super omnia ſtudeas ante miſericordes oculos Dei, humilis & miſe-
quid poſſit. rabilis apparere, præ cunctis virtutibus humilitas Deo familiariter & confidenter aſſiſtit. Hæc Deo cognata eſt & amica, hæc ſola virtutem ſe eſſe ignorat, ipſa de ſuo contemptu fit honorabilior, & in ſui abiectione alias virtutes exigens, dum ex eo proficit,quo officit, omnium diſpendia recompenſat. Humiliare ergo, nec filio pa-
4.Reg.5.14. tris tui ſit dedecori humilitas,quæ non dedecuit filium Dei. Deſcendit Naaman de curru ſuperbiæ in Iordanem, qui interpretatur deſcenſus, ſiue humilitas, & a lepra mundatur. Deſcende & tu, atque humiliare, ſi vis à peccato mundari. Propterea
Pſal.41.7. Pſalmiſta dicit. Memor ero tui de terra Iordanis, & Hermonij à monte modico. Mons quidem modicus eſt ſuperbia huius vitæ, tam breuis, tam miſeræ, tam incertæ. Et vnde ſuperbiet terra & cinis, vermis fœtens, reptans in palude ranunculus, cadauer putridum, lutum vermibus ſcatens & vile morticinium? Leua manus tuas in ſuperbias noſtras Devs,& confringe cornua peccatorum. Humilietur in puluere anima noſtra, vt cum lamentatore propheta ponamus in puluere os noſtrum, ſi forte ſit ſpes,ſi forte conuertatur & ignoſcat Devs,atque ſecundum multitudinem
Hebr.10.32. iræ ſuæ non quærat. Horrendum quippe eſt, incidere in manus Dei viuentis. Ignis
Deut.32.22. enim ſuccenſus eſt in furore eius,& ardebit vſque ad inferni nouiſſima. Domine ne
Pſal.6.2. in furore tuo arguas me, ſed ſuſtine, vt meipſum arguam confitendo. Et quæ tibi gloria Devs, ſi creaturam tuæ conformem imagini, & charactere tuæ fidei conſignatam perpetua excommunicatione præcidas à communione Sanctorum, vt eam æternæ mortis abyſſus abſorbeat, & ſuper eam vrgeat os ſuum puteus infernalis?
Pſal.29.10. Quæ vtilitas in ſanguine meo Devs, ſi deſcendero in corruptionem? Quis ex vobis
Iſa.33.14. poterit ſtare cum igne deuorante? Aut quis ſtabit cum ardoribus ſempiternis? Vincat quæſo, Domine, miſericordia tua miſerias meas, & meas iniquitates benignitas tua. Suſcites in me veræ contritionis & confeſſionis affectus,& ne torquear gehennalis ignis incendio, ignem in me tuæ dilectionis accendas. Quod nobis concedat, qui viuit & regnat Devs per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

PETRI BLESENSIS BATHONIENSIS ARCHIDIACONI LIBER

DE POENITENTIA, VEL SATISFACTIONE a Sacerdote iniungenda.

VENERABILI PATRI ET AMICO IN CHRISTO DOmino VV. Dei gratia Abbati N. Petrus Bleſenſis ſalutem, & de pœnitendis pœnitere.

NIMIA tui rigoris auſteritas, quam exerces in tuorum confeſſionibus fratrum, ſicut dicitur ex eorum querela communi, enormium generat materiam ſcandalorum. Suſceptos enim ad pœnitentiale remedium, poſt confeſſionem publicè dehoneſtas. Nam, licet infirmitates eorum verbo non publices, quadam tamen ſuperciliosa & notabili deſpectione opinionem eorum apud alios ſiniſtra ſuſpicione contaminas. No-

uiſti

uiſti quàm graui animaduerſione plectatur tranſgreſſio ſacerdotis peccata ſibi confitentium reuelantis. Nec multum intereſt, vtrum voce vel ſigno, vel quodam vultuoſo contemptu, aut alias nimia ſeueritate ſatisfactionis ſecreta conſcientiæ alienæ vulgentur. Tales equidem canonica cenſura deponit, ac depoſitos perpetuo & ignominioſæ peregrinationi addicit, ſicut ſcribit B. Gregorius. Ars eſt artium regimen animarum. Spiritualis ergo medicus in recipienda confeſſione multa cautela vtatur. Oportet enim, ſicut in pœnitentiali Romano docemur, vt ſacerdos in multa manſuetudine & benignitate ſuſcipiat pœnitentem. Oret in primis pro eo, nec ſe peccatorem profiteri dubitet, vt ad compunctionem prouocet pœnitentis affectum proprio humilitatis exemplo. Nullum omnino deſpiciat peccatorem, quia ſicut B. Hieronymus ſcribit. Ille nullum deſpicit peccatorem, qui peccatores redimere venit. Et adiungit. Si pœnitens poſt confeſſionem contemnitur à prælato, facile in deſperationis foueam detruditur. quod quidem peccatum adeò damnabile eſt, vt DEVM ad iram prouocet, nec veniam mereatur. Sicut ergo confitenti neceſſaria eſt humilis & ſincera deuotio, ſic pœnitentiali, id eſt, ſacerdoti neceſſaria eſt diligens & circumſpecta diſcretio, vt diſcernat inter lepram & lepram, vt habeat in ſe tria, bonitatem, ſcientiam, diſciplinam: bonitatem in ſanctitate, ſcientiam in eruditione, diſciplinam in correctione. Hæc tria quidam poſtulabat dicens. Bonitatem & diſciplinam, & ſcientiam doce me. Sit Samaritanus infundens oleum miſericordiæ, vinumque iuſtitiæ. Habeat conſcientia eius, quaſi arca fœderis, manna & virgam, vt ſciat compati & ignoſcere arguere & monere. Gaudeat de primitiuis fructibus pœnitentis, ſicut bonus agricola compatiatur infirmo, dubiumque confortet recolens illud Apoſtoli. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Et audiens tentationes illius, ſuam infirmitatem cogitans, apud ſe dicat. Si in tanta tentatione fuiſſem, grauius cecidiſſem. Nihil dicatur, aut fiat cum indignatione, & ira. Ira enim viri iuſtitiam DEI non operatur. Medium autem teneat, ne nimia remiſſio, vel nimia auſteritas ſit in eo, certumque pœnitentiis modum, iuxta ſanctorum Patrum inſtituta præſcribat. Beatus enim Gregorius falſas pœnitentias vocat, quæ non ſecundum auctoritatem ſanctorum, & pro qualitate criminum imponuntur. Sunt equidem, qui peccatis grauibus leues, & inuſitatos iniungunt pœnitentiæ modos, conſuentes iuxta verbum Prophetæ, puluillos ſub omni cubito manus, & ceruicalia ſub capite vniuerſæ ætatis. Hieronymus ſuper Danielem. Quamobrem conſilium meum placeat tibi, peccata tua eleemoſynis redime, ſi forte ignoſcat tibi DEVS. Cum Beatus Daniel præſcius futurorum de ſententia DEI dubitet, rem temerariam faciunt, qui audacter veniam peccantibus pollicentur. Iſidorus de ſummo bono. Sunt qui pœnitentibus ſecuritatem cito pollicentur, quibus bene per Prophetam dicitur. Curabant contritionem filię populi mei cum ignominia dicentes. Pax pax, & non eſt pax. Cum ignominia, inquit, curant contritionem, qui cito pœnitenti promittunt ſecuritatem. Sunt qui auſteritate iugum Domini ſuaue exaſperant, & onus eius leue aggrauant, alligantes onera importabilia, digito autem ſuo nolunt ea mouere. Iſti ſunt, qui contra præceptum legis infirmo fratri commodant ad vſuram: vſura enim eſt, quidquid ſatisfactionis ſupra debitum regulare iniungis. Iſti exercent zelum iuſtitiæ in fermento, & non in azymo, vt iracundiæ ſatisfaciant, non vt CHRISTO fructificent. De talibus ſcriptum eſt. Concupiſcentia ſpadonis deuirginauit iuuenculam, ita & qui per vim iudicium facit. Anima ſiquidem pœnitentis ſcandalizata corrumpitur, nec ex correctione illa fructus iuſtitiæ generatur. de talibus dicit Dominus per Prophetam. Mortificabant

Secretū confeſſionis non reuelandum.
Cap. qui vult. c. ſacerdos. de pœnit. d.6.
Gregor. 1. par. paſtor. c.1.
Boni Confeſſarij conditiones tres.
Pſal.118.66.
Luc.10.34.
Hebr.9.4.
2.Cor.11.29.
Iac.1.20.
Diſt.5. de pœnitentia. cap. falſas.
Greg. in c.15. lib.1. Reg. & homil. 26. in Euang.
Ezech.13.18.
Dan.5.4.
Iſid. lib.3. c.13.
Ierem.6.14.
Matth.23.4.
Eccli.20.3.
Ezech.13.19.

animas, quæ non moriuntur, & viuificabant animas, quæ non viuunt. Ad paſto-
Ezech.34.4. res peruerſos dicit Dominus per Prophetam. Vos cum auſteritate imperabatis eis.
Sapient.6.6. Sed iuxta verbum Sapientiæ. Horrendè, & citò iudicium his, qui præſunt, fiet.
Recta igitur, & ſine animi turbatione oportet eſſe iudicia, ſicut Eliu in libro Iob
Iob 36.18. dicit. Non te ſupprimat ira, vt aliquem opprimas. Legiſlator monachorum in
Benedictus in regula dicit. Cogitet abbas, ſe de omnibus iudiciis ſuis reddere rationem in die
c.2.Regulæ. iudicij, ne forte zeli, aut inuidiæ flamma vrat animam ſuam. Quorundam mos,
aut potius mors eſt: animæ enim peremptorium iudicatur, à Sanctis Patribus,
quod feruentiore zelo proprias, quam CHRISTI proſequuntur iniurias. Ve-
Serm.48.de runtamen ſicut Beatus Auguſtinus ſcribit. Peccare in nos longe leuius eſt, quam
Sanctis. peccare in DEVM. Si enim vir in virum peccauerit, dicit Samuel, remitti ei po-
1.Reg.2.25. teſt. Si autem peccauerit in DEVM, quis orabit pro eo? Nos autem econtrario
dicit Auguſtinus iniuriæ DEI miſericordes, & faciles ſumus, & eius offenſam,
quaſi velle & nolle DEI in noſtra poteſtate ſit, ſine pœnitentiæ ſatisfactione re-
mittimus. Si quid autem in opere, vel in verbo contumelioſè attentatum eſt con-
tra nos, illud grauiori animaduerſione perſequimur. Vnde Ambroſius in Homi-
lia. Quod in hominem committitur, remitti facile poteſt, non autem ſic, quod
attentatur in DEVM. Grauiter itaque offendis, ſi dominico debitori culpas,
quæ in DEVM ſunt, impune dimittis, ac cœleſtis regis debitum tua præſumptio-
Vitas patr. ne reſoluis. Pœnitentialis auctoritas multos conuertit in reprobum ſenſum. Re-
par.2. fert beatus Hieronymus de ſene quodam, qui iuuenem vexatum ſpiritu fornica-
Caſſia. collat. tionis, & pœnitentem in foueam deſperationis deiecerat, ſed ab alio ſene confor-
2.cap.13. tatus eſt, ita vt ſpiritus immunditiæ iuuenem derelinquens, primum ſenem ag-
Monachi non grediens eundem anxiè moleſtaret. Sæpe videmus aliquos huius veſtri ordinis
debent confi- Epiſcopis confiteri, vel illis, quos pro ſe delegant Epiſcopi, quod quidem ſci-
teri niſi Ab- mus eſſe contra conſtitutiones Patrum, & honeſtati contrarium. Sed quid faciet
bati. anima detrita ab Abbate alicui de monaſterio ſuo confiteri prohibita? Quid
Oſee 7.11. faciet columba ſeducta non habens cor? Attendite ô Abbates vobis, & vniuer-
1.Petri 5.3. ſo gregi veſtro, non principes, non domini, ſed forma facti gregis in congregatio-
nibus veſtris, animarum medici. imò vt verius loquar, curatores ſentinarum, & ſter-
corum purgatores. Quæ enim ſtercora, quis enim ſanguis menſtruus, quæ putredo
cadauerum immundior eſt, quàm peccatum? Periculoſum eſt fratrem ſuum conte-
mnere, & compunctum corde mortificare. Sane illi, qui poſt confeſſionem deſpici-
Luc.7.39. unt pœnitentem, non multum abſimiles ſunt Simoni Phariſæo, qui in corde ſuo
CHRISTVM accuſabat, eo quod Mariæ peccatricis pœnitentiam admittebat. Cre-
do, quod ſi cum Simone tunc fuiſſet, qui fratrem pœnitentem nunc deſpicit, Mariam
Rom.11.32. calcibus repuliſſet. Porro, ſicut Apoſtolus dicit, concluſit Dominus ſub peccato o-
mnia, vt omnium miſereretur. Non enim proficeret virtus ſpiritualis, niſi ſubeſſet
2.Cor.12.9. infirmitas carnis. Nam virtus in infirmitate perficitur. O ſi cogitaſſes & tu, quàm
In orat. de fi- diſtricto, & tremendo iudicio oporteat te reſpondere. Iuxta conſilium Ioannis Da-
del.defunct. maſceni [illegible] rationem reddere de miſericordia, quàm de
[illegible] iudicio quem dixiſſe legiſti. Miſe-
Matth.9.13. [illegible] quandoque, ſicut expedit, atten-
[illegible] obtineat: paſtorq; tanquam prudens me-
[illegible] tangat. Calamum quaſſatum non conterat,
& linum fumigans non extinguat. Qua igitur fronte, quibus oculis, qua mente, qua
conſcientia præſumit de DEI miſericordia, quem durum, & immiſericordem ſentit
fraterna miſeria? Sunt qui compellunt aliquos ſibi, & nō aliis confiteri, ideo illi [illegible]os

exceſſus abſcondunt,& in ſuis turpitudin[illegible]s perſeuerant,qui[illegible] m[illegible]o in-
tentatur. Væ prægnantibus, & nu[illegible]tientibus in [illegible] die. Ani[illegible] [illegible] *Mat.24.19.*
peccatis grauidæ ſunt,& in ſua ſorde ſe nutriunt, [illegible]nec ſuis de[illegible] latentur.pro-
pter auſteritatem prelatorum declinant corda [illegible] [illegible]. Sanct A[illegible]uſtinus in *August. li. de*
libro de Pœnitentia dicit.prompti ſunt ad e[illegible] in pe[illegible]catis, [illegible] ea *vera, [illegible]*
ſub ſilentio claudunt,quod eſt pernicioſa hy[illegible]. Tal[illegible]s medici curant,[illegible] non ſa- *pœnitent[illegible] c.*
nant iuxta illud.Curauimus Babylonem,& n[illegible] eſt [illegible]. Verbi[illegible] Auguſtini eſt.Sa- *15.& [illegible]*
cerdos debet eſſe immunis a culpa,quam iudicat, [illegible] dic[illegible] *Ierem.[illegible].9.*
condemnat Animaduertat,dicit B. Auguſtinus,qui hui[illegible]modi eſt,E[illegible]elicam pec-
catricem Dominumq; dicentem.Qui ſine pecca[illegible] eſt [illegible] *Ioan.8.[illegible]*
tat. Qui igitur preſumptione alium lapidat, qui ſe d[illegible] lapidatione cognoſcit?
H[illegible]c dicit Dominus.Hypocrita eiice primum trabem de oculo tuo,& ſic videbis fe- *Luc 6.42.*
ſtucam eiicere de oculo fratris tui. Magna trabs eſt mentis el[illegible]tio, qu[illegible] hic mentis o-
culum obſcurat, vt non qualis es, ſed qualem te opinaris,aſpicias. Quod damnas in *Rom.14.4.*
fratre tuo, forte damnabilius eſt in teipſo. Tu quis es, qui ſeruum iudicas alienum?
Domino ſuo ſtat,aut cadit. Quomodo ſcis de teipſo,vtrú ſis d[illegible]s amore an odio? *Pſal 18.13.*
Nam delicta quis intelligit? Nemo nouit,quæ ſunt in homine,niſi ſpiritus hominis, *1.Cor.2.11.*
qui in eo eſt.Sed nec homo ſeipſum cognoſcit.Prauum eſt cor hominis,& inſcruta- *Ierem.17.9.*
bile, & quis nouit illud? Ideo Apoſtolus, licet nihil ſibi conſcius ſit, minime tamen
ſeipſum iudicare præſumit. Nihil,inquit,mihi conſcius ſum,ſed neque meipſum iu- *1 Cor.4.4.*
dico;Dominus autem me iudicat. Omne iudicium dedit pater filio. Qui ergo alium *Ioan.5.22.*
iudicat,ſibi pernicioſe priuilegium redemptoris vſurpat.Paſtor itaque pœnitentem *Infirmis ma-*
blandè ſuſcipiat,nec ipſum grauioris pœnitentiæ obſeruantiis,aut graui,& tyrannica *gis eſſe condo-*
vultuoſitate confundat. Sed ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, qui ſpi- *lendum.*
ritualis eſt,inſtruat eum in ſpiritu lenitatis conſiderans ſemetipſum,ne & ipſe tente- *Gal.6.1.*
tur. Apoſtolus Paulus loquitur ſapienti.Qui non condeſcendit fratri minus ſapienti,
eumque ſcandalizare non metuit, peribit,inquit,in tua ſcientia frater tuus, pro quo *1.Cor.8.11.*
CHRISTVS mortuus eſt. Quanto frater infirmior eſt,tanto ei manſuetior,& diligen-
tior eſſe debes.Infirmior quidem filius tenerius a matre diligitur.Et,ſicut Apoſtolus
dicit, infirmioribus membris abundantiorem honorem circumdamus. Sis ergo in- *1 Cor.12.23.*
firmanti miſericors,vt miſericordiam conſequaris.In qua enim menſura menſus fu- *M[illegible].[illegible]2.*
eris, remetietur & tibi. Iudicium enim ſine miſericordia fiet ei, qui miſeric[illegible] *Iac 2.13.*
non fecit Miſericordes verò miſericordiam conſequentur. CHRISTVS ſplendor, *Matth.5.7.*
& figura ſubſtantiæ DEI peccatorem blandè ſuſcipit. Tu peccator,qua pra[illegible] ptio- *Hebr.13.*
ne eum deſpicis,& repellis:CHRISTVS non mediocre reputat lucrum [illegible] *Luc 15.10.*
ouem perditam, & diem feſtum cum angelis ſuis agit: exultat cœleſtis curia de con-
uerſo,& reuerſo ad pœnitentiæ fructú. Tu nec lucrum,nec iacturam reputas anima-
rum; vis ſub certis finibus limitare miſericordiam DEI, cuius miſericordiæ non eſt
finis? Paterfamilias largus es, & auarus eſt diſpenſator? Exiſtimaſti inique.quod ero *Pſal.49,21.*
tui ſimilis,dicit Dominus,& miſericordiam meam de duritia tua metiris? Quid ſ[illegible]s,
ſi iam lachrymis, & contritione mundatus eſt? Liberatus eſt forte ipſo propoſito
confitendi. Dixi confitebor, & tu remiſiſti. Lazarus à Domino [illegible] eſt, *Pſal 31.5.*
antequam ab Apoſtolis eius inſtitæ ſoluerentur. Leproſi à Domino [illegible]dati *Ioan.1[illegible].44.*
ſunt, antequam ſe oſtenderent ſacerdotibus. CHRISTVS autem dimiſit pecca- *Luc.1[illegible].14.*
tum,pro quo tu pœnitentem iudicas,& cum Phariſæo deſpicis Publicanum. Pius,&
miſericors DEVS pœnitenti offert pacem, priorq; mittit legatos de pace, q[illegible]tius
de pace fuerat requirendus. Nimirum in negocio p[illegible] [illegible]cordia,& veri- *Luc.18.10.*

tas obuiant ſibi, ſeque oſculantur iuſtiti[illegible], & pax. Iuſtitia & veritas rei ſe iudicantis, & punientis, miſericordia & pax DEI gratuitò indulgentis. O beata ſpes confiren-
Luc.15.20. tium. Iſte prodigus filius, qui adeo immaniter peccauit in cœlum & in terram, [illegible]ec in aliquo ſatisfecit, ſtatim reconciliatus eſt patri, longeque promptior, & ardentior
Luc.12.32. erat pater ad miſerandum, quam filius ad miſericordiam obtinendum. Nolite timere puſillus grex. Accedite ſecuri ad thronum gloriæ, qui non audebatis vel de
Math.11.28. gratia cogitaſe. Venite omnes, qui laboratis, & onerati eſtis. Venite [illegible], qui computruiſtis in immunditiis veſtris. Velit, nolit ſupercilioſa hypocriſis Phariſæi, Baptiſmus pœnitentiæ cunctis exponitur. Hic patet fons domus Dauid in ablutione peccatoris, & menſtruatæ. Non hic baptizas tu, qui deſpicis pœnitentem, [illegible] Ioannes, ſed CHRISTVS, qui quanto differentius præcellit omnibus, tanto dulci[illegible] & glorioſius confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius. VALE.

CANON EPISCOPALIS,
ID EST,
TRACTATVS DE INSTITVTIONE EPISCOPI.

REVERENDO PATRI ET DOMINO IOANNI
DEI gratia VVigornienſi Epiſcopo ſuus Petrus Bleſ. Bath. Archid. ſalutem, & fidelem eſſe in miniſterio CHRISTI.

PETIS inſtantius, Reuerendiſſime Pater, vt de Epiſcopali officio aliquid tibi ſcribam, quod in hac nouitate ad ſolatium tibi ſit, & ædificet ad ſalutem. Ego ſiquidem latitans in obſcuro, & ſub modio fun[illegible],
A[illegible] 1 11. lucernæ ſuper candelabrum poſitæ tenebras meas compellor ingere-
Pſal.44.17. re. Doctum indoctus docere præcipior, & ægrotus bene habenti remedium medicinale conficere. abundas vino & oleo ſpirituali, teq; vnctio docet de omnibus, & tamen a me poſtulas vnctionem. Ego autem ſeruus ſanctitatis veſtræ, non habeo niſi modicum olei, quo vngar: immò paululum aceti, quo ſub diebus æ-
Ruth 2.14. ſtiuis liceat mihi cum meſſoribus Booz buccellam panis intingere: illud vero [illegible]-
1.Cor.13. lum nō recipit portiones: charitas tamen nunquam excidit. & quanto quæ ſua ſunt,
3.Reg.17. manu largiore diſpēſat, tanto plenius [illegible] ex [illegible] quæ &
Exo.16.20. olei lecythus exuberat. Manna quidē pe[illegible] ſeruatū:
al. fideliter. erogatum autem v[illegible], [illegible] cœleſtis & r[illegible] Scio, quod gratia DEI obeſt, ſi non [illegible]. Qui [illegible] D[illegible], & vilitatem [illegible]am communi [illegible] habet, [illegible] ur ei & abūdabit. Qui
Math.13.13. autem [illegible] quod videtur habere, auferetur ab eo. Ego ſ[illegible] in, qu[illegible] me in gazophylacium mit[illegible] qui inuenitur, qui illud in cauſam m[illegible] vberior acceſſio vſuræ proueniat: f[illegible] quod non poſſum. Vena ingenij languentis a[illegible] iacentem eriget, accenſa caritate deuotio. Nunquam [illegible] it ille ſocialis affectus, qui inter nos longi temporis ex[illegible] coaluit. [illegible] acceſſit tua dignitas, non ſucceſſit, atque familiaritatis [illegible] tuæ [illegible]cu-

vinculum tua cathedra non diſſoluit. Si ambules ſuper pennas ventorum, ſi aſcendas in cœlos, vel deſcendas in abyſſos, mutationem ſtatus affectio non agnoſcit. Iam feruet, iam ebullit animus ad ſcribendum. Iam epiſtola præſens, quæ ab initio meticuloſa fuerat, animoſior ex amore, non minus imprudenter quam impudenter prodire appetit ad palpebras populares, ſeque temeraria audientiæ vulgari exponit. Ipſa tamen ſecurius lateret in ſinu conſcientiæ meæ, & prudentius inter ſilentij cardines clauderetur. Amore igitur illectus & tractus, quod ſine fictione didici, ſine inuidia *Sap.7.13.* veſtræ communico ſanctitati. Ille, in quo ſunt omnes ſapientiæ & ſcientiæ theſauri *Coloſ.2.3.* abſconditi, ipſe os meum in beneplacitum gratiæ ſuæ, & in vſum publicæ vtilitatis aperiat, ſpirituſque ſanctus bonarum mentium inſtitutor, per quem mihi velle adiacet, in me velle & perficere proſequatur. Si autem ſtilus iſtius epiſtolæ delicatis auribus ſonare aliquid durius videatur, parce ſeni, qui ſuper ſenes intelligis, qui a primis motibus adoleſcentiæ, ſtuduiſti tempora præuenire meritis, & ætatis inſufficientiam virtutibus compenſare, nec verba ex operibus metiaris. Audiſti, amantiſſime pater, de his qui ſedent ſuper cathedram Moyſis, quæ dicunt, facite; quæ autem *Mat.23.2.* faciunt, nolite facere. leuius eſt facienda præſcribere, quàm præſcripta implere. Nam & liber prophetæ traditus ad deuorandum, dulceſcit in ore ipſius: amaricatur *Apoc.10.10.* verò ad anteriora tranſmiſſus, Sicut Apoſtolus dicit. Accepiſtis ab eo, quomodo vos oporteat ambulare & placere DEO per omnia, ſic & ambuletis, vt abundetis ma- 1 *Theſ.4.20.* gis. Et ne longe exempla petere vos oporteat honeſtatis, vobis Epiſcopalis officij formam veſtri auunculi Rothomagenſis Archiepiſcopi doctrina præſcribit, cuius veſtigia, ſi velitis fideliter imitari, eritis ad mores compoſitus, liberalis, affabilis, manſuetus, in conſiliis prouidus, in agendo ſtrenuus, in iubendo diſcretus, in lo- al. *in arguendo.* quendo modeſtus, timidus in proſperitate, in aduerſitate ſecurus, mitis inter diſcolos, cum his qui oderunt pacem pacificus, effuſus in eleemoſynis, in zelo temperans, in miſericordia feruens, in rei familiaris diſpenſatione nec anxius, nec ſupinus, circumſpectus ad omnia, illorum quatuor animalium imitator, quæ ante & retro, *Apoc.4.6.* & in circuitu habere oculos prouidentiæ deſcribuntur. Conſtitutus es, venerabilis pater, inter filios prophetarum, aſcendiſti in montem Garizim, vt populo benedi- 1.*Cor.4.1.* cas. Igitur ſic te exiſtimet homo, vt miniſtrum CHRISTI, & diſpenſatorem myſteriorum DEI. hic iam quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur. Qualem te eſſe oporteat, veritas ſub clauſula reciſiore deſcribit: Fidelis, inquit, ſeruus, quem *Math.24.45.* Dominus conſtituit ſuper familiam ſuam: fidelis es, ſi quæ ſurſum ſunt, non quæ ſu- *Col.3 1.* per terram quæris, non quæ tua ſunt, ſed quæ IESV CHRISTI, & in ſymbolum publicæ vtilitatis conferas, quod tibi cœleſtis gratia prærogauit, fidelis es, ſi DEVM diligis propter ſe, & proximum propter DEVM. Infidelis verò es, ſi cõmunem naturam contemnis in altero, & imaginem DEI propriam non agnoſcis. Quære ergò, non quod tibi expediat, ſed quod multis. Quære cum Apoſtolo non datum, ſed fru- *Phil.4.17.* ctum. Intereſt gloriæ ſanctitatis tuæ ſuperintendere populo tibi credito, vt Epiſcopi nomen interpreteris Epiſcopali officio. Sapientibus & inſipientibus debitor es, *Rom.1.14.* ideò conſilioſius agere te oportet. Sapientia in ſui nominis libro dicit. Ego ſa- *Prou. 8. 12.* pientia in conſiliis habito, & eruditis interſum cogitationibus. Vtere conſilio *Eccli.32.24.* Salomonis: Fac, inquit, omnia cum conſilio, & non pœnitebis & adiungit: Cau- *Prou.25.9.* ſam tuam tracta cum amico tuo, & ſecretum tuum extraneo ne reueles. Si vſus fueris conſilio ſapientum, non eris ad vindictam vehemens, ad corrigendum ſeuerior, non immiſericors ad parcendum, non præceps in ſententiis, non in victu aut veſtitu notabilis, non feſtinus ad promittendum, non ad reddendum tardus, non ſubitus

in reſponſis, non auarus, aut prodigus in expenſis. Prius teipſum doce, quàm alios doceas: non eſt ſapiens, qui non eſt ſapiens ſibi. Cumque alij de pectore tuo, quaſi

Bern. l. 1 de conſid. c. 4. de fonte, hauriant, tu prius bibe de fonte putei tui: ſic deriuentur fontes tui foras, vt tui tamen immemor nō exiſtas. Maledictus, qui facit partem ſuam deteriorem. Qui

Eccl. 14. 5. autem ſibi nequam eſt, cui bonus erit? In animæ negotio, & in acquirenda hæ-

Gen. 24. 63. ditate cœleſti, nemo tibi germanior ſit teipſo. Egredere frequenter in agrum

Eccli. 1. 33. cum Iſaac ad meditandum, & iuxta ſententiam Salomonis, ſi concupiſcis ſapientiam, ſerua mandatum eius, & tibi Dominus eam dabit. Habeto tecum quorum vitam verearis & verba, qui te, etiam ſi velis, deuiare non ſinant. Refrænant præcipitem, confirment dubium, & excitent torpeſcentem. Inſolentia [illegible] eſt, non pro ratione, ſed pro libidine agere, & beſtiale eſt appetitum [illegible] ante-

Pſal. 48. 13. ferre. Scriptum eſt, homo cum in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt iu-

1. Ioan. 4. 1. mentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Non tamen credas omni ſpiritui, ſed prius proba, vtrum ex DEO ſit, ne forte veterator ille ſerpens, aliquid per malitiæ ſuæ inſtrumenta inſibilet; cuius aſtutias facile poteris deprehendere ex modo ſuggeſtionis, ex facie & geſtu, ex oblatione precum, & ex ipſa con[illegible]te. Et, vt omninò elidas machinationes apoſtatæ angeli, ſint quaſi in valle conſcientiæ tuæ timor DEI, ignis gehennæ, vitæ breuitas, incertitudo [illegible] & expectatio tremendi iudicij. Contra ſalutem & præter ſalutem tuam nihil facias, aut præcipias faciendum. Nam ſi collaterales tui aut alij, qui tuæ familiaritatis auctoritate vtuntur, offenderint, ſcis, quia in te culpa refundetur. Si [illegible] ratihabitio mandato comparatur. Illudque cenſetur opus tuum, cui proprium [illegible] mediante impartiris aſſenſum. Eſt qui ſibi ſoli credit, [illegible] eſt, & hoc dun-

al. obd. intentione. taxat reputat, quod obdurata ad in[illegible] concepit. Verbum Sapientis eſt. Itinera inſipientium recta ſunt in conſpectu eorum, ſed a Domino reprobantur. Et

Prou. 12. 15. idem. Sunt viæ, quæ videntur homini rectæ, & nouiſſima eorum ducunt ad pro-

Prou. 16. 25. fundum inferni. Omnia ergò cum conſilio & modeſta maturitate diſponas. Si rem propoſueris arduam, prius tecum delibera, poſtea cum multis, quorum fi-

Luc. 14. 28. dem probaueris: & iuxta Euangelicam parabolam: Prius ſedens computa ſumptus tuos, & cum rege congreſſurus, recenſe copias tuas domi, ne incauta propoſiti grauioris aſſumptio, tibi in erubeſcentiam conuertatur. Vbi autem [illegible] conſilium familiare non ſufficit, eorum conſilium explora, licet [illegible] non ſint, quos organa Spiritus ſancti eſſe non ambigis. Agis tamen melius & longe ſecurius ſi de ſola oratione confidis. Iam itaque non tuo, ſed Spiritu DEI [illegible] hi, qui ſunt filij DEI. Credimus autem quod & tu ſpiritum DEI habeas. Ne [illegible]

1. Cor. 9. 15. rapinis & exactionibus, aut obuentionibus & actionibus [illegible] de Euangelio viuas, ſicut conſtituit Dominus. [illegible] pro euangelizata fide tuæ contulit Eccleſiæ, [illegible] A multitudine grauium hominum aut equorum [illegible] tu verò ambules [illegible] feras angelorum. Semper [illegible] per cum domeſticis tuis

Gal. 1. 2. co[illegible] & Apoſtolus, qui non ab homine, ſed à D[illegible] cen[illegible]t cum hominibus conferendum. Ni-

2. Theſ. 2. 2. [illegible]. Et, vt verbo Apoſtoli vtar, à tuo ſenſu non

Eccli. 10. 4. [illegible] neque per epiſtolam, neque per ſpiritum, neque per [illegible]. [illegible] poteſtatem habentis ſuper te veniat, locum tuum ne deſeras, [illegible], ſed cum Apoſtolo tamen. Si angelus annunciauerit aliud, [illegible]

quod

quod ad CHRISTI gloriam ſpectat, anathema ſit. Nullum tempus feriatum habeas, ſed ſemper aut orationi, aut lectioni, aut alij honeſtatis ſtudio te impendas. Sic illi, qui tecum ſunt in operibus tuis legant, qualiter eos conuerſari oporteat, & tu eos in iuſtitia & ſanctitate præcedas. Felix illa anima, quæ aliis forma eſt ſanctitatis. Nunquam tibi deficiat, quod per te alteri proficiet: lucerna non minuitur alteram accendendo, nec ſoli diſpendium infert contemplantium multitudo. Poſuit te Dominus ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius, reddere Domino populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum, & cum omni diligentia parare Domino plebem perfectam. Quoniam dies mali ſunt, oportet te de malitia temporis in vſum animarum aliquid ſequeſtrare, quod componat mores, regat affectus, dirigat actus, ipſumque ordinem tuum ordinet & honeſtet. Adhuc replico. Semper ſis in exercitio ſcripturarum, nullumque tempus te inueniat ocio-
ſum: Ocium ſiquidem ſine litteris eſt, ſicut dicit Hieronymus, viui hominis ſe- *Sen.ep. 83.*
pultura. Ab infantia ſacras litteras didiciſti. Vide ne in vacuum gratiam DEI rece-
peris. Ædifices alios non ſolum verbo, ſed opere & exemplo, quia regnum DEI *1.Cor.4.20.*
non eſt in ſermone, ſed in virtute. Ædifices ſubditos in vultu, aſpectu, geſtu, habitu & inceſſu. Viuere, & non dare operam, vt recte viuatur, vitam perdere eſt. Omnia verò ſpiritualis exercitij lucra referas ad illius gloriam, qui eſt rex gloriæ. Fur enim & latro es, ſi tibi aliquid inde vſurpare præſumas. Illuc, vn-
de flumina exeunt, reuertantur. Animalia apud Ezechielem ibant & reuerteban- *Ezech.1.14.*
tur, quicquid gratiæ, conferebat eis, ad Dominum referebant. Veritas in Euan- *Io.5.44.*
gelio dicit: Gloriam ad inuicem quæritis, & gloriam quæ à ſolo DEO eſt, non *Math.6 5.*
vultis. Abſit, vt tibi dicatur à Domino, recepiſti mercedem tuam. Sed potius cum *Io.7.54.*
Domino dicas: Si ego quæro gloriam meam, gloria mea nihil eſt. Qui tumet ina- *1.Cor.15. 10.*
ni gloria, omninò vacuus eſt, tam plenus nihilo quàm ſuperbiæ vento. Si ergo *Luc.10.18.*
aliquid habeas, vnde debeas gloriari, non in te, ſed in Domino glorieris, & di- *2.Cor.12.*
cas: Gratia DEI ſum id quod ſum. In omnibus donis DEI extollentiam fuge, memor verbi illius dominici: Vidi Sathanam de cœlo cadentem. Si gloriari oportet, dicit Apoſtolus, de meis infirmitatibus gloriabor. Gloria enim prælati eſt, ſi ſeipſum miſerum iudicat & infirmum, inſufficientem oneri & honore indignum. Sunt qui honores virtutes reputant, ſuiſque meritis aſcribunt gradum eminentiæ, quem in ira DEI fortaſſis adepti ſunt; honoris aſſumptio multis tentatio facta eſt & ſubuerſionis occaſio. Igitur ſic præſis, vt proſis. Væ his, qui præſident hominibus, niſi præſideat eis DEVS. Semper tibi occultè, vel ad diſciplinas, vel ad lacrymas, vel ad alia, quæ citra hominis teſtimonium ſolus agere poteris, impone tibi iugum dominicæ ſeruitutis. Summum enim captiuitatis genus eſt, ſi ſine alicuius voti vinculo euagetur ad arbitrium ſuum licentia libertatis. In alto itaque ſedens, non alta ſapias, per omnia ſentiens humiliter, humilibuſque conſentiens. non ambules in magnis, nec in mirabilibus ſu-
per te: Sed ſi de bono conſcientiæ tuæ gloriaris, cum beato Iob dicas: Si iuſtus *Iob 10. 5.*
fuero, non leuabo caput. Non enim iuſtificabitur in conſpectu tuo Domine omnis *Pſal. 142. 2.*
viuens. Paulus, qui nihil ſibi conſcius erat, ſe tamen iuſtificatum negabat. Ego, in- *Phil. 3. 13.*
quit, non arbitror me comprehendiſſe. Et item: Non quod, inquit, acceperim,
aut perfectus ſim, ſed eorum, quæ retro ſunt, oblitus, ad anteriora me extendo. *2.Cor.11. 23*
Ipſe non de dominio, ſed de miniſterio gloriatur. Miniſtri CHRISTI ſunt, inquit, & ego. vt minus ſapiens dico, plus ego. In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter. In his tibi gloriandi forma

præſi-

ties Romanorum implorauerunt ſuffragium, eorum amicitia principibus & popu- *Vide* NOTAS.
lis Iſrahel, verſa eſt in ſingultum. Frequenti, quæſo, ſcrutinio diſpice, & attende, qua- al *exploraue-*
lis ex dono DEI ſis, & qualis ſis ex teipſo, & redde, quæ tua ſunt, tibi, & quæ DEI, *runt conſiliū.*
DEO. Recole quam miſerabilem, quàm infirmum, te de vêtre materno natura pro-
duxerit. Nudus egreſſus es de vtero matris tuæ, nudus natus es ad laborem, non ad
honorem. Si quid tibi diſpenſatio cœleſtis adiecit, ſemper timeas illud Pſalmiſtæ: *Pſal.72.18.*
Veruntamen propter dolos poſuiſti eis, deiecisti eos dum alleuarentur. Quidam E-
piſcopi regum munificentias, & eleemoſynas antiquorum abuſiuè baronias, & re-
galia vocant, & in occaſione turpiſſimæ ſeruitutis ſeipſos barones appellant. vereor
ne de illis queruletur Dominus, & dicat: Ipſi regnauerunt, & non ex me: princi- *Oſe.8.4.*
pes extiterunt, & ego non cognoui. Scias te aſſumpſiſſe paſtoris officium, non Ba- *Gen.46.34.*
ronis. Certè Ioſeph in Ægypto patrem ſuum & fratres inſtruxit, vt dicerent Pha-
raoni, viri paſtores ſumus. Maluit eos profiteri paſtoris officium, quam principis aut
Baronis. CHRISTVS dicit. Ego ſum paſtor bonus: tu verò conſtitutus es ab eo pa- *Ioan.10.11.*
ſtor aut villicus: villicatio tibi commiſſa eſt; & ſcias quia villicationis rationem red-
dere te oportet. Agricultura DEI tibi commiſſa eſt, opus eſt ſarculo vt agricolæ, ba-
culo vt paſtori. Sarculo, vt tanquam prophetæ filius euellas & deſtruas, ædifices & *Ierem.1.10.*
plantes. Baculo vtere, lupos ab ouili coërcendo, oues debiles ſuſtentando, erigendo al. *cohibendo.*
lapſas, erroneas reducendo. Semper autem inter fructus Epiſcopalis officij, æterna
temporalibus præferantur. Et quoties te circa curam poſſeſſionum turbatrix actiua
ſolicitat, nunquam tamen in te quies cōtemplatiua degeneret. Fac alium pro te mo-
lere, tu animarum ſaluti ſollerter intende. Vacuum à ſecularibus oportet eſſe ani-
mum, diuinæ ſeruitutis obſequio cōſecratum. Magnis addictus es, noli minimis oc-
cupari. Minima & vilia ſunt, quæcunque ad ſeculi quæſtus, & non ad lucra pertinent *1.Cor.6.4.*
animarum. Secularia negotia, ſi habueritis, dicit Apoſtolus, eos, qui contemptibilio-
res ſunt inter vos, conſtituite ad iudicandum. Si autem ad te intrauerit cauſſa paupe- *Pſal.75.10.*
ris, cauſa pupilli & viduæ, iudica in iuſtitia pauperes, & argue in æquitate pro man-
ſuetis terræ. Fac iudicium iniuriam patientibus, procura humilibus pacem, rebelli-
bus obedientiam, clauſtris quietem, ordinem monaſteriis, clericis diſciplinā. In iu-
diciis nūquam ad rumuſculos mouearis, nec tibi obrepat furtiua ſuſpicio. Dominus
Iudam, quem proditorem nouerat, quia non conuincitur, non condēnat. parcit mu-
lieri in adulterio deprehenſæ, eo quod non appareat accuſator. Non Sodomam ſub- *Ioan.8.11.*
uertit, donec deſcendat & videat, vtrum clamorē opere cōpleuerint. Ego inquit, ſic- *Gen.18.21.*
ut audio, ſic iudico, cuius audire eſt ſcire. Tu verò non niſi ex aſſertione partium, &
rationabili animi motu cenſeas ad ſententias procedendum. Duo ſanè ſunt, quæ in
iudicio faciunt cordis oculū caligare, ira & cupiditas: hæc duo remittenda puniunt,
& punienda remittunt. Ira ſiquidem iuſtitiā DEI non operatur. Cupiditas verò dum, *Iac.1.20.*
quæ ſua ſunt, quærit, iudicia DEI tremenda contemnit. Tu verò manus tuas excute *Iſa.33.15.*
ab omni munere, & quod gratis acrepiſti, da gratis. Non ſis de numero illorum, qui *Math.10.8.*
ſequuntur retributionem, nec vendas conſcientiæ tuæ libertatem. Nemo poſſit tibi *Gen.14.23.*
dicere; ditauimus Abraham: ſed cum Samuele fiducialiter dicas: loquimini coram
Domino & CHRISTO eius, vtrum bouem cuiuſquam tulerim aut equum, ſi quem-
piam calumniatus ſum, ſi oppreſſi aliquē, ſi de manu cuiuſquam munus acceperim,
& contemnam illud hodie, vobiſque reſtituam. Si mentem tuam munerum cupidi-
tas titillauerit, ibi moriatur, vbi oritur nequiſſimum germen, & in ſuæ matris vtero
præfocetur. Reuolue in animo tuo quantum ex honoris aſſumptione profeceris, & *Examen con*
ex quotidiana collatione ſpirituales virtutum metire profectus, vtrum ſis inſolen- *ſcientiæ.*

tior aut humilior, affabilior vel auſterior, manſuetior aut grauior, liberalior aut auarior. Ex quadam enim obligatione, quæ tuo annexa eſt officio, exigitur à te ſpiritualium frugum menſura propenſior, vt ſis deuotior in oratione, in lectione ſtudioſior, in caſtitate cautior, parcior in ſobrietate, patientior in duris, in riſu rarior, ſuauior in conuerſatione, grauior in vultu, & geſtu, & habitu, moderatior in verbis, profuſior in lacrymis, in charitate feruentior. Redde conſcientiæ tuæ de quotidianis actibus rationem, vide ſi diem & noctem ſine cuiuſlibet peccati macula tranſegiſti. ſi minus legiſti, aut oraſti, ſi in verbo, ſi in cibo, ſi in potu, ſi in ſomno temperantiæ modum exceſſiſti, & ſcias non modicam eſſe temporis illius iacturam, quod in otio aut fabulis expendiſti. Cæteri diuites ſunt in latibulis ſuis, ſicut leæna in fouea, ericius in antro, leo in ſpelunca. Tu te omnibus exhibe, cogitans te omnium ſeruum, nec tibi ſed cunctis genitum te viuere credas, datum indoctis doctorem, conſolatorem pauperum, ſolatium oppreſſorum, patrem orphanorum, defenſorem
al. *adhæc* viduarum, & omnibus debitorem. Adhuc replico, vt ad eruditionem plurium in ſacra ſcriptura te exerceas, vt quod tibi conuerſatio curialis quandoque præripuit, gratia magiſtrante recuperes. Ocioſitas inimica eſt animæ. Si non legis, ſi non ſtudueris, dormitabit anima tua præ tædio, & hoſtes tui animæ tuæ ſabbatha deridebunt. Tu igitur, præſul optime, animarum ſaluti omnia poſtpone. Tanto enim digniores ſunt animæ corporibus, & vniuerſis, quæ humana ambitio concupiſcit, quantum dignitate præeminet cœlum terræ. Et, vt verbo Apoſtoli ad Timotheum
1. Tim. 4. 12. ſcribentis liceat mihi vti. Nemo contemnat adoleſcentiam tuam, ſed eſto exemplum fidelibus verbo & conuerſatione. Semina ſuper omnes aquas, ſuper bonos & malos, publicè & priuatim. Modis omnibus caue, ne ſecularibus te inuoluas. Nulla enim conſonantia eſt ſpiritus DEI ad ſpiritum huius mundi; permane in vocatio-
1. Io. 5. 19. ne tua. Mundus in maligno poſitus eſt. Noli æmulari in malignantibus, ſed permane in vocatione tua, ſecundum menſuram regulæ, qua menſus eſt tibi DEVS. Hodie apud quoſdam conſiſtit in his duntaxat Epiſcopalis auctoritas, vt creta vel fimo ager ſationarius impinguetur, vt multiplicentur viuaria, & clauſulæ ferarum, poſſeſſionumque termini dilatentur. In ædificandis palatiis, molendinis, & furnis. In augendis redditibus tota pontificum ſolicitudo feruеſcit. Nunquid vox Saluatoris eſt ad principem Apoſtolorum & præſulum: ſi diligis me, excole terras, ædifi-
Ioan. 21. 17. ca domos altas? Legimus eum dixiſſe ad Petrum. Si amas me, paſce oues meas.
al. *paſtoris.* hæres es & Vicarius Petri, paſce oues meas euangelizando, fac opus euangeliſtæ
paſce. & paſtoris, non erubeſcas euangelium, ſi erubeſcendum non credis paſtoris officium. Inſta importunè opportunè, miniſterium tuum imple. Miniſterium tuum plus oneris habet, quam honoris. Si affectas honorem, mercenarius es: ſi onus amplecteris, potens eſt Dominus augere gratiam ſuam, vt lucra ex lucris, & ex profectibus profectus accedant. Quod ſi abhorreas onus, & inſufficientem te reputes, ſera querela eſt, prius ſediſſe debueras & æſtimaſſe opus, ſarcinulam ponderaſſe, computaſſe virtutum ſumptus & dignitati meritum comparaſſe. Si te tamen deterreat labor plus ſolito, ſpes mercedis inuitet; vnuſquiſque enim ſecundum ſuum la-
1. Cor. 3. 8. borem mercedem accipiet. Si te curialium & maximè ſcacarij labyrinthis immerſe-
al. *ſcutarij.* ris, magna ſpiritualis exercitij diſpendia patieris. Nemo poteſt duobus Dominis ſer-
Mat. 6. 24. uire, DEO & mammonæ. Non excidat à te, quomodo in tonſura capitis, quando electus es in ſortem domini, renunciaſti ignominiæ laicali. In die autem conſecrationis tuæ, ſuper abrenunciatione ſecularium emiſiſti vota, quæ diſtinxerunt labia tua. Alligatus es verbis oris tui, vbi ad conſecrantis interrogationem ſine exceptio-

ne ali-

ne aliqua promiſiſti, quod de cætero à terrenis negotiis, & à turpibus lucris te alie-
nares, tuamque ſolicitudinem diuinis ſemper negotiis mancipares. Quid tibi ad
fiſcales redditus, vt vel horula breui curam poſthabeas animarum? Nunquid
CHRISTVS te ad telonium elegit? Matthæus ſemel inde aſſumptus, denuo ad
ipſum non rediit. Non ſis ergò in turba eorum, qui ſecularia ſpiritualibus antepo-
nunt, glutientes camelum, culicemq; liquantes. Legimus, quod in diebus Conſtan- *Rufin. l. 10.*
tini, quidā Epiſcopi principi adulantes, maiorem reuerentiā regalibus edictis, quàm *hiſt. c. 2.*
ſanctionibus euangelicis exhibebant. Sunt & hodie, quibus commiſſa erat diſpen- *Greg. l. 4. ep.*
ſatio verbi DEI, qui ſilent à bonis, canes muti, non valentes, immò non volen- *75.*
tes latrare, niſi fortè euangelicæ libertati obgrunniant, & oblatrent: conuerſi e-
nim ſunt in arcum prauum, præbentes ſeipſos arma iniquitatis peccato. Iuſtè iu-
dicate, qui iudicatis orbem: nam & ille, qui terribilis eſt ſuper filios hominum,
etiam iuſtitias iudicabit. Verbum prophetæ eſt, væ qui conditis leges iniquas, & *Pſal. 9. 5.*
iuſtitiam iuſti aufertis ab eo. Vis, vt aliqua lex tibi gratia exempli proponatur? *Iſa. 4. 23.*
Pauperrimus aliquis inhorreſcit nuditate & fame, videtque vxorem & familiam
ſuam inedia lethali tabeſcere, certè eis mors imminet, niſi rapiat aut furetur; fu-
ratur itaque modicum aliquid dubium vitæ diſcrimen eligens, vt certum pericu-
lum mortis & famis anguſtia importabilis euitetur. Miſerabilis homo in furto de-
prehenditur, & damnatur ad mortem. Iudices verò nec miſeriam pauperis, nec
vrgentiam neceſſitatis, quæ ipſum ad furandum compulit, penſant. Nunquid iu-
ſtiores ſunt DEO, qui in lege, quam dedit Moyſi, pecuniaria mulcta, fures puni-
ri decreuit? Nunquid eſt æquior lex eorum lege imperiali, quam vigilanti ſtu-
dio & exactiſſima deliberatione ſanciuit æquitas? Illa equidem inter furem ma- al. *antiquitas.*
niſeſtum & non manifeſtum circumſpectè diſtinguit, & hunc in duplum, il-
lum verò in quadruplum punit. Porrò ſicut Ieremias deplorat, adulteris ple- *Ier. 9. 2.*
na eſt terra, & paſſim coniugati atque ſoluti ad vxores hinniunt alienas; pau-
per rapiens alienam ouiculam ſuſpenditur, adulter alienam vxorem rapiens,
patientiſſimè ſuſtinetur. Hæc eſt deteſtabilis patientia, quam Apoſtolus iro- *2. Cor. 11. 19.*
nicè proponebat; libenter, inquit, ſuffertis inſipientes, cum ſitis ipſi ſa-
pientes. Audiant itaque noſtri reges, quod rex ſapientiſſimus Salomon in pro- *Prou. 8. 31.*
uerbiis ſuis dicat: Non eſt grandis culpa, cum quis furatus fuerit; furatur e-
nim, vt eſurientem impleat animam: deprehenſus quoque reddet ſeptuplum:
qui autem adulter eſt, propter cordis inopiam perdet animam ſuam; turpitu-
dinem & ignominiam congregat ſibi, & opprobrium illius non delebitur. Lex *Leu. 20. 10.*
Moſaica & Imperatoriæ ſanctiones adulteros, & eos qui nefando coitu legem na- *Inſtin. §. item*
turæ impugnant morti addicunt. Propterea etiam principibus datus eſt gladius ad *lex Iul. de a-*
vindictam malefactorum: ipſi verò abominationes eorum diſſimulant, aut per im- *dult. de publ.*
punitatem potius fouent. Videntes furem currunt cum eo, & portionē ſuam cum *iud.*
adulteris ponunt, & polluti labij participio peccant, & nō cor[illegible]unt, vt eis cōueniat, *Sueton. in O-*
quod Apoſtolus dicit. Propterea vos non corripitis, quia eadem ſæpius agitis. Omnia *ctauio c. 65*
illicita committuntur impunè, nulluſq; pro diuinæ legis præuaricatione damnatur: *Rom. 13.*
immò laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & iniquus benedicitur. Impuni- *Rom 2. 1.*
tas eſt equidem negligentiæ filia, contumaciæ mater, radix peccati, nutrix adulte- *Pſal. 10 3.*
rij, & inceſtus, mortis æternæ præambula, præparatrix inferni, per impunitatem *Impunitas ra-*
impiorum malitia conualeſcit, per hanc in ſuis ſtercoribus miſeri computreſcunt, *dix vitiorum.*
atque peccatorum ſuorum bibentes vrinam gloriantur, cum male fecerint, & exul-

ſta homines hodie, non ſolum de captione ferarum, ſed de ſimplici captionis ſuſpicione condemnat. Succiduntur membra, quæ in cauſam humanæ propagationis natura creauit, effodiuntur oculi, pedes etiam manuſque truncantur, & homo qui ad imaginem & ſimilitudinem DEI creatus eſt, in ſui creatoris contumeliam, horribiliter deformatur. hanc equidem & alias odibiles DEO leges Dominus rex non inſtituit, ſed inſtitutas inuenit, quæ ſicut conditoribus verſæ ſunt in æternum ſupplicium, ita domino Regi cederent in præmium ſalutis æternæ, ſi eas hortatu veſtro, aut omnino delere ſtuderet, aut ex parte aliqua temperaret: DEVS equidem propter hominem beſtias fecit. Et ſicut legitis in Geneſi, voluit & præcepit Dominus, hominem piſcibus maris, auibus cœli, & beſtiis terræ, & cunctis animantibus dominari. vt taceam de coniugiis, quæ per violentiam contrahuntur, de pupillorum cuſtodiis & tutelis, quas ſola dictat ambitio, & de aliis enormitatibus innumeris, quas refrigeſcente charitate multorum communis abuſio introduxit. Tuum ſaltem excitet zelum, quod eccleſiaſtica dignitate calcata, vineam Domini, quam plantauit dextera eius, exterminauit aper de ſylua. Miſereatur Dominus vineæ ſuæ, & exſurgat eo inſpirante aliquis ex filiis excuſſorum, qui auulſas propagines eius in ſanguine ſuo ſtudeat replantare. Poſitus es inter principes populorum, inter patres conſcriptos, quibus dati ſunt gladij in manibus eorum ad faciendam vindictam in nationibus. Exſurge igitur homo DEI, ex aduerſo aſcende, ad opus fortitudinis re accingens: ſuccurre plagæ Eccleſiæ: vende cum Apoſtolis tunicam, vt emas gladium, ignitum eloquium, & ſpiritum vehementem. Arma potentia DEO ad conuincendam omnem inobedientiam, ad captiuandum omnem intellectum in obſequium CHRISTI. Vas electionis es, vt portes nomen Domini coram gentibus & regibus. Euaginato linguæ gladio, in executionem Epiſcopalis iuſtitiæ, iuxta formam quæ tuæ profeſſioni annexa eſt, circumcurre. vultus tuus ſit ſuper facientes mala. Clama iniquis, nolite iniquè agere, & delinquentibus, nolite exaltare cornu. Dominus Ieremiæ, & in Ieremia loquitur tibi dicens. Sta in atrio domus Domini, & loquere ad omnes, ſi forte audiant & pœniteant, & conuertantur à via ſua mala. Vade & clama ſermones iſtos. Reuertere aduerſatrix Iſraël, dicit Dominus, & non auertam faciem meam à vobis. Conuertimini filij Iſraël reuertentes. Duo ſunt, iuſtitia & libertas, pro quibus quiſque fidelis vſque ad ſanguinem ſtare debet. Si ergo res exegerit, pro iuſtitia & libertate Eccleſiæ, non dubites, facultates tuas raptoribus, famam ludibrio, fortunam periculis, & caput hoſtilibus gladiis obiectare. Delectabile ſpectaculum eſt angelis, ſi ſit homo pro iuſtitia opprobrium abundantibus & deſpectio ſuperbis. Apoſtolus non verebatur vitam ſuam periculis exponere pro ſubiectis. Et ego, inquit, ſuperimpendar pro animabus veſtris. Cum DEI beneficiis etiam angeli ſe impares fateantur, quid ei retribuere potes pro omnibus, quæ tibi eius gratia prærogauit? Pro te poſuit ad mortem animam ſuam, quid ergo vereris pro eo ponere vitam breuem, fragilem & incertam? quam lex mortis in proximo exactura eſt, & nunc eam ſalubrius poſſet offerre deuotio? Vtinam daret voluntas, quod neceſſitas extorquebit, & quod tunc ſoluetur ex debito, nunc offerretur ex voto; teſtimonio veritatis, qui vitam ſuam perdiderit, eam cuſtodiet, & qui eam cuſtodierit, perdet. longe conſultius eſt perdere illam, vt cuſtodias, quam cuſtodire vt perdas. Si ergo CHRISTI diſcipulus es, igneſcat zelus tuus, exſurgat Epiſcopalis auctoritas, nec inueniaris in magnis minimus, qui magnus in minimis exſtitiſti. Si longa eſt manus Regis, longior debet eſſe manus Epiſcopi. Arripiat iudicium manus tua. Si dixeris, plaga magna eſt, & curari non poteſt. Scias quia

Geneſ.1.26. *Luc.22.36.* *Ierem.26.2.* *Ierem.3.12.* *2.Cor.12.15.* *Matth.10.39.*

maior eſt diuina miſericordia, quam humana miſeria. Spera & confide in eo, qui
Luc.10.35. poſuit adiutorium ſuper potentem, cui non erit impoſſibile omne verbum. Sta-
bulario dictum eſt. Curam illius habe. Curam habere & non curare præciperis. Cu-
ra ergo & labora: nam ſi ægrotum non curaueris, impleſti tamen medici vices, ſi ni-
1.Cor.15.10. hil ex contingentibus omiſiſti. Apoſtolus non dicit plus profui, ſed plus omnibus la-
boraui. DEVS autem mercedem laborum ſanctorum, non ex prouentu laboris, ſed
2.Cor.11. ex labore metitur. Ideo Paulus non in plurima obuentione laborum, ſed in pluribus
laboribus gloriatur. Annuncia populo ſcelera eorum, ſi obduratæ frontis ſunt, & tu
è diuerſo frontē tuam obdura, frontē duram fronte duriore obtundas, & dicat tibi
Baruch 8.8. Dominus, quod legitur quandoq; dixiſſe prophetæ: dedi frontē tuam duriorem fronti-
Actor.20.26. bus eorum. Sufficit, ſi cum Apoſtolo ſecura conſcientia dicere merearis. Conteſtor
vos hodie, quia mundus ſum à ſanguine omniū veſtrum. Non enim ſubterfugi, quo
Hieron. in c. minus annunciarē vobis omne conſiliū DEI. Sicut B. Hieronymus ſcribit. Maluit Io-
11.Matth. annes periclitari apud regem, quā diuinæ legis ſilere iuſtitiam. Helias contra Achab
& Iezabel, & Ioannes contra Herodē & Herodiadem miſſi ſunt. Vide, ſi & tu à DEO
miſſus es, vt magnates terræ arguas, Achab & Herode peiores. Conſtat enim Achab
Iudæum, & Herodem proſelytum fuiſſe. damnabilius antē eſt in Chriſtiano quodli-
bet crimen, quam in proſelyto vel Iudæo. Sic ergo ſtudeas implere Pontificem, vt in
Rom.14.8. Domino viuas, & in Domino moriaris. Verbum Apoſtoli eſt: ſiue viuimus, ſiue mo-
rimur, Domini ſumus. vita quidem confeſſorem, cauſa martyrem facit. vbi autem
perſecutionis cauſa non imminet, pia in ſeipſum crudelitas & deſiderium patiendi,
vicem martyrij recompenſet. VALE.

INVECTIVA

IN DEPRAVATOREM OPERVM BLESENSIS.

EXHORTATIVNCVLAM tuam cum gratiarum actione multiplici
ſuſcepiſſem, niſi præblādientis ſuauiloquij lenitas captioſa in euiden-
al.eloquij. tis iniuriam conuitij euaſiſſet. Scriptū eſt, quia omnis homo primùm
Ioan.2.10. bonum vinum ponit, nec propinantur venena niſi melle condita. Si
Opuſculi in Prologum iſtius opuſculi mei ſuper Iob diligentius inſpexiſſes, me ſa-
Iob dicta ad- tis excuſabilem faciebant ea, quæ mihi liberum ſcribendi arbitrium inuidebant. Sa-
uerſarius ca- nè ante opuſculum illud nondum hoc genus ſcribendi attigerā, ſimpliceſq; laboris
uillatus erat. mei primitias, quas in CHRISTI obſequium dedicabam, & tunc primò naſcentem
1.Reg.21.13. ſtudij mei ſpiritualis infantiam exquiſitis machinationibus impugnaſti. Parcere ſim-
Ierem.1.6. plicitati debueras, nec in deriſionis materiam dare ſaliuas decurrentes in barbā Da-
Rom.7.14. uid, & verba infantilia Ieremiæ. Et ego quidem carnalis homo ſum, & venundatus
ſub peccato: tu verò regularis Canonicus, & ſpiritualis homo, quod in canonica epi-
Gal.6.1. ſtola legitur, recolere debuiſſes. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos,
Pſal.140.5. qui ſpirituales eſtis, inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis. Vtinam corripiat me iu-
ſtus in miſericordia & increpet me. Benigna enim eſt correctio, quæ ex caritate pro-
cedit: nam & caritas benigna eſt. porrò ex abundantia cordis, & ex adipe iniquita-
tis os tuum locutum eſt. ideò lingua cedens proximum vulneras, calamum quaſſa-
tum conteris, & extinguens linum fumigans in ſpiritu vehementi conteris naues
Tharſis. Sciolus es, paucæque litteræ faciunt te inſanum. Volens ergo conſtituere
iuſtitiam

iuſtitiam tuam, conuerſus es in verba malitiæ, aliosq; iudicans & diffamans, venaris tibi ex aliena deprauatione fauorem. Pro minimo tamen mihi eſt, vt à te iudicer, aut *1.Cor.4.4.* ab humano die. Qui enim iudicat me, Dominus eſt. Quis te conſtituit iudicem ſuper nos? Tu quis es, qui iudicas ſeruum alienum? Domino ſuo ſtat, aut cadit. ſtabit *Rom.14.3.* autem. Ego verò, quem imprudentius & impudentius arguis, arguam te & ſtatuam contra faciem tuam, vt diſcas non blaſphemare. Apponam ergo ſagittas potentis acutas contra linguam doloſam, maledicam, magniloquam, ſcurrilem, diſſolutam: loquar contra ſibilos ſerpentis antiqui: nam in lingua tua loquitur, qui quondam in ſerpente locutus eſt. Lingua ſiquidem detractoria, vipera eſt, leniter tranſit, & *LINGVÆ* grauiter percutit. membrum ſubſtantia modicum, malitia magnum. Et, vt verbo B. *mala.* Iacobi vtar: lingua modicum membrum eſt, ſed plenum veneno mortifero. Si quis *Iac.3.5.* putat ſe religioſum eſſe, non refrenans linguam ſuam, huius vana eſt religio. Reli- *Iac.1.26.* gioſum te putas, quia religionis habitum geris, ſed ſanctitas & lingua viperea ſimul eſſe non poſſunt. Sanè vir linguoſus non dirigetur in terra: incircumciſa enim la- *Pſal.139.12.* bia plurimum ſordis ſibi coagulant; & omne vas, quod non habet coopercu- *Num.19.15.* lum, in lege Domini reputatur immundum. Verbum Iſaiæ eſt. Cultus iuſtitiæ ſi- *Iſa.32.17.* lentium. Vtinam poſuiſſes oſtium circumſtantiæ labiis tuis, & non profiluiſſes vſque ad maledicendum. Maledici enim regnum DEI non poſſidebunt. Ad ri- *1.Cor.6.10.* xas me inuitas inuitum. Teſtimonio enim Salomonis: qui dimittit aquam, ca- *Prou.17.14.* put eſt iurgiorum; & lingua occaſio eſt ſcandali, quoties in detractionis profluuium tè diffundit. *Qui me commôrit, (melius non tangere clamo) Flebit, & inſignis* *Horat lib.2.* *tota cantabitur vrbe.* Vtinam tacuiſſes, vt prudentior appareres. ſed vnde me no- *ſerm.ſat.1.* ſti? *Non expectabo vulnus ab hoſte tuli.* Porrò licet faciem tuam non viderim, ego *Ouid. epiſt.6.* te intus & in cute noui. Exiſtimaſti iniquè, quod eſſem tui ſimilis. Ego quidem *Heroi.* in opere meo ſimpliciter ambulabam, tu verò doloſè agebas in lingua tua. Seminabam triticum, & tu inimicus homo ſuperſeminabas zizania. Noli quæſo loquendo ſublimia gloriari. non plus ſapere, quàm oportet ſapere. alta enim ſapere mors eſt. & facilè periclitatur, qui ſe in alto proſpiciens obſtupeſcit. Dicis, & ſcribis, quia me non vidiſti. gaudeo planè, quod me non videris. Iam ſpiritum aſpidis in te ſenſi. vtinam me non videat oculus baſiliſci. Inuide & detractor DEO odibilis, quid me mordes? Qui enim detrahit, dicit Eccleſiaſtes, ſic- *Eccl.10.11.* ut ſerpens, qui mordet in occulto. Si inuicem mordetis & comeditis, dicit Pau- *Gal.5.15.* lus, nonne ab inuicem conſumemini? Si ore ad os diſputatio & conflictus eſſet inter nos, patientius ſuſtinerem. Facilè eſt tibi impugnare abſentem: teſteque Hieronymo, delicata doctrina eſt, pugnam dictare de muro. In me vtinam experiaris & oris & operis vocem. Tutum tamen mihi eſſe non arbitror cum homine cerebroſo contentioſum funem trahere, & contra conſilium Salomonis, ſtulto iuxta *Prou.26.5.* ſuam ſtultitiam reſpondere. Meas ergò iniurias diſſimularem ſilentio: ſed vereor ne deterioris in te præſumptionis excitet incentiua vaga & effrænis impunitas. Epiſtolam ſcribere inceperam, ſed exuberans materia loquendi non patitur ſe ad epiſtolare compendium coarctari. In librum ergò epiſtola creſcit, & euenit Salomonis ver- *Eccl.12.12.* bum, quia faciendorum librorum non erit finis. Decebat ordinem tuum ea ſcribere, quæ publicæ vtilitati proficerent, quæ mentem reficerent, quæ omnem intellectum in ſeruitutē & obſequium CHRISTI redigerent. Tu verò Apoſtolicæ profeſſionis oblitus, cui dederas nomē, & illius, quę ſecundum pietatem eſt, doctrinę, vt *1.Tim.6.4.* verbo Apoſtoli vtar, ſuperbus & nihil ſciens, languens circa quæſtiones & pugnas *al. matrimo-* verborum cum illis, qui detractioni & ſcurrilitati vacant, matronalem adulteratis *nialem.*

ſaciæ

in eleemoſynarum gratia munificè & magnificè ſe effudit, & adhuc eleemoſynas illas narrat Eccleſia Sanctorum. Teſtimonio multitudinis aulicæ quandoque ad meæ paruitatis inſtantiam, eo adiuuante, in cuius manu ſunt corda regum, magna debita perſonis Eccleſiaſticis condonauit, relaxauit compeditos, & damnatorum ſupplicia leuigauit. *Prou.21.1.* Illud autem æquanimiter ferre non poſſum, quod abiecto conſilio & congregatione iuſtorum, qui prius fueras canonicus regularis, factus es canonicus inſularis. Signum ægrotantis animi eſt, quod exis à conuerſatione communi, ſolitudinem congregationi prætuliſti, & inſulam clauſtro. *Solitudo periculoſa.* feciſti te anathema fratribus tuis, terram promiſſionis pro Ægypto, pro Babylone Hieruſalem, & cœlum deſeris pro inferno. Quid tibi & ſolitudini? væ ſoli. Multos in diſcrimen animæ ſolitudo deiecit. Errauerunt in ſolitudine quidam, & à ſerpentibus perierunt. *Iudith 8.25.* Ego ſerpentes reputo vipereas cogitationes, quæ te in ſolitudine obſederunt. Ibi tentationum turba te circumſtrepit, ibi multiplex vitiorum exercitus te infeſtat: cumque videaris euaſiſſe fremitus mundi, mundus in hac ſingularitate tua tibi cum multiplicibus phantaſiis inſultat. Sedere poſſes in clauſtro ſolitarius, & tacere, & leuare te ſuper te. Ibi ſunt, teſtimonio Iob, qui ædificant ſibi ſolitudines, ibi inter multos *Iob 3.14.* poteras eſſe tecum. Nunc autem ſolus es, & tamẽ in turbis affectuum. Habebas in clauſtro ſecretum ſolitudinis, locum pœnitentiæ, pacem animæ, contemplationis arcanum, gaudium in Spiritu ſancto, conſilium in hæſitatione, in tentatione remedium, & in omnibus efficax beneficium medicinæ. *Cœnobij laudes.* Ibi virtutum ſchola eſt, ſummus ibi modeſtiæ vſus, morum regularitas, legendi libertas, fraternitatis affectio, omnium communicatio, diſciplinæ vigor, lex obedientiæ, vinculum caritatis, & mutua obſequela. Verum moleſtus eſt tibi pœnitentiæ labor, abſtinentia oneroſa, importabilis diſciplinæ auſteritas, quæ ſola eſt clauis innocentiæ, religionis anchora, cuſtodia cordis, & peremptoria prorſus appetitus illiciti. *Diſciplinæ auſteritas religionis anchora.* Propter quod propheta nos admonet apprehendere diſciplinam. Et Apoſtolus dicit. Si eſtis extra *Pſal.2.* diſciplinam, ergo filij adulteri eſtis. *Hebr.12.8.* Vereor, ne qui ſpiritu cœpiſti, carne conſummeris. *Gal.3.3.* Et ne te tangat illud Iſaiæ verbum. concepiſti ardorem, & ſtipulam peperiſti. *Iſa.33.11.* Primam enim fidem irritam faciens, ſub quodam religionis colore fundamentum initiatæ religionis euertis, tuamq; animam quaſi ſub iactu aleæ ponens in ſalutis & famæ tuæ periculum te denoluis. Scriptum eſt. Qui amat periculum, in eo peribit. *Eccli.3.27.* Et nunc quid tibi vis in via Ægypti? & quid tibi in via Aſſyriorum, vt bibas aquam turbidam? Aquam Siloes reſpuiſti, & elegiſti aquas Raſin, dereliquiſti fontem aquæ viuæ, *Iſa.8.6.* fodiſti tibi ciſternas veteres, quæ aquam continere non poſſunt. *Ier.2.13.* Nam vt ſermonibus extraordinariis & ſcurrilibus vaces, tanquam ferus de ſylua, ſingulariter viuis, *Pſal.79.14.* & qui de radicibus & herbis, ſi verus anachorita eſſes, ſuſtentari debueras, tibi & puero tuo fratrum tuorum veſtes & alimenta vſurpas. Porrò, cum duæ ſint leges, interior & exterior, licet tibi, & his qui tibi blandiuntur placeat ſingularitas tua, ſpiritus tamen veritatis, qui neminem palpat, & ipſe eſt lex interior, te accuſat & damnat. Aſſueſce igitur iugo Domini frater inuiſe: te enim non vidi. Pone, ſicut dixit Salomon, pedem tuum in compedibus illius, & ne accedieris in vinculis eius. *Eccli.6.26.* Vides, quia omnis creatura vanitati ſubiecta eſt, & in *Rom.8.20.* imagine pertranſit homo. *Pſal.38.7.* Non ergo aliquo ſingularitatis obtentu deſeras domum tuam, ne alibi domum tibi ædifices ad gehennam. In ea vocatione, in qua vocatus es, finaliter perſeuera. Apoſtolus enim ad Theſſalonicenſes ſcribens. *1.Theſſ.4.11.* Operam, inquit, detis, vt quieti ſitis, & veſtrum negotium peragatis, negotium ſalutis inſinuans. Idem ad Corinthios ſcribens. Fratres, inquit, mei dilecti, ſta- *1.Cor.15.48.*

biles eſtote & immobiles in opere DEI ſemper. Clauſtrum ſemel ingreſſus clauſiſti te, & CHRISTI vinculis alligaſti. Clauſus es & alligatus per Ordinis cenſuram, per diſciplinæ obſeruantiam, per ſtabilitatis promiſſionem, per clauſuram reuerentiæ & timoris, per obedientiæ ligaturam. Clauſuram hanc ille abiecerat, de quo Salomon, improperans dicit. Per agrum pigri hominis tranſiui, & per vineam ſtulti, maceria lapidum deſtructa erat, totumque repleuerant vrticæ & ſpinæ. Quaſi aliquid cæteris altius & cœleſtius ſapias, libertatem tibi cuiuſdam familiaritatis vſurpas. Scias autem, quod recedens à clauſtro elongaris à DEO; nec te potes facere liberiorem, quàm ſi clauſtralem diligas & impleas ſeruitutem. Sane tua te litteratura inſanum & præuaricatorem regularum obſeruantiæ facit. Sed iuxta verbum Sapientiæ, melior eſt homo minoratus ſapientia, & ſenſu deficiens in timore, quam qui abundat ſenſu & tranſgreditur legem DEI. Ideo te in ſolitudinem recepiſti, vt ſcurriles ineptias licentius mediteris, atque in opinionis alienæ diſcrimen poſſis liberius euagari. Ea propter te iam non annumero inter lupos rapaces, qui veniunt ſub veſtimentis ouium, ſicut me quoſdam religioſos inſimulaſſe cauſaris, ſed inter pulices mordaces te pono, inter demolientes tineas, inter cynomias & ciniphes, & muſcas Ægypti grauiſſimas. Quare de quadrantibus nos arguis, qui de oblationibus pauperum, & de viduarum quadrantibus viuis? Nonne Prior tuus Eccleſiis apponit Eccleſias, & redditum redditui, atque poſſeſſionem poſſeſſioni accumulat? Quod ſi ad colorandam turpitudinem culpæ titulum publicæ vtilitatis allegas, ſcias, quia nec eum defendit numerus, nec multitudo conuentualis excuſat. non enim minus ardebit, qui cum multis aut pro multis ardebit. Cum vero Apoſtolus dicat, hoc ipſum delictum eſſe in vobis, quod veſtra repetitis, & non potius iniuriam patiamini: tu pauperrimus pauperiſta de legibus garris, & contra Turonenſe Concilium, contra legem DEI, & animæ tuæ perniciem vſurpas officium poſtulandi. Quid tibi, & togatorum profeſſioni? qui mortuus eras mundo, & complantatus ſimilitudini mortis CHRISTI? Abiecta lege Domini, quæ immaculata eſt, conuertens animas, legibus decurtatis & correptis in libro pauperum te exerces, vt in cauſis non ex originali ſcriptura, ſed ex integro & corrupto alleges. Certè, ſicut Tripartita hiſtoria refert, Ioannes Chryſoſtomus, licet iuris ciuilis ſcientia præeminerct, rogatus tamen a familiaribus ſuis, vt eorum cauſas ageret, nomen ſemper abhorruit aduocati. Nam in homine religioſo vile & abiectum eſt aduocationis officium: quod ſatis inſinuat Apoſtolus dicens. Sæcularia negocia ſi habueritis, eos qui cōtemptibiliores ſunt inter vos, conſtituite ad iudicandum. Iſti ſunt cilicia & pelles, de quibus loqueris, qui foras ad puluerem exeunt & laborem; & vtinam tendantur, ſicut tabernacula Cedar, vt te ad illicita non relaxent. Clericorum voluptates accuſas, quas apud pleroſque ſpirituales in CHRISTO potius cenſeo, quam carnales. Noui quamplurimos, quibus ad occaſionem turpitudinis ſuſpectior eſſet ſua camera, quam forte tibi Eccleſia; plus fortaſſe in tuis ſemicinctiis, quam clericus in purpura & byſſo gloriaris. Melior eſt purpurata humilitas, quam pannoſa ſuperbia. Pietas ipſa eſt cultus DEI. Vide, ne ſpeciem pietatis habeas, & non cultum, ne de illorum numero cenſearis, contra quos Apoſtolus dicit. Speciem quidem pietatis habentes, virtutem verò abnegantes. Quid, putas, eſt iniquius, publica peccati profeſſio, an ſimulatio ſanctitatis? Porrò non auferunt conſcientiæ vermem, habitus & tonſura. Regnum DEI intra vos eſt, non in exteriori veſtitu. Nonnullos clericos noui, qui quaſi nihil poſſidentes multa poſſi-

Votum ſtabilitatis. — *Prou. 24. 30.* — *Eccli. 19. 21.* — *1. Cor. 6. 7.* — *Conc. Turon.* — *Trip. l. 10. c. 3.* — *Vide Not. ep. 26.* — *1. Cor. 6. 7.* — *Cant. 1. 5.* — *Melior eſt purpurata humilitas, quā pannoſa ſuperbia.* — *2. Tim. 3. 5.* — *Luc. 17. 21.*

ta poſſident: non enim habent ſibi, ſed omnibus quicquid habent. ſic temporali fouentur ſubſidio, ſicut in ſtabulo viator vtitur lecto. Pauſat ac feſtinat recedere, nouit enim ſe eſſe peregrinum & hoſpitem ſuper terram. Putas eos omnes ita elongatos a DEO, ita ſuæ ſalutis immemores, & in reprobum ſenſum datos, vt eos aut gehennalis miſeriæ timor, aut cœleſtis gloriæ beatitudo non excitet? Nunquid diſciplinæ & pœnitentiæ, & cæterorum, quæ ad ſpiritualie pertinent exercitium, penitus ſunt ignari? nunquid reſina non eſt eſt in Galaad, aut medicus non eſt ibi? Si Galaad eſt aceruus teſtimonij, vel martyrij, quod idem eſt, leua oculos tuos, & recole, ſi vnquam videris alicuius regulæ profeſſorem per agonem martyrij de ſæculo triumphaſſe. Nam ſi eo modo aliquem triumphaſſe proponas, hunc ab Ordinis obſeruantia prærogatiua Epiſcopalis exemerat. Non oportet omnes Regulari militiæ manum dare. Credo non minoris eſſe meriti citra profeſſionis vinculum, & aſſumptæ neceſſitatis anguſtiam ſimpliciter ambulare cum DEO, & cuſtodire vas ſuum in ſanctificatione & gratia, ſuaſque manus a ſordibus munerum excutere, quam detrectare onus impoſitum, & luctari cum obedientiæ iugo. Religio munda & immaculata hæc eſt, cuſtodire ſe immaculatum ab hoc ſæculo, & ſe in operibus miſericordiæ iugiter exercere. Si ouile Iacob, ſi rete Petri, ſi domum Patris cœleſtis attendis, diuerſas oues, diuerſos piſces, diuerſaſque & multas inuenies manſiones. Noë, Daniel & Iob diuerſas vitæ meritoriæ ſemitas habuerunt. Et, ſi CHRISTVS commendauit otium Mariæ, non tamen ei diſplicuit occupatio Marthæ. Gratius acceptat Dominus plerunque peccatoris pœnitentiam humilis & contriti, quàm innocentiam iuſti tepidi & remiſſi. ille fortiter cadit, ſed fortius ſurgit. iſte lenteſcens in via Domini, & in proximo euomendus in ſuo repore & torpore marceſcit. Ouis in lege Domini longè ab oſtio tabernaculi offerri præcipitur: & capra, quæ hoſtia pacifica eſt in ipſo tabernaculi oſtio, vnde ouis elongata eſt, immolatur. Familiarius enim in ſinum cœleſtis gratiæ admittuntur, qui extraordinarios actus auſterioris pœnitentiæ iudicio puniunt, quàm qui in via vitæ acedia dormitantes animo langueſcente fatiſcunt.

Ier. 8. 22.

Vide NOTAS.

Corrigit hæc verba paulo poſt.

Iac. 1. 27.

Luc. 10. 41.

Leu. 3. 7. 12.

Non præfero religioni, quæ ad DEVM via certa & directa eſt, noſtræ ſæcularitatis incertum. Non dico cum Naaman Syro meliores eſſe fluuios Damaſci, Abana & Pharphar omnibus aquis Iſrael. Non dico cum Gedeone, quod meliores ſint racemi Ephraim vindemiis Abiezer, neque homines angelis, neque comparo terras cœlis, ſed imperfectum quæſo veſtrum videant oculi tui, neque ipſum iudicans non iudices, quem non noſti, donec de illius vultu iudicium veſtrum prodeat, qui reuelabit occulta cordium, & manifeſtabit abſcondita tenebrarum. Omnem equidem Ordinem ſanctum in viſceribus CHRISTI diligo, magnifico, veneror & adoro. Eapropter diu à retroactis temporibus aliquem tui Ordinis virum ſemper mecum habui meæ conuerſationis teſtem, meiq; corporis & animæ angelum & cuſtodem. Vnum tamen elegi & prælegi mihi dilectum DEO & hominibus, quem iudicio meo longè differentius multis quadam præeminentia probatiſſimæ religionis illuſtrat. Diues in ſæculo, & venerabilis fuit, ſed pro CHRISTO paupere ſe pauperem fecit. De eius amicitia glorior, eamq; vniuerſis curialibus & palatinis familiaritatibus antepono. Ipſe procul dubio amicus DEI eſt canonicæ inſtitutionis ſtrenuiſſimus æmulator, ſuæ carnis crudelis aduerſarius, animæ verò cuſtos ſolicitus, fide firmiſſimus, ſpe longanimis, caritate profuſus, in operibus timoratus, manſuetus & humilis, in conſiliis prouidus, iucundus & circumſpectus in verbis. ſemper

Religioſa vita præfertur ita-tui ſæculari.

4. Reg. 5. 12.

Iud. 8. 2.

Bleſenſis ſociũ habet religioſum.

Laudes cuiuſdam Canonici regularis.

Domini,& videbit verbum eius? Sapientia, inquit, DEI verbum Patris eſt non de-
generans ab eius ſpecie, cuius ſubſtantiam in alia ſpecie nobis ad remedium obtu-
lit. Et Hilarius, refulget in imagine, vſus in munere. Et idem. Prærogatiua enim ſpe-
ciei, in qua erat ſplendor & figura ſubſtantiæ DEI piæ diſpenſationis miniſterio ſic
ſe exinaniuit ad ſpeciem ſerui, vt non eſſet alienus à ſubſtantia Patris. Ex Concilio e-
nim Toletano habes, quia in CHRISTO duæ ſunt ſpecies naturales, virtus & infirmi-
tas. Vnde Apoſtolus dicit. Et ſi CHRISTVS mortuus eſt ex infirmitate, viuit tamen *2.Cor.13.4.*
ex virtute DEI. Item Hilarius. Diſtinctio innaſcibilitatis ſpeciem inſinuat: nec de-
generat, quod naſcitur, aut procedit, cuius vnionem & ſpeciei conformitatem in-
commutabilis natura conſeruat. Vlterius procedit impoſtura malitiæ, nec in omni- *Omnes homi-*
bus his auerſus eſt furor eius, ſed adhuc manus eius extenta. Ezechiam regem nulli *nes eſſe pecca-*
patitur peccato fuiſſe obnoxium, cum publicè ſcriptura teſtetur, nec vnius diei in- *tores.*
fantem à peccato eſſe immunem. Non inficior Ezechiam fuiſſe iuſtum & ſanctum: *Iob 14.iuxta*
ſed verbum Iſaiæ eſt, quoniam omnes iuſtitiæ noſtræ quaſi pannus menſtruatæ. San- *70.*
ctus Dauid, in quo inuenerat Dominus virum ſecundum cor ſuum, querebatur, *Iſa.64.6.*
quia iniquitates ſupergreſſæ ſunt caput ſuum. Iob etiam, cuius virtutes Dominus ita *Pſal.37.5.*
magnificat & extollit; Ieremias quoque atque Moyſes, & cæteri, quorum laus eſt in *Iob 1.8.*
Euangelio, concepti, nati, & conuerſati ſunt in peccatis. Si peccata Ezechiæ ignoras, *Iob 3.2.*
recole, quia ſicut Dauid ad gloriam & ad pompam populum numerauit, ſic & ille *Ier.20.14.*
de fuga Sennacherib, & exercitus eius ſtrage ſuperbiẽs gratias DEO teſtimonio Au- *2.Reg.24.*
guſtini non retulit. Scis autem, quia vitium ingratitudinis omninò peremptorium *4.Reg.19.35.*
eſt animæ, & deteſtabile apud DEVM. Ad cumulum etiam ſuperbæ tranſgreſſio- *A.l.2.de mi-*
nis, ad faſtum & oſtentationem cellas aromatum, theſauroſque Domini nunciis *rab. S.Script.*
Merodach regis Babylonis oſtendit. Non ſolum Merlinum, ſed & te prophetam *c.27.*
voco: nam propheta es Antichriſti: iam enim per te operatur myſterium iniqui- *Iſa.39.2.*
tatis. Sanè nunquam Merlinum ponendum decreui in catalogo Sanctorum, qui à MERLINVS.
ſæculo ſunt, prophetarum, ſed te & ipſum conſtituo inter prophetas Baal, annume- *2.Theſ.2.7.*
ro inter quadringentos prophetas Achab, qui ei in mendacio diuinabant, vel, quia *3.Reg.18.22.*
in ſortem ſacerdotij es aſſumptus, collegam ſummo ſacerdoti Caiphæ te adiungo,
qui in eo crudeli conſiſtorio, in quo CHRISTVS innocens condemnabatur ad mor-
tem, cum eſſet anni illius Pontifex, prophetauit. Scripturas quæſo lege & intellige: *Ioan.11.51.*
non enim omnia inueniuntur in Catone. Certè ſi Merlinum prophetam irriſoriè
dixi, non debueras excanduiſſe tàm grauiter, vt mihi notam adulatoris inureres. Re- *1.Reg.10.12.*
cole, quod cum Saul eſſet in ira DEI electus, & à Domino reprobatus, legitur tamen, *Num.24.17.*
quod deſcendebat cuneus prophetarum, & factus eſt Saul inter prophetas. De Sy-
billa gentili, & de Balaam ariolo, & de aliis quoque prophetias recipit Eccleſia, con-
tra Eccleſiæ Doctores, aliquid virulentum vomuiſſe debueras. De Iahel, illud tibi *Iud.4.17.*
reſpondeo, quia vir eius Haber Cinæus iam cum omni domo ſua receſſerat a fratri-
bus ſuis, fœduſque percuſſerat cum rege Azor: Siſara verò habens ex illa obligatio-
ne fiduciam, diuertit ad tentorium Haber. Rogauit ergò Iahel, vt ipſum cælaret, ac
poculum daret: dedit & Iahel ei lac, vt grauius obdormiret: ipſa verò tempora dor-
mientis vſque in terram clauo tabernaculi perforauit. Vide, ſi rea eſt proditionis,
quæ miſero transfugæ quærenti ſubſidium ſecuritatem præſtiterat dormiendi. Sed, *Iob 40.17.*
vt verbo Iob vtar, vmbra vmbram protegit, ſimilis excuſat ſimilem: nec eam excu-
ſares, ſi proditionis facinus abhorreres. Verum, licet factum illud fuerit impium,
habet tamen in ſe venerabile ſacramentum. Expreſſa verò ſimilitudinis forma poſ- *Gen.4.8.*
ſet item myſticæ ſignificationis beneficio excuſari: quod Cain fratrem ſuum occi- *Gen.38.18.*

PETRI BLESENSIS TRACTATVS DE AMICITIA CHRISTIANA.

QVÆ SIT VERA AMICITIA.

SVBSANNABIT aliquis & arguet, quod ſenex amatoria ludicula, Cap. I.
qui iam debilior, & in membris meis reſponſum mortis accepi, ſcribam: ſed Michol irridente nuditatem Dauid ſaltantis, vtinam ſic ludam, vt vilior fiam cum Dauid in oculis meis, quatenus cum eodem in Sion arcam fœderis introducam. Sciri itaque pro magno eſt, ſi *forte.* mihi vel pauci de maſſa Vniuerſitatis per hoc opuſculum ineant fœdus cum Dauid & Ionatha, & in ſuauiſſimo amore CHRISTI à tribulatione malorum reſpirent & dolore. Nimirum ceſſant pugnæ tentationum, poſtquam contemplatio cordis ad fructum diuini amoris ſe incipit exercere. Amor ſiquidem eſt quædam vis appetitiua rerum, quas ex deſiderio eligimus, & amplectimur ad fruendum. Amor enim & in brutis animalibus, quæ à ratione aliena ſunt, ſuos appetitus exercet, licet frui ſpiritualiter in his, quæ ad DEVM pertinēt, dicatur. Amicitia verò ex quodam vſu diligendi, & electione rei, quæ diligenda eſt, & deliberatione procedit, teſte Tullio. Amicitia eſt, inquit, diuinarum rerum cum beneuolentia & caritate ſumma conſenſio. per caritatem mentis affectum intelligens: per beneuolentiam verò mutui obſequij effectum. Quidam Philoſophi inter ſummas perpetuaſque virtutes amicitiam collocaſſe leguntur; quos Salomon in Prouerbiis videtur imitari, vbi ait. Omni tempore diligit, qui amicus eſt. vnde Hieronymus. Amicitia, quæ deſinere poteſt, nunquam vera fuit. Ideò qui vel læſus deſiit diligere, quem amauerat, in veritate amicus non fuit ille. Nimirum longè eſt à lege amicitiæ alienus, qui ſic hodie amat, vt cras oderit: ſic omni homini amicus eſt, vt nemini fidus; hodie laudans, cras vituperans: hodie promptus ad oſcula, cras ad opprobria: cuius amicitia leuiter comparatur, & leui exſufflatur offenſa. Vera denique amicitia in ſe ſolida eſt, & in omnibus amici neceſſitatibus ad omnem compaſſionem & tolerantiam ſe conquadrans, grauius ex compaſſione amici confligitur, quā ex paſſione amicus. Vide Apoſtolum, quomodo illi magna triſtitia fuit pro fratribus ſuis, & dolor cordi eius continuus.

2.Reg. 6. 21. — itaque. — *1.Reg. 20. 16.* — *In Lælio.* — *Prou. 17. 17.* — *II. ep. ad Ruffin.* — *Quæ vera ſit amicitia.* — *Rom. 9. 2.*

DE CONIVNCTIONE ANIMORVM.

REFERT Tullius, quod vix tria vel quatuor paria amicorum in Cap. II.
tot retro ſæculis exſtiterunt: illum enim ignorabant, qui caritas, qui amor eſt, cuius caritas diffuſa eſt in cordibus noſtris, &c. Verum vt audita eſt vox annunciantis pacem in terra noſtra, annunciantis amicitiæ veritatem, & dicentis. *Hoc eſt preceptum meum, vt diligatis inuicem*, multa millia hominum amicitias contraxere veraces, ſicut ſcriptum eſt. *Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna, & erant illis omnia commu-*

Cic. lib. de Amic. — *Rom 5. 5.* — *Ioan. 15. 12.* — *Act. 4. 32.*

tionis diſpenſatio introduxit, præcipiens homini, vt ſic diligeret proximum, ſicut diligebat ſeipſum. Vnde ergò tu huius dilectionis, qua teipſum diligis, putas aliquam mercedem obtinendam? profectò nec à quoquam. Quiſquis enim ſibi per ſe ſatis eſt carus, nec aliena, nec extrinſeca ope indiget, vt ad ſe diligendum vehementius excitetur. Vt ergo alium, æquè vt teipſum diligas, neceſſe eſt, vt in illum dilectionis affectum oſtendas, vt ſit tibi proximus alter tu. Nec de huiuſmodi amicitia fructus quæratur exterior, cum ipſa caritas, quæ nunquam excidit, cuius fructus eſt gaudium & pax in ſpiritu ſancto, non quærat quæ ſua ſunt. *Math.22.39.* *1. Cor.13.*

DE CARNALI AMORE.

SANE amor ex carne proueniens ſequitur aures & oculos, atque per eorum aditum vſque ad ipſam mentem rerum concupiſcibilium imaginem introducit; productioris vitæ ſpacium ſibi pollicens contemnit terribilia DEI iudicia. Sicque animus aſpectibus impudicis, verbis, & nutibus & obſequiis illectus & abſtractus in malum miſerabiliter captiuatur; dumque duæ mentes quodam fœdere fœdo in vna voluntate conflantur, quod odibilius eſt DEO, & animæ pernicioſius operantes, ſe infœlices omnia lege amicitiæ facere arbitrantur. Porrò amicitia ſequens vagæ affectionis impetum, per illicita indiſcretè raptatur, nec modum tenens, nec ſeruiens honeſtati, ſed ſpiritu vertiginis ducitur, & effrenis concupiſcentiæ flammis æſtuans, quaſi quibuſdam interioribus furiis agitatur. Hæc autem ſpurca & degenerans amicitia ad tempus quidem delectabilis eſt, ſed citò præterit, quod delectat, & perpetuò manet, quod cruciat. Honeſta ergò contrahatur amicitia, in qua omnia ſecura ſunt, omnia pacifica & dulcia. Nam amicitia, quanto plus conſectatur vtilitatem, tanto longius à qualitate ſinceræ amicitiæ abeſt. Licet enim amicitiæ cultoribus plurimæ commoditates ex ipſa ſoleant prouenire: vera tamen amicitia in ſeipſa fructus ſuos conſtituit, omnemque futuri ſpem obuentus mira libertate prtæcurrit. Illud memorabile fœdus inter Dauid & Ionatham non terrenæ vtilitatis expectatio, ſed approbatæ virtutis contemplatio conſecrauit. emerſit tamen vtrobique profectus, vt vita vnius alterius cuſtodiretur induſtria, & vnius beneficio alterius poſteritas minimè deleretur. Non eſt ergò amicitia in quæſtu, ſed in veritate & fide. Quæſtus amicitiæ ſuauiſſimus, firma ſinceritas affectuum, mutua obſequela, rerum honeſtarum crebra collatio, parilitas voluntatis, iugis & inuiolabilis fides: & vt beatus Auguſtinus ſcribit, colloqui, & arridere amico, beneuolè obſequi, ſimul legere & conferre, diſſentire inter ſe ſine odio, ſicut diſſentit aliquis à ſeipſo, deſiderare abſentes, & cum magna moleſtia dimittere: venientes cum lætitia ſuſcipere, redamare amantem, præſentes defendere, excuſare abſentes, dentem detractori retundere, atque omnibus modis feruorem intimæ dilectionis & fidem exhibere. Hæc enim amicitia inter bonos ſolum oriri ſolet, inter meliores proficere, inter optimos conſummari.

CAP. IV. *Sen. ep. 9.* *Locus in exemplari corruptus.* *1.Reg.20.16.* *ſuauiſ. fomes. in Exemp.* *Aug. lib. de Amicit.*

DE ORIGINE AMICITIÆ.

CAP. V.

DENIQVE ſi reſpiciamus amicitiæ originem, à ſumma natura, quæ DEVS eſt, ſuam traxit eſſentiam. DEVS equidem mentibus humanis primos amicitiæ impreſſit affectus; auxerunt eam vſus & experientia: ipſam demum legis ordinauit auctoritas. DEVS equidem ſummè bonus, ſummè potens ſibi in ſua beatitudine, quæ ipſe eſt, in ſua ineffabili gloria ſibi ſufficiens, nec cœlo, nec terra, nec angelo, nec homine indigebat, ipſe omnium exiſtentium cauſa, ſentientium vita, intelligentium ſapientia, amor & gloria angelorum, dignatus eſt hominem ad ſe amandum allicere, & ipſum per hæc viſibilia ad inuiſibilia appetitum commutare. Vnde omnibus quoddam amicitiæ vinculum æterna ratione præſcribit. bona enim non eſſent, niſi mutuo ſibi quodam amicabili fœdere conſentirent. Cuncta quidem bona, in quantum à DEO ſunt, pulchra ſunt, in quantum quælibet pars ſuo congruit vniuerſo: ordinata verò ſunt, in quantum vnaquæque res in hac vniuerſitate congruum ſibi locum, & tempus, & modum ſortitur. Cæterum rationali creaturæ DEVS hunc indixit modum, vt ſi iuſta eſt, beatitudinis particeps fiat, ſi iniqua, æternæ dånationi ſubiaceat. Irrationali autem & inſenſibili creaturæ hic à DEO præfixus eſt modus, vt quia nec beata, nec miſera eſſe poteſt, prædeſtinatorum ſaluti deſeruiat, vel fœlicitatem accumulet præſcitorum. Sic DEVS, qui eſt ſummum & incommutabile bonum ſic ordinat creaturas, vt ſingula naturam habeant, per quam bona ſunt, ſpeciem, per quam pulchra ſunt, vſum, per quem bene ordinata rationabili creaturæ proficiunt, vt ipſi nocendo non noceant, ſed ad correctionem, vel vltionem eidem propoſita proficiant ad ſalutem, maximè his qui diligunt DEVM. Ipſe verò incommutabiliter bonus & beatus ſolam rationalem creaturam præuidit & voluit beatitudinis eſſe capacem, vt idonea ſit adhærere DEO diligendo & ſperando, cuius imago eſt, & omnia deſiderabilia ſua in eius iactare notitiam & obſequium, quem noſſe vita, cui ſeruire regnare eſt. Tria ſunt ergò, quibus ſpiritualiter DEO adhæremus, ſcilicet, memoria, ſcientia & voluntas. Memoria quippe quodammodo cuiuſdam æternitatis capax eſt, ſcientia notitiæ, voluntas amoris. In his tribus homo DEVM in memoria tenebat ſine obliuione, ſcientia cognoſcebat ſine errore, amore affectabat ſine alterius cupiditate. Cumque eſſet homo in his tribus perfectus, in tertio tamen, & in amore creatori ſuo tanto familiarius adhærebat, quanto dulcius guſtabat, quod ſuauis eſſet Dominus. Quanto nimirum maior ſummi boni dilectio, tanto in eo ſuauior delectatio, & tanto plenior beatitudo. licet enim memoria multa præterita retineat, licet ſcientia profundiſſima perſcrutetur, nulla tamen ibi delectatio eſt, niſi ſe dulcedo amoris infundat. In creaturis vtique ratione vtentibus DEVS ordinat memoriam, ſcientiam, & amorem, vt amor in memoria & ſcientia conualeſcat, & illa duo in amore dulceſcant. Ex his formatur & firmatur quidam affectus in DEVM, & inter ſe quædam blanda & ſocialis communio voluntatum. Denique in creatione hominis fœdus & vinculum ſociale ſpiritualiter commendatur; nec enim eſt maius & expreſſius vnionis indicium. Vnus ſubſtantiam de alterius ſubſtantia propagauit, vt qui collaterales erant eſſentia, vita & moribus eſſent coæquales. Sic natura

malim, inuitare.

Bona, pulchra & ordinata quæ dicantur.

Rationali creaturæ omnes irrationales quatenus ſeruiant.

Deo adhæremus per tria.

Creatio hominis fuit typus veræ amicitiæ.

tura primitiuos amoris affectus in hominum cordibus exarauit, quos ſenſus interior poſteà quodam diligendi vſu, quaſi quodam guſtu dulciſſimæ ſuauitatis adauxit. Demum per præuaricationem refrigeſcente caritate cupiditas ſubintrauit, quæ bona propria communibus præferens ſuſpiciones, æmulationes, & odia introduxit. Imago tamen creatoris licet in homine ſit corrupta, non eſt tamen abolita. propterea memoriam habet, ſed obliuioni obnoxiam; ſcientiam verò, ſed errori ſubiectam; amorem quoque, ſed pronum ad cupiditatem. Cœleſti ſiquidem iuſtitiæ congruebat, vt qui libero abuſus arbitrio amorem ſanctum à vero & incommutabili bono ad bonum fallax & tranſitorium deflexerat, ſimilitudinem DEI ſibi per rapinam vſurpans, adiiceretur ſimilitudini iumentorum, ſic profeforte, *perfectum.* ctum inſolenter appetens, retulit defectum, & præſumens eſſe ſimilior, ei diſſimilis factus, & DEVM perdidit, & ſeipſum. Nulla tamen præuaricatio ita imaginem DEI potuit abolere, quin habeat in ſe qualitercunque beatæ Trinitatis imaginem. Sanè ſoluto per IESVM CHRISTVM Saluatorem noſtrum debito præuaricationis antiquæ, & deleto mortis chyrographo cœpit humana memoria reparari per ſacrum eloquium, ſcientia reſtitui per fidei ſacramentum, amor etiam reformari per illud quod CHRISTVS nobis in cruce innuit exemplum. Plena enim huius imaginis reformatio in patria erit, vbi nullus erit locus obliuioni viuentibus in æternitate, nulla ſubreptio erroris feruentibus virtute, nulla cupiditatis titillatio abſorptis à caritate; vbi ſumma pax, plena requies, æterna fœlicitas, fœlix & iucunda, indeficienſque tranquillitas. Iterum ad amicitiam reuertentes dicimus, quod amicitia oritur, conſeruatur, atque perficitur inter eos duntaxat, qui ſobriè, & piè, & iuſtè viuunt in hoc ſæculo, nihil inhoneſtum volentes petere aut præſtare, nihil agere ſeu conſulere, aut conſentire, quod diſplicere DEO, vel in animæ diſcrimen, vel in communne incommodum ſentiunt redundare. Erubeſcant nomen veræ amicitiæ profiteri, qui eam vitiorum aſſenſu & conuenientia contaminant, & honeſtatis vocabulo abutentes mutuæ gloriam amicitiæ ſibi ſacrilega præſumptione vſurpant. Porrò, qui non amat, amicus non eſt. Ille autem non amat, qui amat iniquitatem, imò illam proculdubio odit animam, cuius amat iniquitatem, & ita neque alterius amat animam, neque ſuam.

Imago Dei in homine no eſt abolita.

Imago Dei perfectè reſtauranda in cœlo.

Amicitia cõſeruatur & perficitur virtus ſancta.

Aug. de amicit. cap. 2.

Amb. l. 3. offic. c. 16.

DE FORMATIONE
AMICITIÆ.

CAP. VI.

IN contractu amicitiæ multa veniunt, ex quibus formatur amicitia & firmatur, atque continuum in ſe recipit incrementum. Cum enim amicum talem eſſe oporteat, cui cor tuum, & omnia cordis tui arcana committas, prius eſt eligendus, deinde probandus, denique admittendus, demum ſumma tractandus reuerentia, & continua deuotione colendus. Vt autè in amicitia vniuerſa ordinatè procedant, primitus voluntatum in fundamento amoris DEI primitiæ conſecrentur, poſtea verò electione, probatione, conſenſu, & etiam iugi familiaritate amicitia foueatur, vt ſit in ea non ſolum ſtabilitatis, ſed quoddam æternitatis exemplar. Sic ergò tu illius, & ille tuus ſit, vt nec in ſpiritualibus, nec in corporalibus, inter vos aliqua

Aug. ib. c. 12.

Quæ firment amicitiam. obrepat animorum, ſententiarum, affectuum, verborumúe diſſenſio. Amicitiam firmant atque perficiunt electio, probatio, admiſſio, rerumque diuinarum & humanarum cum beneuolentia & caritate plena conſenſio. Ad electionem autem pertinet, vt nullus in amicitiam eligatur, cuius opinio alicuius criminis enormitate laborat. Poterit interim eligi, ſi aliàs ſit commendabilis vitæ, & facilè ſanari
Aug. ibid. queat à vitio, cuius venenum mores eius commendabiles decolorat. Sunt autem
Quæ offuſcēt amicitiam. quatuor vitia, quibus præclarus honor amicitiæ obfuſcatur. Iracundia, ſcilicet, inſtabilitas, ſuſpicio, atque garrulitas. De ira dicit Scriptura. Noli eſſe amicus
Prou. 22. 24. homini iracundo. Et in Eccleſiaſtico. Eſt amicus qui odium & rixam & conui-
Eccli. 6. 9. tia denudabit. Verum quidam ex propriæ conditionis naturali inſtinctu iracundi ſunt: ſui tamen animi motum vſque ad ea, quæ, teſtimonio Scripturæ, diſſoluunt amicitiam, procedere non permittunt. Tales, quamdiu certa eſt eorum affectio patienter expedit tolerare, & exceſſum verbi, aut operis blandè corrigendo, & benignè docendo, vel diſſimulare patienter, vel amicabi-
Iræ effectus. liter indulgere. Ex vitio iracundiæ ſolent quinque vitia, quibus amicitia ſæpe diſſoluitur, pullulare, ſcilicet, conuitium, improperium, ſuperbia, reuelatio
Eccli. 22. 25. ſecreti, & plaga doloſa. Ait enim Sapiens. Qui conuitiatur amico, diſſoluit amicitiam. Veruntamen ſi amicus aliqua ſubreptione præuentus verbum aliquod triſte protulit, ſi conſilio tuo ſuum prætulerit, in his & conſimilibus amicitiam diſſolui non expedit. Eſt enim adhuc, ſicut Sapiens ibidem ait, con-
Aug. ib. c. 13. cordia ad amicitiam. Ideò autem conuitium vulnerat caritatem, quia quicquid ira inſtigante aliquis dixerit in amicum, verum æſtimabitur ab aliis, eo quod prolatum ſit à conſilio ſecretorum. Improperium verò deteſtabile eſt, cum quis ſcilicet falſa obiiciens perfundit confuſibili rubore innocentis faciem, grauans eius opinionem exterius, & interius vulnerans caritatem. Superbia humilitati inimica eſt, eo potiſſimè deteſtanda, quo remedium pœnitendi, aut humilitatem confitendi excludens reddit hominem audacem ad iniurias, ad correctionem & conſilium contumacem. Denique myſterij vel ſecreti reuelatio execrabilis eſt, quicquid inter amicos erat amoris aut gratiæ imprudenter euacuans, & omnia felle amaritudinis, & odij, atque indignationis aſpergens.
Eccli. 27. 17. Vnde Sapiens. Qui denudat arcana amici, perdit fidem. Sed redintegratio amicitiæ deſperanda eſt in eo, qui primam fidem irritam fecit; reuelando enim quæ ſibi commiſſa fuerant, tanquam leo vniuerſa turbauit. Plaga doloſa mor-
Eccl. 10. 11. ſus eſt ſerpentis & aſpidis. Salomon autem dicit. Si mordeat ſerpens in ſilentio, nihil eo minus habet, qui detrahit in occulto. Non ſolum iracundi, ſed &
Suſpicioſi ab amicitia arcendi. inſtabiles & ſuſpicioſi debent eſſe ab electione amicitiæ alieni: cum enim magnus ſit amicitiæ fructus ſecuritas, qua te credis amico, quomodo potes de illius amore eſſe ſecurus, qui circumfertur omni vento, & in eadem voluntate vel ad modicum non ſubſiſtit? Nihil enim amicitiæ magis congruit, quam quædam pax & tranquillitas cordis; at ſuſpicioſum ſemper curioſitas inquietat, timo-
Aug. ib. c. 14. ris ſtimulos ingerit, & multiplicem turbationis materiam adminiſtrat. Si enim amicum viderit alicui ſecretius colloquentem, proditionem putat. Si amicum beneuolum ſe & iucundum viderit exhibentem, ſe contemni exiſtimat. correctionem amici interpretatur odium, laudem verò irriſionem. Sic in omnibus peruerſus eſt, vniuerſa peruertens. Linguoſos ad amicitiæ ſecreta non ar-
Prou. 26. bitror eligendos iuxta illud Sapientis. Si videris hominem promptulum ad loquendum, non plus de illo ſperare debes, quam de ſtulto. Talem itaq; eligas in amicum,

qui

qui tuis moribus,& tuæ honeſtati conueniat: nam ſicut dicit beatus Ambroſius,in- *Ambr. lib. 3.*
ter diſpares mores non poteſt eſſe amicitia. Licet autem iracundia, inſtabilitas, ſu- *offic. cap. 16.*
ſpicio,verboſitas frequenter ſoleant electionem amicitiæ impedire: illos tamen mi- *Aug. cap. 15.*
nimè arbitror repellendos, qui patientia reprimunt iracundiam, leuitatem debita *Cic. de Amic.*
grauitate coercent, qui vera dilectione ſuſpiciones euacuant. & iſtos probatiores
crediderim, & potius ad amicitiam eligendos, tantoque deuotius amplectendos,
quanto fortius cohibent vitia virtutibus, & pugnantes contra ſe, voluntatibus pro-
priis dominantur.

DE PROBATIONE
VERÆ AMICITIÆ.

PROBATVR amicitia, fide,intentione diſcretione,patientia. Fide,per CAP. VII.
quam te,& tua omnia ei,quem diligis,ſine omni ſuſpicione commit- *Aug. lib. cit.*
tis. Intentione,vt nihil ex amicitia, niſi DEVS & naturale bonum,cu- *cap. 18.*
ius eſt ipſe auctor,expectetur. Diſcretione, quid amico præſtandum
ſit, in quibus etiam pro amico triſtandum ſit,vel in quibus ei congra-
tulandum, in quibus denique corripiendus ſit,aut etiam in quibus, & qualiter tole-
randus diligenti cautela,& exquiſita examinatione perquiras. Patientia etiam in *Patientia cu-*
amicitia maximum locum tenet: ipſa enim cuſtos & nutrix amicitiæ eſt,ipſa in lætis *ſtos amicitiæ.*
& triſtibus, atque in quolibet vitæ ſtatu ſe præbet æqualem intuens eodem oculo
amicum diuitem vel mendicum, fortem aut debilem, ſanum aut ægrum, humilem
aut ſublimem: ipſa tamen ea, quæ circa animum amici ſunt,diligentia propenſiore
attendit: ea verò quæ extra animum amici ſunt, non multum conſiderat. Si adſunt,
non magnificat; ſi abſunt, non requirit. Sunt autem circa animum hominis mores,
gratia & virtutes; extra animum,fama,diuitiæ & honores. Et notandum,quod ſicut
aurum in conflatorio probatur, ſic fides in neceſſitate. Scriptum eſt enim, In neceſ- *Eccli. 6.10.*
ſitate probatur amicus. Et iterum. Amici diuitis multi, ſed in diuitiis fides amicitiæ *Prou. 14.20.*
latet. Qui ſimulatoriè amat in proſperis,aduerſarius erit in aduerſis. Dilectio hypo-
critæ in procella tribulationis ſuccum ſubornatæ familiaritatis retegit. Verbum Sa-
lomonis eſt, Omni tempore diligit, qui amicus eſt, & frater in anguſtiis comproba- *Prou. 17.17.*
tur. Nec ſolum aduerſitate,ſed etiam ſilentio ſecretorum examinatur amicitiæ fides.
Euangelica quidem ſententia eſt, Qui in modico fidelis eſt, & in multo fidelis erit. *Luc. 16.10.*
Si ergo fidem amici experiri volueris, non ei prius arcana cordis tui committas, ſed
aliqua exteriora & modica, de quibus non magnum emergat diſpendium,ſi fuerint
reuelata, & ea nihilominus ſub ea cautione & adiuratione credas,ac ſi obeſſent pro-
dita, & cælata prodeſſent. Probatum igitur in minoribus, ſecurius poteris in maio-
ribus experiri. Denique ſi fama ſiniſtrum aliquid de te diuulgauerit, aut detractor
verbis aliquid turpitudinis inuſſerit, & ille nullatenus inclinari valeat ad creden- Exemp. *in-*
dum,nulla moueri ſuſpicione, nulla dubitatione immutari, quod fides eius certa ſit *cuſſerit.*
& ſtabilis, nulla tibi debet cunctatio ſupereſſe. Legimus in libro Valerij Maximi *Val. lib. 4. c. 1.*
quendam ſuggerentem Platoni, quod quidam eius amicus multipliciter ei detrahe- *Xenocrates.*
ret, & hoc relator iuramento audebat affirmare. Cui Plato. Non eſt, inquit, credi-
bile,quod me fideliter non amet, quem fideliter amo: cumque criminator inſtaret,
Plato reſpondit, Si hæc in me dixit,ipſa mihi expedire nouit. Ægrotabat Alexander *Val. l. 3. cap. 8.*

Sen. libro 2. de ira non Parmeni, ſed matri Alex. id tribuit.

rex,& ei Philippus amicus & medicus eius medicinam ſuis confectam manibus porrigebat: ſuperueniebant literæ Parmenionis hortantis, vt rex Philippi caueret inſidias, vtpote quem Darius pecunia corrupiſſet: quibus lectis, ille hauſit incunctanter, ac tunc tradidit literas Philippo ad legendum. Ex ſuo nimirum amore affectum penſans amici,in ipſo mortis articulo venenum mortis excluſit.

DE FRVCTV AMICITIAE.

CAP. VIII.

RESTAT inſpicere, qualiter intentio ſit probanda. Sunt enim qui non attendunt,aut ſperant in amicitia,niſi quæſtum. Illius itaque,quem in ſacrarium tuæ familiaritatis proponis admittere, probetur intentio, ne ſpe temporalis commodi amicitias tecum inire velit. Mercalis enim eſt intentio & non gratuita. propterea ſolidiores inueniuntur amicitiæ pauperum, quam magnatum. tanto enim purior eſt gratia pauperum, & caritatis affectio,quanto nulla circa eam ſubeſt adulationis,vel ſimulationis occaſio. Si ergo videris hominem anxiè aliquid appetentem,quod per te, vel per alium præſtare poſſis,ſi in huius rei obtentu ei aliquis tibi præferatur, facile, qua tibi intentione adhærebat,patebit. Nam in huiuſmodi caſu,nunc ex deiectione oculorum,nunc ex vultus auerſione, nunc ex verbo ſubtriſti, nunc riſu ficto,nunc ex reuerentia & obſequio negligentiore ambitioſæ mentis gratitudo poterit deprehendi. Diſcretio inter amicos plurimum neceſſaria eſt. Sicut enim nauis ſine regimine, ſic ſpiritus amicorum ſine diſcretione motu quodam irrationabili & inſtabili circumfertur. Tales ſunt,qui leues amicorum erratus ferunt impatienter,auſterè corripiunt,& in ſuis actionibus præcipites negligunt magna,contra minima inflantur,& omnia confundentes,non perſonam,non locum, non tempus, ſeu caſum ignorantiæ, aut neceſſitatis attendunt. Talis ex indiſcreto animi motu neſcit,quibus,& quando rem publicare debeat, aut cælare.

Ambr. lib. 3. offic. c. 16.

Diſcretio amicis neceſſaria.

Aug. ib. c. 21.

DE PATIENTIA IN AMICITIA.

CAP. IX.

PROBETVR amici patientia, ſi opportunum videris, vt exerceatur eius tolerantia & probetur: quod ſi quandoque incauta ſecreti reuelatione,vel aliqua leui tranſgreſſione offenderit,non ideo ab eius dilectione, vel electione reſilias, quamdiu correctionis aliqua ſpes ſupereſt. non te in eligendis, aut probandis amicis pigeat exactiſſima deliberatione verſari, cum ex tali ſtudio percipias deſiderabile medicamentum. Vide autem, ne, ſicut frequenter accidere ſolet, quidam amoris impetus probationis ſpacium præcurrat,& excludat probandi iudicium. Vir itaque prudens paulatim cohibeat & refrenat hunc impetum, & beneuolentiæ modum imponens & regulam, diſcretè in affectum tranſeat, & ſe tandem amico præmiſſa probatione committat. Neceſſaria demum probatio eſt inter homines parum bonos, vt vbi eſt bonorũ malorumq; coniunctio. Sed examinatione non indigent, quos probauit DEVS, quibus æqualitas eſt voluntatum, fida certaq; cõmunio caritatis; inter quos quiſq; ſic alium diligit, vt ſeipſum: atq; omnium exultatio affectione mutua propria efficitur ſingulorum; vbi vniuerſitatis gaudium, quod de conſcientiæ bonæ teſtimonio contrahitur,

tur,communione caritatis,& amicitiæ beneficio quilibet facit ſuum. Fouenda inſuper amicitia eſt cum exactiſſima ſolicitudine & cautela. In primis omnis ab ea relegetur ſuſpicio: ipſa enim amicitiæ venenum eſt. In hac ergo noſtræ mentes quaſi in petra ſolidiore firmentur, vt de amico malè ſentire, aut malè dicenti de illo credere, nec vel in modico conſentire poſſimus. Si videris aliquem alios omnes habere ſuſpectos, in ſingulis ſuſpicari proditionis inſidias,nullum diligentem, nec ab aliquo diligi ſe æſtimantem, nonne hunc damnabiliter miſerum reputares? E diuerſo eum feliciſſimum puta,qui ſic amat omnes,vt amari mereatur ab omnibus,vt ſuę mentis tranquillitas nullo timoris aut ſuſpicionis ſcrupulo moueatur. Sic ergo fouenda eſt amicitia,vt ſit in noſtro ſermone iucunditas,hilaritas in vultu,ſuauitas in moribus,& in ipſo aſpectu quædam oculorū fauorabilis & grata iucūditas, ſit de rebus honeſtis crebra collatio, communio arcanorum, & in alterutris voluntatibus mutua obſequela. Dedit enim nobis veritas formam,quam ſequamur,vt ſecreta noſtra inuicem reuelemus,& amicorum voluntatem mutuo faciamus,cum ait. Iam non dicam vos ſeruos,ſed amicos,&c. Amicitia itaq; vicaria congratulatione nutriatur, & ſeuerior amici facies maturam exhibeat grauitatem, ipſa enim grauitas tanto commendabilior erit,quanto benignius condeſcendit ad affectū ſocietatis. Nec mirum. Lex enim amicitiæ ſuperiorem humiliori cohumiliat,vt qui ordine,dignitate,vel ſcientia præeminent pleno humilitatis ſpiritu in moribus condeſcendant. Exiſtimet autem homo dona DEI,& naturæ munera reputanda ſpecialiter in amico,& omnia quę extra hæc ſunt, pro nihilo æſtimentur. Amicitia itaque non gemmis ornatur aut ſericis, non tumeſcit honoribus,aut amplis honoribus dilatatur. In amico naturæ conſideretur æqualitas,non fortuna,vel accidentia requirantur, ſed animorum paritas inter amicos vniuerſa diſponit, vt deſcendat ſublimis, humilis aſcendat, diteſcat pauper, diues indigeat, & ex pari affectu,nec non communione,fiat æqualitas. Lex amicitiæ eſt, tanto reuerentius amicum ſuſcipere, quanto maiore neceſſitate intelligitur laborare. Ionathas amicus Dauid non ſucceſſionem in regno, non patris comminationes attendens,ſeruum ſui patris, quem in amicitia ſuſceperat, à patre fugatum & morti addictum ſibi ad regni gloriam præferebat. Tu eris,inquit,Rex,& ego ero ſecundus poſt te. Audiant homines venerandum amicitiæ verbum, & imitatione digniſſimum. Saul Dauid quærebat ad mortem,rupes & montes & nemora militibus obſidebat, omneſque principes coniurare in Dauid exitium compellebat. Solus Ionathas, qui Dauid quaſi æmulo & ex hæreditario iure ſuo poterat inuidere, aut offendi, reſiſtebat patri,deferebat amico, præbebat amico ſolatium, & amicitiam regno præferebat. Vrgebat Saul Ionatham cōuitiis & minis,vt amicum Dauid in eius odium prouocaret: inſuperque intulit Ionathæ, quod Dauid diligeret in confuſionem ſuam & ignominioſæ matris ſuæ, totumq; inuidiæ virus euomens, ambitionis & odij cupiuit ſuſcitare incentiuum. Quem non mouerent iſta? cuius amicitiam non deprauarent in odium? Porrò fortis & verus amicus ad iniurias & conuitia patiens, amici honorem honori proprio anteponens in omnibus memor gratiæ, & immemor gloriæ fuit. Teſte Tullio,impoſſibile eſt reperiri,qui honores ſiue poteſtates amicitiæ non præponant; imbecillis enim natura hominis eſt ad oblatam ſibi potentiam comtemnendam. Sed inuentus eſt Ionathas victor naturæ, & contra naturam contemptor poteſtatis & gloriæ. Hæc eſt amicitia vera & ſtabilis & æterna, quæ ſic tentata, ſic pulſata non mutatur, non ſuſpicione, non inuidia, non improperiis, vel comminationibus laceſſita vacillat. Sic amicitia æqualitate fouetur. Vnde Ambroſius. Defer amico vt æquali,nec te pudeat amicum præuenire officio.

Suſpicio amicitiæ venenū.

Ioan.15.15.

Amb.li.3.off. cap.16.

Aug.ib.c.24.

Mira amicitia Ionathæ cum Dauid.

1.Reg.23.17.

Cic.l.de amic. vltra med.

Amb.lib.3.de offic.c.16.

DE

DE BENEVOLENTIA AMICORVM.

CAP. X.

LEx amicitiæ clamat ſimul & auctoritas, vt nihil niſi honeſta petamus ab his, quos in amicitiæ ſinum recepimus, eiſque poſtulantibus, quæ honeſta ſunt, ſine difficultate & dilatione conſenſum, & conuenientia *Eccli.29.19.* commodemus, ſicut ſcriptum eſt. Perde pecuniam propter amicum. Si pecunia propter amicum perdenda eſt, multo facilius eſt eius incommodis & neceſſitatibus exhibenda. Plęrunque ditiores inueniuntur pauperiores. *Iac.1.5.* Quicquid amico impenderis, nunquam improperes, quia cum DEVS det omnibus *Aug.sb.c.25.* affluenter, nemini tamen improperat. Quoties igitur amico donaueris, non auertas faciem, nec frontem obducas, nec deprimas oculos, nec mercedem expectes, nec differas aut prolonges, ſed hilari vultu, ſerena facie, & ſermone iucundo condire ſtudeas munificentiam tuam, & quaſi deſiderium eius liberalitate præcurras, vt non rogatus videaris præſtare, quod donas. Animus ingenuus nihil magis *Amici beneficiis præueniendi.* erubeſcit, quam petere. Cum ergo debeat eſſe in amico cor vnum & anima vna, abſurdum eſt, quod non ſit vna cum amico pecunia. Si petimur, præuenire debemus beneficiis; vt ille qui accipit, potius videatur præſtare gratiam, quam ille qui dedit. Et vtinam omnes eſſent pauperes ſpiritu: vberior enim eſſet in beneficiis mutuæ *Plato dial. 5. de Repub.* benignitatis obtentus. Sapiens dicit. Fœliciſſimam vitam agerent homines, ſi hæc duo verba de medio tollerentur, MEVM, & TVVM. Seneca refert, quod multi audi- *Chryſ. hom.7. in Acta.* tores doctori ſuo Socrati pro ſuis facultatibus multa obtuliſſent, & ſibi plurima reliquiſſent. Æſchines pauper; Nil, inquit, dignum te, quod tibi dare poſſim, inuenio, *Sen. libro 1. de benef. c.8.* hoc ſolum quod habeo, id eſt, meipſum, tibi trado. Et ſic inter paupertatis anguſtias, paupertas materiam largitatis inuenit. Illud tamen inter amicitiæ mandata prouida diſpenſatione curetur, vt cum omnes amicos tuos diligas, non tamen omnes munificentia æquali ad beneficia vel honores promoueas. Sunt equidem plęrique, qui ſe non diligi conqueruntur, & cauſantur ſe haberi contemptui, cum alios viderint curis & negociis implicari. Tu vero ſolerter attendas, non quid poſſis præſtare, ſed quid & quantum ille, cui daturus es, poſſit ſufferre, & ſufficienter implere. Multos nimirum in amicitiæ ſinu recipimus, & fouemus, quos ſine diſpendio famæ noſtræ, ſine ipſorum periculo, ſine ſcandalo communi ad eminentiam, quam appetunt, eri- *Non eadem omnibus beneficia conferenda. forte, inæqualitas.* gere non valemus. Virturem itaque hominis & prudentiam metiri nos oportet, vt in diſtributione bonorum præualeat ratio, non affectus. Vbi enim virtutum æqualitas inuenitur, nemo ſe contemptum doleat, ſi ei melior præferatur. Sanè Dominus Ioanni prætulit Petrum, non tamen affectum ſubtraxit diſcipulo quem diligebat, Petro conferens principatum. Petrus ergo ſublimior, ſed Ioannes ſecurior. Petrus exponitur actioni, ſed Ioannes affectui. Non audet Princeps Apoſtolorum à Domino requirere, quis eum traderet, quod Ioannes confidenter interrogat, dicens. *Ioan.13.25.* Domine quis eſt qui tradet te? Sicut enim prouida conſideratione inter amicos officia diſtribuenda ſunt: ita nec æqualis affectio omnibus impendenda; quia ſecundum mores & merita hominum nobis certa diligendi cauſa præſcribitur. Diligebatur Ioannes à CHRISTO familiarius, ſed dubium, vtrum Petrus feruentius. Sit ergo alter alteri mutua ſpirituum requies, ſit in anguſtiis refugij portus. Denique ſic in amicitia conuerſentur, vt ad amorem illum aſcendere mereantur, quo CHRISTVS ex toto corde diligitur.

DE REVERENTIA AMICI.

AMICVS pręterea ſic reueretur amici faciem, vt aures eius vel oculos verbo, ſiue geſtu, ſiue opere, non offendat. Optimus amicitiæ comes, & ornamentum pretioſum, verecundia eſt, & e conuerſo inuerecundia & attritæ frontis infirmitas. Plęriſq; accidit, quod iracundiæ ignis in corde conceptus prodit in publicum, ſed ſuperuenientis amici aſpectus ſedat æſtuantis animi motus, turbatamque mentis aciem venerabili vultus auctoritate ſerenat, & in hoc apparet amicitiæ magna virtus. Amicum igitur, ſtudeas libenter, & prout vtilitas eius exigit, officioſè obiurgare; nam illud obſequium damnabile eſt, quod amicum condemnabilem facit vitiis. Fiat itaq; admonitio dulcis, non acerba obiurgatio, nec contumelioſa: adſit ei omnis honeſtas & ſuauitas. Verbum S. Ambroſij eſt; Si quid vitij deprehenderis in amico, ipſum prius occultè corripe: ſi te non audierit, corripe illum palam. ſi vero ſe lædi putat, tamen eum corripe: & ſi animum eius vulnerat amara correptio, tu tamen corripe. Tolerabiliora enim ſunt amici vulnera, quam adulantium oſcula. Verum ad vrendum & ſecandum, ſic ad hoc genus caſtigandi inuiti & rariſſimè veniamus, maximè ſi nulla medicina ſuperſit. Obiurgationes ergo fieri oportet cum quadam acriore grauitate verborũ, ita vt videamur irati, ſed ira procul ſit, cum qua nihil conſideranter fieri poteſt. Caſtigatio ergo ſic ex grauitate & clementia condiatur, vt repellatur contumelia, & qui obiurgatur, ſeipſum cauſam eſſe huius acerbitatis agnoſcat. In omnibus ergo modeſtię ſeruetur cenſura, ne videatur quis amplius iracundię ſuæ ſatisfacere, quam amori. Sunt enim, qui latentem veſaniam nomine zeli palliant: ſed qui ſequuntur ſuæ mentis impetum, & nõ rationem, vix aut raro obiurgando proficiunt. Sit ergo quaſo in corripiẽdo ſermo triſtis, deiectio vultus, intercipiant verba ſingultus & lachrymæ, vt ſentiat, qui corripitur, totum hoc ex amore, non ex rancore procedere. Si correptionem forte reſpuit, interim ora, plora, ſuſpira, & vocem gemitus intercidat, agat amicus in veritate, quicquid emollire poteſt alterius animum; nihil tamen ſit in verbo, aut planctu, aut geſtu ſimulatione aliqua ſubornatum. Dicit enim Salomon. Simulator ore decipit amicũ ſuum, & in tempore aduerſitatis meditabitur dolum. *Prou.11.9.* Amici ergo correptio tota de medullis animę & de intima cordis compaſſione procedat. Sicut enim amicitiæ ſimulatio intoxicat puritatem, ſic diſſimulatio inter amicos parit affectuum paritatem. Eſt enim diſſimulatoria correptionis dilatio pro loco, pro tempore, pro perſona. Nam ſi amicus publicè, & palpebris communis famæ deliquerit, non eſt ſubito, vel publicè obiurgandus, ſed quantum ſalua lege amicitiæ fieri poteſt, decet nos eius excuſare, aut diſſimulare erratum, & ad correctionem eius exquirere tempus opportunum, & familiare ſecretum. Dum enim ex turbatione recenti adhuc eſt inquietior animus, cauta diſſimulatione opus eſt, donec mentis nubilo ſerenato pacatius verba monentis admittat.

CAP. XI.
forte, *infirmitas*
Aug ib.c.27.
Ambr. lib.3. offic.c.16.
Prou.27.6.
Modus in corripiendo ſeruandus.

DE CORRECTIONE AMICORVM, ET DISIVNCTIONE EORVNDEM.

CVM igitur amici aliqua ſiniſtra opinione laborãt, atq; in ſuorum damnum amicorum peccata redundant, hi ſalutaribus monitis ſunt curandi, qui ſi ſe incorrigibiles exhibuerint, non ſtatim rumpenda eſt amicitia, ſed paula-

CAP. XII.
Cic.l.de amic.
CATO.

BBb tim,

tim, ſicut quidam ſapiens dicit, diſſuenda. Tunc ſolum rumpenda eſt, ſi amici crimen adeo enorme eſt, vt ſine famæ diſpendio tolerari non poſſit, videlicet, ſi contra fidem CHRISTI, ſi contra publicam vtilitatem, damnabili præſumptione quid attentauerit. Diſſuenda eſt amicitia, ita vt non proſiliatur ad iurgia, vel ad contumelioſa verba. Inhoneſtum eſt enim, bellum cum illo gerere, quem tuæ familiaritatis ſecretarium habuiſti. Diſſoluta amicitia, nulli maledicta congerant in amicos; non ſuſurrent in angulis, non excuſent ſe mendaciter, vt alios dehoneſtent. Soluta denique amicitia, ſemper ei, quem amicum habueras, hic honor exhibendus eſt, vt qui infert, non qui patitur iniuriam, ſit in culpa. Amicitia ergo nunquam à ſua æternitate degeneret. Qui enim amicus eſt, ſemper diligit: ideoque ſemper eum dilige, qui te læſit, & ſi amicitia ſubtrahatur, dilectio perſeueret. Conſule famæ, & ſaluti tuæ, ne vnquam amici ſecreta prodas, licet ille prodiderit tua. in omnibus tamen ita cautè ambules, ne bonum odorē tuæ opinionis ei conſulendo, aut aliâs colloquendo contamines, vt nullus amor religioni tuæ, aut paci multorum præponatur, intuens, quod Rex Dauid pactum, quod cum Ionatha fecerat irritum faciens pro pace & ſalute multorum, ſeptem viros de cognatione eius Gabaonitis tradidit puniendos. *2.Reg.21.7.* Illud eſt in amicitiæ ſolutione notandum, quod in partem illius, qui amicus eſt, ſolutio amicitiæ nunquam cadit. Qui enim læditur lædenti amicus eſſe non deſinit, diligit non diligentem, & ſuum contemptorem honorat, ſeq; beneficum exhibet ſibi maleficia machinanti. Turpe eſt maximè homini orthodoxo teſtificari iniurias, & odiorum ſopitos cineres denuò ſuſcitare. Cicero de laudibus Cæſaris ſcribens; nihil, inquit, ſolet obliuiſci, niſi iniurias. Ergo ſemper ſit in memoria gratia familiaritatis antiquæ: ne eam ſuperueniens vnquam malignitas poſſit abolere. *Cic. in orat. pro Q. Ligario in fine.*

DE CONIVNCTIONE ET DISIVNCTIONE AMICITIÆ.

CAP. XIII. *Aug. ib. c. 17.*

SVNT quatuor, in quibus amicitiæ diſiunctio locum habet. Dilectio, affectio, ſecuritas atque iucunditas. Dilectionis eſt conſulere, prouidere, & amico beneficia exhibere. Ad affectionem verò ſpectat quędam ſuauiſſima & iucunda delectatio. Ad ſecuritatem pertinet quorumlibet ſecretorum ſine omni timore & ſuſpicione communicatio. Ad iucunditatem verò de omnibus, quibus humana mens afficitur, amica & familiaris, dulcis & blanda collatio. In his itaque amicitia patitur ſectionem: quia, licet dilectio in aliquo ſtatu maneat, ſubtrahitur tamen illa interior & ſuauiſſima dilectionis affectio, perit ſecuritas, per quam ſua reuelabat arcana, turbatur ſerenitas, quam blanda confabulatio iucundabat. Manet itaque dilectio, ſed gratia familiaritatis aufertur. Veteris tamen amicitiæ veſtigiis alia reuerentia ſemper imponenda eſt, niſi eam enormitas reatus eliminet.

FINIS.

VARIÆ

VARIÆ LECTIONES ET BREVES NOTÆ IN EPISTOLAS PETRI BLESENSIS.

AD CANDIDUM LECTOREM.

QVot codicibus vſus fuerim, CANDIDE LECTOR, pro PETRI Bleſenſis epiſtolis, opuſculiſque caſtigandis in Præfatione dixi: nunc quoniam ſponſio de VARIIS LECTIONIBVS, NOTISQ. breuibus tandem præſtanda eſt, te latere nolui, quibus litteris quodque exemplar, ſiue ſcriptum, ſiue impreſſum, deſignarim.

MOG. I. *deſignat codicem Moguntinum ante annos centum eoque plus typis excuſſum, Coll. Societ.* IESV.
MOG. II. *codicem Manuſcriptum Moguntinum eiuſd. Collegij.*
CARTH. *codicem Carthuſiæ Moguntinæ. MS.*
HERB. *codicem Carthuſiæ Herbipolitanæ. MS.*
CONFL. *cod. MS. Collegij Confluentini Societatis* IESV.
SPIR. *cod. MS. Collegij Spirenſis Societatis* IESV.
COLON. *cod. impreſſum Collegij Colon. Societ.* IESV.

NOTA.

Dum citantur aliqui codices à contextu diſcrepantes, reliquos cum contextu conſentire.

IN EPISTOLAM I.

HENRICO DEI gratia Illuſtriſſimo Anglorum Regi, Duci Normanniæ & Aquitaniæ, & Comiti Andegauiæ. FVIT *hic Henricus inter Anglorum Reges hoc nomine ſecundus, natione Francus, rerum geſtarum gloria clariſſimus. Patrem habuit Gaufridum Comitem Andegauenſem, matrem Mathildem Imperatricem.* PETRVS *Bleſenſis in Compendio de B.* IOB, *ſcribit eum è Comite Ducem, è Duce Regem factum, ac inito regno multos Reges maximos ſibi ſubieciſſe. Et in epiſtola ad Gualterum Archiepiſcopũ Panormitanum.* Pater, *inquit*, eius potentiſſimus & nobiliſſimus Comes fines ſuos ampliſſimè dilatauit: ſed iſte Patris facultatibus ſuperaddens in fortitudine manus ſuæ Ducatum Normanniæ, Ducatum Aquitaniæ, Ducatum Britanniæ, regnum Angliæ, regnum Hyberniæ, regnum Walliæ, regnum Scotiæ, paternæ magnificentiæ titulos inæſtimabiliter ampliauit. *Hæc ille. Lege Guilielmum Neubrigenſem rerum Anglic. lib. 2. & 3. Matthæum Paris in hiſtoria maiori Anglorum, & Polydorum Virgilium hiſtor. Anglic. lib. 12. & 13.* Epiſt. 66.

IN EPIST. II.

IN morte filij veſtri. *Is fuit*, HENRICVS, *primogenitus ex Regina Aleonora corporis animique dotibus eximiis. Obiit in ſummo ætatis flore, cum vigeſimum octauum annum attigiſſet, multoque ante vna cum coniuge Margareta Ludouici Regis Francorum filia ſollemni ritu Rex Anglorum coronatus eſſet, teſte Neubrigenſi, Paris, & Polyd. locis citatis.* PETRVS *Bleſenſis, licet illum nonnunquam vocet Henricum tertium, hoc tamen nomen apud Hiſtoricos non retinuit, eo quod, licet Rex deſignatus, nunquam verè regnarit, ſed ſub paterna tutela vſque ad vitæ exitum permanſerit, vt habet Polyd. libro 13. Laudes eius habet Sigebertus Gembl. in Chron. ad annum 1181.*

SCIO quia pium eſt flere mortuum. *Hieronymus in epiſt. 25. ad Paulam ſuper obitu Bleſillæ filiæ contendit, piè in Domino defunctos non eſſe deflendos, & ad exempla Patrum veteris teſtamenti a Bleſenſi hic allata reſpondet.*

LEX naturæ indicit. *Mog. I. & Carth.* inducit.

Si tam deplorando funeri. *Mog. I.* ſi cauſa deplorandi filium.

Nobis ſuper eum flentibus. *Mog. I. & Conſl.* nobis eum flentibus. *Mog II.* nobis enim flentibus.

Factus & defunctus eſt CHRISTI miles. *Carth.* defunctus factus eſt miles CHRISTI.

Conſilio ſiquidem, & ſuggeſtione proditoriæ factionis. *Mog. II. & Conſl.* propriæ factionis. *De hac proditoria factione lege Hiſtoricos citatos, & epiſtolas Petri Bleſenſis, 33. 153. & 154.*

IN EPIST. III.

TEIPSVM apud DEVM & homines rationabiliter æquilibres. *Mog. II.* rationabiliter libres. *Herb.* æquè rationabiliter libres.

NAM & agnus Paſchalis iuxta LXX. interpretes de ouibus & capris aſſumebatur. *Locus eſt Exodi 12. ver. 5. vbi LXX. ſic legunt. Agnus perfectus, maſculus, immaculatus, anniculus erit vobis. Ab agnis & ab hœdis accipietis. Nec ſecus Chaldæus. De agnis & filiis caprarum accipietis. Et Pagninus ex Hebræo.* Ex ouibus & capris tolletis. *In quæ verba B.* THEODORETVS *quæſt. 34. in Exodum. Præcepit, inquit.* DEVS, *vt non ſolum ſumant ex pecudibus agnos anniculos, verum etiam ex capris hœdos, non vt eadem ratione tam illi quam iſti ſacrificarentur, ſed vt qui agni copiam haberent, ſacrificarent agnum; qui autem eo carerent, hœdum. Eodem modo ex Iudæorum ſententia exponit B. Auguſtinus quæſt. 42 in Exodum. Vnde liquet,* ET, *pro, Aut, hoc loco ſumi, vt ratione quoque euincit in hunc locum Caietanus. Cur autem alterutrum offerretur, myſticam rationem adfert Procop. Gazæus in cap. 12. Exo. Hœdo, videlicet, ſignificari imperfectos, qui pro expiandis peccatis offerebant: agno verò perfectos. Ad quam rationem hic reſpexit Bleſenſis.*

Quam vna de virginibus interfecit. PRVDENTII *pſychomachia cogit, vt ſic legamus, vel vt habet exemplar Herbip.* Quam vna de virtutibus interfecit. *Cum enim hic agitur de ſuperbia, non dubium eſt, quin Bleſenſis reſpexerit ad ſuperbiæ & humilitatis pugnam a Prudentio deſcriptam; in qua regina Humilitas ſuperbiam in ea ipſa foſſa, quam virtuti pararat, obtruncat. Itaque perſpicuum eſt mendum in reliquis exemplaribus, quæ contrario ſenſu legunt. vel.* Quæ vnam de virginibus interfecit. *vt Mog. vtrumque. Carth. & Conſl. vel.* quæ vnam de virtutibus interfecit. *vt Spirenſe. Niſi [illegible]us eſſe memoriæ lapſum. Nam & in Sermone 26. Bleſenſis Louanienſe exemplar*

MS.

MS. ſic habet. Hæc eſt Sicaria, quæ vnam de virtutibus interfecit *apud Prudentium in Pſychomachia.*

Humilibus te conformes. *Mog. vtrumque, & Conf.* conformes naturaliter. *licet in Mog.* 2. naturaliter. *ſit inductum. Suſpicor ſubiectam vocem,* Valc, *qua eſt in exemplari Spirenſi, quam librarij transformarint in vocem,* naturaliter.

IN EPIST. V.

REVERENDO PATRI & D. Richardo Cantuarienſi Archiepiſcopo. *Hic Richardus è monacho, vt eſt in epiſtola fine, Archiepiſcopus factus, ſucceſſit S. Thomæ martyri, vt habent auctores hiſtoriæ Anglicanæ, & initio huius epiſtolæ indicatur. Petrum Bleſenſem in eius aula verſatum fuiſſe non obſcurè intelligi poteſt ex epiſt. 6. & 38. in qua multas eius habet laudes, ſed & Cancellarius eiuſdem fuit, vt dictum in præfatione ad Lectorem.*

Etiam hora eſſet à ſomno ſurgere. *Carth.* eia hora eſſet. *Conf.* ſi iam hora. *Herb.* iam hora eſt.

Qualem habuit deceſſorem. *Mog. 1. & Conf.* prædeceſſorem. *Voce* deceſſoris *pro* prædeceſſore, *etiam peruetuſti ſcriptores vſi.*

Quando reſtauret quod amiſit. *Omnia exemplaria ſic habent. Forte legendum* omiſit; *omiſſi enim officij Archiepiſcopus hic reus agitur.*

Niſi adiiciat facere bonum. *Mog. 2. Spir. & Conf. niſi aducat bonum. Herb. & Carth.* n. a. opus bonum.

Quod viuaria conſtruit. *M. 1. Herb. & Conf.* varia conſtruit.

Impleatis pontificium. *Conf. & Carth.* Pontificem.

IN EPIST. VI.

SI puerilium deriuationum nænias. *Sic malo cum vno Carth. exemplari, quàm venas, cum reliquis omnibus.*

Cum curia à cruore dicatur. *Nullus, quod ſciam, probatus auctor eſt, qui non cum Feſto, & Pompon. de Origin. Iur. a curis dictam velit curiam. ſed, vt rectè monuit P. Ærodius in rerum iudicatarum Pandectis libro 1. c. 3. S. Patres olim vt clericos arcerent à ſecularium Principum aulis, vel curiis, curiam a cruore dictam finxerunt. Sic enim in antiquiſſima Synodo Romana ſub PP. Sylueſtro celebrata cap. 16.* Nemo clericus vel diaconus, aut preſbyter propter cauſam qualibet intret in curia, quoniam omnis curia à cruore dicitur, & immolatio ſimulacrorum eſt. *Vnde & Gloſſographus in Decret. Gratiani ex Laur. Iureconſ. annotat, nomine curialium ſtrictè intelligi tantum officiales Principum in cauſa ſanguinis.*

Sine lite & obtrectatione. *concinnius meo quidem animo, quam* obiectatione, *vt Carth. vel* detrectatione, *vt Mog. II. & Conf. vel* detractione, *vt Mog. 1.*

De vena ſubtiliore producit. *ſolum Mog. 1.* ſubciſiore.

Docetis ſapientiam. *Reſtitui hæc verba ex Carth. in cæteris deſiderantur.*

IN EPIST. VIII.

SICVT enim in Aſtrologia Martiani. *Martiani Capellæ in libro 8. qui eſt de Aſtronomia, verba hæc ſunt. Effigies primi luminis Lunæ quibuſdam velut cornibus circulata μηνοειδὴς dicitur: cum vero nonaginta partibus a Sole diſcedens orbem eius mediatenus idem radius luminarit, διχότομος perhibetur. Sed prædictis partibus, cum alias*

quadraginta quinque adiecerit, perhibetur ἀμφίκυρτος, id eſt, maior dimidia, minor plena. Cum vero centum octoginta partibus a Sole diſceſſerit, & contrariò poſitam totam partem, quam terris opponit, illuminat, πανσέληνος perhibetur.

Stipulatione ſequeſtrata. *Hæc verba in omnibus exemplaribus Ieremiæ dictis ſunt interſerta, cum tamen nec in Biblus latinis ſint, nec in verſione L X X. nec in Hebrais codicibus.*

Dictaturus erat familiæ herciſcundæ iudicium. *Vox,* familiæ, *licet in iure ſæpe ad res & perſonas, teſte Vlpiano & Alciato, l. pronunciatio. D. de verb. ſignif. referatur: hoc tamen loco ſignificat res ad ſubſtantiam patrimonij pertinentes. Græci οἰκετείας vocant. Terent. in Heaut. act. 5. ſcen 1. Decem dierum vix mihi eſt familia.* Herciſcere *autem verbum priſcum eſt, pro, diuidere, teſte Feſto: in veteribus Legum libris vſurpatum. Iudicium ergò familiæ herciſcundæ non eſt aliud, quam iudicium ciuile de hæreditate inter cohæredes diuidenda.*

Lis per inficiationem creſcat in duplum. *Inficiari, teſte Briſſonio lib. 9. de verb. ſignif. eſt creditum, depoſitumúe abnegare ſecundum legem 2. in fin. D. de except. l. 14. D. depoſ. l 67. D. de furt. Et Iſid. l. 5. etymol. c. 26. ait. Inficiationem eſſe rei debitæ negationem cum ea à creditore repoſcitur.* MARTIAL. In ius ô fallax, atq; inficiator eamus. *Inficiatione creſcentem cauſam l. 7. D. de ſolutio. accipe ex ea actione, quæ aduerſus fatentem in ſimplum, aduerſus negantem in duplum competit, qualis eſt Aquiliæ actio. l. 23. §. vlt. D. ad legem Aquil. Hæc Briſſon.*

IN EPIST. X.

QVOD Dominus tuus rex Siciliæ ſaluris tuæ & paternæ traditionis oblitus cum comite Lorocelli in ruinam Agrigentinæ Eccleſiæ coniurauit. *In vtroq; exemplari Carthuſianorum, Moguntino & Herbipolenſi, atque etiam Spirenſi inſignem hic deprehendi corruptelam ab audaculo aliquo in Francorum regem detortam Sic enim legunt.* Quod dominus tuus rex Franciæ, &c. cũ Comite Claromontenſi in ruinã Bituricenſis Eccleſiæ coniurauit. *Sed certum eſt lectionem noſtram eſſe germanam & legitimam, vti præter cætera exemplaria, probat MS. exẽplar epiſtolarum Bleſenſis, quæ ſunt in bibliotheca Vaticana. Etenim, ſi de Francorum Rege hæc epiſtola ſcripta eſt, quomodo veritati conſentaneũ eſſe poteſt. quod haud longè a medio epiſtolæ Bleſenſis ſcribit,* Regem adoleſcentem ignobilium hominum conſilia proditoria prætuliſſe Domino Salernitano, & Comiti Auellini auunculis ſuis? *An aliquis Francorum Rex id temporis habuit ſanguine ſibi coniunctum aut Salernitanum Archiepiſcopum, aut Comitem Auellini? Certè Thomas Fazellus ſcriptor Siculus libro ſeptimo ſecundæ Decadis de rebus Siculis diſertè ſcribit Romoaldum Archiepiſcopum Salernitanum, & Rogerium Comitem Auellini conſanguineos regis Siciliæ Guilhelmi ſecundi, qui Bonus dictus eſt, fuiſſe. Nec mirum videri debet ad ſacellanum Regis Siciliæ à Bleſenſe ſcribi, cum & ipſe aliquandiu in Sicilia vixerit, ac dicti Regis adhuc adoleſcentuli preceptorem & ſigilliferum egerit, vt liquet ex ep. 66. & 131.*

IN EPIST. X I.

ALIAM conditionem indico tuam, qui ſanctioris vitæ propoſitum ſollemniter emiſiſti. *Sollemniter emiſiſſe votum Bleſenſi hoc loco dicitur, qui palam, multis conſciis Deo promiſit ſe religionem ingreſſurum: quod votum eſt ſimplex tantum, & nõ, quod propriè dicitur apud Theologos ſollemne. Conſtat enim ex toto epiſtolæ decurſu illum nondum ingreſſum fuiſſe religionem, & ideo ſollemne religionis votum, quod edi ſolet in monaſteriis poſt exactum probationis annum, edere non potuiſſe.* Propoſueras, *inquit, initio epi-*

ſtolæ

ſtolæ omnes ſeculi pompas relinquere. *Et infra.* relinquas ſeculum, antequam à ſeculo relinquaris. *Et iterum.* Non eſt aliud votum protrahere, quàm luxuriari in CHRISTO: nec enim Dominus promiſſiones acceptat, niſi propter promiſſionis effectum.

Nec enim Dominus promiſſiones acceptat, niſi propter promiſſionis effectum. *Sic malui cum vno Herbip. quam cum reliquis omnibus*, ſed promiſſionis effectum. *Conſtat enim promiſſiones Deo gratas eſſe, antequam conſequatur effectus.*

IN EPIST. XIV.

NVnquid infelix debui venari, & ieiunare in caſtris? *Mog. 1. & Herbip.* inuenire in caſtris. *Mog. 2. Carth. & Conf.* iuuenari in caſtris *vtrumque mendosè. ſcribendum cenſeam.* ieiunare. *tum litterarum ſecutus ductum, tum quia vocem ieiunandi, voci paſcendi, & ieiunium paſtioni opponere videtur. mox enim ſubiicit.* Nunquid gloria hominis eſt, homines & iumenta paſcere, & à verbo DEI & cibo animæ ieiunare?

Milites Herlinini. *Mog. 1.* herlerini. *Mog. 2.* herlerni. *Conf.* herkelini. *Carth.* helerini. *Herb.* barlobom *vel* loboni. *Reſcripſerim* herlinini, *vel* herluini. *gemina coniectura ductus. Altera eſt, quod alludere videatur ad* Herlinum, *qui vnus fuit è Centauris. Notum autem ex Valerio Flacco in primo Argonaut. à Centauris poculis primum & menſis, & ſacris vaſis pugnam commiſſam cum Lapithis, ſed ſuo damno & exitio. Lege Natalem Comitem lib. 7. mythol. c. 4. Itaq; Bleſenſis hic aulicos per ludibrium milites* herlininos *vocat, quod poculis potius certent, quam gladiis. Altera coniectura eſt, pro voce* herluini. *quod eius Bleſenſis monachus quidam Herluinus auctor fuerit in ciſmarina Britannia multis Anglorum millibus, vt in terram ſanctam contra Saracenos iter ſuſciperent, qui cum Ptolemaidem perueniſſent, nullo alio duce belli, quam Herluino bellandi imperito freti, miſerrimè perierunt, teſte Antonino in hiſt. tit. 17. c. 9. §. 29.*

Longè melius foret eſſe iuſtum, quàm diuitem. *in veterem poſſeſſionem reſtitui hæc verba ex Carth. in cæteris deſiderabantur.*

Talenrumque ſibi à Domino creditum cum lucro ad Dominum reportare. *collatis exemplaribus ſic emendaui, cum alia legerent,* ad domum report. *alia illud* à Domino *omiſiſſent.*

Sagmarios inſtare ſagmariis. *Mog. 1.* ſauinarios. *Mog. 2.* ſamarios. *Conſt.* ſaumarios. *Herb.* ſummarios. *Vt ſcriberem hoc loco ſagmarios duo doctiſſimi viri mihi autores fuère. Alter eſt D. Gerardus Voſſius, qui in notationibus ſuis ad librum 3 B. Bernardi de conſideratione, vbi hactenus lectum eſt*, Summarij non leuati ſarcinis onuſti nihilominus repatriāt vel inuiti, *monuit ſcribendū videri* ſagmarij, *eo quod* σάγμα *græcè ſignificet onus. vnde ſagmarij, quaſi ſarcinarij & onerum bauli. Alter eſt Godeſchalcus Steuechius, qui in commentariis ad decimum caput ſecundi libri Fl. Vegetij, gloriatur ſe primum huic voci ius poſtliminij in Vegetio impetraſſe, cum alij* ſagittarij, *alij* ſaginarij, *alij* ſagiarij *legendum eſſe exiſtimarent, quem conſule.*

Balatrones, hoc genus omne. *Mog. 1. & 2.* barbatrones. *Herb.* baratores. *Conſt.* barattanes. *Subſtitui* balatrones, *quod latinum eſt, & a bonis autoribus vſurpatum pro hominibus nullius pretij, vt Varrone lib. 2. de re ruſtica cap. 5. Horat. ſerm. 1. ſat. 2.*

IN EPIST. XV.

VOCAVIT te nobilis Eccleſia. *Fuit is Reginaldus de Moncō nepos Theobaldi Comitis Bleſenſis, ex Theſaurario S. Martini Turonenſis, poſt obitū Ioan. Salisberienſis electus*

in an

in antiſtitem Carnotenſem, anno a Deiparæ partu, 1182. teſte Sigeb. in Chron. Laudes eius habes in epiſt. 20.

Super humerali autem rationale adiicitur. *In omnibus exemplaribus locus hic erat mutilus. correxi ex verbis diuinæ Scripturæ, & indiciis exemplaris Herbip.*

Sanctioris propoſiti conatus euacuant. *Sic Herb. cætera,* ſanioris.

Sed & auunculus tuus Archiepiſcopus. *Fuit is Guilielmus ad albas manus Theobaldi Comitis frater, qui auctore Sigeberto ſub annum 1177 ex Carnotenſi & Senonenſi Epiſcopatu euectus eſt ad Archiepiſcopatum Remenſem. Quare non dubitaui, coniectura vnius exemplaris Herb quod habebat* Archiepiſcopus Rom. *ductu in contextu ſcribere,* Archiepiſcopus Remenſis. *Exſtant duæ ad eum Bleſenſis epiſtolæ XXVIII. quæ continet eius laudes, & CXXII.*

IN EPIST. XVI.

HAbitatio terrena hanc deprimit. *Mog. 2. & Conf. hæreditatio terrena.*

In vno ſiquidem cubito conſummata eſt arca. *Quo ſenſu in vno cubito conſummata dicatur, variæ ſunt Doctorum opiniones, quas recitat Ben. Pererius lib. 1. in Geneſin. 10.* ORIG. *hom. 2. in cap. 6. Geneſ. Beda, Rupertus, Toſtatus aiunt idcirco vno cubito conſummatam, quod faſtigium eius tam ſecundum latitudinem quam longitudinem nō fuerit amplius vno cubito. Qui verò iuxta Tropologicum ſenſum nomine arcæ Eccleſiam ſanctam intellexeêre, dixêre eam vno cubito conſummatam, vel quia Eccleſia perfecta eſt in vno capite* CHRISTO *omnis peccati experte, vt explanat Greg. hom. 16. in Ezech. vel quia omnes fidelium actiones ad vnam fœlicitatem æternam referuntur, vt exponit Orig. loc. cit. & Hugo Victorin. cap. 18. allegor in Geneſin. Quam expoſitionem hic ſecutus eſt Bleſenſis.*

IN EPIST. XVII.

REcipis incrementum in burſa, detrimentum in anima. *Vni Herbip. exemplari hanc lectionem debeo. cætera tantum.* recipis incrementum.

Pſal. 70. 16. Propheta dicit, Quia non cognoui negotiationem, introibo in potentias Domini. *Ita legit Arnobius, Auguſtinus, Hieron. Caſſiodorus, Gelaſius in ep. ad Epiſc. per Lucan. conſtitutos, quæ citatur. c. conſequens apud Gratianum. diſt. 88. Eandem lectionem habet Pſalterium Romanum ad vetuſtiſſima exemplaria anno 1593. approbante Clemente VIII. recognitum. Alij ex Hebræo vertunt. Quoniam non cognoui numeros vel numerationes, vt Pagninus & Rabbini recentiores. Vulgata noſtra verſio, ex tranſlatione græca LXX. habet. Quoniam non cognoui litteraturam. Varietas hæc nata eſt ex multiplici ſignificatu vocis Hebraicæ Sephorot, quæ ſignificat ſcripturam, litteras, numerationem. Quis autem, inquit Titelmannus & Genebr. non videt maximam eſſe affinitatem numerationibus cum negotiationibus, cum omnis ferè negotiatorum labor conſiſtat in rationibus ſubducendis, & numeris conſcribendis?*

IN EPIST. XVIII.

PRomptus ad diſſenſiones, ad omnia inhumanus. *Mog. vtrumque, & Conf.* ad odia inhumanus.

IN EPIST. XIX.

QVæris de muliere, quæ virum ſuum profectum peregrè. *Hæc quæſtio tempore Petri Bleſenſis, vt apparet, propoſita eſt Cœleſtino Papæ. Is enim in Decretal. ad eam reſpondet. c. placet. de conuerſ. coniugatorum.*

Ex S.

Ex 8. ſynodo, ex ſynodo Eugenij Papæ, *&c. Octaua huius ſynodi verba habentur apud Grat. 27 c ſi quis coniugatus. Synodus autem Eugenij, nempe, ſecundi, fuit Romana ſecunda. c. 36. & citatur loco cit. c. ſi vir & vxor. Epiſtola B. Gregorij ad Vrbicum. lib. 5. ep. 5. citatur ibid. c. quia Agathoſa. & ep. Nicolai cap. ſcripſit. Auguſtinus idem docet epiſt. 49. 70. & 199. & lib. 8. de adult coniug. c. 4. Hieron. ſiue Paulinus, ep. ad Celantiam. in comment. Hier. epiſt. ad Titum nihil de hac re inueni. nec vllus liber quæſt. vet. & noui teſt. exſtat in opere Ambroſiano.*

Teſtificante hoc Auguſtino ſuper 149. pſalmum. *Sic emendaui. nam Mog. 1. expreſſit pſalmum 47. Mog. 2. 144. Herb. 46. Conſ. 47. Spir. 146. In pſalmo enim 149. docet, maritum non poſſe, ſi abhorreat ab vxore ſua, vel aliam ducere, vel velle continere, niſi & ipſa velit: & ſi fugiat ad Eccleſiam, volens eam dimittere, arctius ab ea colligari: propterea, quod homo ſeparare non poſſit, quod* DEVS *ſemel coniunxit.*

Quod ſi vir poſtea veræ mortis tributum ſoluerit, ipſa liberata à lege viri, nubat cui vult in Domino. *Ipſam nubere non poſſe duo Pontifices ſummi, Cæleſtinus tertius, vt habetur in Decretal. c. placet. de conuerſ. coniug. & ante eum Alexander tertius cap. quidam, eodem titulo, ipſo Bleſenſis ſæculo, definierunt, eo quod ingrediendo monaſterium promiſerit ſe non exacturam carnis debitum, quod erat in poteſtate ipſius, quæ promiſſio morte viri ſoluta non eſt. Addunt, conſultum etiam eſſe, vt redeat ad monaſterium, non tamen ad id cogendam. Ad ſimilitudinem autem hic a Bleſenſi allatam de ſeruo, reſpondeo parem omninò eſſe rationem. Nam ſeruus ille, mortuo Domino ſuo, qui eum è monaſterio extraxerat, non quidem cogi poterit ratione voti, vel profeſſionis inuito Domino factæ ad repetendum monaſticæ vitæ propoſitum: poterit tamen cogi ad ſeruandam promiſſionem de non exigendo debito, ac proinde & de non ineundis nuptiis.*

IN EPIST. XXIII.

CARISSIMO Domino & amico O. S. Romanæ Eccleſiæ Cardinali. *Hic videtur eſſe Octauianus, de quo Sigeb. in Chron. ad annum 1179. Alexander Papa, inquit, miſit Octauianum Subdiaconum Romanæ Eccleſiæ ad Rothomagenſem prouinciam, vt conuocaret Archiepiſcopum & Suffraganeos eius, & Abbates illius prouinciæ. Et miſit ſimiliter alios ſubdiaconos in Orientem & Occidentem, & Meridiem, & Septentrionem, vt conuenirent ad Concilium generale, quod erat futurum proxima Quadrageſima in ciuitate Romæ. Hucuſque ille. Concilium hoc fuit Lateranenſe tertium 280. Epiſcoporum anno 1180. celebratum.* ALEX. III.

Lex diuina nullum præciſa aure Epiſcopari permittit. *Quo ſenſu Bleſenſis dicat, Ammonium dixiſſe lege diuina ab Epiſcopatu arceri auribus deſtitutos, liquet ex reſponſione Timothei Epiſcopi, quæ eſt apud Palladium in hiſtoria Lauſiaca. cap. 12. nam cum Ammonius affirmaſſet lege arceri a Sacerdotio auribus priuatos. Hæc, reſpondit Timotheus, lex in vſu ſit apud Iudæos; ego verò etiam naribus truncatum, ſi probis moribus ſit, ordinabo. Reſpexerit ergò Ammonius, ſi ita locutus eſt, tantum ad leges diuinas veteris teſtamenti cæremoniales, quæ iam exoleuerant. Sozomenus certè libro 6. hiſtor. Eccleſ. c. 30. & Niceph. lib. 11. c. 37. tantum ſcribunt Ammonium ad legem ſacerdotum, id eſt, Eccleſiaſticam & humanam reſpexiſſe: iam enim exſtabant Apoſtolorum canones, quibus vitiati ab ordinibus arcentur.*

Nondum cum Petro rete, cum Ioanne ſyndonem. *Fuiſſe Ioannem Euangeliſtam, qui tempore paſſionis* CHRISTI *relicta ſyndone, vt eſt apud Marcum c.*

14. fuga elapſus eſt, teſtatur Ambroſ. in pſal. 36. Chryſ. in pſal. 13. Gregor. lib. 14. mor. c. 13. Beda in c. 13. Marc. Vide Caſ. Baron. tom. 1. Annal.

IN EPIST. XXIV.

PORRO Dominus Cantuarienſis, qui ſicut mihi videtur, iam aggreſſus eſt arctioris & altioris vitæ propoſitum. *Loquitur de S. Thoma martyre Cantuarienſi Archiepiſcopo, qui, vt refert Polyd. lib. 13. Anglic. hiſt. exilio multatus ab Henrico Angliæ Rege in Galliam ad Pontificem Romanum Alexandrum III. Senone agentem ſe contulit, cauſaque ſua expoſita ſponte ſe dignitate Archiepiſcopali abdicauit, quam tamen Pontifex mox vltro ei reſtituit. Ad Pontiniacenſe deinde cœnobium ordinis Ciſtertienſis eiuſdem iuſſu profectus, accepto a Papa nouo veſtitu, monaſticam vitam degere inſtituit. Sic ille.*

IN EPIST. XXV.

PRopoſui te ſalutaribus monitis adhortari. *Mog.* 2. adoriri.

Verſutias concinnare. *concinnitas certè, vt legit Mog. 1. quàm* continuare, *vt Herb. Mog. 2. Conf.*

IN EPIST. XXVI.

NISI vel nimia locorum diſtantia vel raritas itinerantium contrairet. *Conf. Mog. 2. & Spir.* inuida locorum diſtantia. *Herb. Mog. 2 Conf.* intermeantium contrairet. *Mog. 1. & Spir.* itinerantium corporalem a[illegible] non mendicet. *Mog. 1.* vendicet.

Si talentum ſcientiæ ſibi à Domino commendatum. *Sic malui cum Mog. 1. quam cum aliis M. S S. tribus,* commodatum. *Vnde & paulo poſt lego.* Hoc igitur ſecurè commendet Patri orphanorum. *licet Mog. 1. legat* commodet. *quia ſententia clarior eſt.*

IN EPIST. XXVII.

PORRO plurimi conqueruntur & impatientiſſimè ferunt. *Diu multumque diſputatum fuit Bleſenſis ſeculo, num ius eligendi Archiepiſcopum Cantuarienſem in ſolos monachos Cathedrales (vocabātur autem cathedrales, quod Cantuariæ obtinerent Eccleſiam cathedralem) an vero etiam in eiuſdem metropolitanæ Eccleſiæ Epiſcopos Suffraganeos conueniret? Ac* PETRVS *quidem noſter videtur exiſtimaſſe illud communiter ad Epiſcopos & monachos cathedrales pertinuiſſe, atque ideo æquo grauiore cenſura hic eoſdem monachos perſtringit. Verum exitus declarauit, monachos ab omni culpa immunes fuiſſe. Nam cum ſub annum Domini 1205. regnante Ioanne Anglorum Rege ad Innocentium III. Pontificem Romanum quæſtio hæc relata e[illegible] partis argumentis & rationibus ſingulari decreto E[illegible] perpetuum indixit ſilentium, declarau[illegible] cathe[illegible] ius eligendi Metropolitani Cantuarien[illegible] competere. D[illegible] M[illegible]HÆVS Paris in hiſtor. Anglic. ad annum [illegible]. pag [illegible]*

IN EPIST. XXVIII.

G[illegible] Archiepiſcopo. *De Guilielmo hoc vide Notas epiſt. 15. [illegible] ante [illegible] ſcriptam a Rothrodo Rothomagenſi Archiepiſcopo certum eſt. C[illegible] annum Domini 1175. quo Henrici II. Regis Anglorum filius Henricus, cum fratribus, Richardo, Ioanne, Gaufredo, & matre Aleonora, coniuratione cum*

Rege

Rege Francorum Ludouico, facta a Patre defecit, (vt clare indicant, Sigeberti Chronicon, Mathaeus Paris, & tabula Eccleſiaſticæ Rothomagenſium Epiſcoporum apud Democharem) clauum Rothomag. Eccleſiæ tenuiſſe.

Ex præſenti Regũ diſcordia exitialem Eccleſiæ Rothomag. *Loquitur de diſcordia inter Henricum II. Angliæ regem & Ludouicum Francorum regem orta, qui autor fuerat Henrici filius, vt bellum mouerent Patri, Normanniamque, cuius caput erat Rothomagum, vaſtarent. Sed tandem veritus obſidionem Rothomagenſis vrbis longius extractum iri per Guilielmum Senonenſem Archiepiſcopum, ad quem hæc ſcribitur epiſtola, & Theobaldum Comitem Bleſenſem de inducijs cum Henrico pactus eſt, teſte Sigeb. & Paris ad annum 1178. Idem innuit G. Neubrig. l. 2. c. 12. & Polyd. l. 13.*

Nec poteſtas, nec cætera quibus pudicitia. *Hæc verba deſiderantur in Mog. 1. quæ vero ſequuntur*, expugnatur, propoſitum interuerterent caſtitatis, *ſoli Spir. & Herb. exemplari accepta fero.*

Andeliacum ergò, & alias poſſeſſiones noſtras. *Mog. 1. & Spir.* Andelium. *alibi. vt epiſt. 33.* Andelinum. *Mog. 2.* Andelacium. *Herb. & Conf.* Andeleium. *Scribo* Andeliacum. *vti appellat Sigebertus in Chron. ad annum 1168. & Paris ad 67. & 98. Sigebertus vocat burgum optimum, Paris & Bleſenſis villam, Polydorus inſulam, quæ propria erat B. MARIA & Archiepiſcopi Rothom. Vnde Rothrodus ad calcem huius epiſtolæ, & epiſt. 33. eam vocat vnicum ſubſidium vitæ ſuæ & ſuorum commenſalium. Quomodo autem hæc villa tandem ob crebros incurſus bellicos a ſede Archiepiſcopali alienata ſit, & in alias poſſeſſiones commutata ſub annum Domini 1197. exponit Mathæus Paris.*

Villæ noſtræ parcite, ſi vultis parcere vitæ noſtræ. *Hanc lectionem res ipſa, conuenienter exemplari Spir. Herb. & Conſt. ſuadet.*

IN EPIST. XXIX.

QVAM olim veſtri anteceſſores exercebant in Scithi, Mutius, Apollonius, Paphnutius, Macharius, Antonius, Paulus. *Mog. 1. chichim. M. 2. chitim. Conf. cithim. Emendo. ſcithi, vel ſcheti. Conſtat enim Apollonium, Paphnutium, duoſque Macharios in ſolitudine ſcithi, vnde & ſchitiotæ in Prato ſpirituali Sophronij appellantur, ſedem ſuam habuiſſe, teſte Palladio & Soſomene. De Mutio abbate, lege Caſſian. lib. 4. monaſt. inſtit. cap. 27. & 28. De Apollonio, Palladium in hiſt. Lanſiaca c. 14. & Soſom. lib. 6. c. 29. De Paphnutio Pallad. c. 63. 64. & 65. De Macario vtroq; Ægyptio & Alexandrino eundem cap. 19. & 20. & Soſom. lib. 3. c. 13.*

Plerique etiam autumant B. Gregorium fuiſſe illum Patremfamilias. *Ea eſt ſententia Ioannis Diaconi in libro ſecundo vitæ B. Gregorij, cap. 22. Verum, cum ipſe B. Gregorius homilia 23. in Euangelia, diſerte ſcribat ſe ſeniorum relatione traditum accepiſſe quendam Patremfamilias; dum quotidie excipit hoſpitio peregrinos, in leproſo Dominum ſuſcepiſſe, non eſt veroſimile, illud Gregorio accidiſſe.*

IN EPIST. XXX.

CARISSIMO Domino & amico R. Bathõ. electo. *Suſpicor hunc eſſe Reginaldum, qui ex Archidiacono Sariſberieſi ſub annum Domini 1173. electus eſt in Epiſcopũ Bathonienſem, ac tandẽ etiam peruenit ad Archiepiſcopatum Cantuarienſem anno 1192. teſte Paris, quẽ tamen non tenuit niſi dies 49. ad meliorẽ vitam tranſlatus. In Sigeberti Chronico, quod mendis ſcatet, vocatur Rudolphus. Itaq; euentus egregie cũ viſione P. Bleſenſis*

hæc propoſita conſenſit. Nam pretioſiora ſandalia, maioremque anulum mater, *vel Metropolitana Eccleſia ei tandem obtulit, id eſt, Archiepiſcopatum Cantuarienſem, ſed* ſua expectatione fraudatus eſt, *vt habet Bleſenſis ſomnium; nam intra 49. dies è viuis exceſſit.*

Pretioſiora verò ſandalia. *Spir. exemplar ſecus legit.* Sandalia verò, *inquit,* ei quærere tibi Petre incumbit. Cumque veſtiarium Eccleſiæ Rothomagenſis intraſſem, adoleſcens laicus indutus ſericis ſaudalia deferebat, oblatiſq; duobus nummis argenteis, & ab eo receptis ſandalia de manu ipſius licet indignanus extorſi. *Dum hæc in ſomnis agerem, &c.*

Ille auerſus & reuerſus donatiuis vtetur. *Nihil mirum, locum eſſe obſcurum. ſomnia ſua narrat Bleſenſis. Conſ. exemplar habet (aduerſis) ſed tenebras non diſcutit Pro* (vnum ſcias.) *Mog. 1. legit.* vnde ſcias.

Tot examinauit periculis, non videbam æqua lance reſponderi. *Mog 1.* exinaniuit. *Spir. & Mog. 2.* exanimauit.

Sibi præfatæ viſionis imagines figurauit. *Mog. 1.* præſagæ.

CVMQVE curioſitatis humanæ ſortibus, & reuolutione Pſalterij huius viſionis euentum diligentius explorarem. *S. THOMAS in ſecunda ſecundæ quæſt. 95. art. 8. triplices facit ſortes, diuinatorias, diuiſorias & conſultorias. Diuinatorias conſtat prorſus eſſe vetitas, cap. 1. de Sortileg. in Decretal. & ex B. Gregorio lib. 9. ep. 47. & lib. 7. epiſt. 66. Diuiſoria licita ſunt, ſi* DEO *vel fortunæ committantur: communi enim omnium gentium vſu ſorte diuidi ſolent hæreditates, & diuiſa ſunt olim a filiis Iſrahel, Ioſue cap. 15. & ſequen. Conſultoria vero quibus in rebus agendis quæritur conſilium, vti quæſiuit hic Petrus, ordinarie quidem illicita ſunt teſte B. Hieronymo in cap. 1. Ionæ, & Beda in cap. 1. Actorum, etiamſi ſoli* DEO *vel fortunæ committantur, tamen duplici nomine a vitio immunes eſſe poſſunt. Semel ſi in ſumma neceſſitate ad terminandam grauem litem, vel anceps conſilium adhibeantur, vt docet Auguſtinus epiſt. 180. ad Honoratum, & libro 1. de doctrina Chriſtiana, cap. 28. Iterum, ſi debita cum reuerentia precibus ad* DEVM *fuſis adhibeantur, vt indicat loco citato Beda. Qua ratione, ſi Petrus noſter viſionis ſuæ euentum ſortibus explorauit, nihil peccauit; ſi autem ſola curioſitate humana ſortibus vſus eſt, peccauit quidem: ſed tamen nutu diuino potuit in reuolutione Pſalterij primo loco ſe offerre ille verſus.* Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius. *Aliquando enim per ſortes abſcondita veritas cognoſcitur, non ſortium vi, ſed, voluntate* DEI, *vt habet S. Hieronymus loco citato, qui ſortes regit incertas iuxta illud Prouerb. 16.* Sortes mittuntur in ſinum, ſed a Domino temperantur. *eo quod* DEVS *aliquando indicat voluntatem ſuam debere patefieri hominibus, qui his ſuper[illegible] venitur [illegible] eſt [illegible] primo cap. de ſorte ſuper Ionam ab Ethnicis m[illegible]. Item [illegible] C[illegible] m 3. in epiſt. ad Titum. De conſuetudine autem reuoluendi [illegible]m, vel Biblia ſacra ad explorandam* D[illegible]I *volu[illegible]tem mult[illegible] extant ex[illegible] in Vitis Sanctorum, vt in vita S. Theodor[illegible] apud Surium [illegible]m. [illegible]. & S. Franciſci apud D. Anto[illegible] [illegible]. & Bonauent. in eiuſdem vita. cap. 13. de ſti[illegible] eum de Imperatore Heraclio, qui in bello Perſico [illegible] tatus eſt, an hibernaturus eſſet in Albania. Plura exempla habes apud Martinum Delrium lib. 4. diſquiſ. mag. c. 11. q. 7. ſect. 3.*

IN

IN EP. XXXIII.

NVNC ex omni parte demuniunt. *Sic emendaui ex ſolo Herbip. vt reſpondeat voci antegreſſa*, munitam. *Mog. I. Spir. & Conſt. habent*, diminuunt. *Mog. II.* deuincunt.

IN EP. XXXIV.

CIrcumueniens meum propoſitum reuocauit. *Mog. I. & Conf.* viæ propoſitum. Mors auara prima facie deprædata eſt. *Mog. I. & Spir.* amara.

IN EP. XXXV.

MAtrimoniali commercio conuenirent. *Mog. I. & II. ac Conſt.* conuenirent. *Herb.* coniurent. *Mallem* coniungerent. *ſed veſtigia litterarum conſpirante Spir. magis ſuadent*, counirent.

IN EP. XXXVI.

O Quàm pulchra eſt caſta generatio cum caritate. *Codices l[illegible]ni nunc legunt*, cum claritate, *conuenienter græcis. Bleſenſis, vt plerique alij, ſecutus fuerit codices ſui temporis.* Sap. 4.

IN EP. XXXVII.

APOSTOLVS ſe in Hiſpaniam tranſiturum promiſerat, ſuamque promiſſionem, Domino diſponente aliter, non impleuit. *Sic quoque ſenſiſſe videtur Gelaſius Papa apud Grat. 22. q. 2. cap. beatus Paulus. Verum probabilius eſt eum promiſſionem ſuam impleſſe; ita enim teſtantur auctores quamplurimi. B. Hyppolitus in libro de duodecim Apoſtolis. Athan. epiſt. ad Dracontium. Cyril. Hieroſolym. catech. 17. Hieron. epiſt. 28. ad Lucin. & in cap. 11. Iſaiæ. Chryſ. hom. 7. de laudibus Pauli. Epiph hær. 27. Theodor. in pſal. 116. Gregor. lib. 31. moral. cap. 22. Sophron ſerm. in natali Apoſt. Iſid. de vita & obitu Sanctorum. cap. 71. Ado Vienn. in Chron. M. Glycas. S. Thomas in epiſt. ad Rom. Cæſ. Baron. tom. 1. ann. Eccl. & in Martyrol. 22. Mart. B.* Rom. 15.

IN EP. XXXVIII.

DILECTISSIMO Domino ſuo Alberto DEI gratia Rom. Eccleſiæ presbytero Cardinali. ALBERTVS *hic, teſte Onuphrio Panuino in lib. 2. de Pontif. Roman. & Cardinalium creatione, & in Pontif. Romanorum Chronologia, ex Diacono Cardinali S. Hadriani, presbyter Card. in Lucina Cancellarius Apoſtolicæ S. factus eſt ab Alexandro III. ac tandem etiam in Summum Pontificem anno Domini 1187. electus, dictus Gregorius VIII. Fuiſſe autem Richardum Cantuar. Archiepiſcopum, quem Bleſenſis hic purgare nititur, non ab omni culpa immunem, liquet ex epiſt. 5.*

IN EP. XLII.

REVERENDO Patri ac Domino R. Præpoſito Arienſi, & Cameracenſi electo. *Vincentius Belouacenſis trigeſimo libro Speculi hiſtor. cap. 21. de eo ita ſcribit. Anno D. M. C. LXXII. Robertus Præpoſitus de Area duos Epiſcopatus regebat, Atrebatenſem, ſcilicet & Tornacenſem, filius fabri cuiuſdam ruſtici Carnotenſis: qui, [illegible] aiunt, familiari dæmone vtebatur, per quem ad tantos honores deuenerat. Idem habet Antoninus in parte hiſtoriali tit. 17. cap 9. ſect. 8. & addit eundem a familiari tandem deceptum. & procurante quodam nobili milite a nefariis hominibus interfectum. Iacobus verò Meyerus in Annalium Flandriæ libro 6. ad annum M. C. LXXIV. de eo ita ſcribit.*

Petrus Bleſenſis Meyero litteratiſſimus.

ROBERTVS *antiſtes Arienſis plenus vir ſimoniæ, & ambitione nimis infamis, cum grauem exerceret ſimultatem cum Iacobo Auenienſi potentiſſimo equite, non ſtatim auſus eſt proficiſci Cameracum: quapropter a Petro Bleſenſi litteratiſſimo, vt tunc erant litteræ, viro per epiſtolam obiurgatur, quod tamdiu Epiſcopi obire munia diſtulerit. Tandem fide publica Cameracum petiit, ſed ſtruxit illi inſidias Auenienſis, venientemque Condatum in ponte Scaldis per ſatellites ſuos interfecit, & poſtea ſe apud Henricum Remorum Pontificem de cæde eius vtcunque purgauit. Fuit idem Robertus Arienſis Eccleſiæ antiſtes, diui Donatiani Brugenſis, idemque Flandriæ Cancellarius. Hæc ille.*

IVLIVS Cæſar à Bruto & Caſſio, &c. *Eadem exempla commemorat in Tractatu de itinere Hieroſolymit. accelerando. De Iulio Cæſare, M. Antonio, Tiberio Claudio, Caio Caligula, Nerone, Galba, Ottone, Vitellio, Domitiano, teſtantur grauiſſimi ſcriptores. Dion Nicæus. C. Tacitus. Plutarchus & Suetonius. De Aurelio Commodo Lampridius. De Heluio Pertinace, Iulius Capitolinus. De Iuliano, Herodianus. De Aurelio Antonino Caracalla, & Antonino Geta, Spartianus. Macri nomen in Catalogo Imperatorum non inuenio. De Macrino Iulius Capitolinus De M. Aurelio Alexandro Lampridius. De Iulio Maximino Herodianus. De Gordiano Iulius Capitolinus. De Philippo Sextus Aurelius Victor. De Decio Pomponius Lætus. De Vibio Gallo & Voluſiano idem. De Quintillo Trebelius Pollio. De Aureliano Victor. De Probo Flauius Vopiſcus. Ex iiſdem nominum corruptelam, quæ omnia exemplaria infecerat, emaculaui.*

NERVA enim qui beatum Ioannem ab exilio reuocauit. *Dio in Nerua, indicat omnes Chriſtianos ab eo reuocatos exilio his verbis.* Cæterum, *inquit*, Nerua omnes, qui impietatis in Deos rei fuerant, abſolui voluit, & exules in patriam reduxit. *Et rurſum.* Edicto vetuit, ne liceret, aut impietatis, aut Iudaicæ ſectæ *(eo nomine Chriſtianos denotabant)* quempiam dehinc inſimulari. *Eiuſdem autem edicti vigore Ioannem, à Domitiano in Pathmon relegatum, ad ſuos reuertiſſe, ex veterum ſententia Euſebius lib. 3. hiſtor. Eccleſ. capite 15. tradit.* ÆLIVM *Hadrianum Hieroſolymam readificaſſe, ſuoque nomine Æliam appellaſſe indicat Dio in Hadriano, & apertè aſſerit Euſebius in Chronico.* Antoninus verò Pius & Antoninus Philoſophus. *Omnia exemplaria tantum Antonini Pij meminere, ſed ſequentia verba oſtendunt duorum fieri mentionem.*

AVRELIVS etiam & IVLIANVS apoſtata. *Ita habet exemplar Carthuſ. in reliquis perſpicuum eſt mendum, quæ legunt fere.* Aurelius verò Iulianus. *Nomine Aurelij intellexiſſe videtur Valerianum ſæuiſſimum Chriſtianorum perſecutorem. is enim in faſtis Onuphrianis libro 2. appellatur P. Aurelius Valerianus. Eum verò diuino iudicio punitum fuiſſe, teſtatur Conſtantinus Magnus apud Euſebium in oratione ad Sanctorum cœtum capite 23. Rex enim Perſarum Sapor eum captum excoriari & ſale condiri in ſempiternum infortunij ſui trophæum iuſſit. Et Aurelius Victor ſcribit Saporem ſolitum eo incuruato qu. ſi ſuppedaneo vti ſcabello ad conſcendendum equum.* IVLIANVM *quoque diuinitus interfectum affirmat Gregorius Nazianz. orat. 2. in Iulianum. Theodor. lib. 3. hiſt. Eccl. cap. 20. Niceph. lib. 10. cap. 35. Legendus Baronius tom. 4 annal.*

GRYPHVS, haliæetus, accipiter, miluus. *Gryphus vel gryps, animal quadrupes pennatum, omni ex parte leo, alis & facie aquilis ſimile, de quo Plinius libro 10. capite 49. Haliætus genus aquilæ, falco aliis vel Niſus. De eo Plinius libro decimo, capite tertio.*

IN EP. XLIII.

MEDIVM hemitritæum patitur. *Omnia exemplaria*, enutriceum. *manifeſta corruptela. nam quod febris tertiana Celſo, de qua agit Bleſenſis, hoc Galeno eſt* ἡμιτριταῖος πυρετός. *Sic pro depranata voce* myrobolariorum, *repoſui*, myrobalonorum. *pro* iuſquiamij, hyoſciami. *alia quædam barbara nihil immutaui.*

IN EP. XLIV.

ARNVLPHO DEI gratia Lexon. Epiſcopo. *Hic Arnulphus, cum totos 40. annos Lexouienſem Epiſcopatum adminiſtraſſet, tandem, teſte Sigeb. in Chron. ad annum Domini 1181. & Demochare lib. 2. de ſacrif. Miſſæ, cap. 20. Epiſcopatu ſponte ceſſit, & Pariſiis in ædibus à ſe conſtructis reliquum vitæ tranſegit.*

NAM & Valerio Hipponenſi Epiſcopo adiunctus eſt Auguſtinus. *Ita omnia exemplaria.* CARTH. *addit.* Sic Ariminenſi Epiſcopo auctoritate Gregorij; ſic Bonifacio Moguntino Archiepiſcopo auctoritate Zachariæ Papæ corporis incommoditate laborantibus, datus eſt coadiutor. *De Valerio teſtatur ipſe Auguſtinus epiſt. 34. & 110. Poſſidius item in vita Auguſtini cap. 8. & Paulinus in epiſtola ad Romanianum, quæ eſt 36. in 2. tom. Auguſt. & citatur à Gratiano 7. q. 1. cap. non autem. De Ariminenſi Epiſcopo teſtatur B. Gregorius in 7. lib. regiſtri ſui, ind. 2. epiſt. 49. ad Marinianum Epiſcopum, & habetur, 7. q. 1. cap. qualiter. Et libro 11. epiſt. 7. ad Etherium Epiſc. & citatur cap. quamuis. loco cit. De S. Bonifacio teſtatur Zacharias in epiſt. ad ipſum, & citatur eadem cauſa. cap. petiiſti. Lege Cæſ. Baronium tom. 5. ad annum Domini 395.*

IN EP. XLV.

ARGVITIS & damnatis R. Bathonienſem electum. *Agit de Reginaldo, qui ex Archidiacono Sariſberienſi in antiſtitem Bathonienſem electus eſt, ad quem plures extant epiſtolæ, vt 24. 30. 58. 59. 61. unde Ioſcelinum Epiſcopum Sariſberienſem, quem B. Thomas Cantuar. Archiepiſcopus tempore exilij cum aliis nonnullis ab officio ſuſpenderat, hic appellat eius Patrem. Erat enim Archidiaconus olim in Eccleſia Epiſcopo dignitate proximus. Et idcirco Bleſenſis monet mirum non debere videri, cum commiſeratione quadam in Ioſcelinum commotum. Fuiſſe autem Ioſcelinum in numero Epiſcoporum, quos B. Thomas hac cenſura Eccleſiaſtica perculerat, teſtatur M. Paris ad annum 1170. & Polyd. Angl. hiſt. libro 13.*

Conſulo igitur frater & exhortor in CHRISTO, vt ceſſemus à verbis etiam ad rem non pertinentibus. *Hæc verba in ſolo Mog. I. integre extant. In Carthuſ. ſunt mutila. In Spirenſi quædam adduntur, ſic enim legit.* vt ceſſemus à verbis, quæ ad rem non pertinent, & quæ ſine culpa innocentis contaminant mentem. Vale.

IN EP. XLVI.

CARISSIMO Patri ac Domino Richardo DEI gratia Syracuſano Epiſcopo. *Nomen Richardi ſolum Herbip. & Mog. II. exprimit. Thomas Fazellus lib. 7. Decad. de rebus Siculis capite 4. à præſtanti doctrina & eloquentia egregiè eum commendat. Anglum fuiſſe natione, ſed in Sicilia à prima ætate educatum Bleſenſis in fine epiſtolæ indicat.*

Triginta & ſeptem animæ cum Domino Stephano Siciliam ſunt ingreſſæ. *Hic Stephanus Comitis Perticenſis filius à Siciliæ regina, cuius erat conſobrinus, è Francia euocatus eſt, vt, quoniam Guilielmus ſecundus, dictus Bonus, Siciliæ Rex nondum annos*

nos

nos pubertatis exceſſerat, eum totius Regni Cancellarium faceret. Cancellarius factus etiam ad Archiepiſcopatum Panormitanum euectus eſt. Quo ſucceſſu cum multorum in ſe odia concitaſſet, tandem regno excedere coactus eſt, ſub annum Domini 1168. vti prolixè ſcribit Thomas Fazell. loco citato cap. 5. Cum hoc Stephano, vt hinc liquet, Petrus Bleſenſis primum in Siciliam venit, & Regis Siciliæ, tunc adhuc pueri duodennis inſtitutorem per annum egit, vt ipſe teſtatur epiſt. 66. Quod accidiſſe videtur circa annum Domini, 1167. ſi Fazelli hiſtoriam ſequamur.

In fines orbis terræ iam exiit plaga illa, qua nuper in Sicilia percuſſi ſunt Catanenſes. *Fazellus libro 2. prioris decadis. Anno, inquit, ſalutis 1169. pridie nonas Febr. regnante Guilielmo ſecundo Ætna plus ſolito ſæuit. rupibus namque ingentibus, agroque Catanenſi combuſtis terræmotu ſuo Catanenſium fines, atque vrbem adeo labefactauit, vt baſilica corruens Epiſcopum vna cum clero & populo oppreſſerit. Plura de eadem re libro 7. Decadis 2. vbi ait Matthæum Notarium, cuius meminit hic Bleſenſis, fuiſſe Regis Vicecancellarium.*

Dedit Dominus Angliæ Thomam noſtrum. *Sic Mog. I. Spir. & Conſt. concinnius, quam* Thomam martyrem. *vt Carth. Herbip. & Mog. II. nam mox addit.* non inuidemus Indiæ Thomam ſuum.

IN EP. XLVII.

ET vnde hoc tibi quod Brebantionum factus es ductor. *Mog. I.* Brabantionum. *Mog. II. mendoſe* deprædatorum. *Guilh. Neubrigenſis libro ſecundo rerum Anglic. cap. 27. & 32. vocat* Bribantiones, *atq; dictos Rutas. & lib. 3. cap 3. ait publico anathemate in Syn. Lateranenſi ſub Alexan. III. multatos. Sigebertis Ch*[illegible]*on non ſemel,* Brebenſones. *Aimoinus de geſtis Francorum libro 5. cap. 56 agens de rebus anno 1162. in Gallia geſtis. Guilielmus, inquit, Comes Cabilonenſis diaboli veſtigia ſequens infinitos prædones, vulgò dictos Brabantiones, qui nec* DEVM *dilig*[illegible]*nt, nec viam veritatis agnoſcere volunt ad crudelitatem ſuæ tyrannidis explendam colligens, ſceleratis ſatellitibus fretus aduerſus Eccleſiam Cluniacenſem, vt eam deprædaretur prædo, profectus eſt. Videntur autem origine fuiſſe Brabantini. Qui enim bellum Philippi regis Francorum contra Othonem Im-peratorem geſtum illo fere æuo carmine deſcripſit, ſic ait:*

Territat imprimis noſtros Comes iſte Louani
Henricus, ſocer & miles nunc factus Othonis,
Innumeris cum Brachbantis, quo ſæuior alter,
Vix vſquam eſt populus bello, aut aſſuetior armis.

Lege Ioan. Goropium libro ſecundo Originum copioſe de origine nominis Brabanti[illegible]*num diſputantem.*

PHILIPPVS inter Romanos Principes primus fuit [illegible] de Chri[illegible]æ profeſſor. *Hunc Philippum vna*[illegible]*um*[illegible]*o vere* CHRISTI *per ſacrum lauacrum nomen dediſſe teſtatur Euſebius l*[illegible]*o 6. Eccl h*[illegible]*cap.*[illegible] [illegible] *n. aduerſus hæreſes cap. 23. Oroſ. lib. 7* [illegible] *Zona*[illegible] *C*[illegible]*renus, N*[illegible]*eph. & recentiores omnes.* [illegible]*, quæ hic*[illegible]*ert Bleſenſis, apud nullum pro*[illegible]*em inuenio.* [illegible]*nus cur tam ignominioſa morte extinctus ſit diximus* [illegible]

IN EP. XLVIII.

P[illegible] quippe nauicula diutiſſimè tempeſtuoſis fluctibus æſtuauit. *Tota hæc epiſtola agit de Schiſmate anno 1159. in Eccleſia Romana orto, cum Rollandus Cardinalis*

Apoſto-

Apoſtolicæ Sedis Cancellarius, dictus Alexander III. 24. Cardinalium ſuffragiis in Summum Pontificem electus eſt. Octauianus verò, dictus Victor IV. tantum octo, vt vult Onuphrius, vel tribus, vt Platina. Quoniam vero Octauiano adhæſit Fridericus Barbaroſſa Imperator, cum curia & Germaniæ Prælatis, totuſque clerus populuſque Romanus, Alexandro vero reges Angliæ, Franciæ, & Siciliæ, ſchiſma deterrimum inchoatum eſt, & in annos ſeptendecim extractum, ac tandem tum aliorum, tum huius quoque Guilielmi Cardin. Papienſis opera exſtinctum. Lege & Radeuicum in appendice ad Ottonem Friſingenſem libro ſecundo cap. 43. & ſequentib. Abbatem Vrſpergenſem, Platinam in Alexandro tertio, & Onuphrium Panuinium libro ſecundo de Pontif. & Cardin. creatione. G.Neubrig. lib.2. rerum Anglic. ca.9. & lib.3.cap.2.

II. Poſt hunc exaltatus eſt Guido Cremanus, & corruit. Poſt ipſum eleuatus eſt Ioannes Struma. *Octauiano enim in quinto Pontificatus anno exſtincto, a Cardinalibus annuente Barbaroſſa ſubrogatus eſt Guido Italus, patria Cremenſis, dictus Caliſtus II. Cui poſt annum item quintum vita defuncto, ſubſtitutus eſt Ioannes Abbas Strumienſis, natione Hungarus, dictus Paſchalis III. qui poſt annos ſeptem pace inter Imp. Fridericum & Alexandrum III. facta coactus ab eodem Imper. Venetiis nomen titulumque Pontificis exuit. Exemplaria omnia mendoſe Guidonem, appellarunt vel Cremandum, vel Cremanuum.*

III. Vt me probetis per experientiam veſtrum eſſe. *Ex Spirenſi & Carthuſ. reſtitui illa verba (per experientiam.)*

IN EP. XLIX.

MAteriam gemitus deduco in publicum. *Herbip.* in planctum publicum. *Spir.* in lucem vel in publicum.

Omnis operatio labor, omnis terra peregrinatio. *Hæc verba deerant in 4. exempl. reſtitui ex Spir. & Carth. Mog.*

Aduerſus R. Sareſberienſem. *Ita Spir. Carth. Mog. & Herbip. Mendoſe ergo legent cætera exemplaria*, aduerſus Reſarberienſem. *Forte loquitur de Reginaldo Sariſber. Archid. ad quem eſt epiſt. 30. 45. & 61.*

Cui, & ſuis, & pauperibus CHRISTI. *Ex ſolo Spir. & Carth. Mog. reſtitui verba illa (& ſuis.)*

Nobilitatis tamen titulos. *Ita Spir. & Carthuſ. Mog. Cætera*, tamen generoſitatis titulos.

Qui de ſua nobilitate ſatis degeneres. *Sic malo cum ſolo Carth. Herbip. quam cum cæteris (ſatis degenere.)*

Sic Dauid pro Merob, quæ data eſt Hadrieli Malathitæ, data eſt Michol. *Ex vno Carthuſ. & Scripturæ contextu 1. Reg. 18. 20. emendaui. cætera exemplaria mendoſè.* Sic Dauid pro Merob data eſt Hadrieli.

IN EPIST. L.

CHRISTVS exſurgens à mortuis, non ſuæ matri Virgini benedictæ, ſed Mariæ peccatrici, de qua ſeptem eiecerat dæmonia, prius dignatus eſt apparere, vt puto. *Quo fundamento nixus noſter Petrus ſcribat* CHRISTVM *prius apparuiſſe Mariæ Magdalenæ, quam Mariæ matri ſuæ benedictæ non ſatis intelligo. Si enim diuinam Scripturam conſulas, ea nihil habet de apparitione facta* CHRISTI *matri. Gregorius Nyſſenus quidem oratione ſecunda de reſurrectione Domini arbitratus eſt, B. Matthæum,* Matth.28.
dum ait, VENIT Maria Magdalene & altera Maria videre ſepulchrum, *nomine,* al-

 terius

terius Mariæ, *intelligi Deiparam Virginem; ſicut & Nicephorus Calliſtus lib. 1. Eccleſ. hiſt. c. 33. ac Sedulius lib. 5. carminum, ita ſcribens:*

Hoc luminis ortu
Virgo parens aliæque ſimul cum munere matres
Meſsis aromaticæ noctu venere gementes
Ad tumulum.

Imò & B. Epiphanius in eadem ſententia fuiſſe videtur; nam cum in Panario hæreſi 76. in Aëtianos ſcribens diſerte aſſerat, Deiparam adoraſſe CHRISTVM *poſt eius in carne reſurrectionem, prorſus ad hunc eundem Matthæi locum reſpicit. Matthæus enim de iiſdem mulieribus proſequens ſermonem, mox ſubiicit, eas* CHRISTVM *obuiam factum ſupplices adoraſſe. Verum hinc non probatur* CHRISTVM *prius Mariæ Magdalenæ, quam Deiparæ apparuiſſe, ſed potius ſimul. Si verò traditionem veterum, ipſamque veritatem conſulamus, dicendum eſt prius matri ſuæ benedictæ, quam Mariæ peccatrici* CHRISTVM *apparuiſſe. Ita enim docet Rupertus Tuitienſis Abbas libro 8. de diuinis offic. cap. 25. B. Hildephonſus ſermone 5. de aſſumpt. B. Virg. Simeon Metaphr. in oratione de vita & dormitione B. Virg. B. Anſelmus in libro de excellentia B. Virg. cap. 6. B. Brigitta libro 6. reuelat. cap. 94. & in ſermone Angelico de excellent. B. Virg. cap. 19. Cur autem diuina Scriptura nullam huius apparitionis mentionem fecerit, duas ferè adferunt cauſas. Prima eſt, quod inſtitutum Euangeliſtarum fuerit, non omnes apparitiones, ſed eas tantum referre, quæ valuiſſent ad confirmandos incredulos, & dubitantes, inter quos non erat annumeranda D. Virgo. Altera eſt, quod D. Virgo, vtpote mater* CHRISTI, *non eſt viſa ſatis idonea reſurrectionis teſtis apud homines infideles. Inter dubitantes autem & teſtes idoneos, primo apparuit Magdalenæ, vt dicit Marcus cap. 16. hoc eſt, prius illi, quam Apoſtolis, licet non illi ſoli, ſed etiam aliis mulieribus, quas comites ei adiungunt Matthæus, & Lucas. Nomine autem* alterius Mariæ *apud Matthæum non poſſe intelligi matrem Domini, perſpicue oſtendit Ioan. Maldonatus in cap. 28. Matthæi. pag. 748. Verba illa Bleſenſis, (vt puto) reſtitui ex ſolo exemplari Herbip. quæ indicant eum de hac ſententia ſua dubitaſſe.*

IN EPIST. LI.

VENERABILI Patri ac Domino Io. DEI gratia Sariſbetienſi Epiſcopo. *Matthæus Paris ad annum Domini 1162. vocat eum Ioſcelinum de Baslul, qui vnus fuit ex iis, quos S. Thomas martyr exul anathemate multauit.*

Fortaſſe ſicut Arcturum Britannia, ſicut Iudæa Meſſiam. *Idem in epiſtola 57.* Quibus ſi credideris, expectare poteris Arcturum cum Britonibus. *De Arcturo lege Guilh. Neubrig. rerum Anglic. libro 3. cap. 7. Vincentium Beluacensem libro 21. cap. 56. & libro 22. cap. 74. Sigebertum in Chron. ad annum Domini 542. Nauclerum generat. 16. & 17. Polydorum Virgilium in libro 3. Anglic. hiſtor. ad annum 492.* IACOBVS *Philippus Bergomas in libro 9. ſupplem. Chron. ad annum* CHRISTI *489 breuiter ſic ſcribit. Arcturum Britannorum regem, & quidem cantatiſſimum per hoc tempus regnum ſuſcepiſſe ferunt, virum ſane bellicoſiſſimum atque fortiſſimum: qui & lorica pulcherrima vtebatur, Regi quidem tanto condigna. Sed & in capite aurea galea, in qua draco ſculptus videbatur. Clypeum quoque aureum præ ſe ferri faciebat, in quo* DEI *genitricis imago depicta videbatur, vt eam ſemper aduocatam ſuam in memoriam in omni re reducere poſſet: lanceam præterea nomine Ron arduam, latamque & cladibus aptam, quam quidem, quocunque ibat, ſecum deferri faciebat. Caliburnum etiam gladium eum habuiſſe*

habuiſſe & portaſſe dicitur; cum quo 460 viros vno prælio eum interfeciſſe perhibetur. Hunc etiam virum optimum & Chriſtianiſſimum fuiſſe ferunt, & Eccleſia collabenti in Gallia & Britannia plurimum ſubueniſſe: nec non & Catholicam fidem mirum in modum ampliaſſe. vnde & regiones multas, Franconiam videlicet & Daciam, Guaſconiam & Germaniam cum orbe ſuo ſubiecit imperio. Tam multa etiam commiſit prælia, vt breui ad 30. regna ſibi vendicarit. Quamobrem & rotundam menſam apud Cornubiam ciuitatem inſtituit. Tandem cum in prælio multas hoſtium ſtrages dediſſet, & ipſe vulneratus in inſulam defertur, ibique conſtitutus, vt Britonum tradunt hiſtoriæ, inde ſublatus nunquam comparuit, quem & nunc vſque Britones expectare dicuntur. Hæc ille. Ipſe quoque Sigeb. loc. cit. Arcturus, inquit, iuxta Merlini vaticinium dubium habet exitum, quia vtrum viuat, an mortuus fuerit, nemini certum eſſe exiſtimatur. Verum quæ de Arcturo iſto narrantur, fabuloſa eſſe liquet ex Hiſtoria Eccleſiaſtica Angliæ Venerab. Bedæ. Et Sigeb. ipſe, ac Nauclerus fatentur nulla certa autoritate niti.

Verba tamen Epiſcoporum, qui Apoſtolorum ſunt filij & hæredes. *Formula hæc loquendi ſumpta eſt ex verbis Pſalmi 44.* Pro Patribus tuis nati ſunt tibi filij. *quæ exponens B. Auguſtinus. Patres, inquit, miſſi ſunt Apoſtoli, pro Apoſtolis filij nati ſunt, conſtituti ſunt Epiſcopi. vnde & Hieronymus in epiſt. ad Heliodorum, & ante eum Cypr. lib. 4. epiſt. 9. & Anacletus Papa epiſt. 2. Epiſcopos vocant Apoſtolorum ſucceſſores. Quo ſenſu autem dicendi ſint ſucceſſores, declarat Thomas Stapletonus lib. 13. princip. cap. 5. & Bellarm. tom. 1. de Romano Pontif. lib. 4. c. 25.*

CYRVS Spacatus, de quo ducentis ſexaginta annis prius prædixerat Iſaias. *Varia lectio. Mogunt. I. legit,* ſparciatus, *alterum,* ſparcatus. *Carthuſ.* ſpercatus. *Conſt.* ſpartacus. *Herbip.* ſpantarus. *Spir.* ſpartatus. *Repoſui,* ſpacatus. *Narrat enim Iuſtinus libro primo hiſt. Cyro Perſarum regi, cum infantulus eſſet, neci ſubtracto & in ſylua forte a bubulco Mitridate expoſito canem fœminam vbera præbuiſſe, ideoque nutricem eius bubulci vxorem deinceps* ſpacon, *quod Perſis vel Medis ſignificat canem, appellatam fuiſſe. Vnde conijcio & Cyrum hic a Bleſenſi Spacatum vocari, quod a cane aliquando nutritus fuerit, vel certe ab vxore Mitridatis, quæ Spaca, vt vult Herodotus libro primo, vocabatur.*

De quo ducentis & decem annis prædixerat Iſaias. *Mogunt. I.* 260 annis. *Spir.* 204. annis. *vtrumque vitioſe. nam Ioſephus antiq. Iudaic. lib. 11. cap. 1. docet vaticinium Iſaiæ prophetæ de Cyro, quod eſt in cap. 44. & 45. ducentis decem annis ipſo Cyro eſſe antiquius: & addit, Cyrum Perſarum regem hoc vaticinio perlecto, Iudæis captiuitate Babylonica ſolutis poteſtatem dediſſe Hieroſolymam redeundi, templumque reædificandi. Qua autem occaſione Cyrus a Tomyri Maſſagetarum regina bello victus fuerit longè aliter narrant Herodotus, Iuſtinus, locis citatis. Valerius Maximus libro 9. cap. 10. & Oroſ. lib. 2. cap. 7.*

Quia tamen gentem Lydorum prius bellicoſiſſimam. *Mog. I. & Conſt.* Indorum. *Mog. II.* Iudæorum. *Carth.* Lindorum. *Rectius Spir. & Herb.* Lydorum. *Occupato, inquit Iuſtinus lib. 1. in aliis bellis Cyro rebellauere Lydij, quibus iterum victis, & arma & equi adempti, iuſſique cauponias, ludicras artes, & lenocinia exercere. Et ſic gens induſtria, quondam potens & manu ſtrenua effeminata mollitie luxuriaque virtutem priſtinam perdidit. Et quos ante Cyrum inuictos bella pręſtiterant, in otium lapſos otium ac deſidia ſuperauit.*

IN EPIST. LII.

EGo autem diplomate vtens eum è veſtigio ſequor. *Conſt. & Herbip.* duplo mari. *mendoſè. cæteræ* duplomate. *Corrigo cum Budæo,* diplomate. *græca enim vox eſt*

δίπλωμα. Nemo,*inquit Bud. in Pandectas,ad caput. Eos,qui illicitis inſignibus vſus eſt, vel falſo diplomate vias commeauit.* qui litterarum bonarum elementa attigerit, haud ignorat diploma legendū eſſe,non duploma. Diplomata autē ſunt,quas litteras patentes nunc appellamus, cuiuſmodi ſunt edicta & mandata Principum regio ſigno ſancta. Cicero in epiſtolis. Diploma ſtatim non eſt datum. de litteris Cæſaris loquens, quibus Balbus reſtituebatur. verbum eſt græcum, quippiam duplicato compoſitum ſignificans, aut complicatum, vt linteum, quod πτύγμα dicitur. Sic Cicero in Piſonem. Mitto diplomata tota prouincia paſſim data, id eſt, edicta quibus naues exigendas mandabas. Inde fit vt diplomata vocati ſint codicilli, qui dabantur curſoribus, vt liceret eis vti equis & vehiculis publicis. Noſtrates vocant poſtas, quaſi poſitos collocatoſque in certis locis, & ſemper in procinctu excubantes. *Hæc ille. Nomine ergo diplomatis Bleſenſis intelligit codicillos Principis ſigillo ſignatos, vt liceret ei vti equis, vel vehiculis publicis ad iter citius conficiendum. Eodem vtitur voce initio epiſt.59.*

Bene valeant magni ruſtici noſtri. *Sic omnia. Vnum Herbip.* magni amici noſtri.

IN EPIST. LIV.

QVIA monachum, ſiue monacham facit propria profeſſio, vel paterna deuotio. *Sic Mog. II. Herbip.Conſl. & Spir.conuenienter canoni, qui ex Conc.Toletano IV. cap 48. a Gratiano recitatur 20. cauſa. quæſt. 1. cap.monachum. Mendoſè ergò legunt Mog. I. & Carthuſ.* non paterna deuotio. *Et uerba inſequentia hanc lectionem confirmant.*

IN EPIST. LVI.

REVERENDO Patri ac Domino Gualtero. *Hic Gualterus Theobaldi Cantuarienſis Archiepiſcopi frater, ex Archidiacono Cantuarienſi factus eſt Epiſcopus Roffenſis anno Domini 1146. Obiit autem 1182. Fuitq; ex iis, quos S.Thomas martyr in exilio cenſura ſuſpenſionis ferit. Hæc Matth.Paris & Sigeb.in Chron.*

LEGIMVS, quia Nicolaus Papa ſuſpenſionis & excommunicationis ſententiam in Lanfredum Epiſcopum ferri cenſuit. *Verba Nicolai ex epiſt.ad Albinum Archiepiſcopum citantur in Gratiano diſtinct.32. cap.quorundam. Eadem venatio non Epiſcopis modo, ſed etiam omnibus in ſacro ordine conſtitutis vetita eſt in Decretalibus, tit.de Clerico Venatore. cap.cum Epiſcopum, & cap.omnibus, & in Concilio Tridentino ſeſſ. 24 de reformat. cap. 12. Verum hos canones ſacri iuris interpretes volunt intelligendos de Venatione ferarum, quæ miniſterio canum, magniſque clamoribus inſtituitur. Eam enim, qua retibus vel laqueis nonnunquam irretiuntur feræ, vel volucres, negant clericis vetitam, vt Gloſſa in cap. Qui venatoribus. diſtinct.86. & in cap. Epiſcopum. de clerico venatore. Eam item, ad quam eos vel neceſſitas, vt ſi feræ noxiæ arcendæ ſint hortis, agris, vineis, vel magna vtilitas impuliſſet, vt confirmandæ ex morbo valetudinis, & appetitum ad cibum prouocandi, vt habet eadem Gloſſa. Panorm. Syluester, Fumus in verbo. Venatio. Quin addunt recreationis & voluptatis tantum cauſa aliquando, modo rariſſimè fiat, ab iis poſſe inſtitui. eo quod in cap. Epiſcopum, cenſura Eccleſiaſtica* [illegible] *ij mult*[illegible], *qui* ſæpius hac voluptate detenti fuerint. *ac Petrus Bleſenſis hic eum reprehendit Epiſcopum, qui totam vitam, neglecto ſuo officio, canum venationi impendebat. Legendus Sebaſtianus Medices in tractatu de Venatione. quæſtione 8.*

Huius

Huius enim artificij, aut potius maleficij legitur inuentrix fuiſſe gens Thebana, fœda parricidiis. *Totum hunc locum Petrus deſcripſit ex Ioannis Sariſberienſis Carnotenſis Epiſcopi Polycratico de nugis curialium & veſtigiis philoſophorum, quem in epiſtola 22. plurimum laudat. Merito autem grauis vtriuſque in venationem cenſura hæc videri poteſt, vti & B. Auguſtini, qui alicubi vocat artem nequiſſimam. cum conſtet eam natura ſua, ſi abſint abuſus, licitam & honeſtam. Suppeditant, inquit M. Tullius in libro primo de officiis, & campus Martius, & ſtudia venandi honeſta exercitia. Plato libro ſexto de Legibus, & ſeptimo monet, vt adoleſcentes alendis canibus, & quadrupedum venationi imprimis operam dent. Diogenes Synopæus teſte Laertio, ipſe pueros ad venationem educabat. Plinius ſecundus lib. 5. epiſt ad Apollin. & lib. 1. ad Corn. Tacitum ſcribit ſe crebro venationi ad exercendum corpus operam dare. Homerus lib. 5 Iliad. Scamandrium tanquam bonum venatorem a Diana edoctum laudat. Lacedæmonij ſecundum leges Lycurgi aut militiæ, aut venationi vacabant, teſte Plutarcho in Lycurgi vita. Eodem auctore Pelopedas Thebanus militiam a venationis meditatione inchoauit. & Alexander Magnus pomeridianum tempus venatu conſumpſit. Statius libro 2. Achilleidos venatorem deſcribit Achillem. Solenne quoque fuit optimis quibuſque Romanorum Imperatoribus venandi ſtudium, vt Traiano, teſte Dione; Hadriano & Alexandro Seuero, teſte Lampridio, Antonino Pio, & Anton. Philoſopho auctore Iulio Capitolino, & aliis. Vnde Horat. libro 1. epiſt. 18. agens de venatione.*

lib. 1. c. 4.
in Pſal. 102.

Pulmenta laboribus empta
Romanis ſolenne viris opus vtile famæ
Vitæque & membris.

Denique venationi deditos fuiſſe olim Heroas, nobileſque & ingenuos homines ad ſeminarium omnium malorum otium declinandum docent Euripides & Seneca in Hyppoli. Ouid 2. Faſtorum, & in epiſt. Phedra Hippo. de Diana. Quomodo autem gens Thebana dicatur inuentrix venationis, fœda parricidiis, deteſtanda inceſtibus, nota periuriis liquido cognoſces ex Seneca Tragœdiis. Diod. Siculo. lib. 4. Sopho. Eurip. Statio.

IN EPIST. LVII.

QVICQVID dicas hodie. *Locus in omnibus exemplaribus corruptus. Alia habent.* Quicquid dicas hodie, cum iuuant me deliciæ, præbentur copiæ. quod in vobis ſum perplexus dum aduerſum gloriæ. *Nec adhuc ſatis liquet ſenſus. Nam ab hoc loco inducitur quoddam quaſi colloquium inter mundum & virtutem, hominem pium & impium.*

Tu verba garriens Daui non Oedipi. *ita legendum conieci, nullum enim exemplar mendo caret. Mog. 1.* tu verba garriens Dauid non eripi. *Mog. 2. tu verba* garriens claui, non eclypſi. *Conf.* Dauidis, non Edippi. *Herbip.* Dauid non adypi.

IN EPIST. LVIII.

ILLVD mihi ad cumulum doloris. *Quatuor ſequentes periodos vſq; ad verba.* Veruntamen vt verbo. *ex Spir. & Carth. poſtliminio huic epiſtolæ reſtitui.*

IN EPIST. LIX.

PEdeſque noſtros apud Terminum aeris intemperies defixiſſet. *Alij terminium, termum vel trinium, legunt. Apparet locum eſſe vrbis, Taurini, vel alterius.*

Si tonſor Midæ te[illegible] ſecretum ſuum. *Sanaui hunc locum, in exemplaribus*

Pluribus omnibus mutilum ex fabula Ouid in 11. metamorph. Lege Natalem Comitem de Mida Rege lib. 9. mythol. c. 15.

IN EPIST. LX.

REFERENS ſecuritatem animæ pauperis. *Sic Mog.* 1. *Alia ſecus. Carth. & Spir.* auunculæ pauperis. *Herb.* amandæ paupertatis, *Conf.* aureę paupertatis. *Mog. 2.* ancelæ paupertatis.

IN EPIST. LXII.

G. DEI gratia Lincolnienſis electus. *Nulla exemplaria, ne initiali quidem littera expreſſere verum nomen Epiſcopi. Mog.* 1. *& Conf. habent litteram A. Herb. E. Mog. 2. O. cætera nullam. Conieci ex Math. Paris, Sigebert. Neubrig. l. 2. c. 2. Polyd. Fuit enim eiſdem auctoribus Gaufredus filius naturalis Henrici ſecundi regis Anglorum in Epiſcopum Lincolnienſem anno Domini 1174. electus, & a ſummo Pontifice confirmatus. Anno vero 1182. ſe coram rege & Epiſcopis Epiſcopatu abdicauit, factus regis Cancellarius teſte Sigeb. Poſt mortem denique Patris anno 1189. à fratre Richardo rege Eboracenſi Archiepiſcopatu donatus.*

IN EPIST. LXIV.

G. Eiuſdem permiſſione Rothomagenſis Eccleſiæ miniſter. *Non dubito hunc eſſe Gualterum de Conſtantiis, qui anno Domini 1184. ex Lincolnienſi Epiſcopo creatus eſt Archiepiſcopus Rothomagenſis. Lege Guiliel. Neubrig. l. 3. c. 8.*

IN EPIST. LXV.

DE ſternutamentis. *Mog. 1.* ſcernutis. *Spir.* ſcenitis. *Mog. 2.* ſtrenutis. *Carth.* ſcenitis. *Herb. & Conf.* ſternutis. *Malo* ſternutamentis. *quæ vox Plinio & M. Tullio uſitata. Nam ſternutamenta inter obſeruationes vanas & ſuperſtitioſas numerari indicat B. Auguſtinus lib. 2. de doct. Chriſtiana. cap. 20. His adiunguntur, inquit, millia inaniſſimarum obſeruationum, &c. vt ſi quis, dum ſe calceat, ſternutauerit. Et Cicero lib. 2. de Diuin. Quæ, ſi ſuſcipiamus, inquit pedis offenſio nobis, & abruptio corrigiæ, & ſternutamenta erunt obſeruanda. De omine ſternutamentorum lege Martinum Delrium tom. 2. diſq. magic. p. 2. q. 4.*

Quidam Genethliacos, quidam Mathematicos. *Genethliaci ſunt mathematici, qui à natiuitatis die & hora, quos illi horoſcopos vocant, futura prædicunt, de quorum vanitate multa A. Gellius lib. 14. Noct. Attic. cap. 1. & B. Auguſtin. loc. cit. cap. 21. & lib. 5. de ciuit.* DEI, *cap. 1. & ſeq. Cicero lib. 2. de diuinat.*

Rerum prodigia certos exitus obtinere. *Poſt hæc verba in exemplari Mogunt. 1. ſequuntur hæc.* Et faciunt euenire multa, ſicut homines cogitant. Item aſſumunt corpora mulierum de nocte, quæ homodianæ dicuntur: quæ mulieres hæc opinantur, eis tamen nulla fides adhibetur. *quæ prætermiſi, quia in nullo MS. erant, & parum cum antegreſſa ſententia cohærebant.*

Nam & Sanctus Daniel, *&c. Hæc verba deſcripſi ex Carth. In aliis omnibus pauſo ſecus, ſed minus concinnè legebantur. Vt & verba, quæ tribus his exemplis ſubiiciuntur.* In talibus ſperare ſuperſtitioſum eſt, & ſaluti contrarium. plærique tamen, quia talibus aſſueuerunt, ab eis auelli non poſſunt. *Quomodo enim hæc verba cohærent cum antegreſſis exemplis? Itaq; cum Carth. & Spir. exemplari ea expunxi, & mox ſubieci ſequentia.* Vnde quidam ad negotia.

REX etiam Guilielmus Angliæ acquiſitor. *Fuit hic Guilielmus primus, dictus Conquæſtor, qui ex Normanniæ Ducibus primus Angliæ regnum obtinuit. Vnde & a Bleſenſi*

ſenſi fortè acquiſitor *dicitur: niſi legendum ſit*, Conquæſtor. *Mathæus Paris qui hiſtoriam Anglicanam ab eo inchoauit, refert, eum, cum è naui appulſa ad Angliam egrederetur, fallente veſtigio prolapſum: & mox militem prope aſtantem, omen futuri imperij id eſſe exiſtimantem, dixiſſe. O Dux Angliam tene, rex futurus. Idem habet Polyd. libro 8.*

Qui occurſum leporis timent. *Lege Polycraticum Ioan. Sariſberienſis, qui noſtri Bleſenſis fuit præceptor. lib. 1. c. 12. & 13. Et lib. 2. c. 1. 15. 16. 17. 25. & 26. ex quo omnia fere huius epiſtolæ exempla deſcripta videntur. Vide Mart. Delrium. tom. 2. diſq. Mag. lib. 3 p. 2. q. 4.*

IN EPIST. LXVI.

QVONDAM ſocio, nunc Domino GVALTERIO D. G. Panormitano Archiepiſcopo. *Quo ſenſu ſocius fuerit, hac ipſa epiſtola Bleſenſis declarat. nam ſub annum Domini 1167. & 68. vna cum Bleſenſi inſtitutor fuit Regis Siciliæ Guilielmi ſecundi adhuc adoleſcentuli. Poſt Bleſenſis autem e Sicilia diſceſſum anno 1169. ad Archiepiſcopatum Panormitanum magna omnium approbatione euectus eſt, teſte Thoma Fazello lib. 7. Decadis 2. de rebus Siculis. cap. 5.*

Hominibus tranſalpinis. *Spir. & Carth.* pauperibus Ciſalpinis.

Nullus munificentior in eleemoſynis. *Carth. & Spir. hæc verba ſuppeditarunt.*

Regnum Scotiæ, regnum Hyberniæ. *Hæc deſunt in exemplaribus tribus.*

IN EPIST. LXVII.

VIRTVTES potentis ingenij prædicat ſubtilitas biſſextilis. *Agit de anni ratione, vel Calendario opera C. Iulij Cæſaris emendato. Qua de re lege Suetonium & Plutarchum in vita Cæſaris. Dionem lib. 43. Rom hiſt. Macrob. lib. 1. ſaturn. c. 14. Plin. l. 18. c. 25.* SVETONII *verba ſunt. Conuerſus hinc ad ordinandum Reipub ſtatum, faſtos correxit iampridem vitio Pontificum per intercalandi licentiam adeo turbatos, vt neque meſſium feriæ æſtate, neque vindemiarum autumno competerent: annumque ad curſum ſolis accommodauit, vt CCCLXV. dierum eſſet, & intercalario menſe ſublato vnus dies quarto quoque anno intercalaretur. Hæc ille.*

Procedant etiam de ſchola Euangelij Conſtantinus, Theodoſius, Iuſtinianus. *Iuſtinianum litterarum penitus ignarum fuiſſe, &, cum ne alphabetum quidem calleret, analphabetum dictum, tradit Suidas in Lexico, & ex eo Cæſ. Baronius tom. 6. annal. Eccleſ. ad annum D. 528.*

IN EPIST. LXVIII.

MONASTERIVM Malmiſburienſe. *Ita locum emendaui ex Spir. exemplari & Polyd. Virg. lib. 12. hiſt. Angl.*

Quæ in ſtilo & bulla vitioſæ videbantur. *Ita correxi ex Spir. & Carth. cum alia ſcriberent*, ſtylo. *nam mox ſubijcit*, ſtylumque Romanæ curiæ minimè redolebant. *Malui quoque*, curiæ, *hic retinere cum iiſdem quam cum aliis*, Eccleſiæ.

Quod eſt ab Epiſcoporum iuriſdictione eximere Abbates. *Argumenta, quæ hic Bleſenſis vſurpat contra monachorum exemptiones, ſumpta videntur ex B. Bern. epiſt. 42. ad Henricum Senonenſem Archiepiſcopum, non longè a fine. & ex cap. 8. 9. & 10. libri tertij de Conſideratione ad Eugenium Papam, dum agit contra monachos, qui ex ſuperbiſſima ambitione, & impudentiſſima præſumptione iugum Epiſcoporum

Greg.lib.4.epiſt.85.& 87.&l.7.ep.18. Aimoin.lib.4.c.41. Cæſar.Baron.tom.8.ad añ. 662.& 676. 2.Cor.10. 1.Cor 4.

porum excutiebant. Si obiicias multos ſummos Pontifices Romanos inde à B. Gregorij Magni temporibus ea in re cum monachis diſpenſaſſe: reſpondet B. Bernardus. Non ſum, *inquit*, tàm rudis, vt ignorem poſitos vos (*Romanos Pontifices*) diſpenſatores, ſed in ædificationem, non in deſtructionem. Denique quæritur, inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur. Vbi neceſſitas vrget, excuſabilis diſpenſatio eſt: vbi vtilitas prouocat, diſpenſatio laudabilis eſt. vtilitas dico communis, non propria. Nam cum nihil horum eſt, non planè fidelis diſpenſatio, ſed crudelis diſſipatio eſt. *Et mox ſubiungit.* Nonnulla tamen monaſteria ſua in diuerſis Epiſcopatibus, quod ſpecialius pertinuerint ab ipſa ſui fundatione ad Sedem Apoſtolicam pro voluntate fundatorum, quis neſciat? Sed aliud eſt, quod largitur deuotio: aliud quod molitur ambitio impatiens ſubiectionis. *Quare exemptiones quæ à ſummis Pontificibus ob communem Eccleſiæ vtilitatem, & ad religioſæ vitæ diſciplinam tuendam conſeruandamq́ factæ ſunt ſecundum Bernardum & Bleſenſem ab hac reprehenſione ſunt immunes. Lege de hoc argumento copioſiſſimè diſſerentem Henricum Henriquez. lib.7. tom.1. Theol.moral. cap.24. & ſequent.*

Nam teſte Gregorio. *Forte legendum, Gelaſio, cui hæc ſententia tribuitur apud Gratianum c.generalis.diſt.54.ex epiſt.1. Gelaſij ad Epiſcopos per Lucan.& Brut.conſtitutos. cap.16.*

IN EPIST. LXIX.

REVERENDO Patri & Domino Radulpho. *Radulphus hic fuit frater Vicecomitis de Bellomonte, & cognatus germanus Henrici II. Regis Anglorum, Epiſcopus Andegauenſis factus anno D. 1179. teſte Sigeb.in Chron.*

Leges imperiales in eum, qui deſertor eſt, vel transfuga, vel emanſor pœnam ordinariam ad furcam, ſcilicet, vel beſtias dictauerunt. *Hanc lectionem, quæ eſt trium M.S S. Herb.Carth.Spir. clarè oſtendunt ipſæ leges Imperiales, l. Deſertorem. D. de re militari.* Is qui ad hoſtem confugit, *inquit Modeſtinus*, & rediit, torquebitur, ad beſtiaſque, vel in furcam damnabitur. *Quod verò diſcrimen ſit inter deſertorem, emanſorem & transfugam, eorumque pœnas fuſe diſputat Petrus Gregorius libro 10. Syntagmatis Iuris vniuerſi, cap. 10. & Godſcalcus Steuech. in comment. 5, cap. 2. lib. ad Vegetium.*

M. CATO comprehenſis in furto commilitonibus idem fecit. *Iulius Frontinus, ex quo Bleſenſis ferè hæc exempla ſumpſit, lib.4. ſtrategematicon cap.1. ait tantum, M. Catonem memoriæ tradidiſſe in furto comprehenſis dexteras præciſas.*

Refert Frontinus Caſilinos. *Omnia exemplaria habebant.* Frontonius, *errore manifeſto. Ex quo auctore, vt eſt à dicto Steuechio editus, multarum aliarum vocum, quæ perperam legebantur, ſcripturam in hac epiſtola emendaui.*

IN EPIST. LXX.

NEPOTIS affectio, quæ naturæ obſequitur, quàm quæ ſequitur ex fortuna. *Ita Carth. Secus cætera. Mog.1.Spir. & Conf.* qui naturæ obſequitur. *Herb.* propter naturæ obſequium. *Mog. 2.* quia ex natura ſequitur.

IN EPIST. LXXI.

C Sexeburgenſis. *Sic Mog. 2. & Conf. Alia. vt Mog.1.* Sexebergenſis. *Carth.* Sexaburgenſis. *Herb.* Saxeburgen. *Spir.* Sareſberienſis.

Nam licet rei venditæ non ſoleat ſine traditione transferri dominium. *Hanc quæſtionem accuratè tractat Petrus Gregor. in Syntagm. iuris. lib.25.c.18.*

Vtilem

Vtilem actionem in rem. *Sic Carth. & Herb. Mog. 2. Spir. & Conſ. τὸ* actionem *prætermiſit. Mog.1.* vtilem rationem. *Verum, quia tota epiſtola ob loca e iure ciuili citata in omnibus exemplaribus ſcatuit mediſs, quæ ex ipſis iuris codicibus potius, quam ex M S S. emendari potuerunt, varias lectiones omiſi.*

IN EPIST. LXXII.

NIHIL prorſus habeo. *Tota hæc periodus vſque ad verba.* Quippe minuti. *in ſolo exempl. Spir. & Carth. inuenitur. Contra. illa.* Putas te mihi exitualiter nocuiſſe, *vſq; ad finem in iiſdem S. & C. deſiderantur.*

IN EPIST. LXXIII.

NAM & in corpore Decretorum & in epiſtola ad Romanos hæc verba legiſſe meminimus. *Non verba certe, ſed ſententia tantum verbis ſubie. ta exſtare videtur in epiſt. ad Romanos. Apoſtolus enim in cap.13. agens de Principibus ſecularibus, tantum dicit.* Si malum feceris, time. non enim ſine cauſa gladium portat. DEI enim miniſter eſt, vindex in iram ei qui malum agit. *Quod ad Decretorum corpus attinet, conſtat clericos omnes in cauſa ſanguinis ab iudiciis, accuſatoris, teſtiſque officio arceri, vt liquet in cap. aliquantos, diſt.51. ex epiſt. Innocentij Papæ. & c. clericis. in ſacris ex epiſt. Alex. III. & conſtit. Innoc. III. in Conc. gener. quæ habetur in Decret. tit. Ne clerici vel monachi.*

IN EPIST. LXXIV.

ET ſcuphæ humeris apponuntur. *Tota hæc ſententia in Spir. & Carth. non apparet. Conſ.* ſeuphæ. *Herb* ſtuphæ. *Cum Mog. 2. vtroque ſcribo,* ſcuphæ, *voce quidem barbara, ſed à Græca, vt apparet, deducta; nam quam nos cum Celſo latinè appellamus cucurbitulam, eam Aurelianus, & alij græcè vocant σικύαν κύφλω, teſte Had. Iunio in Nomenclatura variæ ſupellectilis.*

IN EPIST. LXXV.

PERSICA ſalutatione exultãtem. *Ita Herb. Sp. Carth. & Valerius Maximus. lib.7.c.2.*
Niſi illi commune populi commodum impediſſent. *Locus ex ſolo Spir. reſtitutus. in ceteris anceps & obſcurus.*

IN EPIST. LXXVI.

FRatris mei M. Vilhelmi. *Tria exempl. habent* Vilh. Viennenſis. *cum vno Mog. 2. omiſi* Viennenſis. *cur enim frater Petri Bleſenſis, non item vocetur Bleſenſis?*

IN EPIST. LXXVII.

QVOD ſi homo ſegnioris vitæ. *Ita malui cum Mog. 2. Spir. & Conſ. quam* ſecurioris, *cum Herb. vel* ſecretioris *cum Mog.1. vel* ſenioris *cum Carth.*

Tantum derogaret communibus titulis. *Hoc orationis membrum, Spir. & Carth. quæ ferè inter ſe conſonant, aliis verbis, ſed obſcurius, exprimunt.*

Non ſumus ergò pares, dicit Vmbritius. *Iuuenalis ſat. 3. Vmbritium aruſpicem, hæc loquentem induxit. Deſcripſit hæc Bleſenſis ex libro 3. Polycratici Ioan. Saliſb. c. 4. & ſeq. vbi fuſè diſputat contra adulatores.*

IN EPIST. LXXIX.

QVę te incantauit Hecate. *Sic auguror legendum. Mog.1. & 2.* Herica. *Carth.* Ericto. *Conſ.* Erioce. *Spir.* Hericco.

Refert Valerius Maximus. *Multa hic tum ex Valerio, tum ex Hieronymo mendoſe legebantur, quæ ex ipſis autoribus reſtitui.*

Certiſq; vtamur hæredibus. *Verba hac deſunt in Mog.2. Herb. & Conſ.*

Et quæ ſunt hæc ſenectutis auxilia. *Dicta exemplaria legunt.* Quæ namque dementio eſt nutrire domi.

IN EPIST. LXXX.

INTERDICTVM ponere de migrando. *Phraſis Iureconſultorum propria. de qua conſule Digeſt. lib.43.tit.32. Barnab. Briſſon. lib. 9. de ſignif. verb. & Petrum Gregor. lib.23. ſyntagm. c.10. n.12. & lib.21. c.9.*

IN EPIST. LXXXII.

HABET iuſtitia diuinæ legis, vt in Leuitarum ſortem ce[illegible]ant decimæ. *Si nomine decimarum intelligamus ſtipendium, quod Eccleſiæ miniſtris pro ſuis laboribus debetur, fatendum eſt, non lege ſolū diuina præceptas decimas. Leu. vlt. Num.18. Mal.3. Math. 22. verum etiam naturali Math.10.1. Cor.9. natura enim docet, iis alimenta deberi qui pro populo laborant. Vnde & in lege naturæ Abraham patriarcha Gen 14. decimas obtinlit ſacerdoti Melchiſedec. Atque has decimas nullo iure adimere poteſt Romanus Pontifex. Si vero nomine decimarum determinatam quantitatem, hoc eſt, decimam bonorum partem, accipiamus: dicendum eſt lege quidem diuina mandatas fuiſſe decimas in veteri teſtamento, ſed non in nouo. nulla enim talis lex exſtat in Euangelio. Mandata autem ſunt iure tantum Eccleſiaſtico, in quo iuſtis de cauſis Romanus Pontifex poteſt diſpenſare. Lege in tom.1. Bellarm. controu.5. cap.25.*

Nam ſi de nouali bus tantum, ſicut Beatæ recordationis Hadrianus Papa conſtituit. *Etiamſi monachi regulares legibus Eccleſiaſticis exempti ſint a ſolutione decimarum perſonalium. 16. q.1. c decimas, non tamen prædialium, etiam in noualia[illegible] men prius de illis decimæ per[illegible]luebantur, vt h[illegible]betur in c commiſ[illegible]um. de decimis. Et [illegible] et Alexander III. Papa, poſt Hadrianum IV. Ciſterſienſibus monachis conceſſerit priuilegium non ſoluendi decimas prædiorum, quæ propriis aut manibus, aut ſumptibus excolebant, vt habetur. c. ex parte tit. eodem titulo, tamen poſtea in Concilio generali Lateranenſi ſub Innocentio III. celebrato, vt liquet ex cap. nuper Abbates, ibidem ſtatutum eſt, vt eorum quoque prædiorum, quæ proprio labore vel ſumptu excolunt, decimas perſoluerent, ſi prius de illis ſoluebantur.*

IN EPIST. LXXXIII.

CARISSIMO Domino & amico B. Exonen. Gualterius Oxeneforden. Archidiaconus. *Hic Gualterius de Conſtantiis ex Archidiacono Oxonienſi factus eſt ſub annum Domini 1183. epiſcopus Lincolnienſis, & paulo poſt ex Lincoln. Archiepiſcopus Rothomagenſis, teſte G. Neubrigenſi libro 3. rerum Anglic. c. 8. & Matthæo Par[illegible]. Qui Paris E[illegible]onienſem Epiſcopum, ad quem Gualterius ſcribit, vocat Bar[illegible]ol[illegible]meum virum religioſum & Theologum Et omnia Exemplaria prænotatam habent litteram B.*

Sine moratoria dilatione. *Conf. & Mog.2.* monitori[illegible] *Carth.* memoratoria.

IN EPIST. LXXXIV.

CITRA omnem [illegible]famiam tamen, & q[illegible] de abundanti ſuam purgatione canonica innocentiam d[illegible] plene & efficaciter impleuit Epiſcopum. *Mog. 2. ſecus.* vltra om[illegible]tam, canonica purgatione ſuam innocentiam [illegible]ter impleuit. *Herb. legit,* citra infantiam.

[illegible] Saul prophetans inter eos. *Sic reſtitui ex ſolo Spir. cætera ſcribebant,* Samuel.

R[illegible]i veritatem prius vobis declarari oportuit. *Mog.1. & 2 & Conſ.* rei veritate prius vobis declarata.

IN

IN EPIST. LXXXV.

EX longa deſidia & torpore ſonticas paſſiones. *Ita vnum Spir. cetera vitioſe, ſyncopas, ſumpticas, ſeriticas, ſoriticas, ſeroticas paſſiones. Sonticus morbus eſt, qui totum inuadit corpus. Plin. lib. 36. c. 19. Gagates lapis deprehendit ſonticum morbum, & virginitatem ſuffitus.*

Nihil indulgens ebrietati aut crapulæ, nec ſequens huius vitæ vanitates & inſanias falſas, ſe totum pauperum neceſſitatibus impendebat. *Sic malui cum Carth. & Spirenſi: quam cum reliquis quatuor.* nihil indulgens propriæ carni extra regulã modeſtiæ parſimoniæq́; cenſuram, ſe pauperum neceſſitatibus impendebat.

IN EPIST. LXXXVI.

HOc in ordine Carthuſienſi cauſaris & arguis, quod ſingulis diebus Miſſas non faciunt *Eſto fuerit in primis illius Ordinis incunabulis ita receptum, vt ob reuerentiam Sacramenti a quotidiana celebratione abſtinuerint: (Nam Bleſenſis ante annos amplius quadringentos hæc ſcripſit) nunc tamen conſtat, a quotidiana celebratione neminem arceri. Noua enim collectio ſtatutorum ordinis Carthuſienſis in capite 7. ſecundæ partis omnes ſacerdotes hortatur ad quotidianam confeſſionem & celebrationem, & addit, illam conſuetudinem veterem eſſe, & receptam. Idem non obſcurè in tertia compilatione antiquorum ſtatutorum cap. 1. inſinuatur.*

Scitis quia Monachorum Pater. *Hæc Bleſenſis argumenta non aliud probant, quam à reprehenſione immunes eſſe etiam pios & religioſos ſacerdotes, qui ob reuerentiam ſanctiſſimi Sacramenti a quotidiano ſacrificio abſtinent, ſecundum illud Auguſtini.* Si dixerit quiſpiam non quotidie accipiendam Euchariſtiam, alius contra: faciat vnuſquiſque, quod ſecundum fidem ſuam piè credit eſſe faciendum. Neque enim litigauerunt inter ſe Zachæus & ille Centurio, cum alter eorum gaudens ſuſcepit Dominum: alter dixit, non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum. *Deinde probant, quotidianum ſacrificium non congruere in quoſuis ſacerdotes, ſed in eos tantum, qui ſancti corpore & ſpiritu vitam inſtituunt tanto muneri conuenientem. Cæteroquin communis Theologorum ſententia eſt, rectius, laudabiliuſque facere pios ſacerdotes, qui ex amore* DEI *quotidie Miſſæ ſacra faciunt, quam qui ex reuerentia ab iiſdem abſtinent. Si enim primis illis Eccleſiæ Chriſtianæ temporibus cum laude fideles quotidie communicabant, vt liquet ex Apoſtolorum Actis, Tertulliano, Hieronymo, Auguſtino, aliis: Si Cyprianus ait, nõ parum detrimenti capi ex intermiſſa quotidiana communione: ſi ad quotidianam, Ambroſius, & alij fideles hortantur: Quanto magis credendum eſt olim ſacerdotes quotidianis vacaſſe ſacrificiis; cum hoc pietatis opus, & obligatio ſuſcepti ab Eccleſia officij, & publica vtilitas, quæ ex ſacrificio Miſſæ in populum Chriſtianum redundat, ab iis exegerit. Nihil ergo dubitandum eſt, Apoſtolos Petrum & Paulum, cæteroſque ſacerdotes, quorum laus eſt in Euangelio, quotidie rem diuinam feciſſe, etſi ſcriptum non ſit. Certè ſcriptum eſt, B. Andream Apoſtolum, cum in crucem ageretur, ad tyrannum dixiſſe.* Quotidie immolo DEO agnum immaculatum. *Scripſit S. Hyppolitus martyr* CHRISTVM *iudicem ſic allocuturum ſacerdotes.* Venite Pontifices, qui pretioſum corpus meum & ſanguinem quotidie immolaſtis. *Scribit S. Gregorius, morem quotidie ſacrificandi in Caſſio Narnienſi Epiſcopo diuinitus fuiſſe remuneratum. Lege Franciſcum Suarez, tom. 3. in 3. part. S. Thom. diſp. 80. ſect. 2. Obiicit Bleſenſis ſummam huius ſacramenti eſſe dignitatem. Deinde familiaritatem facile parere contemptum. Verum, ſi dignitas ſacramenti ſpectetur, ne angeli quidem vnquam eo ſatis digni fuerint.* Si non ſunt tanta peccata, *inquit Auguſtinus,* vt excommunicetur

epiſt. 118. c. 3.
Act. 2.
Tertul. l. 2. ad vxor.
Hieror. epiſt. 28. ad Lucin.
Aug. ep. 122.
Cypr. in orat. Dom.
Amb. lib. 5. de ſacr. c. 4.
In lib. Paſſionis.
Hypp. orat. de con[illegible]ummundi.
Greg. hom. [illegible] Euang.
Aug. e[illegible]
c. ſi non de Conſ. diſt. 2.

quis,non ſe debet à medicina corporis & ſanguinis Domini ſeparare. *Familiaritas quoque non omnis parit contemptum,ſed quæ initur cum hominibus imperfectis, eo quod homines in hominibus facile ſoleant notare quaſdam imperfectiones. In* D E O *autem nulla imperfectio notari poteſt,& ideò angeli, qui familiariſſime ſemper* D E O *aſſiſtunt, ſumma cum reuerentia ei ſeruiunt. Lege Chriſtoph. Madrid. de frequenti communione.*

Ex ipſa raritate creſcit reuerentia ſacramenti. *In Mog.1.Spir.& Carth.his verbis mox hæc ſubiiciuntur.* Vnde & Auguſtinus Sapiens beatum reputat ſacerdotem, qui ſemel in vita ſua Miſſam vnam dignè celebrare meruerit. *Quæ malui omittere, tum quia in cæteris exemplaribus deſunt, tum quia nuſquam in Auguſtino ea inuenio.*

Quid quæſo dulcedinis aut deuotionis inuenies apud eos. *Æquo liberius inuehitur in Cluniacenſes, ad quorum ordinem hic Carthuſianus migrare nitebatur: ſed verba ſua mitigare conatur epiſtola nonageſima ſeptima, quæ eſt ad Abbatem de Eueſham, qui libertatem hanc Bleſenſis moleſtè tulerat.*

IN EPIST. LXXXVII.

REVERENDO Patri & Domino Guilielmo Elienſi. *Fuit hic Guilielmus de longo Campo, qui anno D.1189. à Richardo Anglorum Rege, Henrici II filio & ſucceſſore factus eſt Cancellarius regni, & Epiſcopus Elienſis. Inſequente vero anno Romam ab eodem miſſus, à* CLEMENTE *Papa factus eſt Apoſtolicæ Sedis Legatus per Angliam & VValliam. Cum vero Richardus rex in terram Sanctam profectus eſſet, vices regias in adminiſtratione regni obiuit, qua turpiſſimè deinde æmulorum inuidia & accuſatione deiectus eſt, totoque regno proſcriptus, vt fuſe narrat G. Neubrigenſis eius ſynchronus. libro 3.cap.14. & ſequent. Mathæus Paris ad annum 1190. & 91. Polyd. lib. 14.hiſt. Angl. Iniuſtè autem eum officio deiectum apparet, ex hac epiſtola Bleſenſis, & 89. ac 109. in quibus multæ ſunt eius laudes, licet Neubrig. Paris, & Polyd. peſſimè de eo loquantur. In gratiam verò eum rediſſe, quod & in calce epiſtolæ Bleſenſis de eo ominatur, inde liquet, quod Richardo rege ab Auſtriæ Archiduce in Germania capto, ipſe cum Huberto Epiſcopo Saliſberienſi ad procurandam eius liberationem ſit amandatus, teſte Paris & Neubrig. lib.4.c.31.*

IN EPIST. LXXXVIII.

VOTVM profeſſionis emiſerit. *Ita ſolum Mog.1. Tria habent* vinculum profeſſionis.

Miſericordiam, quam monaſtici ordinis inſtitutor ad ternarium numerum coarctauit. *Reſpicit ad regulam B. Benedicti 24. cuius hæc verba ſunt:* Frater, qui proprio vitio egreditur, aut proiicitur de monaſterio, ſi reuerti voluerit, ſpondeat prius omnem emendationem vitij, pro quo egreſſus eſt, & ſic in vltimo gradu recipiatur, vt ex hoc eius humilitas comprobetur. Quod ſi denuo exierit, vſque tertiò recipiatur. Iam verò poſtea ſciat omnem ſibi reuerſionis aditum denegari. *In quæ verba [illegible] Cardinalis. Hic ſanctus Pater, inquit, non imponit legem Abbati, quod non poſſit iterum recipere exeuntem monachum, aut expulſum, imò lege [illegible] & pietatis poteſt illum iterum recipere: ſed exprimit, quod vigore regulæ ei [illegible] agendum ſicut frater expulſus, & intelligat iniuriam ſibi non fieri, ſi quarta vice non recipiatur.*

IN EP. LXXXIX.

QVONDAM Domino & amico H. dicto Epiſcopo. *Suſpicor hunc eſſe Hugonem Dunelmenſem Epiſcopum, quem G. Neubrigenſis lib. 1. cap. 26. ſcribit ex E[illegible]acenſi theſaurario, cum illi legitima ætas, morumque grauitas adhuc deeſſet, ob generis nobilitatem, (erat enim propinquus Regis Stephani) ad Pontificatum Dunelmenſem euectum. Eiuſdem mores longe deterrimos Matthæus Paris ad annum 1189. pag. 207. & quemadmodum Guilielmum Epiſcopum Elienſem fuerit perſecutus, depingit.*

IN EP. XC.

CARISSIMO fratri ſuo Magiſtro Guilielmo Bleſenſi Abbati Maniacenſi. *Sic ſcribo. Teſtatur enim Thomas Fazellus libro 10. Decad. 1. de rebus Siculis. non longe ab oppido Randatio, quod in Ætnæ montis pede exſtat, eſſe monaſterium Ordinis D. Benedicti D. Mariæ cognomento Maniacis, a Margareta regina Guilielmi I. Siciliæ regis coniuge exſtructum. Idem habet 2. Decad. c. 5. in fine. Mog. I. legit* Machinenſis. *Mog. II. & Conſt.* Mathinenſis. *Spir.* Mathirenſis.

Salutem & Trinacriam ſalutarem. *Herbip. ſcribit.* ſalutem, & tui cuſtodiam. *Mog. I. & II. ac Carth.* ſalutare. *Rectius Conſt.* ſalutarem. *precatur enim Siciliam ſalutarem ei, quam ſibi expertus fuerat imprimis noxiam.*

IN exitium Domini Stephani Panormitani electi. *Quis fuerit hic Stephanus diximus in Notis ad epiſt. 46. quæ eſt ad Richardum Epiſcopum Syracuſanum, cuius hic quoque fit mentio. Totam autem rei hiſtoriam vel potius tragœdiam fuse deſcribit Thomas Fazellus lib. 7. Dec. 2. cap. 5.*

Mitra enim & annulus atque ſandalia in alio quàm in Epiſcopo. *Nec B. Bernardus eodem ſæculo hæc probauit in Abbatibus epiſt. 42. ad Henr. Senon. Archiepiſcopum.*

Noli quæſo cariſſime frater detrectare obedientiæ iugum. *Si lege diuina Abbates vel monachi ſubiecti eſſent Epiſcopis, utique non poſſet priuilegio ſuo Romanus Pontifex eos eximere ab Epiſcoporum obedientia. ſed quia lege humana tantum olim ſubiecti illis fuere, poteſt illos Romanus Pontifex, cum iuſtæ cauſæ ſuppetunt, ab eorum imperio eximere. Vide Notas ad epiſt. 68. & Henricum Henriquez in tom. 1. Theol. mor. lib. 7. cap. 24.*

IN EP. XCI.

CARISSIMO Domino & amico ſuo Radulpho Lexouienſi Epiſcopo. *Opinor hunc eſſe Radulphum de Vaneuille, quem Sigebertus in Chron. ſcribit anno Domini 1182 ex Rothomagenſi Archidiacono & Cancellario regio factum Epiſcopum Lexouienſem, cum deceſſor eius Arnulphus poſt adminiſtratam cum laude per annos 40. illam Eccleſiam ſe dignitate abdicaſſet: quem & ad finem epiſtolæ ob munificentiam in pauperes Bleſenſis collaudat.*

Terram ſapis, terram loqueris. *Hæc verba uſque ad illa.* Leua quæſo. *in Carth. Herb. & Spir. tantum inueni.*

IN EP. XCII.

ARGVIT æmulus, & temeritati aſcribit. [illegible] *hæc uſque ad illa.* Quicquid canes oblatrent. *deſiderantur in Mog. II. Con*[illegible]*rb.*

IN EP. XCIII.

TRAGOEDIA veſtra de flaura & [illegible] de alda. *Fabuloſa nomina eſſe ſuſpicor, eo ſæculo nata.*

SED & Dominus Cancellarius, ſicut & Hieroſolymitæ referunt. *De* STEPHANI *Regis Siciliæ Cancellarij in Syriam aduentu & morte, ſcripſit Guilielmus Tyrius ſacri belli libro viceſimo, capite tertio.*

IN EP. XCIV.

M.Delrio lib. 3.diſq.Mag. p.1.q 4.ſect.8.

EFFEMINATRICES aquas Salmacis. *Vnum Carth ſic legit. cætera corrupte.* OVID. *15.metamorph.* Cui non audita eſt obſcœnæ Salmacis vnda? *Salmacis fons eſt in Caria iuxta Halicarnaſſum, dictus Venereus, ab amœnitate incolarum, vbi paulatim homines illecti omnem feritatē depoſuerunt. Et Strabo lib.14. Salmacis fons neſcio quamobrem calumniatus tanquā emolliens eos, qui inde bibant. Lege Vitruuiū li.2. Architect.*

Philoſymbola noſtra in cute curanda. *Ex ductu litterarum ſic conijcio legendum. nam omnia exemplaria hac deprauata lectio inſedit.* Hodie tota ad carnis delicias ſe relaxat fœlix embola noſtra in cute curanda plus æquo operoſa iuuentus. *Vnum M S. habet* felix ambula. *Quid enim ſibi vult infœliciter ſanè iniecta* fœlix embola? *vel felix iniectio? Repono* philoſymbola. *notum enim eſt ſymbolum, vel ſymbolam, eſſe conuiuium vel compotationem collatitia multorum pecunia inſtitutam: cuiuſmodi apud milites frequens. Ac prorſus Scripturarum peritiſſimus Bleſenſis in huius vocabuli fictione reſpexiſſe videtur ad illud Sapientis dictum Prou.23. Noli eſſe in conuiuiis potatorum, nec in comeſſationibus eorum, qui carnes ad veſcendum conferunt, qui vacantes potibus, & dantes ſymbola, conſumentur. ubi in græco contextu eſt* σύμβολας.

Æneas quidem gemmas à digitis ad enſem, Virro à digitis ad pocula legitur tranſtuliſſe. *Vt paulo ante in voce græca, ſic nunc aqua hæſit librariis in latina. Mog. I. legit,* nitro à digitis ad poc. *Mog. II.* curio. *Carth.* birro. *Herb.* iuno. *Conſt.* iuſco. *Spir.* viuo. *Ioannes Sariſberienſis lib. 6. Polycrat. cap.19. ex quo, vt alia pleraque, Bleſenſis hoc exemplum deſcripſit, habet Virro. Et nota ſunt illa* IVVENALIS *Satyra 5.*

Nam Virro, vt multi, gemmas ad pocula transfert
A digitis, quas in vaginæ fronte ſolebat
Pònere zelotypo iuuenis prælatus Hyarbæ. ÆNEAS.

IN EP. XCV.

IPSOS enim iuſtitiarios. *Omnia exemplaria mendoſè legunt.* ipſas enim iuſtitias. *excepto Mog. I. quod habet,* iniuſtitiarios. *Iuſtitiarij autem erant præfecti certarum prouinciarum, quibus incumbebat munus de obortis controuerſiis iudicandi ſecundum legum & iuſtitiæ præſcriptum. Polyd. Virg. libro 9. Anglic. hiſt. ait Guilielmum Conqueſtorem Anglorum Regem conſtituiſſe præfectos, qui gubernando Comitatus, vel maiorum magiſtratuum mandata exequerentur, vel maleficia vindicanda curarent. hos iuſtitiarios pacis, illos Vicecomites nuncupatos.*

Nemoralium iudicum. *Ex vno Conſt ita emendaui. Eoſdem aliàs vocat barbara voce* foreſtarios. *Foreſta enim gallicè nemus eſt. Eorum officium accurate deſcribit Petrus Gregorius libro Syntagm.47.cap.37.*

Quod vndreto & alimoto defuerit. *Varia & hic lectio. Adhuc quæro quid voces iſtæ ſignificent.*

Maiores veſtri officiales. *Mog. I.* maiores iuris officiales. *Herbip.* maiores viri. *Spir.* maiores enim inter officiales.

Ideoq; cum in vtroq, poſſit Simonia committi, damnabilior tamen eſt omnis venalitas. *In exhibitione iuſtitiæ verè Simonia committitur, & quidem fœdior, quam in venditione beneficij Eccleſiaſtici, vel Decimarum, ſi ideò aduocatus vel iudex pretium*

ecci-

accipiat, quod iuſtam, non iniquã cauſam defenderit: nam, vt bene dicit Bleſenſis, ille DEI iuſtitiam, cuius debitor eſt, & quam gratis exhibere tenetur, venalem exponit. *Gratis accepiſtis, inquit* CHRISTVS, *gratis date. atq; ita docet B. Gregorius hom. 39 in Euang. cuius verba citat Grat. 1. q 3. can. Vendentes. & 11. q 3. can. Qui recte iudicat. Si autem aduocatus vel pro laboribus in defenſione cauſæ impenſis, vel etiam pro induſtria et inſigni iuris peritia mercedẽ accipiat vel exigat, nec Simoniæ, nec vllius alterius criminis labem incurrit.* Non ideò, *inquit B. Auguſtinus in ep. 54. ad Macedonium,* debet iudex vendere iuſtum iudicium, aut teſtis verum teſtimonium, quia vendit aduocatus iuſtum patrocinium, & Iuriſperitus verum conſilium. *Radix enim & fons Simoniæ eſt quod non liceat pretium accipere pro iis rebus, quæ ſolo* DEI *dono nobis contigère: repugnat ſiquidem gratiæ, non dari gratis, at iudices & aduocati, multo labore & vigiliis iuris peritiam, & recte conſulendi, iuſteq; cauſas defendendi facultatem compararunt: itaque illi non donum* DEI, *ſed labores ſuos, vel doctrinam labore partam vendunt. Atque hæc eſt probatiſſimorum quorumque ſiue Theologorum, ſiue Iureconſultorum ſententia, vt Alexandri Haleſij. 3. p. Theol. q. 137. m 4. a. 3. S. Thom. & Bon. in 4. ſent. diſt. 25. Gloſſa in can. non licet. 11. q. 3. Panorm. & alij in c. quia nonnullis. de Magiſtris. Lege Petrum Gregorian Syntagm. iuris lib. 49. c. 8. de Salario aduocatorum.* Matth. 10. 9. Cap. non. licet 11. q. 3.

IN EP. XCVII.

IN vinea Sorec ſunt vuæ albæ & nigræ. *Reſpicere videtur ad locum Iſaiæ cap. 5. iuxta tranſlationem LXX. Nam vbi nos legimus verſu 2.* Et plantauit vineam electam. *LXX. habent,* vineam Soreck, *& ſic legit Hieronymus. Quam ſolam, inquiens, Symmachus* electam *interpretatus eſt, ſenſum tantum exprimens. Aiunt enim Hebræi Soreck eſſe genus vitis optimæ, quod vberes fructus faciat & perpetuos. Hæc Hieronymus in cap. 5. Iſaiæ.*

Quidam inconſulta leuitate. *Dubium non eſt, ſi generatim de migratione ab vno Ordine religioſo ad alium loquamur, eam laudabilem non eſſe, niſi euidens vtilitas vel neceſſitas illam poſtulet. nam & eſt magnæ leuitatis & inconſtantiæ ſignum & nunquam fere ſine populi & religioſorum eiuſdem ordinis grauis ſcandalo fieri poteſt, quas duas rationes maximè inculcat Bleſenſis epiſt. 86. cum diſſuadet Alexandro monacho Carthuſiano, ne ad alium Ordinem commigret. Atque idem docet Ioan. Caſſian. libro Collat. 14. cap. 5. & 6. ac D. Thomas in ſecunda ſecundæ Summæ Theol. q. 189. a. 8. Si autem ſpeciatim loquamur de migratione à Carthuſianorum inſtituto, ad Cluniacenſes, quo de in hac epiſt. & 86. agitur, hoc eſt de Ordine ſtrictiori ad laxiorem, nulla ratione licuit Alexandro monacho, non modo ſine ſuorum Superiorum, ſed nec ſine Romani Pontificis licentia tranſire ad ordinem laxiorem, vt ferè docent omnes Theologi, & nominatim Nauar. comment. 4. de regular. in cap. ſtatuimus. 19. q. 3. num. 10. qui addit, nec S. Pontifici fas eſſe, niſi iuſta cauſa adſit, hanc poteſtatem cuiquam largiri. eo quod, etiamſi diſpenſatione Pontificia monachus ille non ſoluatur prorſus omni religione voti, ſoluatur tamen parte aliqua voti, quatenus ſtrictiorem religionem* DEO *promiſit, quam poſt migrationem ſit profeſſurus.*

Nunc oderis laborioſa opera. *Hæc ſententia vſque ad verba.* In hac diuerſitate. *abeſt a Mog. II. Herb. & Spir.*

IN EP. XCVIII.

B. DEI gratia Cantuar. Archiepiſcopus. *Quis fuerit hic Archiepiſcopus, ex nullo exemplari potuit intelligi. Nam tria habent præfixam litteram A vnum H alterum, nomen Boniſacij. Conſtat autem Bleſenſis æuo nullum inter Archiepiſcopos Cantuar. vocatum*

catum fuiſſe Bonifacium. Quare librarius ex præfixa littera B. tum in hac tum in ſequenti epiſtola, ſuſpicatus fuerit appellari Bonifacium: cum appellari deberet Balduinus, qui vt liquet ex hiſtoria Anglicana apud Neubrig. libro 3. cap. 8. & Matthæum Paris in Archiepiſcopatu Cantuar. anno 1183. vel 84 ſucceſſit Richardo; cum Summi Pontificatus clauum teneret LVCIVS III. *Nam anno ſequenti Heraclius Patriarcha Hieroſolymitanus, cuius hic fit mentio, & D. Rogerius Magiſter hoſpitalis domus Hieroſolymitanæ & alij, approbante Romano Pontifice, Henrico II. Anglorum Regi, eiuſque filiis regnum Hieroſolymorum obtulerunt, eo quod Balduinus Hieroſolymorum Rex vita defunctus, nepotem adhuc puerum regni ſucceſſorem reliquiſſet. Qua de re multa Neubrig lib. 3. c. 10. 12. 13. & Matth. Paris ad annum Domini 1184. & 1185.*

ET matris hæreditaria ſucceſſione obtinet gens apoſtata. *Sic omnia exemplaria. Malim legere,* obtinemus, gens apoſtata violenter irruat.

IN EPIST. C.

CANES muti non volentes, imò nec valentes latrare. *Mog. I & Conſt.* non valentes omninò, nec volentes. *Mog II.* non omnes valentes, nec volentes. *[illegible]pir.* canes muti, non valentes latrare. *Herb.* non valentes, imò nec volentes.

IN EPIST. CI.

PROFVIT mihi, quod epiſtolas Hildeberti Cenomanenſis Epiſcopi ſtyli elegantia & ſuaui vrbanitate precipuas firmare. *Hic Hildebertus ex Cenomanenſi Epiſcopo poſtea factus eſt Archiepiſcopus Turonenſis, cuius epiſtolæ exſtant in tom. 3 Biblioth. S. Patrum anno 1589. edita ad pag. 883. Vixit tempore B. Bern[illegible] d[illegible]eum dedit, appellatque ſacerdotem magnum, & magn[illegible]m. Catalogum librorum eius pertexuit Io. Trithem. in lib.* de illuſtr. [illegible]

IN EPIST. C[illegible].

COementarios, biblios, & onerum portatores [illegible] *omnia exemplaria habent.* Giblios, *ſcribendum cenſeo. Gib[illegible] enim ciues Giblæ vrbis optimi erant latomi, de quibus 3. Reg. cap. 5. v. 18.*

IN EPIST. CVI.

QVIA Gad & Ruben, & dimidia tribus. *Erratum* μνημονικὸν. *Exiſtimarunt quidem legati reliquarum decem tribuum cum Phinee ſacerdote Ioſue 22. ver. 16. [illegible]re illud eſſe ſacrilegum. Sed poſtquam filij Ruben, Gad & Manaſſes facti ſui rationem reddiderunt, eos Phinees palam huius ſceleris ſuſpicione abſoluit verſu 30.*

Pedites expugnauerunt fortiſſimum Regem Syri[illegible] *3. Reg. 20 ver 14. voc[illegible]tur pediſſequi principum prouinciarum.*

IN EPIST. [illegible]IX.

REVERENDO Patri ac Domino [illegible] Archiepiſcopo. *Fuit hic Hubertus [illegible] Cantuarienſem Archiepiſcopum electus po[illegible] ca annum 1193 [illegible] G. Neubrigenſ lib. 4. cap. 23. & Matthæo Paris [illegible] eundem [illegible]*

IN EPIST. CXV.

EGO autem vt ſ[illegible] tuæ inquiſitioni. *Olim tria affinitatis genera vetita erant, [illegible] tantum. cap. non debet de Conſang. & affin. Quid autem ſit primum, ſecundum, & tertium affinitatis genus habet Gloſſa. & Panormit. in dictum caput. Vide*

Dida-

Didacus Couarruuias in 4.decret.p.2.cap.6.§.7.n.6. colligit.poſſe quempiam matrimonio legitimo copulari, cum relicta a propria vxoris fratre. Similiter olim vſque ad ſeptimum vetiti erant affinitatis gradus, vt liquet ex c.de affinitate.35.q.3. ſed iam inde a tempore Concilij Lateranenſis ſub Innocentio III. celebrati vſque ad quartum tantum gradum vetiti ſunt. Decretum Concilij habetur in cap.non debet.de Conſ.ing. quod Bleſenſis, iam forte vita defunctus, non viderit.

Nurum, vxorem fratris, ſubaudi, viuentis. *Eodem modo exponit hunc locum Leuitici Radulphus. Sed non videtur expoſitio vera. nam coniugium cum vxore fratris viuentis eſt adulterium. adulterium autem in eodem cap. 18. Leuit. expreſsè prohibetur. Deinde Leuit.20. adulterium punitur pœna mortis; coniugium autem cum vxore fratris punitur pœna longè minori, non ergo hic loquitur Moſes de coniugio cum vxore fratris viuentis, quod ſine adulterio fieri non poterat, ſed de coniugio cum vxore fratris defuncti. Dices Deuter.25. cap. præcipitur, vt ſi quis abſque liberis moriatur, ducat frater eius vxorem illius, & ſuſcitet ſemen fratri ſuo, cur ergo id abſolutè in Leuitico prohibetur? B. Auguſtinus quæſt. 61. in Leuit. reſpondet. Legem Deuteronomij eſſe exceptionem quandam legis in Leuitico latæ. Lege Bellarm.tom.2.lib.1.de Matrimonij ſacramento cap.27. fusè de hac quæſtione diſputantem.* Radul. in Leuit.

IN EPIST. CXXI.

SI Principes veſtri nouæ peregrinationis obtentu. *Agit de rege Angliæ Richardo Henrici II. filio, qui Dominico ſigno Crucis accepto, vna cum Rege Franciæ in terram ſanctam anno Domini 1190. profectus eſt, vt Hieroſolymam anno 1187. a Saladino captam recuperarent. Ita Neubrig.lib.4.rerum Anglic.cap.12. Matthæus Paris, & Polyd. Quanta autem exactione populus & clerus ob hanc profectionē fuerit grauatus viuente adhuc Henrico II. ante biennium (nam in biennium integrum extracta eſt hæc profectio) vt in fine quoque huius epiſtolæ indicatur, habet idem Neubrig. libro 3. capite tertio, capite vigeſimo ſecundo.*

IN EPIST. CXXIII.

R. DEI gratia Londonenſi Epiſcopo. *Exiſtimo hunc eſſe Richardum, qui ſub annum 1189. auctore Anglorum Rege Richardo ex Archidiacono Elienſi & regio theſaurario factus eſt Epiſcopus Londinenſis. teſte G.Neubrig.lib.4.cap.2. & M. Paris ad annum 89.*

Inæſtimabiliter me deterret ſacerdotalis eminentiæ gradus. *Vide, quæ notata ſunt ad epiſt. 86. nec enim aliud probant omnia Bleſenſis argumenta, quam a nemine ſuſcipiendum ſacerdotij gradum, niſi vitam tanto officio dignam inſtituere velit, quod nullus negat. Rectius autem, laudabiliusque facere eos, qui* DEI *amore flagrantes ad procurandam multorum ſalutem illum ſuſcipiunt, quam qui ex reuerentia refugiunt, communis eſt Theologorum ſententia. Gregorij, Auguſtini, Hieronymi, & Ambroſij ſententias, quas hic recitat Bleſenſis, in auctoribus ipſis non inueni. Eum autem tandem ſacerdotio initiatum liquet ex epiſt.151.*

B. MARCVS pollicem ſibi abſcidit. *Nullus probatus ſcriptor id habere videtur. & vt habeat, inter exempla Sanctorum admiranda, non imitanda referendum eſt; vti & illud Ammonij anachoretæ, quod hic ſubijcitur, qui aurem ſibi præſcidit, ne ad Epiſcopatum ſuſcipiendum cogeretur.*

IN EP. CXXIV.

REVERENDO Patri & Domino Gualtero DEI gratia Archiepiſcopo Rothomagenſi. *Diu multumque dubitaui, vtrius nomini inſcribenda eſſet hæc epiſtola. Guilielmine an Gualteri Rothomag. Archiepiſcopi. Nomen enim Guilielmi præfert exemplar Moguntinum impreſſum, non ſolum in hac, ſed etiam proximè inſequenti, & in 138. epiſtola, quæ eiuſdem ſunt argumenti: agunt enim de diſcordia inter Richardum Anglorum regem, & Rothomagenſem Archiepiſcopum anno Domini 1197. orta, ob leſam grauiter immunitatem Eccleſiaſticam. Accedit, quod Matthæus Paris, & poſt eum Polydorus Virgilius in hiſtoria Anglic. eum appellent Guilielmum. Verum non dubito vtrumque eſſe hallucinatum, & ſcribendum nomen Gualteri. Nam primò Guilielmus Neubrigenſis Anglus eius æui ſcriptor, qui rerum Anglicarum hiſtoriam in narratione litis, quæ inter dictum Richardum Regem, & Archiepiſcopum Rothomagenſem fuit, terminauit, conſtanter eum vocat Gualterium. 2. quia tabulæ Eccleſiaſticæ antiſtitum Rothomagenſium apud Democharem in libro de diuino Miſſæ ſacrificio capite 20. tantum Gualteri Archiepiſcopi nomen ſub hoc tempus expreſſerunt. 3. MSS. habent tribus epiſtolis citatis tantum præfixam literam W. quæ æque VValterum, atque VVilhelmum deſignare poteſt. Denique quia ipſe Matthæus Paris, qui Polydoro cauſam errandi dediſſe videtur, ad annum Domini 1199. adhuc mentionem facit Gualteri Rothomag. Archiepiſcopi, quo dicta diſcordia non ſolum erat ſublata, verum etiam Richardus Rex iam è viuis exceſſerat. Lege G. Neubrig. lib. 5. cap. 21. & 24.*

IN EPIST. CXXVI.

MAVRITIO piæ recordationis exempto de corpore mortis huius *Mauritius hic fuit in Pariſienſi Epiſcopatu Petri Lombardi, qui nomen Magiſtri Sententiarum obtinuit, ſucceſſor. Obiit autem, teſte Demochare loc. cit ſub annum Domini 1196. Ei ſucceſſit, de quo in hac epiſt. agitur,* ODO, *dictus, de Soliaco, Henrici Bituricenſis Archiepiſcopi frater, & Richardi Anglorum regis, ac Philippi ſecundi Regis Francorum conſanguineus, vt Bleſenſis indicat in fine epiſtolæ.*

IN EP. CXXVII.

NISI D. Wigornienſis, & D. Dunelmenſis. *Agit de Henrico Epiſcopo VVigornienſi, & Hugone de Puſaz Epiſcopo Dunelmenſi, qui inter viuos eſſe deſierunt, teſte Matthæo Paris, anno Domini 1195. hoc eſt, anno vno ante electionem Odonis Pariſ. Epiſcopi.*

IN EPIST. CXXIX.

VNDE & iniecta ſemina. *Sic veſtigia litterarum ſecutus emendaui, vt ſententia conſtaret. Mog. I. habet,* minuerat ſemina. *Conſl.* & minuit. *Cætera epiſt. hanc non habent.*

Quanto plures accumulant opes, tanto maiori ſemper egeſtate confundi. *Mutilus locus erat in vtroque exemplari. Reſarcij adiectis verbis (plures accumulant opes, tanto) donec genuina reſtituantur.*

IN EPIST. CXXX.

AVSVS eſt ſuſurro & bilinguis veſtræ diſcretioni conſulere. *Tota hæc periodus aliter habet in Spir. exemplari.* Auſus eſt, *inquit,* ſuſurro & bilinguis mihi turpitudinem negotiationis imponere: exiſtimauit iniquè, quod eſſem ſui ſimilis. Si enim in re-

in rebus Eccleſiaſticis cognoui negotiationem, non introeam in potentias Domini, memoreturque iuſtitiæ ſuæ ſolius ſuper me, & non miſericordiæ. In cœlo CHRISTVM, in terra habeo conſcientiam innocentiæ meæ teſtes. & vt in ore trium ſtet omne verbum à Domino Roberto Præpoſito, nepote veſtro, citra eius conſcientiam nihil factum eſt, veritatem diligentiſſimè inquiratis. Cuius ideò teſtimonium contra me inuoco, quia ſicut publicè dicitur, citra tamen meritorum meorum exigentiam, grauiſſimè offenſus eſt mihi. Nomen enim meum multipliciter venenoſis attentauit morſibus, lingua doloſa, & elongauit à me amicum & proximum. Veruntamen ſaluum faciet Dominus, *&c.*

Humana verſutia me contra vos. *Spir. habet.* Verſutia me, vel contra honeſtatem aliquod contraxiſſe commercium, vel contra vos.

Sed dilexi vos, quia, &c. *Hæc verba reſtitui quoque ex Spir. Similiter & illa.* Scio quid boni feceritis toti terræ, quid domeſticis hoſtibus veſtris, & meis.

IN EPIST. CXXXI.

E Priori de Monaſteriolo. *Variè legunt M.S S.* Monaſteriolo *cum Mog. I. & Conſt. legendum. Nam teſte Polydoro lib. 22. hiſt. Angl. Monaſteriolum opidum eſt Galliæ eo loci ſitum, vbi Iona flumius influit in Sequanam.*

Nam etſi etiam impoſſibilia iniungantur. *Dictum hoc ſumptum eſt ex regula 68. S. Benedicti. quam exponit Ioan. de Turrecrem. Cardinalis & Smaragdus monachus. De qua autem obedientia id intelligendum ſit accuratè declarat B. Bernardus in libro de præcepto & diſpenſatione. Obedientiam autem eorum, qui etiam impoſſibilia iubentibus paruêre, DEVS ſæpè miraculis illuſtrauit. Exempla exſtant apud Sulpitium in 1. dialogo de S. Martini virtutibus. S. Gregor. li. 2. dial. c. 7. & Caſſian. lib. 4. de inſtitutis renuntiantium cap. 23. Lege Bellarm. tom. 1. lib. 2. de Monachis, cap. 21. & Turrecrem. in reg. 68. S. Benedicti.*

Epiſcopatus quoque Roffenſis. *Sic Spir. Conſt. Herb. At Carth. Recenſis. Mog. I. & II.* Roffenenſis. *Forte legendum* Roſſanenſis. *qui eſt Epiſcopatus regni Neapolit.*

IN EPIST. CXXXIII.

SICVT tamen decretum Teleſphori Papæ. *Decreuit Teleſphorus octauus à B. Petro Romanus Pontifex, vt clerici ſeptem ante Paſcha hebdomadis ieiunarent. Quod decretum habetur in Gratiano diſt. 4. cap. ſtatuimus. Et apud Iuonem parte 4. Et conſentit cum iis, quæ habet Clemens Rom. Conſt. Apoſt. lib. 5. & Damaſc. libro de ieiunio ad Cometam. Baſil. in ſermone contra ebrios. Lege Franc. Turrianum lib. 5. pro epiſt. Pontif. & Petri Galeſinij notas in Martyrol. ad Nonas Ianuar.*

IN EPIST. CXXXV.

H. DEI gratia Cantuar. Archiepiſcopus. *Duo exempla nullum nomen vel litteram præfixam habuere. Vnum A. reliqua duo litteram N. Verum cum tempore Bleſenſis nullus Cantuarienſium Archiepiſcopus fuerit, cuius nomen a littera A, vel N. inchoarit, ſuſpicor H. ſcribendum ob ſimilitudinem cum littera N. & Huberto, qui anno 1193. Balduino ſucceſſit, tribuendam epiſtolam. De quo Neubrig. lib. 4. c. 33.*

IN EP. CXXXVI.

VT obſeruantiæ proditoriæ conſpirationis vniuerſa poſthabeant. *Melius quam* vt obſeruantiam proditoriæ conſpirationis vniuerſi poſthabeant, *vt habent quidam codices.*

IN EP. CXXXIX.

R. DEI gratia Abbati Ciceſtrenſi. *Sic Mog. vtrumque & Conſ. At Spir. hanc habet Epigraphen.* Dilectis Dominis & amicis Guilielmo Abbati DEI gratia de Keyuesham, totiq; Conuētui eiuſdem Eccleſiæ, P. Bleſenſis ſalutem in vero ſalutari.

IN EP. CXL.

TRANSVBSTANTIATIO.

PANE & vino tranſubſtantiatis virtute verborum cœleſtium in corpus & ſanguinem CHRISTI accidentia, quæ prius ibi fuerant, ſine ſubiecto remanent, & apparent. *Luculentus locus pro dogmate Tranſubſtantiationis. Similis exſtat in ſermone 38.* Sacerdotes, *inquit*, corpus Domini conficiunt, ſumunt, ſumendum aliis tribuunt. Eorum miniſterio panis & vinum in carnem CHRISTI tranſubſtantiatur. LVTHERVS, *Caluinus, Petrus Martyr, Chemnitius & alij contendunt nomen Tranſubſtantiationis primum inuentum & excogitatum eſſe in Concilio Lateranenſi anno M. CC. XV. ſub Innocentio III. celebrato. Quibus Bellarminus & alij reſpondent, vt nomen in eo Concilio primum vſurpatum ſit, rem tamen ipſam perſpicue omnes Patres veteres, vſque ad Concil. Trid. hoc eſt, mutationem ſubſtantiæ panis in ſubſtantiam corporis* CHRISTI *docuiſſe; nullum autem citant auctorem, qui vſus fuerit nomine Tranſubſtantiationis. Ecce ergo tibi Bleſenſem voce illa, velut iam vulgata & nota vtentem ante Concil. Neq; enim veriſimile eſt illum vſque ad annum M. CC. XV. vitam produxiſſe, aut certè poſt M. CC. vel epiſtolam illam ſcripſiſſe, vel ſermonem illum ad Synodum habuiſſe: imò cum ſermones ſuos fere habuerit, quo tempore adhuc in ſcholis verſabatur, liquet eum 40. circiter annis ante Concilium hanc vocem vſurpaſſe.*

Bellar. tom. 2. libro 3. de Euchar. cap. 23.

Tanta enim eſt vnio diuinitatis & carnis, quæ tota diuina & glorioſa facta eſt. *Quo ſenſu caro* CHRISTI *diuina dicatur facta ratione perſonalis vnionis, vide noſtram Diſputationem Moguntinam de Perſona* CHRISTI *cap. 4. theſi 52. eiuſque Apologeticum. Deinde Gregorium à Valentia in defenſione libri contra duas ſectas. & in 3. partem S. Thomæ diſput. 1. q. 2. p. 3 §. 10.*

Imò in omnibus locis ſit virtualiter & eſſentialiter. *Mog. I. naturaliter & eſſentialiter. Dicitur autem* DEVS virtualiter & eſſentialiter eſſe in omnibus locis, *eo ſenſu, quo Theologi docent* DEVM *eſſe vbique ſecundum eſſentiam, præſentiam, & potentiam.*

Eodem momento & in cœlum rapitur miniſterio angelorum conſecratum corpus CHRISTI. *Sic Mog II. at Mog. I. Conſ. & Carthuſ.* conſociandum corpori CHRISTI. *Sententiam hanc in Gregorij homiliis non reperi. Similis autem exſtat in 4. dialog. cap. 58.*

IN EP. CXLIII.

REVERENDO Patri & Domino C DEI gratia Maguntino Archiepiſcopo. *Cum Rich[illegible]dus Angliæ Rex [illegible] Archiduce Auſtria Leopoldo captus ſit anno* CHRISTI *1192. menſe D[illegible] [illegible] Guilh. Neubrig. [illegible] 4. cap. [illegible]9. Matthæo Paris, Polyd. lib. 14. Si[illegible] eò in C[illegible] [illegible] anno ſcriptam a Petro Bleſenſi hanc epiſtolam, & [illegible], vt conſtat ex Archiepiſcoporum Moguntin[illegible] [illegible] & Democharem in 2. lib. de ſacriſ. Miſſæ, a[illegible] [illegible] tempore ſedem Moguntinam obtinuit. Fuit is genere nobiliſſimo [illegible] Otton. Palatini Comitis frater. Epiſcopatu ſuo olim à Cæſare [illegible], quod Alexandro III. legitimo Pontifici contra Octauia[illegible]. Qua de cauſa & ab eodem Alexandro Epiſcopus Sabinenſis & Cardi-*

Cardinalis factus eſt. Quod autem ſedulam in Rege Anglorum liberando, quod ab eo hic poſtulat Bleſenſis, vna cum Colonienſi Archiepiſcopo, operam nauarit, teſtatur Neubrig. lib. 4. citato, cap. 33.

DVX Auſtriæ non eſt veritus in CHRISTVM Domini ſacrilegas manus inijcere. *Totam hiſtoriam fuſe narrat Neubr. a cap. 31. lib. 4. Mathæus Paris ab anno 1192. hiſt. Angl. Polyd lib. 14. Paulus Æmil. lib. 6. de rebus geſtis Francorum. Nauclerus generat. 40. qui ait Regem Angliæ VVormaciæ fuiſſe in vinculis detentum, poſtquam ab Archiduce Auſtriæ traditus eſſet Imperatori. Eiuſdem argumenti ſunt tres proximè epiſtolæ, & 64.*

IN EPIST. CXLV.

A Me viſcera mea tyrannus auulſit. *Ita malo cum vno Herbip. quàm cum Mog. 1. & Conſ.* amare viſcera. *vel cum Mog. 2.* amara. *Nam & ſequens epiſtola habet.* Auulſa ſunt à me viſcera mea.

IN EPIST. CXLVI.

QVOD Imperator poſt Legienſis Epiſcopi mortem. *Sic ſcribo cum Mog. 2. non* Ligienſis, *vt Mog. 1. & Conſ. nec* Legionenſis, *vt Herb. Agit enim de Leodienſi Epiſcopo Ducis Louanienſis fratre ab Henrico VI. Imperatore anno D. 1193. interfecto, Qua de re legendus Neubrig. lib. 4. rerum Angl. c. 34. Leodium autem olim vocatum fuiſſe Legiam a caſa ibi legione Romana, tradit ex Thoma Huberto Leodio Brunus in tabulis Vrbium, & Iuſtus Lipſius. lib. 1. poliore. circa initium.*

Oſtunenſem & quatuor Epiſcopos comprouinciales eius. Salernitanum etiam & Tranenſem. *Conijcio hanc germanam eſſe lectionem. Omnes enim hi Epiſcopatus ſunt in Neapolitano regno, quod inuaſerat id temporis Imperator Henricus. Omnia exempl. legebant.* Oſmenſem. *Mog. 1.* Tuneſenſem, *Mog. 2.* Tranſmenſem. *Conſt.* Tranſaccenſem. *ſolum Herb.* Tranenſem.

IN EPIST. CXLVIII.

DE negotio veſtro Glaſconienſi. *Sic autumo legendum. nam Mog. 2. & Conſt. habent,* Glaſcon. *& apud Polyd. Virg. crebra mentio eſt monaſterij Glaſconienſis in Anglia. Mog. 1.* Glaſcenſi. *Herb.* Gloſſenſi. *Quia autem Bleſenſis non expreſſit, quod fuerit illud negotium Glaſconienſe, Danos nos eſſe coegit in exponenda ſententia, quæ mox hic ſubijcitur. Quid enim eſt?* regnum & ſacerdotium in hoc pariter conuenire, vt mitra vna nullo modo corona Regis aut Cantuarienſis Eccleſiæ mutiletur, *vt habes exemplar Mog. 1. Nam Mog. 2. legit,* Eccleſiæ minuetur. *Conſ.* munietur. *Herb.* vt neutro vno vllo modo corona regis, aut Cant. Eccleſiæ mutuetur. *Quid ſi legamus,* vt nullo modo corona Regis, aut Cantuarienſis Eccleſiæ mitra mutetur.

Et quia, qui multum peregrinantur, rarò ſanctificantur. *Hac ſententia epiſtolam clauſit ſolum exemplar Herb. Vereor ne ſit additamentum librarij.*

IN EPIST. CL.

PLENISSIMAM eius fidem faciet defectus inguinariæ peſtis, & curatio ſcrophularum *Mog. 1. & 2.* ſcafularum. *Conſ.* ſcaphalorum. *Spir. & Carth.* ſtrophularum. *Non dubito* ſcrophularum *reponendum. loquitur enim de ſtrumis ab Angliæ & Franciæ Regibus iam olim ſanari ſolitis. teſte Beda lib. 1. Eccleſ hiſt. & Polyd. Virg. hiſtor. Angl. libro 8. cum agit de Rege Eduuardo. Struma autem ſcrophularum nomen idcirco obtinuit, quod hoc morbo ſcrophæ maximè ſint obnoxiæ. Plin. lib. 11. cap. 17. Celſus lib. 5. c. 38.*

Greg.lib.4. epiſt. 85. & 87. & l.7.ep.18. Aimoin.lib. 4. c.41. Cæſar. Baron. tom. 8. ad añ. 662.& 676. 2. Cor. 10. 1.Cor 4.

porum excutiebant. Si obiicias multos ſummos Pontifices Romanos inde à B. Gregorij Magni temporibus ea in re cum monachis diſpenſaſſe: reſpondet B. Bernardus. Non ſum, *inquit*, tàm rudis, vt ignorem poſitos vos (*Romanos Pontifices*) diſpenſatores, ſed in ædificationem, non in deſtructionem. Denique quæritur, inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur. Vbi neceſſitas vrget, excuſabilis diſpenſatio eſt: vbi vtilitas prouocat, diſpenſatio laudabilis eſt. vtilitas dico communis, non propria. Nam cum nihil horum eſt, non planè fidelis diſpenſatio, ſed crudelis diſſipatio eſt. *Et mox ſubiungit.* Nonnulla tamen monaſteria ſua in diuerſis Epiſcopatibus, quod ſpecialius pertinuerint ab ipſa ſui fundatione ad Sedem Apoſtolicam pro voluntate fundatorum, quis neſciat? Sed aliud eſt, quod largitur deuotio: aliud quod molitur ambitio impatiens ſubiectionis. *Quare exemptiones quæ à ſummis Pontificibus ob communem Eccleſiæ vtilitatem, & ad religioſæ vitæ diſciplinam tuendam conſeruandamq́; factæ ſunt ſecundum Bernardum & Bleſenſem ab hac reprehenſione ſunt immunes. Lege de hoc argumento copioſiſſimè diſſerentem Henricum Henriquez. lib.7. tom.1. Theol.moral. cap. 24. & ſequent.*

Nam teſte Gregorio. *Forte legendum, Gelaſio, cui hæc ſententia tribuitur apud Gratianum c.generalis.diſt.54.ex epiſt.1. Gelaſij ad Epiſcopos per Lucan.& Brut.conſtitutos. cap.16.*

IN EPIST. LXIX.

REVERENDO Patri & Domino Radulpho. *Radulphus hic fuit frater Vicecomitis de Bellomonte, & cognatus germanus Henrici II. Regis Anglorum, Epiſcopus Andegauenſis factus anno D. 1179. teſte Sigeb.in Chron.*

Leges imperiales in eum, qui deſertor eſt, vel transfuga, vel emanſor pœnam ordinariam ad furcam, ſcilicet, vel beſtias dictauerunt. *Hanc lectionem, quæ eſt trium M. S S. Herb. Carth. Spir. clarè oſtendunt ipſæ leges Imperiales, l. Deſertorem. D. de re militari.* Is qui ad hoſtem confugit, *inquit Modeſtinus*, & rediit, torquebitur, ad beſtiaſque, vel in furcam damnabitur. *Quod verò diſcrimen ſit inter deſertorem, emanſorem & transfugam, eorumque pœnas fuſe diſputat Petrus Gregorius libro 10. Syntagmatis Iuris vniuerſi, cap. 10. & Godſcalcus Steuech. in comment. 5. cap. 2. lib. ad Vegetium.*

M. CATO comprehenſis in furto commilitonibus idem fecit. *Iulius Frontinus, ex quo Bleſenſis fere hæc exempla ſumpſit, lib. 4. ſtrategematicon cap. 1. ait tantum, M. Catonem memoriæ tradidiſſe in furto comprehenſis dexteras præciſas.*

Refert Frontinus Caſilinos. *Omnia exemplaria habebant.* Frontonius, *errore manifeſto. Ex quo auctore, vt eſt à dicto Steuechio editus, multarum aliarum vocum, quæ perperam legebantur, ſcripturam in hac epiſtola emendaui.*

IN EPIST. LXX.

NEPOTIS affectio, quæ naturæ obſequitur, quàm quæ ſequitur ex fortuna. *Ita Carth. Secus cætera. Mog. 1. Spir. & Conf.* qui naturæ obſequitur. *Herb.* propter naturæ obſequium. *Mog. 2.* quia ex natura ſequitur.

IN EPIST. LXXI.

C. Sexeburgenſis. *Sic Mog. 2. & Conf. Alia. vt Mog. 1.* Sexebergenſis. *Carth.* Sexaburgenſis. *Herb.* Saxeburgen. *Spir.* Sareſberienſis.

Nam licet rei venditæ non ſoleat ſine traditione transferri dominium. *Hanc quæſtionem accuratè tractat Petrus Gregor. in Syntagm. iuris. lib. 25. c. 18.*

Vtilem

Vtilem actionem in rem. *Sic Carth. & Herb. Mog. 2. Spir. & Conſt.* τὸ actionem *prætermiſit. Mog.* 1. vtilem rationem. *Verum, quia tota epiſtola ob loca è iure ciuili citata in omnibus exemplaribus ſcatuit mēdis, quæ ex ipſis iuris codicibus potius, quam ex M S S. emendari potuerunt, varias lectiones omiſi.*

IN EPIST. LXXII.

NIHIL prorſus habeo. *Tota hæc periodus vſque ad verba.* Quippe minuti. *in ſolo exempl. Spir. & Carth. inuenitur. Contra. illa.* Putas te mihi exitialiter nocuiſſe, *vſq; ad finem in iiſdem S. & C. deſiderantur.*

IN EPIST. LXXIII.

NAM & in corpore Decretorum & in epiſtola ad Romanos hæc verba legiſſe meminimus. *Non verba certè, ſed ſententia tantum verbis ſubiecta exſtare videtur in epiſt. ad Romanos. Apoſtolus enim in cap. 13. agens de Principibus ſecularibus, tantum dicit.* Si malum feceris, time. non enim ſine cauſa gladium portat. DEI enim miniſter eſt, vindex in iram ei qui malum agit. *Quod ad Decretorum corpus attinet, conſtat clericos omnes in cauſa ſanguinis ab iudiciis, accuſatoris, teſtiſque officio arceri, vt liquet in cap. aliquantos, diſt. 51. ex epiſt. Innocentij Papæ. & c. clericis. in ſacris ex epiſt. Alex. III. & conſtit. Innoc. III. in Conc. gener. quæ habetur in Decret. tit. Ne clerici vel monachi.*

IN EPIST. LXXIV.

ET ſcuphæ humeris apponuntur. *Tota hæc ſententia in Spir. & Carth. non apparet. Conſt.* ſeuphæ. *Herb* ſtuphæ. *Cum Mog. 2. vtroque ſcribo,* ſcuphæ, *voce quidem barbara, ſed a Græca, vt apparet, deducta; nam quam nos cum Celſo latinè appellamus cucurbitulam, eam Aurelianus, & alij græcè vocant σικύαν κύφλιν. teſte Had. Iunio in Nomenclatura variæ ſupellectilis.*

IN EPIST. LXXV.

PERSICA ſalutatione exultātem. *Ita Herb. Sp. Carth. & Valerius Maximus. lib. 7. c. 2.*

Niſi illi commune populi commodum impediſſent. *Locus ex ſolo Spir. reſtitutus. in cæteris anceps & obſcurus.*

IN EPIST. LXXVI.

FRatris mei M. Vilhelmi. *Tria exempl. habent* Vilh. Viennenſis. *cum vno Mog. 2. omiſi* Viennenſis. *cur enim frater Petri Bleſenſis, non item vocetur Bleſenſis?*

IN EPIST. LXXVII.

QVOD ſi homo ſegnioris vitæ. *Ita malui cum Mog. 2. Spir. & Conſ. quam* ſecurioris, *cum Herb. vel* ſecretioris *cum Mog. 1. vel* ſenioris *cum Carth.*

Tantum derogaret communibus titulis. *Hoc orationis membrum, Spir. & Carth. quæ ferè inter ſe conſonant, aliis verbis, ſed obſcurius, exprimunt.*

Non ſumus ergò pares, dicit Vmbritius. *Iuuenalis ſat. 3. Vmbritium aruſpicem, hæc loquentem induxit. Deſcripſit hæc Bleſenſis ex libro 3. Polycratici Ioan. Saliſb. c. 4. & ſeq. vbi fuſe diſputat contra adulatores.*

IN EPIST. LXXIX.

QVę te incantauit Hecate. *Sic auguror legendum. Mog. 1. & 2.* Herica. *Carth.* Ericto. *Conſt.* Eriocc. *Spir.* Hericco.

Refert Valerius Maximus. *Multa hic tum ex Valerio, tum ex Hieronymo mendosè legebantur, quæ ex ipſis autoribus reſtitui.*

Certiſq; vtamur hæredibus. *Verba hæc deſunt in Mog.2. Herb. & Conſt.*

Et quæ ſunt hæc ſenectutis auxilia. *Dicta exemplaria legunt.* Quæ namque dementio eſt nutrire domi.

IN EPIST. LXXX.

INTERDICTVM ponere de migrando. *Phraſis Iureconſultorum propria. de qua conſule Digeſt. lib.43.tit.32. Barnab. Briſſon. lib.9. de ſignif. verb. & Petrum Gregor. lib.23. ſyntagm. c.10. n.12. & lib.21. c.9.*

IN EPIST. LXXXII.

HABET iuſtitia diuinæ legis, vt in Leuitarum ſortem cedant decimæ. *Si nomine decimarum intelligamus ſtipendium, quod Eccleſiæ miniſtris pro ſuis laboribus debetur, fatendum eſt, non lege ſolū diuina præceptas decimas. Leu. vlt. Num.18. Mal.3. Math.22. verum etiam naturali Math.10. 1. Cor.9. natura enim docet, iis alimenta deberi, qui pro populo laborant. Vnde & in lege naturæ Abraham patriarcha Gen 14. decimas obtulit ſacerdoti Melchiſedec. Atque has decimas nulli iure adimere poteſt Romanus Pontifex. Si verò nomine decimarum determinatam quantitatem, hoc eſt, decimam bonorum partem, accipiamus: dicendum eſt lege quidem diuina mandatas fuiſſe decimas in veteri teſtamento, ſed non in nouo. nulla enim talis lex exſtat in Euangelio. Mandata autem ſunt iure tantum Eccleſiaſtico, in quo iuſtis de cauſis Romanus Pontifex poteſt diſpenſare. Lege in tom.1. Bellarm. controu.5. cap.25.*

Nam ſi de noualibus tantum, ſicut Beatæ recordationis Hadrianus Papa conſtituit. *Etiamſi monachi regulares legibus Eccleſiaſticis exempti ſint a ſolutione decimarum perſonalium. 16. q.1. c decimas, non tamen prædialium, etiamſi noualia ſint, ſi tamen prius de illis decimæ perſoluebantur, vt habetur in c commiſſum. de decimis. Et licet Alexander III. Papa, poſt Hadrianum IV. Ciſtertienſibus monachis conceſſerit priuilegium non ſoluendi decimas prædiorum, quæ propriis aut manibus, aut ſumptibus excolebant, vt habetur. c. ex parte tua. eodem titulo, tamen poſtea in Concilio generali Lateranenſi ſub Innocentio III. celebrato, vt liquet ex cap. nuper Abbates, ibidem ſtatutum eſt, vt eorum quoque prædiorum, quæ proprio labore vel ſumptu excolunt, decimas perſoluerent, ſi prius de illis ſoluebantur.*

IN EPIST. LXXXIII.

CARISSIMO Domino & amico B. Exonen. Gualterius Oxeneforden. Archidiaconus. *Hic Gualterius de Conſtantiis ex Archidiacono Oxonienſi factus eſt ſub annum Domini 1183. epiſcopus Lincolnienſis, & paulo poſt ex Lincoln. Archiepiſcopus Rothomagenſis, teſte G. Neubrigenſi libro 3. rerum Anglic. c.8. & Mathæo Paris. Qui Paris Exonienſem Epiſcopum, ad quem Gualterius ſcribit, vocat Bartholomæum virum religioſum & Theologum. Et omnia Exemplaria prænotatam habent litteram B.*

Sine moratoria dilatione. *Conſ. & Mog.2.* monitoria. *Carth.* memoratoria.

IN EPIST. LXXXIV.

CITRA omnem infamiam tamen, & quaſi de abundanti ſuam purgatione canonica innocentiam declarauit, plenè & efficaciter impleuit Epiſcopum. *Mog.2. ſecus.* vltra omnem infamiam facti eidem illatam, canonica purgatione ſuam innocentiam plenè & efficaciter impleuit. *Herb. legit,* citra infantiam.

Cum eſſet Saul prophetans inter eos. *Sic reſtitui ex ſolo Spir. cætera ſcribebant,* Samuel.

Rei veritatem prius vobis declarari oportuit. *Mog.1. & 2 & Conſt.* rei veritate prius vobis declarata.

IN

IN EPIST. LXXXV.

EX longa deſidia & torpore ſonticas paſſiones. *Ita vnum Spir. cætera vitioſè*, ſyncopas, ſumpticas, ſeriticas, ſoriticas, ſeroticas paſſiones. *Sonticus morbus eſt, qui totum inuadit corpus. Plin. lib. 36. c. 19. Gagates lapis deprehendit ſonticum morbum, & virginitatem ſuffitus.*

Nihil indulgens ebrietati aut crapulæ, nec ſequens huius vitæ vanitates & inſanias falſas, ſe totum pauperum neceſſitatibus impendebat. *Sic malui cum Carth. & Spirenſi: quam cum reliquis quatuor.* nihil indulgens propriæ carni extra regulã modeſtiæ parſimoniæq́; cenſuram, ſe pauperum neceſſitatibus impendebat.

IN EPIST. LXXXVI.

HOc in ordine Carthuſienſi cauſaris & arguis, quod ſingulis diebus Miſſas non faciunt *Eſto fuerit in primis illius Ordinis incunabulis ita receptum, vt ob reuerentiam Sacramenti a quotidiana celebratione abſtinuerint: (Nam Bleſenſis ante annos amplius quadringentos hæc ſcripſit) nunc tamen conſtat, a quotidiana celebratione neminem arceri. Noua enim collectio ſtatutorum ordinis Carthuſienſis in capite 7. ſecundæ partis omnes ſacerdotes hortatur ad quotidianam confeſſionem & celebrationem, & addit, illam conſuetudinem veterem eſſe, & receptam. Idem non obſcure in tertia compilatione antiquorum ſtatutorum cap. 1. inſinuatur.*

Scitis quia Monachorum Pater. *Hæc Bleſenſis argumenta non aliud probant, quam à reprehenſione immunes eſſe etiam pios & religioſos ſacerdotes, qui ob reuerentiam ſanctiſſimi Sacramenti a quotidiano ſacrificio abſtinent, ſecundum illud Auguſtini.* Si
dixerit quiſpiam non quotidie accipiendam Euchariſtiam, alius contra: faciat vnuſ- epiſt. 118. c. 3.
quiſque, quod ſecundum fidem ſuam piè credit eſſe faciendum. Neque enim litiga-
uerunt inter ſe Zachæus & ille Centurio, cum alter eorum gaudens ſuſcepit Do-
minum: alter dixit, non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum. *Deinde probant,
quotidianum ſacrificium non congruere in quoſuis ſacerdotes, ſed in eos tantum, qui ſan-
cti corpore & ſpiritu vitam inſtituunt tanto muneri conuenientem. Cæteroquin commu-
nis Theologorum ſententia eſt, rectius, laudabiliuſque facere pios ſacerdotes, qui ex amore*
DEI *quotidie Miſſæ ſacra faciunt, quam qui ex reuerentia ab iiſdem abſtinent. Si enim* Act. 2.
primis illis Eccleſiæ Chriſtianæ temporibus cum laude fideles quotidie communicabant, Tertul. l. 2. ad
vt liquet ex Apoſtolorum Actis, Tertulliano, Hieronymo, Auguſtino, aliis: Si Cyprianus vxor.
ait, nõ parum detrimenti capi ex intermiſſa quotidiana communione: ſi ad quotidianam, Hieror. epiſt.
Ambroſius, & alij fideles hortantur: Quanto magis credendum eſt olim ſacerdotes quo- 28. ad Lucin.
tidianis vacaſſe ſacrificiis; cum hoc pietatis opus, & obligatio ſuſcepti ab Eccleſia offi- Aug. ep. 122.
cij, & publica vtilitas, quæ ex ſacrificio Miſſæ in populum Chriſtianum redundat, ab Cypr. in orat.
iis exegerit. Nihil ergo dubitandum eſt, Apoſtolos Petrum & Paulum, cæteroſque Dom.
ſacerdotes, quorum laus eſt in Euangelio, quotidie rem diuinam feciſſe, etſi ſcriptum Amb. lib. 5. de
non ſit. Certè ſcriptum eſt, B. Andream Apoſtolum, cum in crucem ageretur, ad ty- ſacr. c. 4.
rannum dixiſſe. Quotidie immolo DEO agnum immaculatum. *Scripſit S. Hyppo-* In lib. Paſſio-
litus martyr CHRISTVM *iudicem ſic allocuturum ſacerdotes.* Venite Pontifices, qui nis.
pretioſum corpus meum & ſanguinem quotidie immolaſtis. *Scribit S. Gregorius,* Hypp. orat.
morem quotidie ſacrificandi in Caſſio Narnienſi Epiſcopo diuinitus fuiſſe remunera- de con[ſ]umm.
tum. Lege Franciſcum Suarez, tom. 3. in 3. part. S. Thom. diſp. 80. ſect. 2. Obiic[it] Ble- mundi.
ſenſis ſummam huius ſacramenti eſſe dignitatem. Deinde familiaritatem facile pare- Greg. hom.
re contemptum. Verum, ſi dignitas ſacramenti ſpectetur, ne angeli quidem vnquam eo 37. in [E]uang.
ſatis digni fuerint. Si non ſunt tanta peccata, *inquit Auguſtinus*, vt excommunicetur Au[g]. ep. 11[8]. c. ſi non. de Con[ſ]. diſt. 2.

 quis,

quis, non ſe debet à medicina corporis & ſanguinis Domini ſeparare. *Familiaritas quoque non omnis parit contemptum, ſed quæ initur cum hominibus imperfectis, eo quod homines in hominibus facile ſoleant notare quaſdam imperfectiones. In* DEO *autem nulla imperfectio notari poteſt, & ideò angeli, qui familiariſſimè ſemper* DEO *aſſiſtunt, ſumma cum reuerentia ei ſeruiunt. Lege Chriſtoph. Madrid. de frequenti communione.*

Ex ipſa raritate creſcit reuerentia ſacramenti. *In Mog. 1. Spir. & Carth. his verbis mox hæc ſubiiciuntur.* Vnde & Auguſtinus Sapiens beatum reputat ſacerdotem, qui ſemel in vita ſua Miſſam vnam dignè celebrare meruerit. *Quæ malui omittere, tum quia in cæteris exemplaribus deſunt, tum quia nuſquam in Auguſtino ea inuenio.*

Quid quæſo dulcedinis aut deuotionis inuenies apud eos. *Æquo liberius inuehitur in Cluniacenſes, ad quorum ordinem hic Carthuſianus migrare nitebatur: ſed verba ſua mitigare conatur epiſtola nonageſima ſeptima, quæ eſt ad Abbatem de Eueſham, qui libertatem hanc Bleſenſis moleſtè tulerat.*

IN EPIST. LXXXVII.

REVERENDO Patri & Domino Guilielmo Elienſi. *Fuit hic Guilielmus de longo Campo, qui anno D. 1189. a Richardo Anglorum Rege, Henrici II. filio & ſucceſſore factus eſt Cancellarius regni, & Epiſcopus Elienſis. Inſequenti verò anno Romam ab eodem miſſus, a* CLEMENTE *Papa factus eſt Apoſtolicæ Sedis Legatus per Angliam & VValliam. Cum vero Richardus rex in terram Sanctam profectus eſſet, vices regias in adminiſtratione regni obiuit, quæ turpiſſimè deinde æmulorum inuidia & accuſatione deiectus eſt, totoque regno proſcriptus, vt fuſe narrat G. Neubrigenſis eius ſynchronus. libro 3. cap. 14. & ſequent. Mathæus Paris ad annum 1190. & 91. Polyd. lib. 14. hiſt. Angl. Iniuſtè autem eum officio deiectum apparet, ex hac epiſtola Bleſenſis, & 89. ac 109. in quibus multæ ſunt eius laudes, licet Neubrig. Paris, & Polyd. peſſimè de eo loquantur. In gratiam verò eum rediiſſe, quod & in calce epiſtolæ Bleſenſis de eo ominatur, inde liquet, quod Richardo rege ab Auſtriæ Archiduce in Germania capto, ipſe cum Huberto Epiſcopo Saliſberienſi ad procurandam eius liberationem ſit amandatus, teſte Paris & Neubrig. lib. 4. c. 31.*

IN EPIST. LXXXVIII.

VOTVM profeſſionis emiſerit. *Im ſolum Mog. 1. Tria habent* vinculum profeſſionis.

Miſericordiam, quam monaſtici ordinis inſtitutor ad ternarium numerum coarctauit. *Reſpicit ad regulam B. Benedicti 24. cuius hæc verba ſunt.* Frater, qui proprio vitio egreditur, aut proiicitur de monaſterio, ſi reuerti voluerit, ſpondeat prius omnem emendationem vitij, pro quo egreſſus eſt, & ſic in vltimo gradu recipiatur, vt ex hoc eius humilitas comprobetur. Quod ſi denuo exierit, vſque tertiò recipiatur. Iam vero poſtea ſciat omnem ſibi reuerſionis aditum denegari. *In quæ verba [illegible] Turrecremata Cardinalis. Hic ſanctus Pater, inquit, non imponit legem Abbati, [illegible] eum recipere exeuntem monachum, aut expulſum, imo lege caritatis [illegible] pietatis poteſt illum iterum recipere: ſed exprimit, quod vigore [illegible] eundem, ſi ut frater expulſus, & intelligat iniuriam ſibi non fieri, ſi quarta vice non recipiatur.*

IN

IN EP. LXXXIX.

QVONDAM Domino & amico H. dicto Epiſcopo. *Suſpicor hunc eſſe Hugonem Dunelmenſem Epiſcopum, quem G. Neubrigenſis lib.1.cap.26. ſcribit ex Eboracenſi theſaurario, cum illi legitima ætas, morumque grauitas adhuc deeſſet, ob generis nobilitatem, (erat enim propinquus Regis Stephani) ad Pontificatum Dunelmenſem euectum. Eiuſdem mores longe deterrimos Matthæus Paris ad annum 1189. pag. 207. & quemadmodum Guilielmum Epiſcopum Elienſem fuerit perſecutus, depingit.*

IN EP. XC.

CARISSIMO fratri ſuo Magiſtro Guilielmo Bleſenſi Abbati Maniacenſi. *Sic ſcribo. Teſtatur enim Thomas Fazellus libro 10. Decad. 1. de rebus Siculis. non longè ab oppido Randatio, quod in Ætnæ montis pede exſtat, eſſe monaſterium Ordinis D. Benedicti D. Mariæ cognomento Maniacis, a Margareta regina Guilielmi I. Siciliæ regis coniuge exſtructum. Idem habet 2. Decad. c.5. in fine. Mog. I. legit* Machinenſis. *Mog. II. & Conſl.* Mathinenſis. *Spir.* Mathirenſis.

Salutem & Trinacriam ſalutarem. *Herbip. ſcribit.* ſalutem, & tui cuſtodiam. *Mog. I. & II. ac Carth.* ſalutare. *Rectius Conſl.* ſalutarem. *precatur enim Siciliam ſalutarem ei, quam ſibi expertus fuerat imprimis noxiam.*

IN exitium Domini Stephani Panormitani electi. *Quis fuerit hic Stephanus diximus in Notis ad epiſt. 46. quæ eſt ad Richardum Epiſcopum Syracuſanum, cuius hic quoque fit mentio. Totam autem rei hiſtoriam vel potius tragœdiam fuse deſcribit Thomas Fazellus lib.7. Dec.2. cap.5.*

Mitra enim & anulus atque ſandalia in alio quàm in Epiſcopo. *Nec B. Bernardus eodem ſæculo hæc probauit in Abbatibus epiſt. 42. ad Henr. Senon. Archiepiſcopum.*

Noli quæſo cariſſime frater detrectare obedientiæ iugum. *Si lege diuina Abbates vel monachi ſubiecti eſſent Epiſcopis, vtiq; non poſſet priuilegio ſuo Romanus Pontifex eos eximere ab Epiſcoporum obedientia: ſed quia lege humana tantum olim ſubiecti illis fuere, poteſt illos Romanus Pontifex; cum iuſtæ cauſæ ſuppetunt, ab eorum imperio eximere. Vide Notas ad epiſt. 68. & Henricum Henriquez in tom. 1. Theol. mor. lib.7. cap.24.*

IN EP. XCI.

CARISSIMO Domino & amico ſuo Radulpho Lexouienſi Epiſcopo. *Opinor hunc eſſe Radulphum de Vaneville, quem Sigebertus in Chron. ſcribit anno Domini 1182. ex Rothomagenſi Archidiacono & Cancellario regio factum Epiſcopum Lexouienſem, cum deceſſor eius Arnulphus poſt adminiſtratam cum laude per annos 40. illam Eccleſiam ſe dignitate abdicaſſet: quem & ad finem epiſtolæ ob munificentiam in pauperes Bleſenſis collaudat.*

Terram ſapis, terram loqueris. *Hæc verba vſque ad illa.* Leua quæſo. *in Carth. Herb. & Spir. tantum inueni.*

IN EP. XCII.

ARGVIT æmulus, & temeritati aſſcribit. *Et hæc vſque ad illa.* Quicquid canes oblatrent. *deſiderantur in Mog. II. Con[illegible] & Herb.*

IN EP. XCIII.

TRAGOEDIA veſtra de flaura & [illegible], & comœdia de alda. *Fabuloſa nomina eſſe ſuſpicor, eo ſæculo nata.*

Sed & Dominus Cancellarius, ſicut & Hieroſolymitæ referunt. *De* Stephani *Regis Siciliæ Cancellarij in Syriam aduentu & morte, ſcripſit Guilielmus Tyrius ſacri belli libro viceſimo, capite tertio.*

IN EP. XCIV.

M.Delrio lib. 3.diſq.Mag. p.1.q 4.ſect.8.

Effeminatrices aquas Salmacis. *Vnum Carth. ſic legit. cætera corruptè.* Ovid. *15.metamorph.* Cui non audita eſt obſcœnæ Salmacis vnda? *Salmacis fons eſt in Caria iuxta Halicarnaſſum, dictus Venereus, ab amœnitate incolarum, vbi paulatim homines illecti omnem feritatē depoſuerunt. Et Strabo lib.14. Salmacis fons neſcio quamobrem calumniatus tanquā emolliens eos, qui inde bibant. Lege Vitruuiū li.2. Architect.*

Philoſymbola noſtra in cute curanda. *Ex ductu litterarum ſic conijcio legendum. nam omnia exemplaria hæc deprauata lectio inſedit.* Hodie tota ad carnis delicias ſe relaxat fœlix embola noſtra in cute curanda plus æquo operoſa iuuentus. *Vnum M S. habet* felix ambula. *Quid enim ſibi vult infœliciter ſanè inuecta* fœlix embola? *vel felix iniectio? Repono* philoſymbola. *notum enim eſt ſymbolum, vel ſymbolam, eſſe conuiuium vel compotationem collatitia multorum pecunia inſtitutam: cuiuſmodi apud milites frequens. Ac prorſus Scripturarum peritiſſimus Bleſenſis in huius vocabuli fictione reſpexiſſe videtur ad illud Sapientis dictum Prou.23. Noli eſſe in conuiuiis potatorum, nec in comeſſationibus eorum, qui carnes ad veſcendum conferunt, qui vacantes potibus, & dantes ſymbola, conſumentur. vbi in græco contextu eſt* σύμβολας.

Æneas quidem gemmas à digitis ad enſem, Virro à digitis ad pocula legitur tranſtuliſſe. *Vt paulo ante in voce græca, ſic nunc aqua haſit librarius in latina. Mog. I. legit*, nitro a digitis ad poc. *Mog. II.* curio. *Carth.* birro. *Herb.* iuno. *Conſt.* iuſco. *Spir.* viuo. *Ioannes Sariſberienſis lib.6. Polycrat.cap.19. ex quo, vt alia pleraque, Bleſenſis hoc exemplum deſcripſit, habet Virro. Et nota ſunt illa* Ivvenalis *Satyra 5.*

Nam Virro, vt multi, gemmas ad pocula transfert
A digitis, quas in vaginæ fronte ſolebat
Pōnere zelotypo iuuenis prælatus Hyarbæ. Æneas.

IN EP. XCV.

Ipsos enim iuſtitiarios. *Omnia exemplaria mendoſè legunt.* ipſas enim iuſtitias. *excepto Mog.I. quod habet*, iniuſtitiarios. *Iuſtitiarij autem erant præfecti certarum prouinciarum, quibus incumbebat munus de obortis controuerſiis iudicandi ſecundum legum & iuſtitiæ præſcriptum. Polyd. Virg. libro 9. Anglic. hiſt. ait Guilielmum Conquæſtorem Anglorum Regem conſtituiſſe præfectos, qui gubernando Comitatus, vel maiorum magiſtratuum mandata exequerentur, vel maleficia vindicanda curarent. hos iuſtitiarios pacis, illos Vicecomites nuncupatos.*

Nemoralium iudicum. *Ex vno Conſt. ita emendaui. Eoſdem aliàs vocat barbara voce* foreſtarios. *Foreſta enim gallicè nemus eſt. Eorum officium accuratè deſcribit Petrus Gregorius libro Syntagm.47.cap.37.*

Quod vndreto & alimoto defuerit. *Varia & hic lectio. Adhuc quæro quid voces iſtæ ſignificent.*

Maiores veſtri officiales. *Mog. I.* maiores iuris officiales. *Herbip.* maiores viri. *Spir.* maiores enim inter officiales.

Ideoq; cum in vtroq; poſſit Simonia committi, damnabilior tamen eſt omnis venalitas. *In exhibitione iuſtitiæ verè Simonia committitur, & quidem fœdior, quam in venditione beneficij Eccleſiaſtici, vel Decimarum, ſi ideò aduocatus vel iudex pretium*

ecci-

accipiat, quod iuſtam, non iniquā cauſam defenderit: nam, vt bene dicit Bleſenſis, ille DEI iuſtitiam, cuius debitor eſt, & quam gratis exhibere tenetur, venalem exponit. *Gratis accepiſtis, inquit* CHRISTVS, *gratis date. atq; ita docet B. Gregorius hom. 39 in Euang. cuius verba citat Grat. 1. q 3. can. Vendentes. & 11. q 3. can. Qui recte iudicat Si autem aduocatus vel pro laboribus in defenſione cauſæ impenſis, vel etiam pro induſtria et inſigni iuris peritia mercedē accipiat vel exigat, nec Simoniæ, nec vllius alterius criminis labem incurrit.* Non ideò, *inquit B. Auguſtinus in ep. 54 ad Macedonium*, debet iudex vendere iuſtum iudicium, aut teſtis verum teſtimonium, quia vendit aduocatus iuſtum patrocinium, & Iuriſperitus verum conſilium. *Radix enim & fons Simoniæ eſt. quod non liceat pretium accipere pro iis rebus, quæ ſolo* DEI *dono nobis contigère: repugnat ſiquidem gratiæ, non dari gratis, at iudices & aduocati, multo labore & vigiliis iuris peritiam, & recte conſulendi, iudicandi, causas defendendi facultatem compararunt: itaque illi non donum* DEI, *ſed labores ſuos, vel doctrinam labore partam vendunt. Atque hæc eſt probatiſſimorum quorumque ſiue Theologorum, ſiue Iureconſultorum ſententia, vt Alexandri Halenſis 3. p. Theol q. 157. m 4. a. 3. S. Thom. & Bon. in 4. ſent. diſt. 25. Gloſſa in can. non licet. 11. q. 3. Panorm. & alij in c. quia nonnullis. de Magiſtris. Lege Petrum Gregor. in Syntagm. iuris lib. 49. c. 8. de Salario aduocatorum.* Matth. 10. 9. Cap. non. licet 11. q. 3.

IN EP. XCVII.

IN vinca Sorec ſunt vuæ albæ & nigræ. *Reſpicere videtur ad locum Iſaiæ cap. 5. iuxta tranſlationem LXX. Nam vbi nos legimus verſu 2.* Et plantauit vineam electam. *LXX. habent,* vineam Soreck, *& ſic legit Hieronymus. Quam ſolam, inquiens, Symmachus* electam *interpretatus eſt, ſenſum tantum exprimens. Aiunt enim Hebræi Soreck eſſe genus vitis optimæ, quod vberes fructus faciat & perpetuos. Hæc Hieronymus in cap. 5. Iſaiæ.*

Quidam inconſulta leuitate. *Dubium non eſt, ſi generatim de migratione ab vno Ordine religioſo ad alium loquamur, eam laudabilem non eſſe, niſi euidens vtilitas vel neceſſitas illam poſtulet. nam & eſt magnæ leuitatis & inconſtantiæ ſignum, & nunquam ferè ſine populi & religioſorum eiuſdem ordinis graui ſcandalo fieri poteſt. quas duas rationes maximè inculcat Bleſenſis epiſt. 86. cum diſſuadet Alexandro monacho Carthuſiano, ne ad alium Ordinem commigret. Atque idem docet Ioan. Caſſian. libro Collat. 14. cap. 5. & 6. ac D. Thomas in ſecunda ſecundæ Summæ Theol. q. 189. a. 8. Si autem ſpeciatim loquamur de migratione à Carthuſianorum inſtituto, ad Cluniacenſes, quo de in hac epiſt. & 86. agitur, hoc eſt de Ordine ſtrictiori ad laxiorem, nulla ratione licuit Alexandro monacho, non modo ſine ſuorum Superiorum, ſed nec ſine Romani Pontificis licentia tranſire ad ordinem laxiorem, vt ferè docent omnes Theologi, & nominatim Nauar. comment. 4. de regular. in cap. ſtatuimus. 19. q. 3. num. 10. qui addit, nec S. Pontifici fas eſſe, niſi iuſta cauſa adſit, hanc poteſtatem cuiquam largiri. eo quod, etiamſi diſpenſatione Pontificia monachus ille non ſoluatur prorſus omni religione voti, ſoluatur tamen parte aliqua voti, quatenus ſtrictiorem religionem* DEO *promiſit, quam poſt migrationem ſit profeſſurus.*

Nunc oderis laborioſa opera. *Hæc ſententia vſque ad verba.* In hac diuerſitate. *abeſt a Mog. I I. Herb. & Spir.*

IN EP. XCVIII.

B. DEI gratia Cantuar. Archiepiſcopus. *Quis fuerit hic Archiepiſcopus, ex nullo exemplari potuit intelligi. Nam tria habent præfixam litteram A vnum H alterum, nomen Bonifacij. Conſtat autem Bleſenſis æuo nullum inter Archiepiſcopos Cantuar. vocatum*

catum fuiſſe Bonifacium. Quare librarius ex præfixa littera B. tum in hac, tum in ſequenti epiſtola, ſuſpicatus fuerit appellari Bonifacium: cum appellari debuerit Balauinius, qui vt liquet ex hiſtoria Anglicana apud Neubrig. libro 3. cap. 8. & Matthæum Paris, in Archiepiſcopatu Cantuar. anno 1183. vel 84 ſucceſſit Richardo; cum Summi Pontificatus clauum teneret LVCIVS III. *Nam anno ſequenti Heraclius Patriarcha Hieroſolymitanus, cuius hic fit mentio, & D. Rogerius Magiſter hoſpitalis domus Hieroſolymitanæ & alij, approbante Romano Pontifice, Henrico II. Anglorum Regi, eiuſque filiis regnum Hieroſolymorum obtulerunt, eo quod Balduinus Hieroſolymorum Rex vita defunctus, nepotem adhuc puerum regni ſucceſſorem reliquiſſet. Qua de re multa Neubrig lib. 3. c. 10. 12. 13. & Matth. Paris ad annum Domini 1184. & 1185.*

ET matris hæreditaria ſucceſſione obtinet gens apoſtata. *Sic omnia exemplaria. Malim legere,* obtinemus, gens apoſtata violenter irruat.

IN EPIST. C.

CANES muti non volentes, imò nec valentes latrare. *Mog. I & Conſt.* non valentes omninò, nec volentes. *Mog. II.* non omnes valentes, nec volentes. *Spir.* canes muti, non valentes latrare. *Herb.* non valentes, imò nec volentes.

IN EPIST. CI.

PROFVIT mihi, quod epiſtolas Hildeberti Cenomanenſis Epiſcopi ſtyli elegantia & ſuaui vrbanitate præcipua [illegible] firmare. *Hic Hildebertus ex Cenomanenſi Epiſcopo poſtea factus eſt Archiepiſcopus Turonenſis, cuius epiſtolæ extant in tom. 3. Biblioth. S. Patrum anno 1589. edita ad pag. 883. Vixit tempore B. Bern[illegible] ad eum dedit, appellatque ſacerdotem magnum, & magnam Eccleſiæ columnam. Catalogum librorum eius pertexuit Io. Trithem. in lib* de illuſtr. viris.

IN EPIST. CIV.

COementarios, biblios, & onerum portatores. *[illegible] ſcripturam omnia exemplaria habent.* Giblios, *ſcribendum cenſeo. Giblij enim ciues Giblæ vrbis optimi erant latomi, de quibus 3. Reg. cap. 5. v. 18.*

IN EPIST. CVI.

QVIA Gad & Ruben, & dimidia tribus. *Erratum μνημονικὸν. Exiſtimarunt quidem legati reliquarum decem tribuum cum Phinee ſacerdote Ioſue 22. ver. 16. altare illud eſſe ſacrilegum. Sed poſtquam filij Ruben, Gad & Manaſſes facti ſui rationem reddiderunt, eos Phinees palam huius ſceleris ſuſpicione a[illegible] verſu 30.*

Pedites expugnauerunt fortiſſimum Reg[illegible] Sy[illegible] *3 Reg. 20. ver 14. vocantur pediſſequi principum prouinciarum.*

IN EPIST. CIX.

REVERENDO Patri ac Domino H. D[illegible] Cantuar. Archiepiſcopo. *Fuit hic Hubertus G[illegible] ex [illegible] Cantuarienſem Archiepiſcopum ele[illegible] ca annum 1193. teſte G. Neubrigenſi lib. 4. cap. 23. & Matthæo P[illegible] ad eundem annum.*

IN EPIST. CXV.

EGO autem vt ſummatim tuæ inquiſitioni. *Olim tria affinitatis genera vetita erant, nunc vnum tantum. cap. non debet de Conſang. & affin. Quid autem ſit primum, ſecundum, & tertium affinitatis genus habet Gloſſa. & Panormit. in dictum caput. Vide*

Dida-

Didacus Couarruuias in 4.decret.p.2.cap.6.§.7.n.6. colligit, poſſe quempiam matrimonio legitimo copulari, cum relicta a propria vxoris fratre. Similiter olim vſque ad ſeptimum vetiti erant affinitatis gradus, vt liquet ex c.de affinitate.35.q.3.ſed iam inde a tempore Concilij Lateranenſis ſub Innocentio III. celebrati vſque ad quartum tantum gradum vetiti ſunt. Decretum Concilij habetur in cap.non debet. de Conſang. quod Bleſenſis, iam forte vita defunctus, non viderit.

Nurum, vxorem fratris, ſubaudi, viuentis. *Eodem modo exponit hunc locum Leuitici Radulphus. Sed non videtur expoſitio vera. nam coniugium cum vxore fratris viuentis eſt adulterium. adulterium autem in eodem cap. 18. Leuit. expreſſè prohibetur. Deinde Leuit.20. adulterium punitur pœna mortis; coniugium autem cum vxore fratris punitur pœna longè minori, non ergo hic loquitur Moſes de coniugio cum vxore fratris viuentis, quod ſine adulterio fieri non poterat, ſed de coniugio cum vxore fratris defuncti. Dices Deuter.25. cap. præcipitur, vt ſi quis abſque liberis moriatur, ducat frater eius vxorem illius, & ſuſcitet ſemen fratri ſuo, cur ergo id abſolutè in Leuitico prohibetur? B. Auguſtinus quæſt. 61. in Leuit. reſpondet. Legem Deuteronomij eſſe exceptionem quandam legis in Leuitico latæ. Lege Bellarm.tom.2.lib.1.de Matrimonij ſacramento cap.27.fuſè de hac quæſtione diſputantem.* Radul. in Leuit.

IN EPIST. CXXI.

SI Principes veſtri nouæ peregrinationis obtentu. *Agit de rege Angliæ Richardo Henrici II.filio, qui Dominico ſigno Crucis accepto, vna cum Rege Franciæ in terram ſanctam anno Domini 1190. profectus eſt, vt Hieroſolymam anno 1187. a Saladino captam recuperarent. Ita Neubrig.lib.4.rerum Anglic. cap.12. Matthæus Paris, & Polyd. Quanta autem exactione populus & clerus ob hanc profectionẽ fuerit grauatus viuente adhuc Henrico II. ante biennium (nam in biennium integrum extracta eſt hac profectio) vt in fine quoque huius epiſtolæ indicatur, habet idem Neubrig. libro 3. capite tertio, capite vigeſimo ſecundo.*

IN EPIST. CXXIII.

R. DEI gratia Londonenſi Epiſcopo. *Exiſtimo hunc eſſe Richardum, qui ſub annum 1189. auctore Anglorum Rege Richardo ex Archidiacono Elienſi & regio theſaurario factus eſt Epiſcopus Londinenſis. teſte G.Neubrig. lib.4. cap.2. & M. Paris ad annum 89.*

Inæſtimabiliter me deterret ſacerdotalis eminentiæ gradus. *Vide, quæ notata ſunt ad epiſt.86. nec enim aliud probant omnia Bleſenſis argumenta, quam a nemine ſuſcipiendum ſacerdotij gradum, niſi vitam tanto officio dignam inſtituere velit, quod nullus negat. Rectius autem, laudabiliuſque facere eos, qui* DEI *amore flagrantes ad procurandam multorum ſalutem illum ſuſcipiunt, quam qui ex reuerentia refugiunt, communis eſt Theologorum ſententia. Gregorij, Auguſtini, Hieronymi, & Ambroſij ſententias, quas hic recitat Bleſenſis, in auctoribus ipſis non inuenio. Eum autem tandem ſacerdotio initiatum liquet ex epiſt.151.*

B. MARCVS pollicem ſibi abſcidit. *Nullus probatus ſcriptor id habere videtur. & vt habeat, inter exempla Sanctorum admiranda, non imitanda referendum eſt; vti & illud Ammonij anachoretæ, quod hic ſubiicitur, qui aurem ſibi præſcidit, ne ad Epiſcopatum ſuſcipiendum cogeretur.*

IN EP. CXXIV.

REVERENDO Patti & Domino Gualtero DEI gratia Archiepiſcopo Rothomagenſi. *Diu multumque dubitaui, vtrius nomini inſcribenda eſſet hac epiſtola. Guilielmine an Gualteri Rothomag. Archiepiſcopi. Nomen enim Guilielmi præfert exemplar Moguntinum impreſſum, non ſolum in hac, ſed etiam proxime inſequenti, & in 138. epiſtola, quæ eiuſdem ſunt argumenti: agunt enim de diſcordia inter Richardum Anglorum regem, & Rothomagenſem Archiepiſcopum anno Domini 1197 orta, ob læſam grauiter immunitatem Eccleſiaſticam. Accedit, quod Matthæus Paris, & poſt eum Polydorus Virgilius in hiſtoria Anglic. eum appellent Guilielmum. Verum non dubito vtrumque eſſe hallucinatum, & ſcribendum nomen Gualteri. Nam primò Guilielmus Neubrigenſis Anglus eius æui ſcriptor, qui rerum Anglicarum hiſtoriam in narratione litis, quæ inter dictum Richardum Regem, & Archiepiſcopum Rothomagenſem fuit, terminauit, conſtanter eum vocat Gualterium. 2. quia tabulæ Eccleſiaſticæ antiſtitum Rothomagenſium apud Democharem in libro de diuino Miſſæ ſacrificio capite 20. tantum Gualteri Archiepiſcopi nomen ſub hoc tempus expreſſerunt. 3. MSS. habent tribus epiſtolis citatis tantum præfixam literam W. quæ æque VValterum, atque VVilhelmum deſignare poteſt. Denique quia ipſe Matthæus Paris, qui Polydoro cauſam errandi dediſſe videtur, ad annum Domini 1199. adhuc mentionem facit Gualteri Rothomag. Archiepiſcopi, quo dicta diſcordia non ſolum erat ſublata, verum etiam Richardus Rex iam e viuis exceſſerat. Lege G. Neubrig. lib. 5. cap. 21. & 24.*

IN EPIST. CXXVI.

MAVRITIO piæ recordationis exempto de corpore mortis huius. *Mauritius hic fuit in Pariſienſi Epiſcopatu Petri Lombardi, qui nomen Magiſtri Sententiarum obtinuit, ſucceſſor. Obiit autem, teſte Demochare loc. cit. ſub annum Domini 1196. Ei ſucceſſit, de quo in hac epiſt. agitur,* ODO, *dictus, de Soliaco, Henrici Bituricenſis Archiepiſcopi frater, & Richardi Anglorum regis, ac Philippi ſecundi Regis Francorum conſanguineus, vt Bleſenſis indicat in fine epiſtolæ.*

IN EP. CXXVII.

NISI D. Wigornienſis, & D. Dunelmenſis. *Agit de Henrico Epiſcopo VVigornienſi, & Hugone de Puſaz Epiſcopo Dunelmenſi, qui inter viuos eſſe deſierunt, teſte Matthæo Paris, anno Domini 1195. hoc eſt, anno vno ante electionem Odonis Pariſ. Epiſcopi.*

IN EPIST. CXXIX.

VNDE & iniecta ſemina. *Sic veſtigia litterarum ſecutus emendaui, vt ſententia conſtaret. Mog. I. habet,* minuerat ſemina. *Conſt.* & minuit. *Cætera epiſt. hanc non habent.*

Quanto plures accumulanr opes, tanto maiori ſemper egeſtate confundi. *Mutilus locus erat in vtroque exemplari. Reſarcij adiectis verbis (plures accumulant opes, tanto) donec genuina* [illegible]*ſtituantur.*

IN EPIST. CXXX.

AVSVS eſt ſuſurro & bilinguis veſtræ diſcretioni conſulere. *Tota hæc periodus aliter habet in Spir. exemplari.* Auſus eſt, *inquit,* ſuſurro & bilinguis mihi turpitudinem negotiationis imponere: exiſtimauit iniquè, quod eſſem ſui ſimilis. Si enim in re-

in rebus Eccleſiaſticis cognoui negotiationem, non introeam in potentias Domini, memoreturque iuſtitiæ ſuæ ſolius ſuper me, & non miſericordiæ. In cœlo CHRISTVM, in terra habeo conſcientiam innocentiæ meæ teſtes. & vt in ore trium ſtet omne verbum à Domino Roberto Præpoſito, nepote veſtro. citra eius conſcientiam nihil factum eſt, veritatem diligentiſſimè inquiratis. Cuius ideò teſtimonium contra me inuoco, quia ſicut publicè dicitur, citra tamen meritorum meorum exigentiam, grauiſſimè offenſus eſt mihi. Nomen enim meum multipliciter venenoſis attentauit morſibus, lingua doloſa, & elongauit à me amicum & proximum. Veruntamen ſaluum faciet Dominus, *&c.*

Humana verſutia me contra vos. *Spir. habet.* Verſutia me, vel contra honeſtatem aliquod contraxiſſe commercium, vel contra vos.

Sed dilexi vos, quia, &c. *Hæc verba reſtitui quoque ex Spir. Similiter & illa.* Scio quid boni feceritis toti terræ, quid domeſticis hoſtibus veſtris, & meis.

IN EPIST. CXXXI.

E Priori de Monaſteriolo. *Variè legunt M.S S.* Monaſteriolo *cum Mog. I. & Conſt. legendum. Nam teſte Polydoro lib. 22. hiſt. Angl. Monaſteriolum opidum eſt Galliæ eo loci ſitum, vbi Iona fluuius influit in Sequanam.*

Nam etſi etiam impoſſibilia iniungantur. *Dictum hoc ſumptum eſt ex regula 68. S. Benedicti. quam exponit Ioan. de Turrecrem. Cardinalis & Smaragdus monachus. De qua autem obedientia id intelligendum ſit accurate declarat B. Bernardus in libro de præcepto & diſpenſatione. Obedientiam autem eorum, qui etiam impoſſibilia iubentibus paruêre, DEVS ſæpè miraculis illuſtrauit. Exempla exſtant apud Sulpitium in 1. dialogo de S. Martini virtutibus. S. Gregor. li. 2. dial. c. 7. & Caſſian. lib. 4. de inſtitutis renuntiantium cap. 23. Lege Bellarm. tom. 1. lib. 2. de Monachis, cap. 21. & Turrecrem. in reg. 68. S. Benedicti.*

Epiſcopatus quoque Roffenſis. *Sic Spir. Conſt. Herb. At Carth. Reſenſis. Mog. I. & II.* Roffenenſis. *Forte legendum* Roſſanenſis. *qui eſt Epiſcopatus regni Neapolit.*

IN EPIST. CXXXIII.

SICVT tamen decretum Teleſphori Papæ. *Decreuit Teleſphorus octauus à B. Petro Romanus Pontifex, vt clerici ſeptem ante Paſcha hebdomadis ieiunarent. Quod decretum habetur in Gratiano diſt. 4. cap. ſtatuimus. Et apud Iuonem parte 4. Et conſentit cum iis, quæ habet Clemens Rom. Conſt. Apoſt. lib. 5. & Damaſc. libro de ieiunio ad Cometam. Baſil. in ſermone contra ebrios. Lege Franc. Turrianum lib. 5. pro epiſt. Pontif. & Petri Galeſinij notas in Martyrol. ad Nonas Ianuar.*

IN EPIST. CXXXV.

H. DEI gratia Cantuar. Archiepiſcopus. *Duo exempla nullum nomen vel litteram præfixam habuere. Vnum A. reliqua duo litteram N. Verum cum tempore Bleſenſis nullus Cantuarienſium Archiepiſcopus fuerit, cuius nomen a littera A, vel N. inchoarit, ſuſpicor H. ſcribendum ob ſimilitudinem cum littera N. & Huberto, qui anno 1193. Balduino ſucceſſit, tribuendam epiſtolam. De quo Neubrig. lib. 4. c. 33.*

IN EP. CXXXVI.

VT obſeruantiæ proditoriæ conſpirationis vniuerſa poſthabeant. *Melius quam* vt obſeruantiam proditoriæ conſpirationis vniuerſi poſthabeant, *vt habent quidam codices.*

IN EP. CXXXIX.

R. DEI gratia Abbati Ciceſtrenſi. *Sic Mog. vtrumque & Conſt. At Spir. hanc habet Epigraphen.* Dilectis Dominis & amicis Guilielmo Abbati DEI gratia de Keyuesham, totiq; Conuētui eiuſdem Eccleſiæ, P. Bleſenſis ſalutem in vero ſalutari.

IN EP. CXL.

TRANSVBSTANTIATIO. PANE & vino tranſubſtantiatis virtute verborum cœleſtium in corpus & ſanguinem CHRISTI. accidentia, quæ prius ibi fuerant, ſine ſubiecto remanent, & apparent. *Luculentus locus pro dogmate Tranſubſtantiationis. Similis exſtat in ſermone 38.* Sacerdotes, *inquit*, corpus Domini conficiunt, ſumunt, ſumendum aliis tribuunt. Eorum miniſterio panis & vinum in carnem CHRISTI tranſubſtantiatur. LVTHERVS, *Caluinus, Petrus Martyr, Chemnitius & alij contendunt nomen Tranſubſtantiationis primum inuentum & excogitatum eſſe in Concilio Lateranenſi anno M. CC. XV. ſub Innocentio III. celebrato. Quibus Bellarminus & alij reſpondent, vt nomen in eo Concilio primum vſurpatum ſit, rem tamen ipſam perſpicuè omnes Patres veteres, vſque ad Concil. Trid. hoc eſt, mutationem ſubſtantiæ panis in ſubſtantiam corporis* CHRISTI *docuiſſe; nullum autem citant auctorem, qui vſus fuerit nomine Tranſubſtantiationis. Ecce ergò tibi Bleſenſem voce illa, velut iam vulgata & nota vtentem ante Concil. Neq; enim veriſimile eſt illum vſque ad annum M. CC. XV. vitam produxiſſe, aut certè poſt M. CC. vel epiſtolam illam ſcripſiſſe, vel ſermonem illum ad Synodum habuiſſe: imò cum ſermones ſuos fere habuerit, quo tempore adhuc in ſcholis verſabatur, liquet eum 40. circiter annis ante Concilium hanc vocem vſurpaſſe.*

Bellar. tom. 2. libro 3. de Euchar. cap. 23.

Tanta enim eſt vnio diuinitatis & carnis, quæ tota diuina & glorioſa facta eſt. *Quo ſenſu caro* CHRISTI *diuina dicatur facta ratione perſonalis vnionis, vide noſtram Diſputationem Moguntinam de Perſona* CHRISTI *cap. 4. theſi 52. eiuſque Apologeticum. Deinde Gregorium a Valentia in defenſione libri contra duas ſectas. & in 3. partem S. Thomæ diſput. 1. q. 2. p. 3 §. 10.*

Imò in omnibus locis ſit virtualiter & eſſentialiter. *Mog. I. naturaliter & eſſentialiter. Dicitur autem* DEVS virtualiter & eſſentialiter eſſe in omnibus locis, *eo ſenſu, quo Theologi docent* DEVM *eſſe vbique ſecundum eſſentiam, præſentiam, & potentiam.*

Eodem momento & in cœlum rapitur miniſterio angelorum conſecratum corpus CHRISTI. *Sic Mog. II. at Mog. I. Conſt. & Carthuſ.* conſociandum corpori CHRISTI. *Sententiam hanc in Gregorij homiliis non reperi. Similis autem exſtat in 4. dialog. cap. 58.*

IN EP. CXLIII.

REVERENDO Patri & Domino C. DEI gratia Maguntino Archiepiſcopo. *Cum Richardus Angliæ Rex ab Archiduce Auſtriæ Leopoldo captus ſit anno* CHRISTI *1192. menſe Decembri, teſte Guilh. Neubrig. libro 4. cap. 29. Matthæo Paris, Polyd. lib. 14. Sigeb. in Chron. non dubium eſt in ſequenti anno ſcriptam a Petro Bleſenſi hanc epiſtolam, & quidem ad Conradum, qui, vt conſtat ex Archiepiſcoporum Moguntinorum catalogo apud Bruſchium, & Democharem in 2. lib. de ſacrif. Miſſæ, aliiſque hiſtoricis, hoc ipſo tempore ſedem Moguntinam obtinuit. Fuit is genere nobiliſſimus, Comes de Wittelſpach, Ottonis Palatini Comitis frater. Epiſcopatu ſuo olim à Cæſare Friderico pulſus, quod Alexandro III. legitimo Pontifici contra Octauianum adhæſiſſet. Quæ de cauſa & ab eodem Alexandro Epiſcopus Sabinenſis & Cardi-*

Cardinalis factus eſt. Quod autem ſedulam in Rege Anglorum liberando, quod ab eo hic poſtulat Bleſenſis, vna cum Colonienſi Archiepiſcopo, operam nauarit, teſtatur Neubrig. lib. 4. citato, cap. 33.

DVX Auſtriæ non eſt veritus in CHRISTVM Domini ſacrilegas manus inijcere. *Totam hiſtoriam fuſe narrat Neubr. a cap. 31. lib. 4. Matthæus Paris ab anno 1192. hiſt. Angl. Polyd lib. 14. Paulus Æmil. lib. 6. de rebus geſtis Francorum. Nauclerus generat. 40. qui ait Regem Angliæ VVormaciæ fuiſſe in vinculis detentum, poſtquam ab Archiduce Auſtriæ traditus eſſet Imperatori. Eiuſdem argumenti ſunt tres proximæ epiſtolæ, & 64.*

IN EPIST. CXLV.

A Me viſcera mea tyrannus auulſit. *Ita malo cum vno Herbip. quam cum Mog. 1. & Conſ.* amare viſcera. *vel cum Mog. 2.* amara. *Nam & ſequens epiſtola habet.* Auulſa ſunt à me viſcera mea.

IN EPIST. CXLVI.

QVOD Imperator poſt Legienſis Epiſcopi mortem. *Sic ſcribo cum Mog. 2. non* Ligienſis, *vt Mog. 1. & Conſ. nec* Legionenſis, *vt Herb. Agit enim de Leodienſi Epiſcopo Ducis Louanienſis fratre ab Henrico VI. Imperatore anno D. 1193. interfecto, Qua de re legendus Neubrig. lib. 4. rerum Angl. c. 34. Leodium autem olim vocatam fuiſſe Legiam a caſa ibi legione Romana, tradit ex Thoma Huberto Leodio Brunius in tabulis Vrbium, & Iuſtus Lipſius. lib. 1. poliore. circa initium.*

Oſtunenſem & quatuor Epiſcopos comprouinciales eius. Salernitanum etiam & Tranenſem. *Conijcio hanc germanam eſſe lectionem. Omnes enim hi Epiſcopatus ſunt in Neapolitano regno, quod inuaſerat id temporis Imperator Henricus. Omnia exempl. legebant.* Oſmenſem. *Mog. 1.* Tuneſenſem, *Mog. 2.* Tranimenſem. *Conſ.* Tranſaccenſem. *ſolum Herb.* Tranenſem.

IN EPIST. CXLVIII.

DE negotio veſtro Glaſconienſi. *Sic autumo legendum. nam Mog. 2. & Conſ. habent*, Glaſcon. *& apud Polyd. Virg. crebra mentio eſt monaſterij Glaſconienſis in Angliæ. Mog. 1.* Glaſcenſi. *Herb.* Gloſſenſi. *Quia autem Bleſenſis non expreſſit, quod fuerit illud negotium Glaſconienſe, Danos nos eſſe coegit in exponenda ſententia, quæ mox hic ſubijcitur. Quid enim eſt?* regnum & ſacerdotium in hoc pariter conuenire, vt mitra vna nullo modo corona Regis aut Cantuarienſis Eccleſiæ mutiletur, *vt habet exemplar Mog. 1. Nam Mog. 2 legit,* Eccleſiæ minuetur. *Conſ.* munietur. *Herb.* vt neutro vno vllo modo corona regis, aut Cant. Eccleſiæ mutuetur. *Quid ſi legamus*, vt nullo modo corona Regis, aut Cantuarienſis Eccleſiæ mitra mutetur.

Et quia, qui multum peregrinantur, rarò ſanctificantur. *Hac ſententia epiſtolam clauſit ſolum exemplar Herb. Vereor ne ſit additamentum librarij.*

IN EPIST. CL.

PLENISSIMAM eius fidem faciet defectus inguinariæ peſtis, & curatio ſcrophularum *Mog. 1. & 2.* ſcafularum. *Conſ.* ſcaphalorum. *Spir. & Carth.* ſtrophularum. *Non dubito* ſcrophularum reponendum. *loquitur enim de ſtrumis ab Angliæ & Franciæ Regibus iam olim ſanari ſolitis. teſte Beda lib. 1. Eccleſ hiſt. & Polyd. Virg. hiſtor. Angl. libro 8. cum agit de Rege Edouardo. Struma autem ſcrophularum nomen idcirco obtinuit, quod hoc morbo ſcrophæ maxime ſint obnoxiæ. Plin. lib. 11. cap. 17. Celſus lib. 5. c. 38.*

IN EPIST. CLVI.

CARISSIMO Domino ſuo G. DEI gratia Elienſi Epiſcopo. *Hunc opinor eſſe Gaufridum Lidel, qui anno D. 1173. teſte Mathæo Paris, & Sigeb. in Chron. electus eſt in* Epiſcopum Elienſem.

IN EPIST. CLIX.

ECcleſiæ vtilitatibus occupatam. *Poſt hæc verba Spir. exemplar ſic habet.* Benedictus in ſuis benedictionibus DEVS, qui talem Eccleſiæ veſtræ præfecit Epiſcopum, qui ſit forma gregis in populo, ſchola eruditionis in clero, qui dum in hac, &c.

IN EPIST. CLX.

INſcripſi ODONI *Pariſienſi Epiſcopo, licet exemplarium teſtimonio deſtitutus; nam vt hic, ita ſuperius in epiſt. 126. & 127. vbi nomen exprimitur, dicitur ex Cantore Biturícenſi factus Epiſcopus Pariſienſis. Atq; epiſtolam ipſam claudit Bleſenſis his verbis.* Sic liceat mihi ſcribere, PETRVS ODONIS.

IN EPIST. CLXI.

O*MNES reliquæ epiſtolæ acephalæ ſunt; nam neque ſcriptoris, neque eius, ad quem ſcribuntur, in vllo exemplari nomen exprimunt. Quædam etiam parum cum ſtylo Bleſenſis conſentiunt. Et quoniam eas in vno tantum vel altero exemplari, nempe Moguntino typis excuſſo, & Confluentino MS. inuenimus, candidus Lector ignoſcat, quod non emendatiores eas in lucem producamus. Deniq;, quas prorſus abhorrere ab ingenio & ſtylo Bleſenſis deprehendimus, loco cedere iuſſimus.*

IN EPIST. CLXII.

ET aliis meis concaptiuis. *Hanc vnam epiſtolam habet quoq; Spirenſe exemplar: ex quo locum hunc correxi. nam Mog. & Conf. tantum habebant.* Et aliis. *Vocat autem concaptiuos, qui cum eo in Anglia degebant è Galliæ regno exules.*

IN EPIST. CLXIV.

AD ALEONORAM Angliæ reginam. *Hæc quidem Epigraphe in neutro exemplari apparuit: ſed tamen res ipſa docet hanc epiſt. ad reginam Angliæ de obitu filij Henrici III. quem Chriſtiani in terra ſancta iam ante in regem Hieroſolymorum poſtularant exaratam eſſe: etſi meritò dubitari poſſit, an a noſtro Bleſenſi, qui ſub id tempus in Paleſtina non vixit: niſi dicamus eam in ipſa Anglia nomine Chriſtianorum in terra ſancta agentium, conſcriptam.*

IN EPIST CLXV.

TALI PAPÆ, talis Rex. *Suſpicor hanc epiſtolam ſcriptam ab Henrico II. Anglorum rege ad* HADRIANVM *IV. Papam natione Anglum: diſertè enim indicat eum è terra ſua oriundum. G. Neubrigenſis lib. 2. rerum Anglic. cap. 2 ſcribit eum in Papam electum anno primo regni Henrici II. qui fuit ab ortu* CHRISTI 1154. *Quo tepore cum P. Bleſenſis nondum vixiſſe videatur in Anglia, vel aula regia, dubitari quoque poteſt, vt de ſtylo taceam, an huius epiſt. auctor fuerit.*

IN EPIST. CLXIX.

RVMOR terribilis. *Quomodo Fridericus primus, Ahenobarbus, vulgo dictus Barbaroſſa, anno imperij ſui quadrageſimo præfocatus aquis in Oriente, cum copias duceret in Saracenos, interierit ſcribit eius temporis ſcriptor Guilh. Neubrig. lib. 4. rerum Anglic. c. 13. Abbas Vrſperg. in Chron. Mathæus Paris ad annum 1190. Paulus Æmilius de rebus geſtis Francorum lib. 6. & alij.*

IN

IN EPIST. CLXX.

ROTHOMAGENSIS Archiepiſcopus ſuffraganeis. *Vix dubito, quæ in hac epiſtola narrantur, accidiſſe tempore ſchiſmatis inter Alexandrum III. & Octauianum eiuſque ſucceſſores excitati, quod in annos 18. extractum eſt. Tunc enim pro Octauiano pugnabant Romani, pro Alexandro vero legitimo Pontifice Gallia & Anglia. Rothomagenſium Archiepiſcopus erat Rothrodus, de quo ſæpe in aliis epiſt.*

IN EPIST. CLXXI. ET CLXXII.

AD cuius tranſitum ſtudij Parthenopes. *Ex litterarum ductu conieci ſic legendum. cum Mog. & Conſt. exemplar haberet, ſed nullo ſenſu*, ſtudij per Tolopem. *Conſtat enim Neapolim iam olim vocatam Parthenopen. Sic epiſt. inſequenti eadem coniectura ductus ſcripſi* confuſis Priſciani tractatibus. *cum dicta duo exemplaria haberent*, confuſis præſciam, vel præſciaui tractatibus. *Epiſt. CLXXIII. ſcatet mendis.*

IN EPIST. CLXXIV.

NE terreno affectui & poſtmodum perituro. *Sic emendaui. Mog. 1. habebat* ſuperno affectui. *Et paulo poſt, loco* prudentiæ, *ſubſtitui* prouidentiæ. *pro* commendantes, commendate. *vt ſenſus conſtaret.*

IN EPIST. CLXXV.

ET præter angelos omnis occidit creatura. *Ita puto corrigendam ſcripturam. Mog. 1. habet* omnes occidit cahena. *Conſt.* catena. *Et infra.* Si velis, licet incaſſum, ſententiam mutare. *Mog. habet.* ſicut nam velis, licet incaſſum, ſententiam recitare.

IN EPIST. CLXXVIII.

HÆC *epiſtola in ſolo exempl. Moguntino impreſſa fuit, licet non careat corruptelis. Modicè quædam, vt ſenſus conſtaret, vel tranſpoſuimus vel mutauimus. Nam verba illa.* Meritoque inter alios Principes, *&c. ſic legebantur.* Merito quoque dileximus inter alios quoq; Principes ſeculares illum ſpeciali, &c. *Et illa.* ſummi liberalitas largitoris, *ſic.* ſummi libertas largitoris. *Deinde in illa ſententia*, quantum ſecundũ DEVM licuit ſtationi. *emendauimus*, rationi. *Et in illa.* Hæc neſcit importunæ mortis exactio. *repoſuimus.* Hinc neſcit. *Et in illa*, diſceſſiſſe videtur poſſe. *poſuimus*, poſt ſe. *Et rurſum in illa.* Viſa es deſtituta potentia: *maluimus*, præſentia. *Et forte paulo poſt pro* proſecutione, *rectius legeris*, perſecutione. *Ex his paucis mendis apparet, quàm neceſſaria ſit in reſtituendis veterum ſcriptis multorum exemplarium collatio.*

IN EPIST. CLXXX.

ET in lucem apertam ex obſtruſo ventris cubili prodit. *Ita emendaui, vt ſententia rectius cohæreret. Mogunt. exemplar ſcribebat.* quod ad lucem ex comperto ventris obſtruſo cubili innumeris.

Sicque in illo dum viuit. *Mog. ſic.* dum viuitur, variiſque mortis expoſitus caſibus, floſque factus.

Ad modicum euaneſcit halitum. *Mog.* euaneſcit auditum.

Scio quod nuper acerbæ mortis G. noſtri tuiq; conſanguinei luctuoſum nuncium omnium noſtrum dolore grandi plurimum exacerbauit animũ. *Hanc lectionem ex veſtigiis literarũ Mog. exemplaris conieci, ſic enim habebat.* Si quid nuper acerbę mortis

mortis talis noſtri,tuique conſanguinei luctuoſum nimium omnem noſtrum dolore grandi exacerbauit plurimum annum *Pro voce*, talis. *ſubſtitui initialem litteram nominis defuncti, G. quæ in fine epiſtolæ expreſſa erat.*

Super hoc Dominum poteſtatis flagello. *Correxi*, dominicæ.

NOTÆ
IN EXHORTATIONES
VEL SERMONES PETRI
BLESENSIS.

IN SERMONEM I.

OCCIDENTALIBVS etiam Romæ ſignum dedit, non ſolum, quod fons olei erupit, ſed etiam in hoc, quod in eadem nocte, qua Virgo peperit, templum Pacis penitus corruit. *Toto die è taberna meritoria trans Tyberim fluxiſſe oleum aſſerit Euſebius in Chronico. Paulus Oroſius hiſt. Roman. libro 6. cap. 19. & Cæſar Baron. tom. 1. Annal. Eccleſ. At quod Templum Pacis ea nocte, qua* CHRISTVS *natus eſt, Romæ corruerit, ex nullo veteri & probato ſcriptore oſtendi poteſt, vt bene animaduertit loco citato Baronius, & alij. nam conſtat ex omnibus veteribus Templum Pacis longè poſt* CHRISTVM *natum erectum, nempe à Cæſare Veſpaſiano. Sic enim docet* SVETONIVS *in Veſpaſ. Ioſephus Iudæus lib. 7. de bello Iudaico. cap. 24. Plinius lib. 36. c. 25. Idem narrat Bleſenſis ſermone 41. & in Inſtructione fidei nomine* ALEXANDRI *Papæ III. data ad Soldanum. Vnde non obſcurè apparet horum ſermonum auctorem eſſe Bleſenſem.*

Quos collegerat in cœnaculo mortis. *Haud ſatis aſſequor, cur cœnaculum, in quo Apoſtoli cum primis Chriſtianis erant congregati poſt Pentecoſten, Bleſenſis hic appellet* cœnaculum mortis. *Quoniam in his ſermonibus deſtituor M. S S. exemplaribus, cogor conijcere ſcribendum eſſe* moris. *vel*, vnius moris, *vt alludat ad illud Pſalmi*, DEVS, qui inhabitare facit vnius moris in domo. *Mox enim ſubijcit.* multitudinis, quorum erat cor vnum & anima vna. *Deinde maior eſt ſimilitudo vocis* moris, *quam* mortis, *cum voce* maris, *cum qua collatio hic inſtituitur.*

Pſal. 67. 7.

IN SERM. IV.

QVÆDAM à Domno Benedicto, quædam à Doctore Auguſtino. *Idem nomen Domni tribuitur B. Benedicto ſermone 50. & B. Stephano ſerm. 36. licet in M S. fuerit* Donno Benedicto. *Sumpta autem eſt hæc appellatio ex cap. 63. Regulæ D. Benedicti, cuius hæc ſunt verba* Iuniores Priores ſuos Nõnos vocent, quod intelligitur, paterna reuerentia. Abbas autem, qui vicem CHRISTI agere creditur, Domnus & Abbas vocetur. *B. Gregorius lib. 1. Regiſtri. epiſt. 6. & libro 7. epiſt. 127. honoratos viros & fœminas Domnos & Domnas vocat. In Breuiario Romano quoque iam olim lectum eſt.* Iube Domne benedicere. *& in Litanijs.* Vt Domnum Apoſtolicum, & omnes Eccleſiaſticos ordines in ſancta religione conſeruare digneris. *Initium huic appellationi dediſſe videtur humilitas veterum Chriſtianorum, quæ Domini nomen, quod etiam Cæſares quidam Ethnici reſpuerunt, maluerunt integrum ſoli* DEO *O. M. attribui. vnde vulgatus verſus.* Cœleſtem Dominum, terreſtrem dicito

Domnum

Domnum. *Lege Ioan. Molan. lib. 3. de Canon. c. 15. & Onuph. Panuin. in libello de Eccleſiaſt. vocibus.*

IN SERM. X.

DICIT Ioannes Scotus. ſic ſolet Scriptura loqui Deiuido generi humano, non pediſſequo. *Vixit hic Ioan. Scotus circa annum Domini 780. imperante Carolo Magno, vir in diuinis Scripturis doctiſſimus V. Bedæ auditor, qui primus hortatu eiuſdem Caroli Dionyſ. Areopagitæ libros in linguam latinam è græco idiomate conuertit, vt liquet ex ipſius & Anaſtaſij Bibliothecarij præfatione, & voce* Deiuidi, *&* pediſſequi *non ſemel vtitur. De eo lege Ioan. Trithemium in catalogo Scriptorum Eccleſ. & lib. 2. de viris illuſtribus ordinis S. Benedicti. cap. 27.*

In principio ieiunij debet quis criminalia peccata lauare, purè & humiliter confiteri; in fine venialia, quæ contraxit. *Videtur Bleſenſis exiſtimaſſe confeſſionem peccatorum lethalium initio Quadrageſimæ omnibus fidelibus imperatam, venialium verò in fine. at nullum eſſe vel fuiſſe id temporis ſiue diuinum, ſiue Eccleſiaſticum præceptum de confeſſione certo tempore inſtituenda certum eſt. Omnes ſiquidem Doctores primum collegere determinationem temporis ex decreto Conc. Lateranenſis ſub Innocentio III. celebrati, quod habetur in cap. omnis vtriuſq; ſexus. de pœnitentiis & remiſſ. & à Conc. Trid ſeſſ. 14. c. 5. & can. 8. confirmatur. In eo autem decreto iidem Doctores dicunt duo conſtitui. Primum eſt, vt quotannis, ſaltem ſemel, confeſſio de peccatis inſtituatur, quocunq; id tempore fiat, ſiue in Quadrageſima, ſiue extra illam. Licet iam conſuetudo obtinuerit, vt circa Paſcha, qua ſacra communio accipienda eſt, ferè ab omnibus inſtituatur. Alterum eſt, neminem teneri niſi ad confeſſionem peccatorum mortalium; etſi id iuri diuino potius quam Eccleſiaſtico tribuendum ſit. Ita Dom. Soto in 4. d. 18. q. 1. a. 3. Scot. q. 1. Gab. q. 1. a 2. Dur. q 9. Palud. q. 7. num. 16. Caiet. opuſc. de Confeſ. q. 5. Sylu. confeſſio. 1. q. 13. Nau. cap. 2. man. n. 6. & 10. fine. Dices. fieri poteſt, vt Euchariſtiam percepturus in Paſchate, nullius peccati lethalis ſit conſcius a confeſſione. v. c. initio Quadrageſimæ facta, nonne ille iterum tenebitur confiteri ſaltem de venialibus? Reſpondeo cum iiſdem Doctor. non teneri. Tenetur autem, ne temerè videatur ad ſacram menſam accedere, tantum ſe Parocho ſiſtere, ac prætermiſſæ confeſſionis cauſam reddere, nempe quod nullam habeat peccati mortalis conſcientiam. Quanquam non deſunt, qui aſſerant eum ratione communionis teneri ad confeſſionem venialium, vt B. Bonau. in 4. d. 17. in 2. p. art. 2. q. 1. Rich. art. 2. q. 4. ad 1. Angelus v. conf. 2. §. penult. Andr. Vega lib. 13. in Conc. Trid. c. 30. Bleſenſis autem videtur opinationis ſuæ cauſam accepiſſe, vel ex conſuetudine fidelium tum recepta, quod omnes initio Quadrageſimæ de peccatis confiterentur, vel quod in libro 19. Decretorum de pœnitentia apud Burchardum VVormatienſem epiſcopum, cap. 1. hæc verba ex pœnitentiali Romano recitarentur.* Hebdomada priori, *inquit*, ante initium Quadrageſimæ preſbyteri plebeium conuocent ad ſe populum, & diſcordantes canonica autoritate reconcilient, & tunc primum confitentibus pœnitentiam dent, ita vt antequam caput ieiunij veniat, omnes confeſſi pœnitentiam acceptam habeant. *Ex cap. 2. ex Auguſtino.* Preſbyteri, *inquit*, admonere debent plebem ſibi ſubiectam, vt omnis qui ſe ſentit mortifero peccati vulnere ſauciarum, feria quarta ante Quadrageſimam cum omni feſtinatione recurrat ad viuificatricem matrem Eccleſiam, vbi, quod malè commiſit, cum omni humilitate & contritione cordis ſimpliciter confeſſus ſuſcipiat remedia pœnitentiæ. *Idem Alcuin. lib. de diuin. offic. c. de Quadrag. & ſeq.*

IN SERMONEM XIII.

CVR autem tempus vſque ad Paſcha, licet quadraginta duobus diebus protendatur, Quadrageſima dicatur, Auguſtinus reſpondit in libro de doctrina Chriſtiana. *Nihil in Auguſtino de hac re inueni. S. Ambroſius ſerm. 23. Gregor. hom. 16. in Euang. Caſſian. coll. 21. c. 27. aiunt Quadrageſimam quidem complecti dies 42. ſed detractis Dominicis, quibus non ieiunatur, retinere tantum triginta ſex Initium enim Quadrageſimæ propriè ſumitur a prima Dominica Quadrag. vt liquet ex officio Eccleſiaſtico. Lege Bellarm. tom. 3. lib. 2. de bonis operibus. cap. 16 ratione ſexta.*

Non immerito exclamat. *Sic emendaui. In MS. legebatur*, nec merito, & in futuro loco, exclamat. *nullo ſenſu.*

IN SERMONEM XV.

CVM congregamur ad vna viuendum. *Ita emendaui. cum MS. exemplar haberet*, ad iure viuendum.

IN SERMONEM XXIV.

VBI articulus neceſſitatis aquam excluſit, non contemptus religionis. vbi autem tres conuenerint, conſummatum erit teſtimonium. *Poſt hæc verba in MS. exemplari ſequuntur hæc.* Væ autem homini illi per quem loquentur. melius eſſet ei, ſi non natus fuiſſet homo ille, *quæ quia nullo modo cohærebant cum verbis antegreſſis, loco moui.*

IN SERMONEM XXXIII.

ADian enim quod eſt claritas, dies denominatur. *Qua lingua dian claritatẽ ſignificet, viderit Bleſenſis.* SEXTVS *Pompeius de verb. ſignif. ita ſcribit. Dies dictus, quod diuini ſit operis. ſiue ab Ioue eius, vt putabant, rectore, qui græcè* Δία *appellatur. ſiue quod aer diurnus dehiſcat in candorem.*

IN SERMONEM XLVII.

PRODVCTIOR eſt aſcenſus ad hunc gradum (ſacerdotij) nunc, quàm in primitiua Eccleſia: in qua, qui tantum fidelis erat, diaconus fiebat, vel ſacerdos. introducti ſunt poſtea quidã minorum ordinum gradus. *Nihil mirum ſic ſcripſiſſe Bleſenſem. nam eodem ſæculo ante ipſum* PETRVS *Lombardius in quarto ſenient. diſt. 24. idem docuit. Cum omnes, inquit, ſeptem ordines ſpirituales ſint & ſacri, excellenter tamen canones duos tantum ſacros ordines appellari cenſent, Diaconatus, ſcilicet, & preſbyteratus, quia hos ſolos primitiua Eccleſia legitur habuiſſe, & de his ſolis præceptum Apoſtoli habemus. Hæc ille. Videtur autem Lombardus cum Bleſenſi reſpexiſſe ad canonem Vrbani Papæ II. qui à Gratiano citatur diſtinct. 60. his verbis.* Nullus in Epiſcopum eligatur, niſi in ſacris ordinibus religioſè viuens fuerit inuentus. Sacros autem ordines dicimus Diaconatum & preſbyteratum. hos ſiquidem ſolos primitiua legitur habuiſſe Eccleſia. *Eundem Vrbani canonem poſt Bleſenſem repetiit Innocentius Papa III. cap. à multis. de ætate ordinãd. eumq; exponit. vt voluerit Vrbanus, cæteros ordines olim non habitos fuiſſe pro ſacris. Lege Rob. Bellarm. tom. 2. controuerſ. lib. 2. de ſacramento ordinis. & Gregorium a Valentia tom. 4. diſputat. diſput. 9. q. 1. de ſacram. ordinis, puncto 4. qui fusè probant multis veterum PP. teſtimoniis omnes Ordines ſeptem inde a primis Eccleſiæ incunabulis fuiſſe receptos & vſitatos.*

IN SERMONEM L.

ET carnalium voluptatum venena depoſuit virulenta. *Ita emendaui. MS. liber habuit*, virentia depoſuit virulenta.

IN SERMONEM LI.

IN qua cuncta cogitata diſcernit. *MS. habuit*, ex qua ei contracta diſcernit, quia faciei imago. *quæ verò his verbis ſubiecta ſententia, ſi locum inſpicias?*

NOTÆ IN TRACTATVM DE TRANSFIGVRATIONE DOMMINI.

REVERENDO Patri ſuo ac Domino F. DEI gratia Attrebatenſi Epiſcopo. *Littera F. puto denotari Fummaldum Epiſcopum, qui circa annum Domini 1172. ſucceſſit Roberto, teſte Demochare lib. 2. de ſacrif. Miſſæ cap. 15. Carth. exemplar habuit,* Domino FREM.

CHRISTVS poſt reſurrectionem in corpore glorificato vulnerum cicatrices oſtendit. *Veras fuiſſe cicatrices in manibus, pedibus, & latere* CHRISTI *poſt reſurrectionem, eaſque in perpetuum remanſuras ex S. Patribus fusè oſtendit Franciſcus Suarez in commentariis tomi ſecundi in tertiam partem S.* THOMÆ *diſputat. 47. ſect. 2.*

Expectantes, vt, quicquid in eis ſqualoris aut rubiginis confeſſio non mundauit, igne purgatorio abluatur. QVÆSTIO *eſt apud Theologos, an poſt contritionem, & confeſſionem de peccatis factam, homo iuſtus teneatur per opera externa, vt orationis, ieiunij, eleemoſynæ, &c. ſatisfacere in præſenti vita, an verò ſine peccato poſſit ſatisfactionem differre in alteram vitam peragendam in Purgatorio. Palud. in 4. ſent. diſt. 17. q. 1. & Melchior Canus in relect. de pœnitentia, parte 3. concluſ. 2. & Greg. à Valentia in 4. tom. Diſputat. Theol. diſput. 7. q. 14. de ſatisfact. punct. 4. exiſtimant eum iure diuino teneri ad ſatisfaciendum in præſenti vita. At contraria ſententia videtur probabilior, quæ eſt Dom. Soto in 4. ſent. diſt. 20. q. 2. art. 2. Ledeſm. 2 parte, quæſt. 20. a. 3. Palatij ibid. quæſt. 1. Medinæ tract. 3. de ſatisf. quæſt. 6. Hadriã. in 4. quæſt. de ſatisfact. Vega lib. 13. in C. Trid. c. 22. Henr. Henriq. lib. 1. de pœnit. c. 8. Et colligitur ex Scoto, Gabr. & alijs in 4. ſent. d. 18. 19. & 16. Immo non deſunt Theologi, qui, licet male, docuerunt pœnitentem ne quidem teneri ad acceptandam pœnitentiam iuſtam à ſacerdote in confeſſione iniunctam, vt Scotus, & Gabriel locis cit. Medina q. 41. de Confeſſione. Caiet. quæſt. 2. de ſatisfact. & in ſumma v. ſatisfactio. & Nauar. in Man. c. 26. num. 20. Quorum ſententiam bene refellit Greg. à Valentia loco citato. Quam autem ſententiam ſecutus fuerit noſter Bleſenſis ex hoc loco non ſatis liquet, nam ſubiungit contra eos, qui in Purgatorium differunt ſatisfactionem, hæc verba.* Nonne conſultius vobis erat breui cordis cõtritione & confeſſione purgari, quàm illud incendium (*Purgatorij*) expectare? *Quibus indicare videtur ſufficere contritionem & confeſſionem, & non eſſe neceſſariam aliam ſatisfactionem externam. Quod autem tanta poſſit eſſe hominis interna cordis contritio, vt valeat ad omnem pœnam temporalem expiandam, docet Soto diſt. 19. 4. quæſt. 2. a. 1. concl. 3. Vega lib. 13. cap. 36. Caiet. 3 par. ſ. Thomæ, quæſt. 36. art. 4.*

PVRGATORII incendiũ omnes dolores vitę præſentis, omnes anguſtias noſtræ ſenſualitatis excedit. *Idem docuit eodem ſæculo B. Bernardus ſermone de obitu Humberti. B. Anſelmus in cap. 3. epiſt. 1. ad Corin. & ante eos* BEDA, *& S. Gregorius in pſalmo 3. pœnitentialem. & Auguſtinus in pſal. 37.* Quamuis, *inquit*, ſalus per ignem, grauior tamen erit ille ignis, quàm quicquid poteſt homo pati in hac vita.

NOTÆ, IN TRACTATVM DE CONVERSIONE S. PAVLI.

IDEM confirmatur Petri facto, qui cum Roma fugiens Saluatorem ſibi occurrentem interrogaſſet, Domine quo vadis? *Idem factum ſemel atque iterum narrat Innocentius Papa III. noſtri Bleſenſis ferè æqualis, in ſermonibus ſuis. Deinde B. Gregorius in 4. Pſalmum pœnitent. Hezechius de excidio Hieroſol. libro. 3. S. Ambroſius in Auxentium de tradendis baſilicis. S. Athanaſius in libro de fuga ſua. Linus in hiſtor. de morte Apoſtolorum Petri & Pauli. Lege* ONVPHRIVM *Panuinium de ſeptem Vrbis Eccleſiis, & Cæſarem Baron. tom. 1. Annal Eccleſ.*

NOTÆ, ET LECTIONES VARIÆ IN COMPENDIVM IN IOB.

PETRVS BLES. Bathon. Archidiaconus in vero ſalutari ſalutem. *Conſl. Collegij codex MS. habet.* P. Bleſ. Domini Cantuarienſis Archiepiſcopi Cancellarius. *qui titulus non abhorret ab iis, quæ in fine præfationis dicuntur. Dicit enim ſe* pro negotiis Cantuarienſis Eccleſiæ ad tempus militare in caſtris. *Quoniam autem hoc Compendium editum eſt poſt pacem à Rege Henrico initam cum filiis, vt poſtea indicat, quæ inita eſt anno Domini 1175. neceſſe affirmare eum* RICHARDI *Cantuarienſis Archiepiſcopi, qui teſte Math. Paris, electus eſt anno 73. Cancellarium fuiſſe.*

Quod ſi Eccleſia regnum DEI eſt, ſecundum quod legitur, regnum DEI intra vos eſt. *Ita emendaui ex MS. Carthuſ. nam alia habebant.* Quod ſi Eccleſia, ſecundum quod legitur, regnum DEI eſt.

Sic enim Apoſtolus dicit ad Hebræos. Quod antiquatur. *Sic reſtitui. Librariorum vitio, vt ſuſpicor. Carthuſ. & Colon.* ad Corinthios. *Conſl.* ad Romanos. *legebant.*

De hiera piera, & hiera Logadij diſputare diſcit. *Ἱερὰ græca vox eſt, & ſignificat,* ſacra. *Medicis ſignificat, vel ἱερὰν νόσον, ſacrum vel comitialem morbum; vel vt hic à Bleſenſi vſurpatur, medicamenti compoſitionem. Cuius nominis rationem reddit Scribonius Largus libro de compoſitione medicam. cap. 99 Dicitur autem ἱερὰ, nunc πικρὰ, quia eſt amara, nam ex aloe maxime componitur, nunc λογάδιος ab Auctore, quia varia fuit, & à variis aliter atque aliter deſcripta. Alia enim erat Antipatri, alia Andromachi, alia Galeni, alia Ruffi, alia Logadij. Vide Lexicographos in voce ἱερὸς.*

Caſeus vniuerſaliter eſt peſſimus. *Sic malui, quàm,* naturaliter. *vt habuit Colon. codex. nam eadem phraſi vtitur in ſermone vigeſimo ſexto.*

Certè non credo in homine incolumi ieiunium eſſe alicuius meriti, quod eſuries non præcedit. *Etſi ieiunium illud, quatenus a[illegible]gere conſueuit, nullius videatur eſſe meriti: aliis tamen nominibus poteſt coniunctum eſſe cum merito, vt ſi ſuſcipiatur, quia Eccleſiaſt[illegible]o imperatum eſt præcepto, ſi ad cauendum proximi offendiculum, ad bonum exemplum aliis præbendum, ad retinendam populi Chriſtiani conſuetudinem, ad voluntatem ſe a[illegible]gendi demonſtrandam.*

Optimus pœnitendi modus eſt à peccato ceſſare. *Et hoc verum eſt, ſi ſana verbis ſit ſubiecta ſententia, quam indicauit Ambroſius in commentariis capitis ſecundi epiſtolæ*

epiſtolæ poſterioris ad Corinthios. Hæc, *inquiens*, vera Pœnitentia eſt, iam ceſſare à peccato: ſic enim probat dolere ſe ſibi, ſi de cætero deſinat. *quaſi diceret. clariſſimum veræ pœnitentiæ indicium & argumentum eſſe, ſi quis peccare deſinat, quia abſiſtendo à peccato, declarat ſe verè dolere & pœnitere, & non fictè. Vnde* GREGORIVS *homil.34. in Euang. Qui ſic, inquit, alia peccata deplorat, vt tamen alia committat, pœnitentiam agere, aut diſſimulat, aut ignorat. Lege Bellarm. tom.2. lib.2. de Pœnitentia, cap.5. ad ſecundum argumentum.*

DVO ſunt, quæ hominem mirabiliter à peccato conſeruant, ſcilicet, frequens Confeſſio, & frequentior diſciplina. *Ex hoc loco aliiſq; compluribus apparet* DISCIPLINAM, *hoc eſt, proprij corporis diuerberationem, (hoc quoq; æuo Romæ, totaq; Italia, Hiſpania, Indiis, & alibi receptam) ante annos quadringentos & amplius fuiſſe in Gallia & Anglia frequentatam, nec ſolum apud Monaſticæ vitæ cultores, ſed etiā apud Clericos & laicos, Epiſcopos, Principes, Reges, vt liquet ex multis epiſtolis. Nam cum in epiſtola 82. & in Inuectiua, laudaſſet Ciſtertienſes monachos, quod omnes clericos & laicos in caſtiganda diſciplinis carne ſuperarent; mox apologiam clericorū ſubiiciens, addit.* Putas eos omnes *(clericos)* ita elongatos à DEO, vt eos aut gehennalis miſeriæ timor, aut cœleſtis gloriæ beatitudo non excitet? Nunquid diſciplinæ, & pœnitentiæ, & cæterorum, quæ ad ſpirituale pertinent exercitium penitus ſunt ignari? nunquid reſina non eſt in Galaad? *Deinde epiſt.16. ſcribens ad Epiſcopum quendam grandæuum, ait eum ex ſua profeſſione obnoxium eſſe ad carnem purgandam ieiuniis & diſciplinis, idq; in die iudicij exactiſſime à* DEO *requirendum. Et epiſt.46. purgans Bathonienſem Epiſcopum Reginaldum, qui exiſtimabatur S.* THOMÆ *martyri dum viueret, fuiſſe infeſtus.* Scio, *inquit*, quod ſi præfatus Electus aliquid attentauit in contumeliam martyris, illud expiauit aſperitate cilicij, largioribus eleemoſynis, lachrymis profuſioribus, auſterioribus diſciplinis. *In epiſt. verò 126. deſcribens adoleſcentiam* ODONIS *Pariſienſis Epiſcopi, regis Francorum & Anglorum conſanguinei.* Cum, *ait*, vas ſuum in ſanctificatione & honore ab infantia poſſediſſet, inſolentiam tamen carnis, & extraordinarios eius motus quadam præeminentiæ auctoritate cohibens, ipſam vigiliis, ieiuniis, diſciplinis ancillari cogebat. IN *instructione quoq; Epiſcopali inſtruens quendam Epiſcopum.* Semper tibi, *inquit*, occultè vel ad diſciplinam, vel ad lachrymas, vel ad alia, quæ citra hominis teſtimonium ſolus agere poteris, impone tibi iugum Dominicæ ſeruitutis. *Adhæc epiſtola 27. ait S.* THOMAM *martyrem ex regni Anglici Cancellario Cantuarienſem Archiepiſcopum, à prima adoleſcentia carnalis inſolentiæ motus vigiliis, ieiuniis, diſciplinis, cilicio, & iugis continentiæ balteo cohibuiſſe. Quanta autem ſecuritate iam Epiſcopus flagris quotidie deſæuierit in hoſtem ſuum domeſticum, vide in eius vita apud* SVRIVM *tom.6. Eiuſdem Diſciplinæ, Bleſenſis multis aliis in locis meminit, vt epiſt.11.58.74.142.205. In lib.1. de Pœnitentia, in tract. de inſtitut. Epiſcopi. & ſerm.6. de Natiuitate Domini. Cum ergo hæc conſuetudo ſæculo Bleſenſis paſſim fuerit recepta, non eſt veroſimile eam illo ipſo ſæculo ortam, ſed ab antiquis ductam temporibus fuiſſe: Nam S.* PETRVS *Damianus Romanæ Eccleſiæ Cardinalis ſæculo vno Bleſenſi noſtro vetuſtior in S.* DOMINICI *Loricati Vita, cum morem quotidianæ diuerberationis, tum Sanctis illius, tum Monaſterij ſui, expoſuiſſet, addit caſtigandi corporis conſuetudinem in ſuis partibus obtinuiſſe, non ſolum apud Monachos, ſed etiam apud ſæculares homines, tam viros, quam mulieres quantumuis genere nobiles.*

CAP. II. Cōcutitur laterna lucens. *Sic emendo. Conſ. & Colon.* lutea. *Carth.* lucea.

CAP. XLIII. Modicus eius ſine modo eſt. *Ita malui cum Conſl. At Colon.* modus eius ſine modo. *Carth.* modius eiuſ ſine modio.

NOTÆ IN TRACTATVM DE ITINERE HIEROSOLYMITANO ACCELERANDO.

QVIS dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? ANNO *Domini M.C.LXXXVII. Saladinus rex Saracenorum potentiſſimus occaſionem ex diſcordia Chriſtianorum rei bene gerendæ nactus, cum alias vrbes multas, tum Hieroſolymam, a noſtris totos octoginta annos occupatam, cœpit. Quo acerbiſſimo nuncio conſternatus Romanus Pontifex* VRBANVS III. *ex mœrore animi vita deceſſit. Eum ſecuti Gregorius VIII. qui duobus tantum menſibus Pontificatum tenuit, &* CLEMENS III. *maximis condonationibus propoſitis per Legatos ſuos Principes Chriſtianos ad ſacrum bellum, & ſignum Crucis ſuſcipiendum in Saladinum ſunt cohortati. Primus è Principibus nomen huic ſacræ profectioni dedit Richardus Comes Pictauienſis Henrici II. Anglorum regis filius, idque eo ipſo anno 87. Inſequenti verò anno &* FRIDERICVS I. *Ahenobarbus Romanorum Imperator, &, poſt colloquium habitum, Rex Francorum Philippus, & Henricus II. rex Angliæ. Verum optimos conatus, neſcio quis malus genius grauiſſimo bello inter dictos Reges & Richardum redintegrato, retardauit. Quam rem hoc tractatu mirabiliter ex ſcripturarum teſtimoniis quaſi vermiculato opere contexto prolixe* PETRVS BLESENSIS *deplorat, ac tandem, ſi Principes promiſſis ſuis ſtare nolint, pauperes omnes hortatur, vt iter Hieroſolymitanum quam citiſſime ingrediantur, ac glorioſum crucis* CHRISTI *lignum, ipſamque terram ſanctam Chriſtianis hæreditariam infeſto Christiani nominis hoſti, eripiant. Ita ſcribit Vincent. Belouac. lib. 30. ſpec. hiſtor. cap. 43. & ſequent. Polyd lib. 13. Anglic. hiſtor. Neubrig. Paris. Anton. Platina, & alij omnes.*

PRIVILEGIO ſiquidem Petri Apoſtoli, & auctoritate Eccleſię generali propoſuerat Dominus in hoc ſigno verbum reconciliationis, vt viæ Hieroſolymitanæ aſſumptio eſſet pœnitentia conſummata & ſufficiens ſatisfactio de commiſſis. *In eandem ſententiam ante Bleſenſem ſcripſit B.* BERNARDVS *in epiſtola 322. ad Epiſcopum, Clerum & populum Spirenſem, quem grauiter hortatur & inflammat ad bellum ſacrum ſuſcipiendum contra infideles infeſtantes Palæſtinam.* Suſcipe, *inquit*, Crucis ſignum, & omnium pariter de quibus corde contrito confeſſionem feceris, indulgentiam obtinebis. Materia ipſa ſi emitur, parui conſtat: ſi deuoto aſſumitur humero, valet ſine dubio regnum DEI. Bene ergò fecerunt, qui cœleſte iam ſignaculum ſuſceperunt. *Similiter mox poſt Bleſenſem ita ſcribit* THOMAS *Cantipratenſis in libro ſecundo Exemplorum, qui dicitur Apum, cap. 2. ſect. 10.* De indulgentia autem, *inquit*, quæ crucem ſuſcipientibus prædicatur, nullus fidelium dubitare permittitur, quin integraliter verè pœnitentes & confeſſi indulgentiam recipiant omnium peccatorum, & in ea deſiderij voluntate, qua pro fide, ſi ſe obtulerit locus, mori geſtiunt, totaliter à pœna ſimul abſoluantur & culpa. Certa ergo mihi fides de his omnibus eſt, & nihil hæſito de hoc, quod Summus Pontifex noſter per Legatos auctoritatis ſuæ mandauerit faciendum. *Hæc ille. Hinc liquet Martinum Chemnitium in 4. parte examinis Concilij Tridentini cap. 4. manifeſtæ veritati parcere, cum ait doctrinam nullam, nullumq́; vſum Indulgentiarum ante annum 1200. a* CHRISTO *nato in Eccleſia exſtitiſſe. Nam* priuilegio Petri, *vt loquitur hic Bleſenſis, hoc eſt, auctoritate Summorum Pontificum*, & auctoritate Eccleſiæ generali, *id eſt, Conciliorum iam multo ante indulgentiæ propoſitæ & publicatæ populo Chriſtiano fuerunt, vt oſtendit Bellarminus libro ſecundo de Indulgentiis cap. 17. Et hoc ipſo anno 1187. & ſequenti quo ſcripſit Bleſenſis*

Floruit anno Domini 1240.

ſenſis hunc tractatum, Gregorius VIII. & Clemens III. teſte Vincentio Bellouac. loco ſupra citato, indulgentiam plenariam omnibus ad bellum ſacrum ſe accingentibus publicarunt. DICES. *Bleſenſem hic aſſerere, ipſam* viæ Hieroſolymitanæ aſſumptionem eſſe pœnitentiam conſummatam, & ſufficientem ſatisfactionem de peccatis, *ac proinde nullum relinqui locum indulgentiæ. Is enim propriè indulgere dicitur, qui aliquid de ſatisfactione integra & perfecta detrahit.* RESPONDEO, *eſſe* pœnitentiam conſummatam quidem, *ſed ex* priuilegio Petri Apoſtoli, *vt loquuntur Bleſenſis, hoc eſt, ex indulto vel indulgentia ſedis Apoſtolicæ. Et idcircò tam B. Bernardus, quam Thomas Cantipratenſis diſertè appellant indulgentiam.*

NOTÆ ET LECTIONES VARIÆ IN INSTRVCTIONEM FIDEI CATHOLICAE ad SOLDANVM Iconij Miſſæ.

ALEXANDER Epiſcopus, ſeruus ſeruorum DEI. MATTHÆVS *Paris in hiſtoria maiori Anglorum ſcribit hanc inſtructionem ab* ALEXANDRO III. *Pontifice Romano circa annum à Virginis partu M. C. LXIX. ad* SOLDANVM *Iconij miſſam, cum poſtulaſſet in fide Christiana inſtitui, & ſacro baptiſmi lauacro initiari: quo & tandem poſt perlectam inſtructionem eſt initiatus, licet clanculum, ne aliorum Principum Saracenorum in ſe odia concitaret. Videtur autem in hanc piam voluntatem inductus potiſſimum à matre ſua, quam Chriſtianam fuiſſe teſtatur* SIGEBERTVS *in Chronico ad annum Domini M. C. LXXXII. Exceſſit autem è viuis* SOLDANVS *Chriſtianorum amicus, teſte eodem Sigeberto circa annum eiuſdem ſeculi nonageſimum ſecundum. Cur autem hanc inſtructionem exemerim à corpore Epiſtolarum in Præfatione ad Lectorem dixi.*

NATVS eſt itaque DEI filius de virgine incorrupta. *Poſt hæc verba in vno exemplari epiſtolæ typis excuſſe, quam Mathæus Paris in hiſtoria ſua deſcripſit, immediatè ſubiecta ſunt hæc.* Sicut plaſmatus eſt primus Adam de terra virgine & inuiolata, *Spiritu ſancto, &c. quæ in cæteris deſiderantur.*

PORRO in redemptione hominis, &c. *Quinque ſequentes periodi abſunt ab epiſtola Matthæi Paris, vſque ad verba.* Sic in hac noſtræ ſalutis diſpenſatione.

VT igitur Dominus noſter IESVS CHRISTVS voluit, &c. *Hæc verba & alia multa conſequentia, vſque ad periodum, cuius initium eſt.* Si ergò habes in deſiderio. *ex vna epiſtola dicti Matthæi Paris poſtliminio reſtitui.*

ET vitæ infantiam renaſcaris. *Mog. I. II. Conſt. & Carthuſ. hac ſententia terminant inſtructionem.* MATTHÆVS *Paris, addit quædam alia in inſtructione deſcripta, vſque ad illa.* VALE & viue & viuat in te CHRISTVS. *Quibus verbis vnum Spirenſe exemplar epiſtolam clauſit.*

NOTÆ ET VARIÆ LECTIONES IN CANONEM EPISCOPALEM.

SCIO, quod gratia DEI obeſt, ſi non alij prodeſt. *Spir. exemplar habet.* Scio, quod gratia DEI non obeſt, ſi alij prodeſt.

RECO-

RECOLIS Machabæos, qui quoties Romanorũ implorauerunt ſuffragium, eorum amicitia Principibus & populis Iſraël verſa eſt in ſingultum. *Idem & alibi repetit, vt in epiſt.146. nomine Aleonoræ reginæ Anglorum ad Cæleſtinum Papam ſcripta. In eadem cum Bleſenſi ſententia fuit* RVPERTVS *Abbas Tuitienſis in libro de victoria Verbi* DEI *decimo, capite extremo. Lege noſtrum* NICOLAVM SERARIVM, *qui nuper in Commentario ſuo in Machabæos edito ad libri ſecundi caput primum & ſecundum quæſtiunculam 23. vtriuſq; ſententiam refellit. Certe neque Scriptura ſacra, neque veterum Patrum quiſquam fortiſſimis iſtis Machabæis vitio vertit, quod ſui defendendi cauſa ſocialia fœdera cum Romanis iniuiſſent.*

NOTÆ ET LECTIO VARIA IN INVECTIVAM.

EA propter te iam non annumero. *Mog. II. & Conſl. habent contrarium.* te annumero. *Et infra.* ſed & inter pulices.

Quid tibi & togatorum profeſſioni. *Sic emendo ex Spir. Nam Mog. I. & Conſl. habet*, rogatorum profeſſioni. *Mog. II.* tuæ profeſſioni. *Nomine togatorum autem intelligit, cauſidicos & aduocatos.*

Recole, ſi vnquam videris alicuius regulæ Profeſſorem per agonem martyrij de ſæculo triumphaſſe. *Etſi forte ille ſæculo ſuo martyrem nullum factum viderit: multos tamen monaſticæ regulæ Profeſſores pro* CHRISTO *ſanguinem profudiſſe ante Bleſenſis tempora ſolum Martyrologium Romanum, Baroniique in illud Notationes abundè teſtari poſſunt.*

Quodam placore angelico. *Scripturam hanc reliqui, quam Mogunt. I. Conſl & Spir. exhibent. Mog. II.* nitore angelico. *Suſpicor legendum*, pallore angelico.

Certè ſi MERLINVM prophetam irriſoriè dixi. *Sic eum vocauit in Compendio in Iob, non longè a fine commentarij capitis primi. Quotquot fere auctores* MERLINI *mentionem faciunt, eum cum Bleſenſi pro pſeudopropheta & mago habent, atque ex incubo dæmone natum contendunt, vt Vincent. Belouacenſis libro Speculi hiſtor. 21. cap. 36. & lib. 22. c. 74. Cælius Rodiginus lib. 2. lect. antiq. cap. 2. Polyd. Virgil. lib. 1. hiſt. Anglic. Nauclerus generat. 17. volum. 2. Hector Boethius libro 9. de rebus Scoticis. Eiuſdem ante hos omnes meminit Sigebertus Gembl. in Chron. ad annũ Domini 542. & Guilhelmus Neubrigenſis in proœmio ſuæ hiſtoriæ Anglicanæ, qui & Magum eum facit, ac diuinationes eius falſas. Quod autem ex incubo dæmone natus dicatur, vt alia multa, quæ de eo narrantur, ex fabuloſa hiſtoria Britonum* GAVFRIDI, *exiſtimat manaſſe. Genebrardus libro 3. Chron. ad annum Domini 500. ait eum fuiſſe Theleſini Helij Matthæi Philoſophi maximi auditorem, qui quod ex cometarum planetarumque motu multa conijceret de futuris, Vates & Magus habitus eſt. Sed I. B. Auctor Catalogi Scriptorum Britanniæ hunc Merlinum vocat Calidonium ex Scotiæ finibus oriundum, a noſtro Merlino Anglo diuerſum. Godfredus Viterbienſis parte 18. Chronici carmine multa de Merlini ortu, vaticiniis, aliiſque rebus geſtis eſt complexus.* MATTHÆVS *Paris in maiori hiſtoria Anglorum eius diuinationes non ſemel allegat.*

FINIS Notarum & variarum lectionum.

TRACTATVS

DE SACROSANCTIS VENERABILIS SACRAMENTI EVchariſtiæ myſteriis.

AD CANDIDVM LECTOREM J. B.

CVM huius Operis editio, Candide Lector, penè ad calcem decurriſſet, allatus eſt ad me ex Alſatia præſens Tractatus ex vetuſtiſſimo M. S. Codice Bibliothecæ Tabernenſis Sereniſſimi & Illuſtriſſimi Principis, Caroli Cardinalis Lotharingi, ac Metenſium, Argentinenſiumque Epiſcopi deſcriptus: dignuſque tum ob antiquitatem, tum ob Anſelmi Cantuarienſis Archiepiſcopi nomen, quod præferebat, viſus, qui ad huius operis calcem, ne prorſus excideret, adiungeretur. Verum, dum ſedulò totum Tractatum excutio, in ſuſpicionem magnam venio, non Anſelmum Cantuarienſem Archiepiſcopum, ſed Petrum noſtrum Bleſenſem, Cantuarienſis Archiepiſcopi Cancellarium, (facile enim ob ſimilitudinem cognominum alter pro altero, notior pro ignoto ſubſtitui potuit) illius eſſe auctorem & parentem. Quatuor enim coniecturis adducor, vt ita ſentiam. Prima eſt, quod Auctor carminis in Prologo ſemel atque iterum nomen ſuum diſertè prodat, & appellet ſe Petrum. Altera, quod conſentiat tempus. nam codex ille M S. cui nomen Hortulus deliciarũ, *attribuitur Heradi à Lanſperg nobiliſſimæ Abbatiſſæ cœnobij Hohẽburgenſis, quod apud Alſatios exſtat in monte S. Otiliæ: at illam Heradim ante annos quadringentos, ipſique adeò Bleſenſi æqualem vixiſſe inde manifeſtè liquet, quod in S. Otiliæ vita nuper Friburgi Briſgoiæ germanicè impreſſa ſcribatur dictam Heradim anno à Chriſti ortu 1182. monaſterium Trutenhuſanum in Alſatia ædificauiſſe. Quo certè anno Bleſenſis maximè à ſcriptis editis florebat, & Cantuarienſis Archiepiſcopi Cancellarium agebat. Tertia, quia conſtat Bleſenſem non ſolum Poetices gnarum fuiſſe, vt in præfatione altera huius Operis te monuimus, ſed multa etiam carmina condidiſſe. Epiſtola enim 12. à quodam nepote ſuo poſtulat ſibi mitti verſus olim Turonis à ſe confectos. & epiſtola 75. rhythmicum quoddam carmen longiſſimum, (quo genere & hic Tractatus conſcriptus eſt) ad amicum quendam tranſmittit. Quarta, & poſtrema eſt, quia ſtylus & phraſis non diſſentit, ac ſi ex vngue Leo, ex veſtigio ſtatura Herculis, ex voce homo agnoſcitur, liceat mihi & ex gemina phraſi conijcere Bleſenſem. Primo enim, propria quædam eius phraſis eſt, vt dum de præparatione ad S. Euchariſtiam agit,* incorporare ſibi Chriſtum, *accipiat, pro* ſumere Chriſtum, *vt epiſt. 86.* Tua enim, *(inquit ad Carthuſianum quendam)* ſententia eſt, vt tibi Chriſtum incorpores ſingulis diebus, non diiudicans corpus Domini, *& epiſt.* 1[illegible]

lius, *ait*, plorationis æternæ manu ſacrilega, & ore polluto ſacramentum, in quo vita æterna eſt, recipit, ipſumque ſibi damnabiliter incorporare præſumit. *In ſermone quoque 25. eandem vocem eodem ſignificatu vſurpat. At eadem phraſi vtitur primo huius Tractatus capite diſticho vltimo.*

Non igitur, *inquit*, ſatis eſt naſci de Virgine Chriſtum.
Si ſuus eſuriens homo non incorporet iſtum.

Prou.23.1. Eccli.31.12. *Deinde de eadem præparatione agens, allegat illam ſententiam ſapientis.* Cum ſederis ad menſam diuitis, diligenter vide, quæ appoſita ſunt ante faciem tuam, & appone cultrum gutturi tuo. *Eandem allegat & in hoc Tractatu cap. 20. his verſibus.*

Additur huic Salomon ſacrum formans paradigma,
In quo myſterium ſacri præfulget ænigma.
Quando ſedes, *inquit*, ad prandia celſa potentis,
Quos comedas, attende, cibos, diſcrimine mentis.

Neque me ab hac ſententia absterrent grammatica carminis vitia; cum illa, vt pleraque vocabula barbara in omnibus Bleſenſis opuſculis, non ipſi, ſed ſæculi vitio attribuenda ſint. A me autem huic Tractatui nihil acceſſit, niſi diſtinctio capitum, & paucula Cenſuræ.

PROLOGVS.

Inuocat auctor Sanctiſſimam Trinitatem, Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum, vt de S. Euchariſtiæ myſteriis dignè ſcribere poſſit.

OMNIBVS in factis, inceptis, atque peractis,
Debet præponi DEVS humanæ rationi,
A quo ditatur ratio; res cuncta creatur.
Vt noſtris fautor ſit principiis, ſit & auctor.
Principium verum DEVS eſt, & clauſula rerum,
Quo ſine quod ceptum fuerit; finitur ineptum.
Debet adorari primus, primuſque vocari.
Auctor adoratus primum, primuſque vocatus
Non elongabit ſe, cultoremque iuuabit.
Ergo DEVM fateamur eum, ſed cuncti potentem
Supplicibus noſtris precibus votiſque fauentem.
Inuocatio Patris. O pater æterne, qui cuncta regendo ſuperne,
Omnia diſponis virtute ſacræ rationis
Carminis eſto mei dux & via materiei

Materiam,

Materiam, metrum, *mendacia*, proſpera, PETRVM,
Præſigna. forma. *remoue*. concede. *renorma*:
Materiam primam da te DEVS, addeque limam,
Qua rem ſublimem cœleſti dogmate limem.
Tu faber es prudens, prudenter ſingula cudens.
Enormes normas, res informeſque reformas.
Tu noſtræ mentis fabricam ſacris documentis
Complue, fœcunda, ſuſtenta, dirige, munda.
Vt diuinorum videat ſacra myſteriorum.
Preſſa fame verbi, mea mens in tempore Verbi
Vult refocillari, vult verbi pane iuuari.
Nam verbum panis DEVS eſt, verbum caro panis
Quo nos intus alis: cibus es quia ſpiritualis
Hoc ex te natum, non factum, ſiue creatum
Verbum cuncta regit, hoc tecum cuncta peregit.
Hoc ſuper aſtra tonat, & in aris pro populo dat.
Rector ibi cœli, cibus hîc potuſque fideli.
Hunc panem verum, quo viuit machina rerum,
Pande meæ menti DEVS hunc guſtare volenti:
Nutriat vnde fidem CHRISTVS crucis hoſtia pridem,
Rurſus in altari vult hoſtia ſacrificari.
Vult & in altari nos pane DEO ſatiari.
Hunc ego, ſcripturus laudeſque nouas caniturus
Rex immenſe peto, fer opem cœptiſque faueto. Filij.
CHRISTE patris verbum, ſis os mihi, ſis mihi verbum.
Non verbum fictum, quod pertranſit cito dictum:
Sed quod ab æthre datum ſemper manet ex patre natum.
In verbo tali, verbo tam perpetuali
Pane ſalutari poſſit mens noſtra cibari.
Subtrahe te, panem mundo. dimittis inanem.
Da. mox impletur, viuit, viget atque fouetur.
CHRISTE ciba mentem te iugiter eſurientem,
Deficit ex toto, te viuo pane remoto.
Tu petra, tu panis, tu ianua clauſa profanis,
Ianua tu cœli populo reſerata fideli.
Tu via pande viam, quâ pergitur ad theoriam
Nemo te certe reperire valet niſi per te.
Duritiam frange PETRI, petra, duraque tange
Corda, ſupernorum dulcedine myſteriorum.
Vt videam clarè quis ſacræ ſit cibus aræ,

Quis fons, quis ſanguis, quo vita redit, perit anguis.
Ianua tu vitæ, pulſanti nunc aperi te:
Hactenus vt clauſam reſeres quam poſtulo cauſam.
Res eſt ſub velamine, ſed mihi tecta reuela,
Lux DEVS æterna lucens de ſede ſuperna,
Cui par maieſtas eſt cum patre, parque poteſtas
Huic operi præſto ſis CHRISTE vocatus adeſto
Rex in præclara dextra patris, agnus in ara
Pande tuum numen mihi, funde tuum mihi lumen,
Vt duce te tutus ſcribam tua ſigna ſecutus
Non mea lux ardet, accendere ſi tua tardet,
Quæ te luce caret, mens nullo lumine claret.
Spiritus ſancti. Spiritus alme DEI par lux vtriuſque diei;
A patre procedens natoque, nec inde recedens
Noſtris aſpira cœptis chariſmata mira,
Quæ ſuper athletas Domini ſanctoſq; prophetas
Quondam fudiſti, canerent vt prælia CHRISTI;
Tu fons vitalis, ſed & vnctio ſpiritualis
Chriſmate fœcundas ſacri baptiſmatis vndas,
Hiſque viam pandis animabus viuificandis.
Tu malè torpentes peccati frigore mentes
Cœlitus ignitas virtutum dogmate ditas.
Spiritus alme veni, veniens mea pectora leni,
Quæ peccatorum ſuffocat ſpina meorum.
Impedit internam mundi mala cura lucernam,
Vt non ſincerè valeam tua celſa videre.
Pelle malas curas virtute tua ruituras:
Perq; tuum rorem CHRISTI mihi confer amorem.
Eſurio Chriſtum, panem mihi deprecor iſtum:
Hoc homo pane ſatur, in Chriſto perpetuatur.
Non reticere quidem volo, quod verbum caro pridem
Rurſus in altari caro vult in pane ſacrari.
Spiritus ergò bone, cuius ſumma ratione
Hæc habet effectum res, da ſenſum mihi rectum.
Vt non de pane Chriſto loquar hic, niſi ſane.
In quo nil vanum, nil ſentitur niſi ſanum.
Res eſt obſcura, ſed tu diſſoluere cura
Hoc ſacramentum mihi per fidei documentum.
Tu potes omnimodos ſcripturæ ſoluere nodos,
Quaſque prius celas res, cum vis, ipſe reuelas.

Tu ſa-

Tu ſacer impinguas mutas à famine linguas
Et facis exertas, faris ad ſacra bella diſertas.
Nil ſine te ſcitur, ſine te mihi nil aperitur.
Myſtica ſacrorum reſera mihi dona tuorum,
Ignis tu lucens, directaque ſemita ducens.
Carmen perfectum per collem dirige rectum.
Dirigat ad cœlum mea mens te præduce velum.
Velum cum naui rege, dirige ſyderea vi.

CAPVT I.

Quod verè vna eademque caro ſit, quæ nunc in altari de pane conſecratur, & illa, quæ de Virgine nata, & in cruce paſſa creditur fuiſſe.

PANIS in altari verbi virtute ſacratus
Fit diuina caro noſtri medicina reatus.
Fit caro non alia, quam CHRISTI nos redimentis,
Plena ſacramento cibus & vegetatio mentis.
Hæc caro cottidie quamuis caro non videatur, MISSA.
Panis habens ſpeciem pro mundo ſacrificatur.
Horret natura, rerum ſtupet ordo, ſacratum
De modico panis quondam de virgine natum.
Horret quod verbum caro factum, fit caro rurſum,
Quod naturalem mutat res condita curſum.
Et tamen eſt eadem caro tunc de Virgine nata,
Et caro nunc verbo vitæ de pane ſacrata.
Propter nos homines dignatus tunc homo naſci,
Nunc pius ille ſuo nos optat corpore paſci.
Eſt DEVS & vitæ panis datus vt ſatiaret.
Eſt effectus homo DEVS, vt lapſos releuaret.
Quid datus à cœlo vitæ panis valuiſſet,
Si redimendus homo patiendo famem periiſſet?
Non igitur ſatis eſt naſci de Virgine CHRITVM,
Si ſuus eſuriens homo non incorporet iſtum.

CAPVT II.

Quod mundo fame verbi periclitanti CHRISTVS *panis homo factus ſubuenerit.*

VERBI dira fames homines aliquando premebat
Eſuriens nec homo, quod manducaret, habebat.
Angelicus panis de cœlis venit ad ima,
Cum iam iam mundum ſuccideret vltima lima.

Qui noſtræ carnis paleâ ſua numina velans,
Innotuit mundo Deitatis ſigna reuelans.
Noluit ergo ſuum pius auctor plaſma perire
Deſcendens, vt homo ſua poſſet ad aſtra redire.
Totus corruerat homo, totus erat labefactus,
Occurrit Dominus pereunti victima factus.
Victima ſed ſancta, ſed viua, ſed immaculata
Victima, quæ maculas fugat, ex ſe ſanctificata.
Victima quâ maior offerri nulla valebat:
Quæq; ſatisfacere pro nobis ſufficiebat.

CAPVT III.

Quod non alius præter CHRISTVM *pro peccatis Adæ ſatisfacere poterat. cumque ſecundum vtramque naturam immortalis eſſet, ſponte tamen pro nobis eſt mortuus.*

HOSTIA nulla valens, aut ſufficiens ſatis eſſet
Quæ deleret Adæ culpam, ſi CHRISTVS abeſſet.
Nam debebat Adam pro ſe, nec pauper habebat
Vnde ſatisfaceret, quem culpa grauis prohibebat.
Ipſe DEVS potuit, nec debuit. ergo neceſſe
Eſt, vt homo DEVS hoc faciat, ſine quo nequit eſſe.
Huic quia cuncta poteſt DEVS, huic & homo quia debet,
Materiam tali facto res vtraque præbet.
Fit de naturis eadem perſona duabus
Corporibuſque medens noſtris nec non animabus.
Hic DEVS, hic & homo. duo ſunt. vnus verò CHRISTVS,
Alter in alterius perſonam non malè mixtus.
Qui cum naturâ foret immortalis vtraque,
Maieſtate ſua ſeruata Iuſtitiaque
Sponte crucem ſubiit, niſi vellet, non moriturus,
Morte ſua vitam nobis ſine fine daturus.
Quodq; DEVS verus non debuit ex Deitate,
Hicque beatus homo pro iuſtitiæ grauitate.
Suſtinuit tandem fieri diuina voluntas,
Quæ res perpetuo diſponit numine cunctas.
Ceditur in ligno CHRISTVS crucis hoſtia viua,
Per quem mortalis fieret ſubſtantia diua,
Hoſtia quam fœlix! quâ mundus & aſtra replentur.
De quâ qui comedent æternum non morientur.
Hic verus cibus eſt. hic vera refectio panis.

Quo

Quo qui non viuit, fiet ſpes eius inanis.
Hæc eſt vera caro veri quo paſcimur agni,
Per quem ſulphurei tepuit violentia ſtagni.

CENSVRA.

HIC DEVS, *hic & homo duo ſunt. vnus verò* CHRISTVS. *Alter in alterius perſonam non malè mixtus.*] Impropria locutio; vera tamen, ſi verbis ſana ſubiciatur intelligentia, quam non obſcure Auctor carminis indicat, dum ait. *Vnum eſſe* CHRISTVM, nempe in perſona, quare *hunc* DEVM, *& hunc hominem* non voluit eſſe *duo*, niſi ſecundum naturas: nam paulo ante dixerat. *Fit de naturis eadem perſona duabus.* Simili loquendi formula iam olim vſus eſt Sophronius in epiſtola actione II. VI. Synodi recitata, dum ait. *Confitemur* CHRISTVM *& vnum eſſe, & duo. vnum propter perſonam, duo propter naturas.* Eodem ſenſu exponēdum eſt, quod mox adiungit. *Alter in alterius perſonam non malè mixtus.* neque enim perſona hominis, in perſonam Verbi diuini mixta eſt, duæ enim tunc forent perſonæ in CHRISTO, ſed natura humana in *perſonam Verbi mixta eſt*, id eſt, in diuini Verbi ſubſiſtentiam aſſumpta.

QVI cum natura foret immortalis vtraque.] *Et hæc impropria locutio eſt, conſtat enim* CHRISTVM *naturam humanam a primo conceptionis ſuæ momento vſq; ad reſurrectionem habuiſſe mortalem & paſſibilem, vt definitum eſt in VI. Synodo, & B. Leo ep. 10. docet, ac Damaſcenus lib. 3. c. 28. & lib. de hæreſ. contra Aphtardocitas. Vocat autem auctor carminis immortalem, quia quod mortalis fuerit ex ſola* DEI *voluntate profectum eſt; cum alioquin iure potuerit eſſe immortalis, tum propter dignitatem perſonæ, ad quam aſſumpta eſt, tum quia concepta fuerat à Spiritu ſancto ſine vllo peccato, quod in nobis cauſa eſt mortalitatis. Quo ſenſu B. Damaſcenus lib. 3. cap. 15. ait.* Corpus CHRISTI permiſſum eſſe à diuinitate agere & pati, quæ propria.

CAPVT IV.

Quod agnus in lege immolatus & aſſus, & à populo Iſraëlitico comeſtus typum CHRISTI *geſſerit, & ſuccedente verâ gratiâ veroque ſacrificio, id eſt,* CHRISTO *apparente legales cerimoniæ ceſſauerint.*

IAM non per Moyſen agnus populo datur aſſus,
Agnus CHRISTVS adeſt pro nobis in cruce paſſus.
Huius venturi prior extitit ille figura.
Vmbra receſſit, adeſt lux: fit DEVS hoſtia pura,
Hoſtia ſolemnis CHRISTVS modo ſacrificatur.
Mors tamen huic paſſo ſemel vltra non dominatur.
Gratia ſucceſſit, diſparuit illa vetus lex.
Et mundo noua lex; noua lux; nouus emicuit Rex.
Nil modò placat ouis, nil ſanguis agit vitulorum,
Nil holocauſta boum. periit vetus ordo ſacrorum.
Iam iam deſiſtit pecudes mactare miniſter.

Ex quo mactandus venit pius ille magiſter.
Ergo legem lex; agnum DEVS agnus abegit,
Quodque figurabat vetus, hoc nouus iſte petegit.
Quem velut igne ſacro, dum paſſio coxit amara,
Hoſtia viua Patri crucis eſt oblatus in ara.
Cuius vtrumque domûs ſignamus ſanguine poſtem.
Et procul à noſtris arcemus finibus hoſtem.
Dum labiis & corde crucis facta commemoramus,
Corpus & ipſius cum ſanguine participamus.

CAPVT V.

Quod integer diuerſis licet in locis immolatus perſeuerat agnus, totuſque à fidelibus in eſcam vitæ ſumitur.

QVI quamuis totum per mundum ſacrificetur
Integer in regno manet. vnus ſemper habetur.
Et cum diſtribui per particulas videatur,
Sumitur hîc totus, cœlo totus veneratur.
Aſtra ſolumq; replens manet vnus CHRISTVS vbiq;,
Nunquam deficiens, ac omnis ad omnia cuique.
Iſtum namque cibum cibus olim ſignificauit,
Quo DEVS Iſraël deſerta per auia pauit.
Manna fuit populis cibus omnibus omnis in ore,
Pro variis animis vario exiſtente ſapore.
De quo qui modicum tanquam qui plus capiebat,
Et ſaturabatur, quia cunctis ſufficiebat.
Myſterium magnum noſtro ſub tempore tandem
Enituit, cauſamque parit res myſtica grandem.
Manna quidem Dominus de Virgine matre creatur,
Cuius in altari corpus de pane ſacratur.
Sed quam diſſimiles ſunt hic cibus & cibus ille?
Nam cibus hic DEVS eſt: cibus alter, vt vmbra fauillæ.
Ille cibus periit, & edentes hunc perierunt,
Qui panem vitæ CHRISTVM non eſurierunt.
O panis ſacer & fidei laudabile munus.
Omnibus omnis adeſt & ſufficit omnibus vnus.

CAPVT VI.

Quod panis & caro CHRISTI, *non in merito efficitur conſecrantis, ſed in verbo & in virtute creatoris, & quod à bono nil maius, nec à malo minus perficitur.*

Angelus

ANGELVS hunc panem ſitit,eſurit, hoc recreatur.
Hoc dum viuit adhuc peregrinus homo vegetatur.
Quam fœlix panis; caro fœlix, hoſtia diues?
In terris homines, qui paſcit in æthere ciues.
Non capit hinc iuſtus magis,aut minus hinc homo nequam,
CHRISTVS namque ſui partem facit omnibus æquam,
Si male ſumentem trahit ad mortem ſua noxa.
Sumentem dignè ſublimat in æthere doxa.
Hic panis dum preſbyteri benedicitur ore,
Non eſt in prauo minus: aut magis in meliore.
Sit licet immundus qui ſacræ præſidet aræ.
Sorde tamen nullâ valet hoc ſacrum maculare.
Par verbi eſt virtus,licet impar vita ſacrantis,
Nec creat illud opus homo, ſed vis cuncta creantis.

CAPVT VII.

Quod presbyter in conſecratione ſacrificium commemorans, & imitans cum lachrymis paſſionem CHRISTI *ſit* CHRISTVS *& crucifixus, & ſacrificans & ſacrificatus.*

ADSISTENS aræ pro ſacris preſbyter orat
Menſam cœleſtem DEVS implet, gratia rorat.
Compluit à ſuperis diuina potentia totum,
Quidquid preſbyteri ſacrat admirabile votum.
Nil aliud ſacrifex eſt quàm CHRISTI ſimulachrum.
Dum tractat corpus CHRISTI cum ſanguine ſacrum.
Dumque ſuos oculos in cœlum cordaque figit,
Extendendo manus & brachia ſe crucifigit.
Et dum quæ fuerit mors CHRISTI flendo retractat,
Facta ſuæ carnis Domino velut in cruce mactat.
Sic CHRISTVM CHRISTVS offert homo victima factus,
Sicque crucem patitur,dum commemorat crucis actus.
Qui recto CHRISTVS quomodo crucifixus & vnctus,
Per fidei membrum cum CHRISTI corpore iunctus.

CAPVT VIII.

Quod ſolus DEVS *ſanctificator & adminiſtrator ſit ſacrificij, presbyter verò tantũ miniſter. q̃que eodẽ verbo caro fiat in altari, quo creata eſt in vtero virginali.*

NON alius celebrat, quamuis alius videatur,
Myſterium ſacrum verbum DEVS hoc operatur.
Verbum namque caro factum ſacra verba magiſtrat,
Et per ſacrificem carnem de pane miniſtrat.

Hic opus, hic opifex DEVS eſt: ſacrat atque ſacratur,
Fitque creatura, per quem res cuncta creatur.
Tranſubſtantiatio. Nam res quæ panis pridem ſubſtantia manſit,
In CHRISTI carnem Deitatis munere tranſit.
Neſcit homo, neſcit, ſtupet Angelus hoc ita factum,
Arcanique ſacri pauet inſcrutabile pactum.
Neſcit quo modulo, quo virtutis documento,
Rex elementa creans, prodit DEVS ex elemento.
Sed dextræ excelſi talis mutatio cedit,
Quo viget omne quod eſt, cui mundus & æther obedit.

CAPVT IX.

Quod cœleſtium vaſorum figulus potens in altari modicam panis portionem in melius, hoc eſt in carnis ſuæ gloriam permutare, qui humanitatis noſtræ teſtam aſſumptam & igne paſſionis ſuæ excoctam, de morte potuit ad vitam reformare.

POSSIBILE eſt illi, qui nouit cuncta creare,
Ex alio rurſus aliud quiddam renouare.
Molle lutum figulus, cum vult, & quomodo tornat,
Qui noua vaſa creans, ea cambit, & aptius ornat.
Paret opus Domino, cui præminet illa poteſtas
Vt reparare queat, quas vult diſſoluere, teſtas.
Filius ergo DEI virtuſque patris manifeſta
Ad nos deſcendit, quem texit carnea teſta.
Attamen hæc teſta crucis in clibano bene cocta,
Arte fuit figuli de morte reſurgere docta.
Sed ſane cocta, quam non aqua noxia mollit,
Quæ mundi maculas, & noſtra ſuperflua tollit.
Dura nimis teſta, quæ Tartara fortia fregit,
Et redimens hominem cruce, mortem morte ſubegit.
Manat ab hac teſta ſummæ bonitatis oliuum,
Quod fugat in lauacro baptiſmatis omne nociuum.
Teſta quidem fœlix, quæ vitæ fonte repleta,
Corpora noſtra fouet, animas quoque pace quieta.
Hac ſimili teſta diuina lucerna reſplendet,
Vnde ſacræ menſæ dapibus benedictio pendet.
Et quia noſtra fides abſceſſit prorſus inanem,
In ſacra cœna ſine vino ſumere panem:
A Domino vinum percepto pane petamus;
Quæ ſacramenti ſit in illo perſpiciamus.

Nil

Nil ediſſe prius prodeſt, ſi, quando ſitimus,
Nulla parte ſitim noſtram compeſcere quimus.
Sint deſiderij poſt eſcas pocula magni,
Præſertim quia carnes aſſas ſumpſimus agni.
Aſſa caro nobis facit ora magis ſitibunda,
Quam teneræ carnes, quas mollis decoquit vnda.
Ergo fauente D E O de mentis fonte propino,
Quidquid myſterij de ſacro ſentio vino.

CENSVRA.

Et quia noſtra fides abſceſſit prorſus inanem, &c. *Mendoſus locus. Quod ad ſententiam attinet, notet Lector in hoc capite agi de Conſecratione corporis & ſanguinis Domini in ſacrificio Miſſæ, nam & in capite proximè antegreſſo, & in ſequenti manifeſte agit de Sacrificio. Multorum enim Doctorum probatiſſima ſententia eſt, vtriuſq. ſpeciei conſecrationem eſſentialiter requiri ad rationem veri Sacrificij: eo quod de eſſentia huius Sacrificij ſit expreſſa mortis & paſſionis* CHRISTI *repræſentatio. Vnde ſequitur ſacrificiũ Miſſæ inane eſſe, hoc eſt proprium ſuum effectum non ante conſequi, quam vtriuſq. ſpeciei conſecratio perfecta fuerit.* Vide Franciſcum Suarez 3. tom. Diſput. in 3. part. S. Thom. diſput. 75. q 83. a. 1. ſect. 6. QVOD *ſi contendas locum etiam intelligi de iis, qui participes ſunt ſacrificij, hoc eſt, de laicis communicantibus. Reſpondeo, vt intelligatur: non tamen aliud hoc carmine effici, quam ritum communicandi ſub vtraque ſpecie id temporis, licet non vbique, vſitatum, rationi conſentaneum fuiſſe, eo quod ad expreſſam refectionis, vel conuiuij rationem, non cibus ſolum ad depellendam famem, ſed potus quoque ad reſtinguendam ſitim requiri videatur. Non tamen euertit hæc ſimilitudo vſum ſub vna ſpecie communicandi in tota Eccleſia Latina ab annis penè ducentis receptum; nam & ſub vna ſpecie, integra ſi eſſentiam ſpectes, & perfecta refectio continetur. valet enim, qui ſub ea exhibetur,* CHRISTVS *non ad famem tantũ, ſed etiam ad ſitim ſpiritualem depellendam.* Potus *enim* & eſus, *inquit B Cyprianus in ſerm. de Cœna Domini,* ad eandem rationem pertinent *in ſpiritualibus, & idcirco ipſa S. Scriptura ſpiritualem animæ refectionem, quæ fit per gratiam aliquando declarat ſimilitudine* panis. *Eccleſ. 15. aliquando* aquæ, *Ioan. 4. aliquando* potus. 1. *Cor. 12. &* cibi. *Ioan. 6.*

CAPVT X.

Quod nec caro ſine ſanguine, nec ſanguis ſine carne rectè communicatur. Sicut in Melchiſedech præſignatum eſt, qui in typo Saluatoris noſtri, panem & vinum ſimul libaſſe legitur.

FERTVR ad altare vinum cum pane, litatur
Munus vtrumque D E O, cum paſcha nouum celebratur.
Gaudet vtraque D E V S, laudans acceptat vtrumque,
Per quod mortalem CHRISTVM liquet eſſe, D E V Mq;.
Eſſe D E V M, quia ſe CHRISTVS ſub vtroque reformat.
Mortalem, quoniam mortem crucis inde renormat.
Illa duo de ſe tellus & vinea profert,
Preſbyterique manu genitori filius offert.

 Quod

Geneſ.14.18. Quod per Melchiſedech fuit olim ſignificatum,
Libantem Domino panem vinumque ſacratum.
Hebr.7.3. Huius in hiſtoriis patrem reperire nequimus:
Huius nec matrem, nec auorum nomina ſcimus.
Quis ſignatur eo, niſi CHRISTVS homo ſine patre?
Natus ab æterno de Patre DEO ſine matre.
Hunc ego Pontificem ſummum probo, iureq; regem,
Qui penetrat cœlum, qui donat ab æthere legem.
Panis confirmans, hic eſt, & vitis abundans,
Lætificans animas, & eas à crimine mundans.
Hunc panem, vitem ſacram, flos virginitatis
Edidit huic mundo fructum plenum Deitatis.
Hoc de pane caro, de vite cruor ſacer exit,
Quæ malè ne videant homines ſapientia texit.

CAPVT XI.

Profunda cœleſtium ſecretorum ideo Dominus occultari voluit: vt perfidis celarentur, & fidelibus meritum de virtute fidei creſceret.

ARCANVM cœli Dominus pro tempore celat,
Et poſcente fide, cui vult, & quando, reuelat.
A noſtris oculis ideo ſunt iſta remota,
Nec penitus nobis, niſi mentis lumine, nota.
Vt ſic noſtra fides ad iuſtitiam doceatur,
Et fidei maior merces exinde ſequatur.
Aut ideo voluit DEVS hæc arcana latere;
Ex hoc ne riſum poſſet Iudæa mouere,
Si cæſi carnes hominis crudas ederemus,
Sanguinis & calicem crudi crudum biberemus,
Ergo cibi potuſque ſacri ratione fruamur,
Perque fidem non per ſpeciem ſurſum gradiamur,
Quæ quia corporeo viſu, guſtuque nequimus
Qualia ſint iure diſcernere, mente velimus.
Mens ſacrata DEO guſtu probet interio[illegible],
Quod lux, quod lingua ſenſu neq[illegible]r exteriori.
Nec modus aut ſpeci[illegible] pan[illegible]r inſpicienda,
Immo [illegible]crame[illegible]nti vi[illegible]tus e[illegible] cor[illegible]e tenenda.
Se[illegible]d neque [illegible]e vi[illegible]o qu[illegible]q[illegible]am, niſi proſpera ſperet.
Nam menti [illegible]n[illegible]us, vinum conſpectibus hæret.
[illegible] quamuis vini videatur habere liquorem
S[illegible]ente fide, ſacrum liquet eſſe cruorem.

Hic

Hic eſt ille cruor, qui CHRISTI vulnere fuſus,
Ore ſacerdotis animarum tranſit in vſus.
Vtque ſacramento res poſſit nulla deeſſe,
Debet in altari vino fons viuus ineſſe.

CAPVT XII.

Aqua pariter vino admiſcetur. quia vtrumque ſimul in cruce de latere Saluatoris emanauit, ſanguis videlicet redemtionis, & aqua baptiſmatis per quod Eccleſia ſignatur.

ADMISCETVR aqua vino, quâ ſignificamur,
Nos qui ſaluificis alimentis viuificamur.
Significantur aquâ populi, quos gratia munit,
Quos quaſi membra ſuo capiti CHRISTI cruor vnit.
Porrò, ſi Domino vinum ſine fonte litatur,
Paſſio quod CHRISTI fuerit pro gente negatur.
Nam ſi, quod redimi deberet, plaſma deeſſet,
Tanta tuliſſe DEVM ſine cauſa non opus eſſet.
E contra, ſi fons vini fuerit ſine mixto,
Monſtratur quomodo gens ſola manet ſine CHRISTO.
Nil fons ſaluificus ſine ſanguine propitiatur,
Et ſine fonte ſacro ſanguis nihil hic operatur.
Sic vtrumque ſimul decet in libamine ſiſti,
Sicut vtrumq; ſimul fluxit de vulnere CHRISTI.
Vitis vera DEVS, fons vitæ CHRISTVS habetur:
Fons de fonte, cruor de vite venire videtur.
Quare non aliud alio ſine ſacrificatur,
Dum ſic ad plenum ſacra paſſio commemoratur.

CENSVRA.

PORRO ſi Domino vinum ſine fonte litatur.] *Auctor carminis in ea opinione videtur fuiſſe, miſtionem aquæ in conſecratione calicis, non modo eſſe neceſſariam, vt ſcholæ loquitur, neceſſitate præcepti, ſed etiam neceſſitate ſacramenti, ita vt ſi merum vinum quis tentet conſecrare, nihil efficiat. Sic olim docuit quidam apud B. Bernardum epiſt 69. atq; etiam Armachanus libro 9. de quæſtion. Armenorum, cap. 9. Huic opinioni cauſam videtur dediſſe B. Cyprianus, dum lib. 2. epiſt. 3. ait* contra diuinum mandatum & inſtitutionem fieri, ſi aqua vino non miſceatur, *& infra ſubdit*, ita non poſſe conſecrari vinum ſolum, ſicut nec aquam ſolam. *Verum communis & ab omnibus recepta iam ſententia eſt, miſtionem aquæ neceſſariam quidem eſſe neceſſitate præcepti, non tamen ſacramenti. Non tamen conuenit inter omnes, ſitne præcepto diuino, an Eccleſiaſtico tantum neceſſaria. Licet probabilius ſit poſtremum, nec diſſentit huius carminis auctor, vt liquet ex ſequenti capite.* Vide Franciſc. Suarez tom. cit. diſputat. 45. quæſt. 74. art. 8. ſect. 11.

CAPVT XIII.

In Conſecratione Dominici ſanguinis prius, videlicet in cœna, aquam vino mixtam non legimus. ſed vt huic ſacramento nihil deeſſet ad commemorationem Dominicæ paſſionis, Apoſtoli eorumque ſucceſſores hoc fieri decreuerunt.

HOc in natali calicis non eſt celebratum
Quando Paſcha nouum vetus eſt poſt Paſcha dicatum;
Nam panem tantum Dominus vinique liquorem
In propriam mutans carnem ſacrumque cruorem,
Diſcipulis legitur cœnantibus attribuiſſe,
Vtque ſui memores faciamus idem, docuiſſe.
Mira DEI virtus, qui cœnat, cœna fit idem
Cœnans cottidie nobiſcum, ſicut ibidem.
Et quoniam lateris de vulnere ſanguis & vnda,
Effluxere ſimul, ablutio noſtra ſecunda:
Decreuit Patrum veterum cenſura modeſta
Vt ſint illa duo ſimul ad Paſchalia feſta.
Vt quod in altari factum crucis eſſe videtur,
Hoc in honore crucis nunc à nobis iteretur.
Implent myſterium ſacrum tria. fons, caro, ſanguis,
Quę tria nos redimunt, & ab his tribus interit anguis.
Vnum de tribus his, ſacræ, qui ſubtrahit aræ,
Non dignè poterit ſine cauſa ſacrificare.

CENSVRA.

Hoc in natali calicis non eſt celebratum.] CHRISTVM *tantum in puro vino conſecraſſe docuit quoque paulo antè Auctoris ſæculum Paſchaſius libro de corpore & ſanguine* CHRISTI *cap. 11. & Rabanus lib. de corp. & ſanguine* CHRISTI *cap. 28. Et Thom. VValden. tom. 3 lib. de ſacramental. cap. 32. Sed probabilior eorum ſententia eſt, qui exiſtimant* CHRISTVM *in vino aqua mixto conſecraſſe. Sic enim multi veteres aſſerunt, vt B. Iacobus in Liturgia. Clemens lib. 8. conſtitut. cap. 12. Irenæus libro 5. cap. 2. Cyprianus lib. 2. epiſt. 3. Hieronymus in cap. 14. Marci. Theodoretus dial. 1. Auguſtinus lib. 4. de Trinit. cap. 21.*

CAPVT XIV.

Licet vinum & aqua ante conſecrationem in altari typicè miſceantur, poſt non niſi ſanguis bibitur, quia in ſanguinem demutatur aqua, vt populus, qui per illam figuratur in melius ſe tranſmutatum, dum iſta digne percipit, indicetur.

SED licet in menſa Domini tria conſtituantur
Munera: ſunt tantum duo poſtquam ſacrificantur.

Eſt

Eſt aqua mixta prius, ſed vino quando ſacratur
Non niſi ſanguis erit, quo ſpiritus intus alatur.
Myſtica res dat aquam. CHRISTI cruor ebibit illam;
Nam transfert noſtram DEVS in ſua membra fauillam.
Transfert quando ſuum per corpus ei ſociamur,
Perque fidem tanto capiti noua membra creamur.
Transfert & pridem cum Chriſmatis vnctio ſacri
Nos populos facit eſſe nouos in fonte lauacri.
Sed lauacri fontem fons vulneris iſte figurat,
Et per vtrumque DEVS animarum vulnera curat.
Quorum corda prius facit in Baptiſmate munda,
Poſt lauacrum lapſos emundat ſanguinis vnda.
Ergo duo tantum cruor & caro percipiuntur,
Tertia res typus eſt populorum, qui redimuntur.
Altera res ſaturat, ſed inebriat altera mentem,
Catholicamque DEO confœderat vtraque gentem.
His gemmis gemina ſubſtantia noſtra reſultat,
Quam per Adam veterem mortis ſententia multat.
Sanguine vita calet, gaudet caro carne refecta.
Gaudet vtroque bono refici mundata ſenecta.
His renouatur homo peccatis inueteratus;
Hiſque reuiuiſcit fidei virtute renatus;
His humana ſuum natura reſumſit honorem.
His ſerpentinum gaudet ſuperaſſe furorem.

Ambroſ. lib. 4. de Sacram. cap. 4. Paſchaſius de corp. & ſang. Dom. cap. 11. Alger. lib. 1. cap. 16.

CAPVT XV.

Quod ante legem & in lege ſanctis Patribus regni cœlorum ianua clauſa fuerit, poſt datam verò gratiam, latroni omnibusq; piè pœnitentibus reſerata ſit.

IAM paradiſiacam primus petit incola ſedem.
Iamq; redemtus homo cœlum ſibi vendicat ædem.
Crux facit hoc, cuius rutilans ſuper omnia ſplendor
Hoſtes humani generis proſternit in Endor.
Crux Domini thronus eſt cœli, barathrique catena.
Crux cœli clauis, via vitæ, mortis habena.
Crux penetrat cœlum, replet orbem, ſcindit abyſſum.
Frontibus in noſtris crux impreſſit crucifixum.
Iam thau inſcriptum nullius fronte videmus,
Ex quo ſigna crucis nobis impreſſa tenemus.
Myſtica ſigna crucis ſacer ille character habebat,
Qui gladium mortis peſtemque malum prohibebat.

Nunc

Nunc quia nos redimit vitalis gratia ligni,
Deletur typici ſub ſigno littera ſigni.
Crux patefecit iter tendentibus ad paradyſum:
Namque quod obſtabat ius eſt fatale reciſum.
Enſifer ille DEI Cherubin aditu patefacto,
Chriſticolas intrare modo ſinit enſe retracto.
Flammiuomus gladius verſatilis ille quieſcit,
Matth.11.12. Lætaque Chriſticolis paradyſi porta pateſcit.
Intrat quiſquis amat. à tempore namque Ioannis
Baptiſtæ, patet hæc ſacra ianua clauſa tot annis.
Cœlum vim patitur rapiunt illud violenti,
Ex quo ſucceſſit poſt legem gratia genti.
Gaudet cœlorum rex prædari ſuper aſtra,
Armaque prædoni dat, vt his adeat ſua caſtra.
Nec iam pro regno certanti damna minatur,
Immo vincenti dat præmia cum ſuperatur.
Vtile certamen, fœlix violentia talis,
Cum ſua prædoni prædatio ſit venialis.
Et cum iam victus, victori præſtat honorem,
Cum victor victo ſe clamitat inferiorem.

CAPVT XVI.

Quod huius ſacramenti perceptione & ſalutiferæ crucis virtute paradiſus homini reſeretur, & diabolus ſuperetur.

PRIMITVS obſtruſa patriarchis atq; prophetis,
Nunc eſt facta patens latroni porta quietis.
Cui clypeum virtus. mors vitam, ſpes bona zelum
Contulit, arma fides, CHRISTI confeſſio cœlum.
Luc.23.43. Portauere patres pondusque æſtuſque diei,
Peruolat iſte latro prior ad ſedem requiei.
Illos ad cœlum non induxere priora
Prima, ſecunda ſed hunc introduxit breuis hora,
Vexauit Moyſem in lege labor diuturnus,
Non hunc: denarius tamen æquat vtrumq; diurnus.
Quodque prophetarum patres prius & genitrices
Non poterant, intrant modo fures & meretrices.
Ecce latro pede poſt CHRISTI veſtigia fixo,
Introit ad regnum crucifixus cum crucifixo.
Matth.15.28. Illa vocata canis credens intrat Chananæa,
Vinea dicta DEI gens retro cedit Hebræa.

Perfida

Perfida cur refugis intrare, lattanſque retrorſum,
Non ceſſas operi pietatis figere dorſum?
Cumque DEI pietas hos ſuſcipiat venientes,
Exacuis dentes in eum pietate carentes?
Pone tuam rabiem, quia præteriére priora
Tempora, per CHRISTVM ſuccedunt proſperiora.
Quos tua lex lapidare ſolet, ferroque necare,
Gratia nunc CHRISTI ſtudet ad vitam reuocare.
Gratia nunc melior, quam littera, quæ perimebat,
Sub quâ iuſtitiæ Sol ceu ſub nube latebat.
Gratia Meſſiam iam iam veniſſe prophetat,
Aſpera quæ legis remouet iuga noſque quietat.
Et tamen expectas alium, ſed diſce, require,
Scripta prophetarum CHRISTVM potes hic reperire.
Quem præmonſtrarunt lex, Angelus, atque propheta
CHRISTVS adeſt, CHRISTI ſunt omnia laude repleta.
Nunc veniſſe DEVM ſimul acclamant elementa:
Non tamen attendis elementorum documenta.
Mam cœli regem natum perhibet noua ſtella.
Huncq; DEVM perhibet præbens aqua vina nouella, Ioan.2.9.
Vita defunctos, ægroſque ſalute beauit
Sub pedibus cuius mare ſe calcabile ſtrauit. Matth.14.26.
Denique cum moritur, ſol lunaque ſunt tenebrati, Matth.27.45.
Terra pauens tremuit, ſurrexerunt tumulati.
Hos quoque quos dudum malè captiuarat auernus,
Reddidit ad ſuperos, cum Rex redit ille ſupernus.
Et velum templi, lapides, crucis hoſtia ſcindit.
Sed nondum ſaxum quod habes in pectore findit.
Viſis tot ſignis nondum Iudæa moueris?
Perfidiæ ſed adhuc tenebris malè cæca teneris?
Ecce quid expectas, ſed myſtica quæque retracta.
Verum Meſſiam vel per miracula ſpecta:
Et quia nuda patent velaminis interiora,
Intra nobiſcum, crucifixi numen adora.
Pone tui Moyſis denſum velamen ab ore.
Cultus diſce nouos cultu ceſſante priore.

CAPVT XVII.

Quod CHRISTVS *noſtræ legis lator ſit, & noſter Moyſes, qui nobis de Diabolica poteſtate ereptis, agnus paſchalis immolatus eſt. quique per huius mundi deſertum ad regnum nobis promiſſum nos introducit.*

SI Moyſen quæris, Moyſen iam perſpice CHRISTVM.
Nil Pharaonis onus oberit tibi, ſi colis iſtum.
Ille fuit Typicus, verus nos iſte redemit,
Et Pharaoniticam gentem crucis enſe peremit.
Hic verus Moyſes nos duxit per mare rubrum,
In fidei lauacro veterem perimendo colubrum.
Hic paſchale ſacrum ſtatuit melius celebrari,
Agnum pro nobis ſe paſſus ſacrificari.
Paſcha tuum quondam fuit vmbra figuraque veri,
Sol DEVS effulſit tenebraſque monet remoueri,
Qui nos mundani deſerti per regionem
Paſcit, & ad lactis melliſque trahit ſtationem,
Paſcit in Eccleſia quoties Euangeliorum
Verba recenſentur nobis, virtuſque ſacrorum.
Paſcit in altari dum viuificis alimentis,
Eſurientis cum reficit pia viſcera mentis.
Paſcit nempe domi, quando poſt ſpirituales
Donat abundanter nobis eſcas cereales.
Paſcit & in cœlo, dum mens ſuper æthera rapta,
Hæret tota DEO, ſuperum dulcedine capta.
Sic panis vitæ CHRISTVS nos paſcit vbique,
Ciuibus angelicis eſcam præbens hominique.
Perfida gens igitur patrum caligine fuſca,
Vt ſis vua ferax deſiſtas eſſe labruſca.
Molliat imbre ſuo te CHRISTI gratia demum,
Vt pinguem facias in vitæ vite racemum.

CAPVT XVIII.

Quod Dominus noſter ipſe granum frumenti dictus ſit, quod cadens in terram mortuum, reſurgenſq; in ſemine vitæ multiplicatum ſit, de cuius grano multa fidelium grana orta ſunt, quæ cum ipſo vnum in eccleſia cottidie efficiuntur.

ME quia detinuit paulum digreſſio facta,
Propter Iudæam mea penna priora retracta.
Quod valet in petra frumenti ſpargere granum,
Sic, quod Iudææ CHRISTVM ſero, iudico vanum.
At ſemen CHRISTVM: Iudæam petra figurat
Fertilitate carens, quæ ſemper ſaxea durat.
Ioan. 12. 24. Hoc eſt frumenti granum, quod terra fidelis
Germinat aſſidue, reddens ſua ſemina cœlis.
Hoc grano cœli ſunt horrea multiplicata.

Vrbs

Vrbs ſacra Hieruſalem pingueſcit eo ſatiata.
Hoc eſt frumenti granum quod ab æthere venit,
Cuius adeps animas noſtras & corpora lenit,
Illud ſponte cadens in terram mortificatum
Eſt prius, atque per hoc ſurrexit multiplicatum
Ex vno multis affluxit copia granis.
De quibus efficitur nunc viuus in æthere panis.
Nam quoties CHRISTO creſcente fide generamur
Ex vno grano, quaſi plurima grana creamur.
Cuius cum ſapimus carnes vel ſanguinis hauſtum,
Vnus fit panis vnumque fit hoc holocauſtum. 1.Cor.10.17.
Vna ſic in carne duo ſimul eſſe leguntur,
CHRISTVS & Eccleſia ſic vnum conſtituuntur.
Sic DEVS in nobis, & in illo nos habitamus,
Dum caput hic nobis, illi nos vmbra paramus. forte, *membra par.*
Sic tanto capiti mèmbrum quodcumque cohæret,
In CHRISTI ſemper ſe corpore viuere ſperet.
Nec ſemel hinc labens turpi ſe labe recidat,
Aut CHRISTI membrum meretricis falce recidat.
Non valet hoc membrum CHRISTI de corpore dici,
Quod ſeruit Satanæ, quod ſubditur & meretrici.
Immaculatus amat ſponſus ſponſam immaculatam
Fœdere virgineo ſibi cœlitus aſſociatam.

CAPVT XIX.

Ne quiſquam membrum Diaboli factus ad corpus Dominicum more Iudæ accedere præſumat, quem non tantum prioris culpæ conſcientia damnauit, quam quod adhuc peccator & immundus ad ſacram menſam præſumtuoſe accedere non formidauit.

QVAPROPTER quiſquis non es de corpore CHRISTI,
Dum ſordeſcis adhuc, & nondum pœnituiſti,
Ad Domini menſam non eſt tunc accelerare.
Ne ſi præſumas, Iudæ ſimilis videare.
Iudas omnimodis ſe deliquiſſe ſciebat,
Et tamen à ſacris epulis ſe non retrahebat,
Dupliciter reus hic tam crimine proditionis,
Quam de contemptu violatæ relligionis.
Quare iudicio Domini mala tanta ſequente,
Introiit Sathanas in eum cum pane repente: Ioan.13.27.
Ergo punit eum ſententia pœnaque duplex,
Quod non ante ſacrum fuerit pro crimine ſupplex,

Præbet in Eccleſia Iudas exempla futuris.
Ne corpus CHRISTI manibus tractent niſi puris.
Nam qui cum Iuda malè percipit, excipietur.
Qui bene cum Petro caput ad CHRISTVM referetur.

CAPVT XX.

Quod nulli fidelium ignorare liceat Dominici corporis & ſanguinis ſacramentum, quod in Eccleſia celebratur, ne forte ex eo quod ignorat, ad illud percipiendum cenſeatur indignus.

PERCIPIVNT multi ſacra: ſed quid percipiatur
Ignorant penitus, quibus vltio dita minatur.
Omnis id ignorans ignoratur, quia neſcit
Vnde ſalus oritur, veniæ fons vndæ pateſcit.
Ignoranter homo comedens de ſanctificatis
Leuit.22.14. Sicut ait Moyſes, pœnam feret inſcietatis.
Prouerb.23.1. Additur huic Salomon ſacrum formans paradigma,
In quo myſterium ſacri præfulget ęnigma,
Quando ſedes, inquit, ad prandia celſa potentis
Quos comedas, attende, cibos diſcrimine mentis;
Nam quid proficiat menti caro viuificatrix,
Scire prius debet ratio virtutis amatrix.
Nos monet hinc pſalmus Regis ſimulatq; prophetæ.
pſal.33.9. Eſt quoniam ſuauis Dominus, guſtate, videte.
Vnde patet quomodo nonnulli preſbyterorum
Ignorant penitus virtus ſit quanta ſacrorum.
Si bene quæ virtus viget in ſacris homo ſciret,
Menſam cœleſtem nunquam niſi mundus adiret.
Nunc quia non didicit ſacra, percipit irreuerenter,
Iudiciumque ſibi ſumit mortemque patenter.
Sicque fit, vt CHRISTI caro, quæ datur ad medicinam,
Protinus hic mortis laqueum paret atque ruinam.
Nam quamuis aliquis ſit vitæ religioſæ,
Dum neſcit quid agit, viuit ſibi pernicioſè.
Quomodo myſterij ſacri defendit honorem
Eius, qui nondum guſtauit mente ſaporem?
Vt nequit abſque fide perfectio ſtare ſacrorum,
Sic ſine doctr[illegible]â non ſtabit cultus eorum.
Ergo qui neſcit, hic diſcat & hic veneretur,
Ne contemtoris mulcta quandoque grauetur.

CAPVT XXI.

Quod presbyterum quemque ſacramenta Dominica ſcire oporteat, quibus ſubiectum ſibi populum erudiat, & ad veram fidem inſtruat, ſine quibus fungi ſacerdotio dignè non poterit.

SCIRE velit primum quid victima ſit generalis,
Quid lignum vitæ, quid paſtus ſpiritualis,
Quidue ſit ara, calix, quid in hoc aqua fuſa merumq;,
Quæ duo ſunt vnum, poſtquam ſacratur vtrumque,
Denique cur calicem crux ſignet, crux aret aram
Agni pro nobis occiſi ſanguine claram.
Scire velit quid diluuium tulit. abſtulit vnda
Vnda profunda quidem, ſed & ipſa figura profunda.
Cur Baptiſmatis inſit Chriſmatis vnctio fonti,
Quidue renatorum crux conferat illita fronti.
Sed quid ſacrorum Domini penetramus abyſſum?
Omnia ſcire velit ſacrifex, quibus itur ad ipſum.
Talia qui neſcit; quid culpa eſt quidque grauamen,
Nec ſibi nec populo conferre valet medicamen.
Hinc etiam cæcus cæcorum dux malè cedit,
Quem ſua cum reliquis grauis ignorantia lædit.
Qui verò didicit, quæ ſcire per omnia debet,
Rectè preſbyter eſt & lucis iter bene præbet.

CAPVT XXII.

Quod ſacerdos poſt CHRISTI *veſtigia gradiens verbumque vitæ populis annuntians,* CHRISTVS *Domini, ipſiuſq; angelus dicitur, dumque proximum ad agnitionem* DEI *& amorem cœleſtium inflammat. Seraphinam ſortitur dignitatem.*

PRESBYTER eſt vitæ rectè cuiuis ſacra norma,
Subiecto populo ſit viuendi bene forma,
Cuius vita calens veræ virtutis amore;
Dum rectè CHRISTVM factis imitatur & ore:
Angelus eſt Domini; ſed & eius CHRISTVS habetur,
Qui portare crucem, CHRISTVMq; referre videtur.
Hic cum ſit CHRISTVS, ſicut patet ex Eſaia, *Eſaiæ 9.6.*
Angelus eſt ſummus natus ex matre Maria.
Angelus ille quidem per ſe bonus exſtat abunde,
Angelus hic ab eo factus bonus eſt aliunde.
Nuncius hic debet mandata fidelia cœli,
A cœli Domino populo deferre fideli.

Vnde preces populi flentiſque grauamina terræ
Ad Dominum remeans quaſi noſter præco referre.
Qui ſtans in templo, ſpeculum, fideique lucerna
Contemplando DEVM meditandoque ſola ſuperna
Frigida corda gregis culpæ fuligine nigra,
Quæ pridem fuerant ad vitæ gaudia pigra,
Ad ſuperos reuocans fidei facit igne calere,
Et ſuccenſa DEO vitæ candore nitere.
Hic talis merito ſpecie ſplendet Seraphinâ
Proximus vnde calet culpæ fugiente pruinâ.

CAPVT XXIII.

Quod idem ſit carbo lucens, qui & Seraphin. Nam dum in Eccleſiâ ſancti Rectores populum DEI *peccatorum tenebris extinctum, verbo ſalutis, & exemplo bonæ actionis ad amorem cœleſtium reaccendunt, profecto carbones viui alios ſuccendentes perhibentur.*

SIC populus fidei ſua poſt veſtigia ducens,
Carbones viuos facit illos carbo relucens.
Sed quid in Eccleſia carbonibus eſt faciendum?
Thus operum, Thymiama precum reor his adolendum,
Thuribulum carnis mentiſque crememus vtrumque,
Victima quæ placet duplex hominemq; DEVMq;.
Nunc de multorum carbonum diuite maſſâ
Saltem lingua duos mea dic: ad cætera laſſa.
Ardens carbo fuit Laurentius, ignis in igne.
Cui crates palmam, mors contulit æthera, dignè.
CHRISTVS bis ſe obtulit DEO, primo in purificatione, ſecundo in cruce. 331

CHRISTVS plus dilexit corpus Eccleſiæ, quam ſuum, quia hoc paſſioni expoſuit, non illud. 339

DEVS plus laborauit in homine redimendo, quam in mundo creando. 491

Guttæ ſanguinis CHRISTI adhuc apparent in columna. 361

Poſt mortem & reſurrectionem CHRISTVS veras vulnerum ſuorum cicatrices oſtendit. 475

Poſt reſurrectionem prius apparuit CHRISTVS Mariæ peccatrici, quam ſuæ benedictæ matri ſecundum Bleſenſem. 88. ſed probabilior opinio eſt, quod prius ſuæ matri. 578

Ante aſcenſionem CHRISTI in cælum omnes animæ deſcendebãt ad inferos. 516

Omnis CHRISTI actio, Chriſtiani eſt lectio. 331.343

Chryſoſtomus.

B. Ioannes Chryſoſtomus noluit, more aduocatorum, cauſas forenſes agere, licet eſſet diſertiſſimus. 54546

Ciſter-

Ciſtertienſis Ordo.

Ciſtertienſis Ordo præ cæteris religioſorum Ordinibus laudatur. 145.146.155.176

Ciſtertienſes quidam monachi arguuntur, quod non ſoluant decimas clericis. 146 147

Clauſtrum. Clauſtrales.

Vide, Monaſterium & Monachus.

Clerici.

Clerici in aulis Principum ſecularium degentes a promotione arcentur. 9. *non poſſunt ſe curialibus vel ſecularibus miſcere negotiis.* 25. *ſæpe tamen vtiliter in Regum aulis degunt, modo Eccleſias, quibus præſunt, non deſerant.* 276. *Rudiores potius quam doctiores verſari in iiſdem debent.* 27

Clericis omnis negotiatio vetita eſt. 36. 37. *Et venatio.* 96. 108. *non tamen omnis.* 581

Clerici non debent tractare cauſam ſanguinis. 73. 74. *ſed nec diſputando illam diſcutere, licet eam non pronuntient.* 542

Clericis iuris ciuilis vſus noxius eſt. 54. 254. 255

Clerici immunes ſunt à ſoluendis tributis, ſicut ſacerdotes in veteri lege. 201 202

Clericorum vita ſcandaloſa reprehenditur. 98. 99. 341

Clerici naturales affectus erga parentes debent abſcindere. 258

Clericorum tonſura deſignat temporalium cupiditatum abraſionem. 318

Clericorum occiſores mitius punire, quam occiſores laicorũ, magnus eſt abuſus. 128

Clericus quidam factus miles miſerrimè periit. 74

Cœnobium. vide, *Monaſterium.*

Communio. vide v. *Euchariſtia.*

Confeſſio ſacramentalis.

Quoad nomen, materiam, neceſſitatem, & effectum.

Confeſſio duplex eſt, laudis & peccati: à confeſſione laudis dicimur Confeſſores, a confeſſione peccati confitentes. 420

Confeſſio peccati alia vera & ſalutifera eſt, vt in Petro & Magdalena, alia falſa, vt in Eſau & Saul, alia deſperata, vt in Cain & Iuda. 519 520

Confeſſio ſalutifera, dicitur baptiſmus pœnitentiæ, & eſt ſecunda poſt naufragium tabula. 518

Confeſſionis materia ſunt peccata, non ſolum mortalia, quæ initio Quadrageſimæ quotannis ſunt confitenda, ſed etiam venialia, in fine Quadrageſimæ. 337

De Confeſſione mortalium facienda initio Quadrageſimæ, vel venialium in fine nullum extat præceptum, ſed nec venialia vnquam tenemur confiteri, etiamſi ad Euchariſtiam accedendum eſſet. 601

Confeſſio neceſſario facienda eſt homini ſacerdoti, & non ſoli DEO, *quia ſi confeſſio* DEO *facta ſufficeret, ſine cauſa datæ eſſent claues Petro.* 460

Sine Confeſſione nemo, teſte Hieronymo, ſaluari poteſt. 519

Confeſſio auricularis ab omnibus eſt facienda, etiam ab agendis in crucem, alióue ſupplicio afficiendis iuxta Concilium Moguntinum. 129

In Confeſſione omnia lauantur. 336. 518. *opera mortua reuiuiſcunt.* 519. *aperitur paradiſus.* ibid. *imò nulla re homo magis conſeruatur a peccato, quam crebra confeſſione, & crebriore diſciplina.* 494

Confeſſionis conditiones.

Confeſſio debet eſſe pura, ſincera, humilis & fidelis. 337

Confeſſio debet eſſe integra, & non dimidiata 337. *ſingula enim ſunt aperienda, & dolendum de ſingulis.* 521. *ſed nec fœdiora peccata ob pudorem reticenda.* 120. 519. *& ſi vnum dixeris & aliud reticueris, ſanari non poteris.* 434

Confitendæ quoq; ſunt peccatorum circumſtantiæ omnes, vt cauſa, locus, tempus, & quicquid menſuram reatus exaggerat. 521

Confeſſionem ſinceram & fidelem impediunt quatuor, pudor, timor, ſpes, deſperatio; remedia ſunt contra illa quatuor. 520

Confeſſioni, ne quid reticeatur, præmittendum conſcientiæ examen. 522
Confeſſio falſa et ſimulatoria eſt, quæ ex cordis amaritudine non procedit. 523
In confeſſione maxima eſt contritionis & lachrymarum efficacia. 52. *imo multis ſola contritione et confitendi propoſito remittuntur peccata.* 531
Confeſſionis ſecretum reuelantes grauiſſime in canonibus puniuntur. 529
Confeſſionis Miniſter, vel Confeſſarius. Vide v. *Sacerdos.*
Confeſſarius dum confitens prouoluit ſe ad pedes ſacerdotis, gemens & flens, errorũ ſuis conſcius, debet primò confortare confitentem, ne deſperet, ob grauitatem peccatorum, propoſito exemplo Petri, Pauli & Magdalenæ. 2. *hortari, vt effundat cor ſuum, id eſt, omnia peccata liberè aperiat.* 3. *audiat confeſſionem patienter,* 4. *inquirat cauſas peccatorum: caſu an ſtudio, an neceſſitate quadam patrarit, quamdiu in voluntate patrandi perſeuerarit, vt ſecundum hoc maiorem, minoremue ſatisfactionem iniungat. Elicere quoque ex ore debet, an talia vel talia commiſerit. Ex Apoſtolo diſcat, quæ mortalia peccata ſint, quæ non. Nullum peccatum extenuet. Videat quomodo peccetur verbo, ſæpe enim venialiter tantum delinquitur.* 438. 439. 434
Boni Confeſſarij virtutes tres, bonitas, diſciplina, & ſcientia. 529. *non debet eſſe aut nimis auſterus, aut nimis remiſſus, ſed cum diſcretione magnam, paruamque pœnitentiam iniungere, ſecundum peccati qualitatem, pœnitentiſque contritionem, facultatem & vires.* 460. 529 438. *Confeſſarius quidam ob indiſcretionem ſuam a* DEO *punitus.* 530. *Debet potius ad miſericordiam quam ad iuſtitiam inclinare.* 530. 531. *& immunis eſſe a culpa, quam iudicat.* 531

Conradus Archiepiſcopus Moguntinus.
Conradus [illegible] a Vvittelſpach, Comitis Pa[illegible], Petri Bleſenſis condiſcipulus. 262. *Archiepiſcopatu iniuſtè à Friderico I. Cæſare pulſus, quod Alexandro III. legitimo Papæ adhæreret. Epiſcopus Sabinenſis & Cardinalis creatus, auctor fuit vt Rex Anglorum Richardus e carcere liberaretur.* 596. 597

Conſtantinus Magnus.
Conſtantino Magno apparuere Apoſtoli, Petrus & Paulus. 113

Contemplatiui.
Contemplatiuorum duo ſunt genera. Vnum eorum, qui magis orationi vacant quam lectioni, vt ſunt Clauſtrales; Alterum eorum, qui magis lectioni, quam orationi, vt Scholares. 333. 442
Contritio. vide *Pœnitentia.*
Cruce ſignati. vide, *Terra ſancta.*
Curia, & Curiales. vide, *Aula & Aulica vita.*

D.

Decimæ.
Decimæ iure diuino, ſecundum Bleſenſem, pendendæ ſunt clericis, etiam a monachis. 146. 147. *Quo ſenſu verum ſit, iure diuino decimas deberi clericis.* 586
Decimæ tributa ſunt egentium animarum. 147
De decimis noualium legem tulit Hadrianus Papa. 147. 586
Defuncti. vide, *Mortui.*
Detractio. vide, *Lingua.*
Detractio, maxime in Principes, grauiter reprehenditur. 70. 71
Exempla eorum, qui detractiones moderatè tulerunt. 211. 542

DEVS.
DEVS, *licet in omnibus locis ſit virtualiter & eſſentialiter, tamen ſecundum aliquem modum exiſtendi, id eſt, perſonaliter, eſt in vno loco, id eſt, in ipſo homine aſſumpto per gratiam.* 257
A DEO *quicquid habemus, mutuum eſt, non donum; depoſuit enim apud nos beneficia, non dedit.* 293
DEI *dona bonis & malis ſunt communia.* 525

Diaco-

Diaconus.

Diaconi quales eſſe debeant, & quàm perfecti. 257.258

Diaconorum officium non eſt conficere corpus Domini, ſed conficientibus humiliter aſſiſtere. 219

Diaconatui annexum eſt officium miniſtrandi menſis, & annunciandi verbum DEI. 257

Diaconus uxorem ducens peccat contra DEVM, *& Apoſtolicas ſanctiones.* 142

Diaconi ſimplices, ob utilitatem vel neceſſitatem Eccleſiæ poſſunt cogi ad ſacerdotium, non autem Archidiaconi. 220

Cœleſtinus Papa II L. annis 65. fuerat Leuita, vel diaconus. 221

Dignitates. vide, *Prælatus.*

Dilectio. vide, Caritas.

Diſciplina.

Diſciplinæ uſus, vel proprij corporis diuerberatio laudatur. 36. 98. 192. 226. 261. 324. 499. 524 526. 535. 546. 605

Duo mirabiliter hominem a peccato conſeruant. frequens confeſſio, & frequentior diſciplina. 494

Diſciplinæ, ſempore Bleſenſis, nō ſolum apud religioſos, ſed etiam apud laicos & clericos, Epiſcopos, Principes & reges uſitata. 605

Diſciplinarum uſus ante Bleſenſis ſæculum tempore B. Petri Damiani in Italia frequentiſſimus. ibid.

Diuitiæ.

Diuitiarum accumulandarum vanitas oſtenditur. 37.38.106.107.145.187.425

Diuitiæ cum labore acquiruntur, cum timore poſſidentur, & nunquam ſine dolore amittuntur. 332

Diuitibus magis neceſſaria eſt pœnitentia quam pauperibus, quia ſemper pœnitenda committunt. 509. *Et periculoſa eſt in iis pœnitentiæ dilatio.* 510

Diuites multi & maximè Reges & principes intempeſtiua morte periêre. ibid.

Diuitiæ quando ſunt commendabiles. 259

DOMNVS.

Domni voce, p Dominus, qui uſi fuerint. 600

E.

Ebrietas.

E*brietas, & conſuetudo poculis certandi grauiter reprehenditur.* 11.489

Eccleſia.

Eccleſia eſt duplex, militans & triumphans. Vtraque montis in S. Scriptura comparatur, illa ob celſitudinem vitæ, hæc ob eminentiam gloriæ. 312.417

Eccleſia militans continet in ſe quatuor genera fidelium. Vnum malorum, tria bonorum, nempe, actiuos, contemplatiuos & Prælatos. 417

In Eccleſia tres ſunt ordines ſaluandorum, coniugati, continentes & prælati, in Noë, Daniel & Iob, quos Ezechiel viderat, præſignificati. 374

Eccleſia rectiſſimè confertur cum Luna. 12

Eccleſia Romana eſt omnium Eccleſiarum magiſtra. 119

In Eccleſia varietas officiorum & miniſteriorum laudanda. 178

Eccleſia conſeruatur & proficit per vnionem & concordiam. 139

Eccleſia tunc maximè vincit, cum læditur & oppugnatur. 223

Inauditum eſt, Eccleſiæ perſecutores vltricem DEI *manum euaſiſſe.* ibid.

Eccleſia non habuit poſſeſſiones vſq; ad tempora Conſtantini Magni. 318

Eccleſia immunis eſt ab exactionibus & tributis. 214

Eccleſia poteſt criminoſos tradere brachio ſæculari puniendos: duo enim gladij, Petri & Cæſaris, mutuum a ſe mendicant auxilium. 129

Eleemoſyna. vide, *Miſericordiæ opera.*

Epiſcopus.

Epiſcopus in conſecratione promittit ſe terrenis negotiis, & turpibus lucris renunciare. 539

Epiſcopus eſt ſucceſſor, villicus, hæres & Vicarius Petri, cui in Petro dictum, Paſce oues meas. 204.275.538.542. *Apoſtolorum filius & hæres.* 89.572

Epiſcopi quidam abſurdè ſe vocant Barones cum paſtores vocari debeant. 537

Epiſcopis ætate confectis olim adiunctus coadiutor, vt Valerio Hipponenſi Epiſcopo Auguſtinus. 76.575

Epiſcopis etiam reges & reginæ ſubiecti. 282. Archiepiſc. Cantuarienſis minatur excommunicationem filio Henrici II. regis Anglorum, ni Patrem bello oppugnare deſiſtat. 83. Item aliis. 122. reprehenſione digni fuere Epiſcopi, qui tempore Conſtantini Magni maiorem reuerentiam exhibuêre regalibus edictis, quam ſanctionibus Euangelicis. 539. Eis enim reſpondere non oportet de commiſſa iuriſdictione Cæſari, ſed CHRSITO. ibid. In Sicilia Epiſcopi quidam incarcerati, ꝙ per vſurpatas ſæculi adminiſtrationes vinculo curiali ſe obnoxiaſsẽt. 542

Epiſcopus non poteſt oues ſuas deſerere peregrinationis cauſa, cum ei in Petro dictum ſit, Paſce oues meas. 275

Epiſcopis nonnunquam fuga licita eſt, licet rariſſimè. 222.223

Epiſcopi munus eſt prius ſe docere quam alios 534. conſilio auxilioque multorum vti, diligenter videre quos habeat collaterales; quicquid enim illi fecerint, Epiſcopo tribuitur, quicquid ipſe ratum habuerit, mandato comparatur, melius tamen faciet, ſi ſoli orationi confidat. 534

Si longa eſt manus Regis, longior debet eſſe Epiſcopi. 543

Epiſcoporum ſtatus periculoſus. S. Martinus celebrior fuit miraculis ante ſuſceptum epiſcopatum, quam poſt. Gaufridus Clareuallenſis Prior poſt mortem cuidã apparens dixit ſe futurum fuiſſe de numero reproborum, ſi Epiſcopatũ Tornacenſem, ad quẽ fuerat electus, ſuſcepiſſet. 192

Epiſcopi ſimiles ſunt oliuæ. 413

Epiſcopi, quibus virtutibus præditi eſſe debeant, fusè traditur, pag. 31. & ſeq. 50 533. & ſeq.

Epiſcopus ædificare debet ſubditos vultu, habitu, inceſſu. 535. orationi, actioni vel lectioni ſemper intendere. 535.538. nõ gloriam ſuam quærat. gloria enim Prælati eſt, ſi ſe inſufficientem oneri, & honore indignum iudicet. 535. ſi ſeruum ſe reputet ſubditorum: nec laudes ſuas audiat. 530. ex aliquo ſemper infamem ſe fore putet, niſi operibus veram exhibeat ſanctitatem. 52. Ex ſua profeſſione obnoxius ad carnem caſtigandam diſciplinis. 36

Epiſcopus nulla re præclariorem famam comparat, quam ſi viriliter tueatur Eccleſiaſticam libertatem. Si quid enim vitam eius offuſcauit, totum reformat & redimit zelus domus DEI. 44. quæ lenitas in eo requiratur. 182.183

Epiſcopi eſt omnia ſaluti animarum poſtponere. 538. examinare conſcientiam quomodo profecerit in virtute. 537.538 procurare clauſtris quietem, ordinem monaſteriis, & clericis diſciplinã. ibid. Non tantum a malis abſtinere, ſed etiam bona facere, ſpiritalia potius curare, quam temporalia. 7.8

Epiſcopo noxiũ eſt, ſi nimiis curis ſit diſtractus. 34.35. ſi ad minima & vilia conſideranda ſe demittat. 537. poteſt regum conſiliis intereſſe. 149.150

Epiſcopi eſt patrimonium crucifixi pauperibus, non militibus, vel nobilibus erogare, cuius non eſt Dominus, ſed diſpenſator. 43

Poteſt tamen parentibus & conſanguineis ſubuenire, modo externos honeſtos non negligat. 69. ſed non poteſt conſanguineos ditare ex patrimonio CHRISTI. 106

Epiſcopi mali, quæ ſint indicia, & mores. 31. 32.39.40

Epiſcopi indocti arguuntur, qui Epiſcopatus ambiunt. 49 50

Epiſcopatus ſimoniacè, vel per ambitionem obtentus meritò deſeri debet. 77

Epiſcopis vetita eſt venatio clamoſa, ſpiritalis autem venatio maximè eis incumbit. 96.581

Epiſcopum quantum dedeceat auaritia. 165.166

In Epiſcopis ſacrilegium eſt, quod in aliorum verbis eſt periurium, & quod in aliorum verbis ſimplex promiſſio, in Epiſcopis eſt iuſiurandum. 89

EVCHA-

EVCHARISTIÆ.

Dignitas, materia, forma, tranſubſtantiatio.

EVCHARISTIÆ ſacramentum Spiritus ſanctus conficit, cui angeli humili famulatu aſſiſtunt; quo diuinis terrena iunguntur. In eo contrectatur vita animarum, pretium mundi, panis angelorum. 231.232. *Scio & profiteor tempore immolationis cœlos ad vocem Sacerdotis aperiri, angelos præſentes aſſiſtere, vnum & idem ex viſibilibus & inuiſibilibus fieri, & operatione Spiritus ſancti terrena cœleſtibus iungi. Magnum eſt hoc ſacramentum ſupra omnem æſtimationem, intelligentiam & eminentiam, in quo ſalus eſt mundi, pretium ſæculi, pretium ſine pretio, pretium inpretiabile.* CHRISTVS *enim immortaliter viuens in myſterio altaris quotidie immolatur.* 216. *Euchariſtiæ ſacramentum eſt abyſſus profundiſſima, & humano ſenſui inperceptibilis.* 257. *Pro pignore & obſide cœleſtis gratiæ nobis relictum.* 217

CHRISTVS *corpus ſuum in cœna ſub forma vel ſpecie panis & vini diſcipulis dedit ad comedendum, & de cætero ad conficiendum, dicens. Accipite, & comedite. hoc eſt corpus meum. Et item. hoc facite in meam commemorationem.* 358. 435. *Sacerdotes corpus Domini conficiunt, ſumunt, & ſumendum aliis tribuunt.* 435. *verum ſanguinem agni immaculati offerunt.* 253. *manibus & corpore* CHRISTVM *portant.* 216

Panis & vinum miniſterio ſacerdotum in carnem & ſanguinem CHRISTI *tranſubſtantiantur virtute verborum cœleſtium accidentibus, quæ prius ibi fuerant, ſine ſubiecto remanentibus.* 257. 435. *Fuit ergo vox* Tranſubſtantiationis, *multo ante Concilium Lateranenſe ſub Innocentio III. anno 1215. celebratum, quo Bleſenſis iam obierat, vſurpata.* 596

Euchariſtiæ

Cōmunio, ad eam præparatio, effectus.

In primitiua Eccleſia quotquot intererant conſecrationi Euchariſtiæ, communicabant, & ideo Collectæ poſt communionem in plurali dicuntur. Refecti cibo potuque ſpirituali. *Et.* Sacramēta quę ſumpſimus. *Creſcente autem numero fidelium, ſingulis Dominicis communicarunt. Refrigeſcente vero caritate ſtatutum eſt, vt ter communicarent, in Paſcha, Pentecoſte, & Natali Domini. Modo autem, cum omnes fere inutiles facti ſunt, non audeo dicere, ex præcepto Eccleſiæ, ſed ex tacita ipſius permiſſione introductum eſt, vt ſemel in anno congregarentur in Eccleſia ad communicandum, quod præterire fas non eſt.* 354. *rectius faciunt, qui crebrius ex amore* DEI *ad communionem accedunt, quam qui ex reuerentia abſtinent.* 587

Euchariſtia corde contrito & humili & conſcientia pura, magnaque reuerentia ſumenda. 154. 218. 232. *Et a ieiunis.* 346. *Qui vero os immundum ad ſanctiſſimam* CHRISTI *carnem ponit, eam quaſi in lutum platearum proiicit, & qui ſacra illius verba ſacramenti ore immundo profert, in faciem Saluatoris ſpuit* 436

Licet ſit ſanatum hulcus criminis in baptiſmo & pœnitentia, tamen manet pruritus hulceris, quem mitigat Euchariſtia. 561. *Cum corpus* CHRISTI *caro ſit, & non ſpiritus, ſpiritum tamen, & non corpus reficit.* 257. *hæc hoſtia ſingulariter ab æterno interitu animas ſaluat.* 216

Corpus CHRISTI *idem in Euchariſtia apud nos eſt in diuerſis locis, quia in diuerſis altaribus, contra naturam corporis; idem tamen corpus eodem tempore eſt in cœlis. Licet enim ex natura corporali & circumſcriptibili ſit vno duntaxat in loco, tamen in pluribus locis eſt virtuali potentia & ſpirituali modo.* 257. *Eodem momento & in cœlum rapitur conſecratum corpus* CHRISTI *miniſterio angelorum, & ante oculos ſacerdotis in*

tis in altari videtur. Sicut enim diuinitas Verbi implet totum mundum, ita corpus illud in pluribus locis conſecratur; nec ſunt multa corpora, ſed vnum corpus, & vnus ſanguis. ideoq; ſiue plus, ſiue minus quis inde percipiat, omnes æqualiter CHRISTI corpus integerrimè ſumunt. In his & ſimilibus ratio prorſus deficit, non deficit tamen fides, ſed attingit, quod non præſumit ratio: & quod mirabilius eſt, ex rationis defectu fortius conualeſcit. 257

Excommunicatio.

Excommunicatio lata a Papa Romano & Epiſcopis in eos, qui bellum mouerunt Henrico II. Regi Anglorum. 122

Excommunicatio lata a Richardo Archiepiſcopo Cantuarienſi in pſeudoepiſcopos adulterantes bullas Papæ. 92

Excommunicatio lata in Epiſcopum grandæuum Venatorem. 96

In Excommunicationis, vel Suſpenſionis ſententia ferenda prima, ſecunda & tertia admonitio præmittenda eſt iuxta Concil. Lateran. 102

Excommunicati, aut cito mori ſolent, aut magno pudore ſuffunduntur. 122

Exemptio. vide v. Abbas.

F.

Fides.

Fides apprehendit per gratiam, quod non potuit in articulis fidei ratio capere per ſeipſam. infirmatur ratio, vt ſit fortior fides. ratio ſuccumbit, vt fides amplius mereatur. nec inuidet ratio merito fidei, ſed libenter & humiliter acquieſcit. Quod enim fides meretur, non ſibi ipſi meretur, ſed potius rationi. Sane fides euacuabitur, & ratio permanebit. Fides nimirum non eſt, niſi in via; ratio autem erit in patria perfecta & plena. ibi ratio & ſcientia metet, quod nunc ſeminat fides: dignumque eſt, vt ratio ibi fructum percipiat de merito fidei, quam adiuuat, dum ſe prorſus abnegans a ſeipſa hic deficit, vt quandoque fidei beneficio in ſe creſcat. Fides igitur ſine contradictione conſentiens gratia DEI tota innititur, & dat gloriam DEO, ſciens ipſum poſſe facere, quod non poteſt ratio humana percipere. 257

Fides eadem veteris teſtamenti & noui. 352

Fides, vel fidelitas militi ſeruanda erga Principem, & ſubditis in Superiore. 122

Filij.

Filiorum educatio no debet eſſe æquo blandior. 90. 487. & idcirco merito eorum ſcelera aliquando puniuntur in parentibus. 130. Eorum inobedientia & irreuerentia erga parentes, quam ſit peccatum graue, & quanta pœna dignum. 81. 82. Filij belligerantes contra parentes non dimidiant dies ſuos. 116. cum parricidij ſcelere eis reſiſtitur. Quouſque eis adhærendum. 43. Verus amor filiorum in parentes quanti faciendus. 487

FRIDERICVS I Barbaroſſa.

Fridericus I. Imperator Octauiano Papæ Schiſmatico adhæſit cõtra Alexandrum III. 265. 577. Eius obitus miſerabiliter deſletur. 295. In Oriente præfocatus aquis. 598

Fures.

Fures, an rectè capitali pœna plectantur per leges ciuiles. 539

G.

Gentilium ſcripta.

Gentilium Scriptorum dicta & facta recte interſeri tractatibus ſacris. 212

Gratia.

Gratia DEI præſto eſt omnibus, ſi DEO eam offerenti conſentiant. 325. gratia DEI obeſt, ſi alij non proſit. 532. non tollit meritum, nec liberum arbitrium. 552. nemo in hac vita certus eſt, ſe eſſe in gratia, vel immunem eſſe a peccato. 209. nemo de ſalute ſua ſecurus. 250. Licet aliqui ex fide dicatur ſaluari in Scripturis, totum tamen eſt ex gratia, quia ſine gratia nemo credit. 552

Gula.

Gulæ vitium fuſè reprehenſum. 151. 152. poteſt gula peccari etiam in vſu ciborum vilium. 487. 488. 492

H.

Henricus II. Rex Anglorum.

Henricus II. Rex Anglorum laudatur. 17. 81. 504. Eius ſtatura & mores deſcribuntur. 114. 115. 116. 563. ei regnum Palaſtinæ & Italiæ oblatum. 204. 592. non fuiſſe auctorem martyrij S. Thomæ Cantuarienſis Archiepiſcopi duo Legati Apoſtoli publice declararunt. 116. S. Thomæ auxilium in periculis ſæpè implorauit, euentu felici. ibid. Queritur Papæ de perſecutione filiorum. 245

Henricus III. Henrici II. filius.

Henricus III. Regis Henrici II. filius cum fratribus Richardo & Ioanne, ac matre Aleonora, iuuante Ludouico Francorum Rege bellum geſſit contra Patrem. 245. qua de re obiurgatur ab Archiepiſcopo Rothomagenſi. 63. 64. Et a Richardo Archiepiſcopo Cantuarienſi. 81. De eius dotibus, pœnitentia, morte agitur pag. 3. 564. Defletur eius obitus a Chriſtianis terræ ſanctæ. 290

Henricus VI. Imperator.

Henricus VI. Imperator Romanorum à regina Angliæ grauiter reprehenditur ob Richardum Anglorum Regem filium ſuum, in vincula coniectum. 263. & ſeq. Occulit Legienſem Epiſcopum. 270. per tyrannidem inuaſit Siciliam. 271

Hildebertus Cenomanẽſis Epiſcopus.

Hildeberti Cenomanenſis Epiſtolæ laudantur. 185. 592

Homo.

Hominis quanta ſit dignitas. 462. cur omnes creaturæ ei ſeruire debeant. 554. quod imago DEI *in eo non ſit abolita. 555. habet in ſe beatiſſimæ Trinitatis imaginem, quæ perfectè reſtaurabitur in cœlo. ibid. Quomodo ſimilis ſit factus iumẽtis. 462. Quod mortalitas illi inflicta ſit, ſignum eſt diuinæ miſericordiæ, alioquin enim eius miſeria foret immortalis. 365. Homo nil aliud eſt, quam vile ſperma, ſaccus ſtercorum, cibus vermium.* 494

Fœmina omnium malorum auctrix 499

Homicidæ.

Homicidæ aliorum, tandem & ipſi gladio pereunt, quod exemplis regum oſtenditur. 73. 574

Horæ canonicæ.

Horæ canonicæ ſunt octo, quarum numerus ab Eſdra ſumpſit exordium. nocte enim ſemel, interdiu ſepties pſallimus. 437. 438. Rationes, cur quaq; hora pſallatur. 438

Hoſpitalitas.

Hoſpitalitas fuse laudatur. 59. qua langueſcente in cœnobiis & ipſa cœnobia defloruere. ibid.

Humilitas.

Humilitas admodum commendatur. 4. 5. 528. eſt primogenita ſummi Regis filia. 356. 408. indiuidua comes & collactanea Virginitatis. 398. 428. neceſſaria eſt omnibus diſcipulis. 315. ea omnes tentationes, teſte S. Antonio, ſuperantur. 391. Tribus rebus nutritur, aſſiduitate ſubiectionis, conſideratione propriæ fragilitatis, & comparatione viri melioris. 408. multiplex eſt, vera & falſa. 314. melior eſt purpurata humilitas, quam pannoſa ſuperbia. 546. vera humilitas eſt, iniuriam non poſſe facere, & factam poſſe tolerare. 408

I.

Ieiunium. vide, *Abſtinentia.*

Ieiunium quod ſit laude, quod vituperatione dignum. 336. 345. Dies ieiuniorum ſunt dies afflictionis. Vnde Dominus ait. Decima die ſeptimi menſis affligetis animas veſtras. Non enim vere ieiunat, qui ad luxurioſam cœnam ſeruat ventrem ſuum, qui non parcius ſolito comedit, & aridius. 426. Non credo in homine incolumi ieiunium alicuius eſſe meriti, quod eſuries non præcedit. Ieiunare, & ieiunio non affligi, non habet meritum ieiunandi. 492. Et ſi qua affligit, ieiunium eiuſmodi non ſit meritorium, aliis tamen de cauſis poteſt eſſe meritorium. 604. non videri debet abſurdum, ſi propter abſtinentiã caput doleat, quod ſæpius ex ebrietate doluit. 524

Theleſphorus Papa decreuit, vt clerici ſeptem ante Paſcha hebdomadis ieiunent. 595

Ieiunij tempore poſt ſextam dicitur Miſſæ officium, vt vſque poſt nonam protrahatur abſtinentia ciborum. In Quadrageſima vero etiam vſq; poſt nonam differtur Miſſæ officium, vt etiam vſque poſt veſperas refectio differatur. 339

Apoſtolorum Vigiliis, & aliis quibuſdam temporibus neceſſitas ieiunandi indicta eſt. 492

Ieiunandi modi ſunt varij. ibid.

Imperatores.

Imperatores Romani quamplurimi ſanguinis effuſores, pene omnes male perierunt. 73. 510. *Quidam ita patientes, vt etiam maledicta aliorum & ſannas moderatè tulerint.* 104. 211

Indulgentiæ.

Indulgentiæ conceſſæ Acone in terra ſancta a Legato Sedis Apoſtolicæ. 291

Hieroſolymitanæ peregrinationis aſſumptio, priuilegio B. Petri & auctoritate Eccleſiæ indulgentiam habuit plenariam. 507. 606

Pontifices ſummi occupata à Saladino anno 1187. Hieroſolyma indulgentiam plenariam conceſſerunt omnibus Crucis ſignum ſuſcipientibus in Saracenos. 605. 606

Inuidia.

Inuidia grauiter reprehenditur. 126. 127. 142. 143. 157. 168

Inuocatio Sanctorum. vide, *Maria Virgo.* &, *Sancti.*

S. Ioannes Apoſtolus.

Ioannes Apoſtolus & Euangeliſta fuit is, qui tempore paſſionis relicta ſyndone aufugit. 49. 328. 569

Ioannes Sariſberienſis.

Ioannes Sariſberien. Carnotenſis Epiſcopus, Bleſenſis preceptor laudatus. 205. *& in præfat.* 2. *Scripſit vitam S. Thomæ Cantuarienſis Archiepiſcopi.* 205. *& librum de Nugis curialibus.* 48

Iob.

Iob quotidie ſacrificabat pro filiis, quia quotidiano remedio, ob inſitam ad peccandum promitatem, indigebant. 489

Iudex.

Pater cœleſtis omne iudicium dedit Filio, qui peregrè profectus (nempe in cœlum) duos ſub ſe iudices ordinauit in terris. iudicem poli & fori, certos limites vtrique ponens. Iudex fori iudicat homines terræ. Iudex poli terram hominum, id eſt, terrenitatem peccatorum. Ille iudicat inter cauſam & cauſam; hic verò inter ſanctum & prophanum, pœnam & culpam. 436

Iudex nihil diſſimulare debet, vbi vertitur animarum periculum. 148. *non facile ferre debet iudicium de aliis.* 78. *non poteſt iuſtitiam, vel iuſtam ſententiam vendere ſine crimine ſimoniæ.* 175 *poteſt tamen ſcientiam, & induſtriam ſuam in ferenda ſententia iuſta vendere ſine vlla noxa.* 591

Apud iudices minores, maior ſolet eſſe corruptela munerum, quam apud maiores. 175. *Quales iudices a Principe ſint conſtituendi.* 74. *Iuſtitia quomodo recte exerceatur.* 46. *impunitas radix vitiorum.* 539

Iudicium extremum.

Iudicij extremi dies in SS. dicitur mala. 455

Iudicij extremi ſententia eſt irreuocabilis. 13. 14

Ius ciuile.

Ius ciuile ſanctum & honeſtum eſt. 13

Iuris ciuilis Pandectæ, immeabile pelagus, cui tota hominis ætas non ſufficit tranciendo. 54

Iuris ciuilis vſus periculoſus. 54. *eſt Babylonius calix, quo inebriantur peccatores terræ* 497. *Duo enim ferè homines ad illud ſtudium impellunt, ambitio dignitatis, & appetitus inanis gloriæ.* 254. *Et ideò B. Ioan. Chryſoſtomus, licet peritus iuris, refugit aduocati officium* 54. 546. *Mentior, ſi vnquam videris illius ſcientiæ Profeſſorem in ipſius exercitio ſ[illegible]*

exitus habuiſſe.255. Bleſenſis dolet ſe Iuri ciuili ſtuduiſſe. 497

Iuſtificatio.

Iuſtificatio hominis in tribus conſiſtit, in gratiæ infuſione, in liberi arbitrij cooperatione, & in conſummatione. primum eſt incipientium, ſecundum proficientium, tertium perueniendum. 358

L.

Lachrymæ. vide, *Pœnitentia.*

Leopoldus dux Auſtriæ.

Leopoldus dux Auſtriæ Richardum Regem Anglorum, ex bello ſacro per Auſtriam redeunte ad ſuos, in vincula coniecit, & Henrico VI. Imperatori vendidit. 262. 266. Grauiter reprehenditur eam ob rem. ibid.

Lingua. vide, *Detractio.*

Lingua quoties & quam facile peccetur. 378. 488. Lingua detractoria vipera eſt, leniter tranſit, & grauiter vulnerat. 542. Serapion quidam ſolam linguam timebat. 211

Litania Maior.

Litania maior inſtituta eſt a S. Gregorio ob peſtem inguinariam, quando apparuit angelus ſuper caſtrum Creſcentij, vnde & nunc caſtrum S. Angeli dicitur. 366

Litterarum ſtudia.

Litterarum ſtudiũ, cum ſit prudentiæ compendium, imprimis Principibus prodeſt. 117. curis rerum temporalium nõ eſt impediendum, nec deſerendum. 144. 145. Exempla eorũ, qui opes ad ſtudia ſectanda contempſere. ibid. Profanarum rerum ſtudio non eſt ſemper inhærendum. 10. 133. 134. 135. 136. Dedocere, ab alijs perperam inſtitutos, difficile eſt. 184

Studiorum varij ſunt fines. 312. Omni ſtudioſo neceſſaria humilitas. 315

Luxuria. vide, *Caro.*

M.

Machabæi.

Machabæi, ex quo cum Romanis iniere fœdera, miſerabiliter bello periere. 261. 270. 537. Probabilis non eſt hæc ſententia Bleſenſis. 607

S. Marcus.

S. Marcus pollicem ſibi abſcidit, ne ſacerdos fieret. 219. 593. eidem ruptus calceus in ingreſſu vrbis Alexandrinæ quid præſagierit. 113

MARIA VIRGO.

Ad Mariam Virginem quærendam prophetæ ſunt miſſi. 317. Virginitatis eius multæ ſunt figuræ & typi in veteri teſtamento. 515. Dicta in eodem eſt Virga. 308

Maria idem eſt, quod maris ſtella, quia in hoc mari magno ducatum luminis nobis præſtat. 380

Mariam, fuiſſe Virginem in, ante & poſt partum, non dubitatur. 311. 515

Maria prima vouit virginitatem, & conſenſit in coniugium, quæ duo ſimul implere erat vel impoſſibile, vel difficile. 308. 398

Maria magna eſt & omni laude digniſſima, quæ mundo edidit DEI *& hominis mediatorem: quæ inter omnes, quas mundus habuit mulieres, nec primam, nec ſimilem, nec ſequentem habere meruit.* 517

Maria concepit CHRISTVM *ſine pudore, peperit ſine dolore, & hinc migrauit ſine corruptione. 517. 399. Dicitur ouis, quia agnum* CHRISTVM *peperit.* 308

In Maria Virgine exſtinctus fuit fomes naturalis, & languor naturæ, ex quo illiciti motus, qui in poteſtate noſtra non ſunt, exurgunt. 308. 380

Mariam Virginem anima & corpore in cœlum aſſumptam, non aſſerendo, ſed opinando dicimus. 399. Idem probat aliquot argumentis. ibid.

CHRISTVS *poſt reſurrectionem ſuam prius apparuit matri ſuæ, quam Mariæ Magdalenæ, licet id Bleſenſis neget, & cur S. Scriptura huius apparitionis non meminerit.* 478

Maria Virgo, ſicut & CHRISTVS, *maxime excelluit virtute humilitatis.* 419

Maria beatitudine omnibus ſanctis eſt antelata. 418

B. Mariæ Virginis interceſſionem Eccleſia conſueuit affectuoſius implorare, quam cæterorum ſanctorum; ita quod audito eius nomine omnes genua terræ affigant, imò pro nominis reuerentia quaſi mare confragoſum ſonant vota populorum. Proſternamur ergo ſinguli, proſternamur vniuerſi ad pedes B. Virginis, vt eius pia interceſſione videamus matrem cum prole. 400. Indubitanter verum eſt, quia ſingulare eſt B. Virginis auxilium, quia plus omnibus mater poteſt apud filium, & quia non nouit peccatum, nec fomitem, quaſi è ſublimi faſtigio pro nobis intercedit. 380

S. Martialis.

S. Martialis Apoſtolus Lemouicarum, cui CHRISTVS dixit. Qui non humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte, &c. 313

Martyres.

Martyrem facit non pœna, ſed cauſa. 46. Vita Confeſſorem, cauſa martyrem facit. 541. Etſi non martyres tantum, ſed etiam confeſſores ſint martyres, vel teſtes. 381

Donum DEI optimum eſt pro CHRISTO contumelias perferre. 46

Martyres vitulis comparantur. 386. 387

Vbi perſecutionis cauſa non imminet, pia in ſeipſum crudelitas, & martyrij deſiderium vicem martyrij recompenſat. 541

Tria ſunt martyrij genera. primum in ſanguinis effuſione. ſecundum in carnis maceratione. tertium in proximi compaſſione. 435

Matrimonium.

Matrimonium, primitiæ Sacramentorum, homini recens creato commendatum. 424

Copula coniugalis eſt indiſſolubilis. 281

Matrimonia vtriuſque iuris beneficio libera ſunt. 93

Magna matrimonij ſunt incommoda. 94. 140. 141

Votum ab vxore ſine cōſenſu mariti factum nullum eſt. 41. ac proinde ingreſſa cœnobium abſente marito, quem putarat mortuum, etiam poſt profeſſionem factam tenetur exire, & ad maritum redire. Mortuo autem marito licet cogi non poſſit, vt ad monaſterium redeat, non poteſt tamen nouas inire nuptias, etſi ſecus ſenſerit Bleſenſis. 569

Omnis cognitio fœminæ extra coniugium peccatum eſt criminale. 325

Inceſtuoſorum nuptiæ abominabiles DEO. 148

Impedimēta matrimonij quæ, maximè quoad affinitatem. 206

Mel.

Mel non fuit acceptatum in ſacrificiis veteris legis, ſed ſal. 2. 181. 201. 410

Merlinus.

Merlinus propheta. 494. non eſt in Catalogo ſanctorum prophetarum, ſed prophetarum Baal, & irriſoriè a me dictus propheta. 551. fuit Magus, &, vt aiunt, ex incubo dæmone natus. Res ab eo geſtas carmine deſcribit Godfredus Viterbienſis. 607

Milites.

Milites noui, tempore Bleſenſis, enſes ſuos recipiebant de altari, vt profiterentur ſe filios Eccleſiæ, & ad honorem ſacerdotij ſe gladios accepiſſe. 170. 171. 172

Militum deterrimi eius ſæculi mores deſcribuntur. ibid.

Militum inobedientia, quemadmodum ſit bello punita. 122

In milite otium olim non permiſſum, probatur exemplis. 171

Milites quantam obedientiam debeant ſuis Ducibus. 122

Miſericordiæ opera.

Miſericordiæ opera ſunt ſex in Euangelio expreſſa. 35

Eleemoſynis ſcala erigitur in cœlum. 504. CHRISTVS in pauperibus regnum ſuum venale expoſuit. Pauper CHRISTI Vicarius eſt, & ideò in eo ſe recipi gaudet. 165. Beneficiorum, quæ pauperibus conferuntur, menſura eſt immenſitas. 43

Miſericordia quanta erga pœnitentes ſit exercenda fuſè diſſeritur. 160

S. Lu-

S.Lucia docuit matrem ſuam, eleemoſynas, quæ fiunt in extremis, eſſe ſuſpectas, eo quod opes tunc potius deſerant hominem, quam ab eo deſerantur. 318

MISSA. vide, *Eucharistia.*

In opere creationis non fuit qui adiuuaret ſpiritum Domini in myſterio vero redemptionis voluit habere coadiutores, dicens. Hoc facite in meam commemorationem. Eſt ergo ſacerdos coadiutor redemptoris, dapifer menſæ CHRISTI, *offerens Patri cibum cum ſeruis, cuius verbum accedit ad elementum, & fit ſacramentum.* 463

In Miſſa a Sacerdote verus agni immaculati ſanguis offertur. 253. Et Patri filius immolatur. 6. Terribilis locus, in quo DEO *Patri eius unigenitus immolatur. 216. 218. Scio & profiteor tempore immolationis cælos ad vocem ſacerdotis aperiri, angelos præſentes aſſiſtere, vnum & idem ex viſibilibus & inuiſibilibus fieri, & operatione Spiritus ſancti terrena cæleſtibus iungi. 216.* DEVS *in altari eſt corporaliter, licet inuiſibiliter.* 451

In altari CHRISTVS *ſumitur ſub duabus ſpeciebus, panis & vini.* 416

Miſſa pro Henrico III. Regis Anglorum filio vita defuncto Ptolemaide in terra ſancta celebrata. 291

CHRISTVS *immortaliter & incorruptibiliter viuens pro nobis in myſterio altaris quotidie immolatur. 216. Iob quotidie ſacrificabat pro filiis. 489. B. Andreas Apoſtolus quotidie immolabat* DEO *agnum immaculatum. Caſſium Narnienſem Epiſcopum quotidie ſacrificantem* DEVS *remuneratus eſt. 587. Communis Theologorum ſententia eſt, laudabilius facere pios ſacerdotes, qui quotidie Miſſæ ſacrum faciunt, quam qui ex reuerentia ſæpius abſtinent, etſi Bleſenſis quotidianam celebrationem non admodum probarit.* 135. 587

Hoſtiam immolare non licet, niſi corde contrito. 154. Indigno ſacerdoti ſatius eſt edere carbonem viuum, quam IESVM *pro nobis mortuum.* 451

Hæc hoſtia ſingulariter ab æterno interitu animas ſaluat. 216

Plebs olim Dominicis tantum & feſtis interierat ſacrificio Miſſæ. 452

Quæcunque in Miſſa fiunt, aut dicuntur, teſtimonia ſunt eorum, quæ fecit, aut dixit Dominus circa mortem & in morte. Vnde ipſe ait. Hæc facite in meam commemorationem. 452

De ritibus Miſſæ. De amictu, alba, ſtola, manipulo, caſula, cingulo, quid deſignet. 443. 445. 446. De numero Collectarum. 452. 460. De Gloria Patri, Dominus vobiſcum, Secreta. 460. 461. Traditio noua eſt orare in Canone pro rege & antiſtite. 461

Monachus. vide, *Religioſi.*

Ad monaſticam religionem ſuſcipiendam nemo cogendus. 92

Monachum vel monacham ſecundum canones facit propria profeſſio, vel paterna deuotio. 93. 580. Matrimonium ſpirituale debet eſſe liberius matrimonio carnali. 93

Monaſtica vita plurimum laudatur. 65. 67. 94.

Monachus nouitius non debet timere auſteritatem diſciplinæ. 247. omnes monachi, & maxime nouitij magis ſunt tentationibus obnoxij, quã ſæculares. 97. Scio, quia ſine tentationibus vix hora dimidia vita clauſtralis tranſigitur. 241. 242. quot tentationum ſint genera. 243

Omnes monachi debent ſecundum præceptum S. Benedicti magiſtram regulam ſequi. 254. ſine regulari enim diſciplina non poteſt regi monaſterium. 237. Diſciplinæ auctoritas ſola eſt clauis innocentiæ, religionis anchora, cuſtodia cordis, & appetitus illiciti prorſus peremptoria. 547. 156

Monachus habens proprium nihil habet commune ad CHRISTVM. *188. Monachus ſi non eget, & accipit, rapit, ait S. Hieronymus. 189. Primus Samuel fecit homines vnius moris in domo, quibus*

omnia erant communia, admodum cœnobitarum, & nihil ſuum eſſe dicebant, & hunc gregem Samuel cuneum prophetarum appellauit. 427

Monachorum notæ viſibiles ſunt, tonſura capitis, veſtium vilitas & munditia, ciborum arida ſobrietas, habitus compoſitus. Cœnobitæ, quos monachos vocamus, ſingularem quiſq; ſui cuſtodiam elegêre. & ideo nec prædicare, nec baptizare, nec pœnitentia iniungere eis licet. 431

Monachus plangentis, non docentis habet officium. 24. Monachus qui alijs vult præferri, collega eſt illius qui dicit. Ponam ſedem meam ad Aquilonem, & ero ſimilis altiſſimo. 186. Monachi eſt ſubeſſe non præeſſe. 23.24. & ideo fas illi non eſt aſpirare ad Prioratum, id eſt, curam animarum & prædicationem. ibid. Quomodo tentationi aſcendendi ad Prælaturam reſiſtatur. 333

Monachus nõ debet ambire amicitias Principum. 232 nõ res ſæculares tractare. 486. 489. non aduocationis officium vſurpare. 546. non nimium ſolicitus eſſe de parentibus. 243. non valetudini corporis curandæ æquo diligentius operam dare. 489.501

Monacho tepido apud DEVM melior eſt feruens clericus, vel ſæcularis. 547

Monacho non licet egredi monaſterium, ideò enim in clauſtro eſt, quia ſe alligauit & incluſit. 23 24 recedens a clauſtro, elongatur à DEO. 24.546. Egrediens monaſterium, ingreſſum parat ad gehennam. 143.243. Si autem fuerit egreſſus, tertio ſecundum regulam Benedicti recipi poteſt. 160 588

Monacho etiam non licet aliud vitæ inſtitutum arripere. 545. 546 multominus ad laxiorem ordinem tranſire ſine facultate Summi Pontificis. 591

Monaſterium.

Monaſterium dicitur clauſtrum, quod quatuor domibus claudatur. 429

Si paradiſus in hac vita eſt, vel in clauſtro eſt, vel in ſcholis. 25

Monaſteria Reges gentium, & diuites terrarum prædia ſua & poſſeſſiones contulerunt. 429

Monaſteria tamdiu floruêre, quamdiu viguit in eis hoſpitalitas. 59

In monaſterio laudantur funereæ veſtes, continuatæ vigiliæ, panis auſterior, mixtio vini & aquæ. 66

In monaſteriis quatuor ſunt monachorum genera. 388

Mortui.

Mortuos deflere pium eſſe exemplis probatur. 2.3. non ſunt tamen nimium deflendi. 290.291.293 299.564

Miſſæ ſacrificium, & preces habitæ pro mortuis. 291

Mortuorum memoria agitur poſt feſtum Omnium Sanctorum, vt qui in Purgatorio ſunt vel penitus ſoluantur, vel eorum pœna mitigetur. 427

Mors.

Mortis memoria ſalutaris. 10. nec timenda. 293. timenda tamen ob incertitudinem. 44

Mors iuuenibus in inſidiis eſt, ſenibus in ianuis. 10

Mori bene melius eſt, quam bene viuere. Quid ſit plenum dierum mori. 503

Extremo ſupplicio addictis ſacramentum Confeſſionis vſurpandum. 129

Mundus.

Mundi quam multiplex vanitas fusè exponitur. 21.22. Quanta eius ſordes. 362.363

Mundi & Virtutis dialogus. 100.101

Mundus, dæmon, & caro conſpirant contra ſpiritum. 98

Mundus deſertores ſuos, id eſt, religioſam vitam ingreſſos, grauius tentat, quam alios. 97

Munerum corruptela.

Munerum acceptio reprehenſa. 17.52.74. 457

N.

Negotiatio.

NEgotiatio clerico pernicioſa, & laico periculoſa eſt. 36

Res ſemel empta, licet non tradita emptori, oblata

oblato pretio maiori ab alio, non poteſt ſecundo vedi, idq́; ple[illegible] ex Iure ciuili. 125

Nobilitas generis.

Nobilitas generis ſi virtute deſtituta ſit, laude digna non eſt. 4.5

O.

Obedientia.

OBedientiæ virtus plurimum laudatur in religioſis. 242. 247. *contra, inobedientia reprehen[illegible]r.* [illegible]3. 164

Obedientiæ via compendioſiſſima eſt ad perfectionem, extra quam [illegible], vel [illegible] religioſi perfecti ſiunt. Obedientia enim eſt tanquam patibulum crucis omnia hominis membra immobiliter aſtringens: nec enim poteſt ambulare, quando vult, &c. victum, habitum, inceſſum, geſtum, ſomnum, orationem, exhortationem, lectionem, non in ſuo, ſed alterius arbitrio conſti[illegible]ui. 3[illegible]1. 394

Nullis ſubdito aut Prælato in religione licet ſequi propriam voluntatem. 233

Maiori meritus eſt comparo obedire, quam maiori. illam enim obedientiam informat caritas, hanc extorquet imperioſa neceſſitas. 192

Superior etiam tenetur ad obſeruationem regulæ. 234. 236

Obediendum eſt religioſo ſine diſceptatione, libenter, hilariter, velociter. DEO *non placet mor[illegible]a obedientia, quæ, ſi quid præcipitur, diſputando quærit, cur, quare præcipiatur. Ex qui[illegible]m obedientiæ exemplum præbuit Abraham, prima credendi & obediendi via; quem ſi imitabere, eris filius Abrahæ.* 412. *Species contumaciæ eſt de modo mandati inquirere, hæſitare, diſcernere.* 234

Si vita nequioris eſt Abbas, tamen ex caritate ei obediendum eſt, quia ſcriptum eſt. Quæ dicunt, facite, ſecundum opera eorum nolite facere. 334

Etiamſi impoſſibilia iubeantur, ex caritate obediat, ait S. Benedictus. 234. *obedientiam enim [illegible]rum, qui impoſſibilia iubentibus paruere,* DEVS *miraculis illuſtrauit.* 595

Si imperentur, quæ repugnant præceptis diuinis, obediendum non eſt, [illegible] enim S. Petro. Obedire oportet magis DEO, *quam hominibus.* 234

Præ[illegible]um Prælati iubentis perinde ac præceptum DEI *amplectendum.* DEO *enim obedientia exhibetur, quæ Prælatis impenditur, teſte S. Benedicto.* 234

Contemptus præcepti Prælati generaliter eſt damnabilis. Licet enim CHRISTVS *orauit pro crucifixoribus, & Eccleſia quotannis oret pro Schiſmaticis & Iudæis, nec* DEVS *tamen, nec Eccleſia pro contemptoribus vnquam interceſſiſſe reperitur.* 234

Nil validius religioſos arcet ab illicitis, ac votum Obedientiæ. 432

B. Odilo Abbas.

B. Odilo Abbas Cluniacenſis ſcribit eremitas non ſacerdotes certa hora diei de paſſione CHRISTI *meditatos, & ſpiritualiter communicaſſe.* 219

Odo Epiſcopus Pariſienſis.

Odo Epiſcopus Pariſienſis, Regumq́; Franciæ & Angliæ conſanguineus mire laudatus. 226. 544. *Petit ab eo Bleſenſis in Galliam vocari.* 287

Octauianus Papa Schiſmaticus.

Octauianus Schiſmaticus Papa contra Alexandrum III. 83. 84

Omina. vide, *Superſtitio.*

Opera bona.

Opera bona ſunt neceſſaria ad ſalutem. 35

Opera ſupererogationis, vel indebita gratiora DEO, *quam debita.* 321

Operis vox fortior, quam oris. 284. 484

Oratio.

Orationis quanta efficacia. 225. *quæ eius conditiones.* 454

Oratione non tantum remittitur peccatum, ſed etiam pœna peccati declinatur. 266

Oratio alien[illegible] ſæpe obtinet, quod propria obtinere nequit. 6. 199

Or[illegible] S[illegible]r[illegible]entum.

In primitiua [illegible] cum Petro Lombardo, erant tantum duo Ordines, Sacerdotium & Diaconatus: plures autem

autem Ordinum gradus poſtea ſunt introducti. 463. *Sed probabilius eſt, omnes ſeptem Ordines a principio Eccleſia Catholicæ fuiſſe receptos.* 602

Epiſcopos ordinationis dubiæ ſacri canones non admittunt. 92

Concorditer conueniunt, & conuenienter concordant ſacer Ordo & cōtinentia 455

Membris corporis mutilati ab ordinatione repelluntur lege Eccleſiaſtica. 49.569

Ordines Religioſorum,

Ordinum Religioſorum varietas laudanda, etiamſi vario quoque colore in habitu, nigro vel candido vtantur. Varietas enim vniformitatis cauſa eſt. 177. 178. *Diuerſæ ſunt religioſorū ſpecies, eo quod polymita ſit tunica Ioſeph, & circumamicta varietatibus ſponſa* CHRISTI. *Ac tanto differentius virtutum titulos præ clericis et laicis referunt, quo impreſſioribus Apoſtolorum veſtigiis inhæſerunt, carnem deprimunt, vitam in terra ducunt angelicam,* CHRISTO *militant in tenuitate ciborum, in confeſſionibus, in lachrymis & diſciplinis.* 546

Ordo Ciſtertienſis laudatur. 145. 155. *Item Carthuſienſis.* 153

Ab vno Ordine ad alium migrare, generatim loquendo, ſignum eſt inconſtantiæ, & leuitatis, ad laxiorem vero tranſire non licet, ſine S. Pontificis facultate. 591

Otium.

Otium prolixe reprehenditur. 13.14.225

P.

Papa Romanus.

Papa Romanus, Epiſcopus vnicè ſummus & ſingulariter generalis. 57. *Sedere in nauicula Simonis eſt ſummus gradus in via.* 448. *Alexandri & Cæſaris hodie celebri opinione tranſcendit vnicus ille gladius Petri, quo ſerui auriculam amputauit.* 512. CHRISTI *crux antecellit Cæſaris aquilas, & gladius Petri, gladium Conſtantini, ac Apoſtolica Sedes præiudicat Imperatoriæ poteſtati.* 270. *Seruum ſeruorum ſe reputat, qui tenet Eccleſiæ principatum.* 530

DEVS *Deorum in Petro Apoſtolo Papa dixit. Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis.* 270. *In Petro Apoſtolo illi a* DEO *omne regnum, omniſque poteſtas regendi commiſſa eſt.* 267. *Plenitudo poteſtatis cœlitus Pontifici Romano collata eſt.* 151. 277. *Cœleſtinum Papam, Regina Angliæ, appellat, Summum Pontificem, Vicarium crucifixi, ſucceſſorem Petri, ſacerdotem* CHRISTI, CHRISTVM *Domini, Deum Pharaonis, quem conſtituit* DEVS *ſuper gentes & regna in omni plenitudine poteſtatis, Patrem orphanorum, iudicem viduarum, ciuitatem refugij, &c.* 264. *Deinde vocat Orbis Epiſcopum.* 267

Papa per Legatos excommunicationem minatur Epiſcopo venationi dedito. 96. *Henrico III. Anglorum regi coronato bellum mouenti in Patrem comminatur eandem.* 83. *Alexander III. Fridericum Barbaroſſam, Imperatorem plena Sedis Apoſtolicæ auctoritate ſolemniter & terribiliter a fidelium communione præſcidit.* 264. *Matrimonia illegitima diſſoluit.* 147.148

Non Dux, non Rex, non Imperator a iugo Iuriſdictionis Pontificiæ eximitur. 267. *Olim leges Imperatorum ſacros canones ſequebantur.* 271. *Henricus II. Rex Angliæ, ſcribens ad Alexan. III. Licet abſens corpore, inquit, præſens tamen animo veſtris me aduoluo genibus. Veſtræ iuriſdictionis eſt Regnum Angliæ, & quantum ad feudatarij iuris obligationem vobis duntaxat obnoxius teneor & aſtringor. Anglia patrimonium B. Petri eſt. Deinde promittit ſe eius diſpoſitioni, in reconciliatione cum filiis in omnibus pariturum.* 245. 246. *Sicilia quoque a temporibus Conſtantini eſt patrimonium B. Petri.* 271

Eccleſia DEI *à Petro & ſucceſſoribus eius formam ſemper eruditionis, & ſtatum incolumitatis accepit. Quod enim ſtipes rami, quod caput membra, quod radij*

Soli,

